כתנא קמא ולא כרבי חנינא בן גמליאל ולא הודיע בתיבת אברהם יצחק ויעקב וכו׳ על איזה דבר היתה אם על האבן אם על הזהב. גם אנחנו אם לא נעמוד על מה שכתבו בסוטה בפלוגתא דתנאי איך לתמוה הואיל שיש לנו להסמך על הקדוש יונתן בן עוזיאל ועל תרגום ירושלמי ועל מפרשי התורה שהאירו עינינו במאור תורתם. כתבו רבותינו ז״ל במסכת סוטה פרק אלו נאמרים ששה משמותם על האבן האחת שתי אבנים היו לו לכהן גדול על כתפיו אחת מכאן ואחת מכאן ושמות שנים עשר שבטים כתוב עליהן ששה על אבן זו וששה על אבן זו ונאמר ששה משמותם וגומר. ואמר שמואל הששה הנותרים על האבן השנית כתולדותם מפני שיהודה מוקדם. וחמשים אותיות היו חמשה ועשרים על אבן אחת וחמשה ועשרים על אבן אחרת. רבי חנניא בן גמליאל אומר לא בדרך שחלוקין בחומש הפקודים חלוקים באבני האפוד אלא כדרך שחולקין בחומש. בני לאה כסדרן. בני רחל אחד מכאן ואחד מכאן. ושני השפחות באמצע. אם כן מה תלמוד לומר כתולדותם בדרך שקרא להם אביהם ולא כדרך שקרא להם משה. ראובן ולא ראובני שמעון ולא שמעוני. הני חמשים אותיות חמשים נמי חרא הויין. אמר רבי יצחק יוסף הוסיפו לו אות אחת שנאמר עדות בידוסף שמו. רב נחמן בר יצחק אמר כתולדותם בכל התורה כלה בנימן חסר והכא בנימין מלא ואביו קרא לו בנימין. אמנם יונתן בן עוזיאל על טור הראשון מהחשן שם ראובן שמעון לוי. על הטור השני יהודה דן נפתלי. על הטור השלישי גד אשר יששכר. ועל הטור הרביעי זבלון יוסף בנימן. אך התרגום ירושלמי שם בטור הראשון ראובן שמעון לוי. בטור השני יהודה יששכר זבולן. בטור השלישי דן נפתלי גד. ובטור הרביעי אשר יוסף בנימין. הרי שפירוש כתולדותם של יונתן אינו כפירוש כתולדותם של ירושלמי. כי כתולדותם של בן עוזיאל הוא כסדר לדתן ממש. לאה בלהה זלפה לאה רחל. וכתולדותם של ירושלמי הוא כסדר הבנים שהיו אל האמהות. ללאה ששה. לבלהה שנים. לזלפה שנים. לרחל שנים. ועם כי זה וזה סדרו. והשבטים על אבני החשן

pretibus, qui nostros oculos doctrinæ suæ lumine illustrabunt. Scripserunt Sapientes nostri f. m. cap. VI. *Sotah*; Sex nomina uni lapidi. Duo lapides humeris summi Sacerdotis impositi erant, unus uni, & alter alteri, quibus nomina duodecim tribuum inscripta erant, sex uni, & sex alteri lapidi; sicuti dictum est *Exod.* XXVIII. 10. *Sex nomina in lapide uno* &c. Dicit Samuel sex reliqua in secundo lapide juxta ordinem nascendi, quia Juda præcedebat; & quinquaginta inscriptæ erant literæ, quinque & viginti huic lapidi, totidemque alteri lapidi. R. Chananja fil. Gamalielis dicit, non eo modo, quo descripta sunt in Num. I. descripta erant in lapidibus humeralis, sed eo quod in *Exodo* ordine distributa fuerant; Filii Leæ juxta eorum ordinem; ex filiis Rachel alter in hoc & alter in altero *lapide*; & duæ ancillæ in medio; cur igitur dictum est; כתולדותם juxta ordinem, quo eorum pater eos appellavit, non eo quo Moses vocavit, ראובן non ראובני, ושמעון non שמעוני; Erantne quinquaginta literæ? erant quinquaginta minus una. Dicit R. Isach, in Josephi nomine unam addiderunt literam, sicuti dictum est *Psalm.* LXXX. 6. *Testimonium* ביהוסף *in Joseph posuit illud*, R. Nachman fil. Isach dicit; כתולדותם in tota lege nomen בנימין *Benjamin* defectivum est, & hic plenum est, & ejus pater illum vocavit בנימין. Verum *Jonathan Uzielides* in primo ordine pectoralis collocat Ruben, Simeon, Levi, in secundo ordine Juda, Dan, & Nephtali, in tertio Dan, Asser, & Issachar, & in quarto Zebulon, Joseph, & Binjamin; At in *Targum Hierosolymitano* collocatur in primo ordine Ruben, Simeon, & Levi, in secundo Juda, Issachar, & Zebulon, in tertio Dan, Nephtali, & Gad; in quarto Asser, Joseph, & Binjamin; ecce explicatio textus כתולדותם *Jonathanis* non est juxta explicationem textus כתולדותם *Targum Hierosolymitani*; Quia explicatio כתולדותם *Uzielidis* est juxta ordinem simplicis traditionis, i. e. Lia, Bala, Zelpha, Lia, & Rachel; & כתולדותם *Targum Hierosolymitani* est juxta ordinem filiorum, qui erant matrum, Liæ sex, Balæ duo, Zelphæ duo, & Racheli duo, & quamvis uterque disponat tribus in lapidibus pectoralis, in quo non dictum est כתולדותם, mihi videtur *Jonathanis* f. m. ordo rectus esse pro lapidibus humeralis, quia hoc modo in singulis lapidibus quinque &

שלא

שלא נאמר בם כתולדותם לי נראה שסדר יונתן ז״ל הוא נכון לאבני האפוד כי כמשפט הזה יהיו על כל אבן חמשה ועשרים אותיות ובנימין שלם כדרב נחמן ברבי יצחק ויוסף בלי ה״א דלא כרבי יצחק מה שאין כן כסדר הירושלמי וסדר הירושלמי הוא טוב לאבני החשן כי הנה אם נאמר כאשר כתב רש״י ז״ל אודם לראובן. פטדה לשמעון וכן כלם. או כדברי בן עוזיאל. לא לשם דן. ובספר כתיב ויקראו לשם דן בשם דן אביהם. ושם רש״י ז״ל עצמו פירש ששמו של דן כתוב על לשם.

ועתה כדי לכתוב על כל אבן שש אותיות כמנין בנימין מלא והיו כתובות על אבני החשן כסדר הזה לפי דעת רבינו בחיי החזקוני ז״ל. היינו על אבן אודם. ראובן א׳ על פטדה. שמעון ב׳ על ברקת. לוי רה״ם על נפך. יהודה י׳ על ספיר. יששכר צ׳ על יהלום. זבלן ה׳ על לשם דן׳ ק׳ יעק״ על שבו. נפתלי ב׳ על אחלמה. שבטי נר על תרשיש. אשר ישר על שהם. יוסף ון׳ על ישפה. בנימין מלא. וכל האותיות עולות למנין שבעים ושתים כנגד שבעים ושתים אותיות של שם המפורש הנתון בתוך החשן.

אמנם אני סכלתי מכל וכל מיני אבני החשן כי לא ידעתי בעצמות מה הוא אודם. מה הוא פטדה. וכן כלם· ואשתומם בראותי התרגומים כלם. של אנקלוס יונתן וירושלמי נבוכים בזה. ומתרגמין קצת האבנים כפי מקריהן ולא כפי עצמותן כמו אודם פטדה מהארמימות והירקות. וברקת מהבהירות שתחת המקרים האלה יוכללו גם כן אבנים טובות הרבה מבלעדי אלה השלשה. ויש גם כן מהמפרשים שבטחו בשנוי השמות ולא ידעו ולא הבינו כי אין הפרש ביניהם כלל אלא מצד מה שהאבן האחת במינה היא טובה מחברתה ולשני שבטים מצד העדר הידיעה נותנים אבן אחת במקום אבנים שנים. וגם במקום אבנים טובות ישימו באבני החשן חלקי בעלי חיים כמו שעשה הרב רבינו בחיי שנתן לזבולן במקום יהלם הפנינה בלע״ז פירלה. נקראת פנינה מפני שהיא טמונה במעים הפנימי של שרץ ים אחד ממיני

viginti literæ deprehendebantur, & בנימין plene ſcriptum juxta ſententiam R. Nachman fil. Iſaaci, & יוסף ſine He contra opinionem R. Iſaaci, quod non eſt juxta ordinem Hieroſolymitani; & Hieroſolymitani ordo rectus eſt pro lapidibus pectoralis; quia ſi dicetur, ſicut ſcribit *Raſchi* ſ. m. אודם aſſignatus eſt Ruben, פטדה Simeoni, & ſic in omnibus; aut juxta verba *Uzielidis* non ſpectabit לשם ad Dan; at in libro *Joſ.* XIX. 47. ſcriptum eſt; *Vocantes nomen ejus* לשם *ſem Dan*, *ex nomine Dan patris ſui*. Atque ipſe *Raſchi* ſ. m. interpretatus eſt nomen *Dan* לשם inſcriptum fuiſſe.

Nunc vero, ut cuique lapidi ſcriberentur ſex literæ juxta numerum בנימין plene ſcriptum, hoc ordine in lapidibus pectoralis ſcribebantur, juxta ſententiam R. *Bechai Chiskuni* ſ. m. i. e. in lapide ארם ſcriptum erat ראובן א׳, in lapide פטדה ſcriptum erat שמעון ב׳, in lapide ברקת ſcriptum erat לוי רה״ם, in נפך ſcriptum erat יהודה י׳ in ספיר ſcriptum erat יששכר צ׳, in יהלום ſcriptum erat זבולן ה׳ in לשם ſcriptum erat ק׳ דן יעק׳, in שבו ſcriptum erat נפתלי ב׳ in אחלמה ſcriptum erat שבטי נר in תרשיש ſcriptum erat אשר ישר in שהם ſcriptum erat יוסף ון׳ in ישפה ſcriptum erat בנימין plene; omneſque hæ literæ adſcendebant ad numerum duarum & ſeptuaginta nominis expoſiti, quod intra pectorale reconditum erat.

Verum ego prorſus ignoro omnes ſpecies lapidum pectoralis, ignorans quid ſit אודם, quid פטדה, quid reliqui, & miror cum videam, Paraphraſes omnes *Onkeloſi*, *Jonathanis* & *Hieroſolymitanam* in hoc eſſe confuſas, partemque lapidum interpretari juxta eorum accidentia, non vero ſecundum eorum eſſentiam, e. g. אודם & פטדה a rubedine, & virore, & ברקת a fulgore, cum multi alii lapides pretioſi pariter ſub his accidentibus præter hos tres comprehendantur. Alii interpretes nominum mutatione confidunt, neſcientes, & non conſiderantes nullum omnino in illis eſſe diſcrimen, niſi in eo, quod alter lapis in ſua ſpecie ſit altero pretioſior; duabuſque tribubus unum pro duobus differentibus lapidibus inſcienter aſſignant; pariterque pro lapidibus pretioſis in lapidibus pectoralis animantium partem ſtatuerant, ſicuti R. *Bechai* pro יהלום Zabulon הפנינה, quæ Italice *Perla* dicitur, aſſignavit. Vocatur פנינה, quia abſcondita eſt in viſceribus reptilis ex conchyliorum ſpecie

הקוץ

הקוץ קיליאי כמעט קרוב לשרץ ים אחד
הנקרא בלעז אוסטריגה שבזמן מהזמנים
הזקין ותפסד. ואין לה העמדה וקיום
כאבני ספיר ואקדה וזולתן. על כן לא
אינע עצמי למצוא בהם קושט דברי אמת
כי ההזקוני דבר בפה. והבחיי דבר בכה.
וגם התרגומים לא פרשו אותן על סגנון
אחד כאשר גלוי ומפורסם מתרגום אנקלוס,
ויונתן וירושלמי. וגם האחרונים מחכמינו
מקרי דרדקי הפותרים בלשון לעז הפרשה
פתרום באופן אחר. והלאטיני באופן אחר.
על כן טובה בזה השתיקה יותר מהדבור
הבטל כמו של עניות דעתי אינו מן הראוי
לדרוש סגולות האבנים באבני החשן כי די
לו לכהן השלמות המגיע לו מהשפע האלקי
בטובו יתברך כשהוא מלובש בבגדי קדש
מבלי שיצטרך לסגולת האבנים האלה לקנות
בם שלמות גופו ונפשו ומדותיו. ואתם
בני אם חשקה נפשכם לדעת סגולתם
כאשר האמינו הפלוסופים שלהם קראו
הפרקים הבאים אחרי שהשלמתי הדבור
בבגדי כהונה כי לא רציתי לכתוב בפרק
הזה דברי הבאי עם הדברים הקדושים כדי
שתבינו כי לא צוה יהוה שנקח לכהן
האבנים האלה להמציא בעדם שום שלמות
אל הכהן כי הם בלבד עליו כמו שאמר
הכתוב בשאר הבגדים לכבוד ולתפארת.
כתב הרמב״ם ז״ל עוד במעשה החשן ועושה
על ארבע זויות של חשן ארבע טבעות
זהב ונתן בשתי הטבעות של מעלה שהחשן
נתלה בהם שתי עבותות הזהב והם
הנקראים שרשרות ונותן בשתי טבעות של
מטה שהם כנגד הצדדין שני פתילי תכלת
עד כאן דבריו.
והנה אחרי אשר קראו קצת מרבותי
פרקי זה לא נתישבה ונתקררה דעתם
עליהם כאשר ראו כי השמטתי דרישת
מהות האבנים טובות שהיו באפוד ובחשן.
ועל כן חלו פני רבים מגאוני עולם וצוו
לי בכל תוקף לחזר אחריהם בכל עוז
ולהעלותם על ספרי זה לרצון להם. וגם
כי הדבר קשה מאד עלי. בפרט כי אין
איש

fere similis alteri reptili marino, quod Italice *Ostrica* appellatur, quod aliquo tempore senescit, & destruitur, neque permanet & subsistit, uti subsistunt lapides Sapphri, & Pyropi, & his similes; Idcirco non dabo operam, ut inquiram harum rerum veritatem; eo quod alio modo loquatur *Chaskuni*, & alio *Bechai*; neque *Paraphrases Chaldaicæ* in una interpretatione consentiunt, uti notum & manifestum est in *Onkeloso*, & *Jonathane*, & *Paraphrasi Hierosolymitana*; pariterque recentiores Sapientes, puerorum magistri, qui vernacule legem interpretantur, non eodem quo Latini, interpretantur; Idcirco mihi videtur utilius esse tacere, quam inaniter differere; meoque mediocri ingenio non videtur inquirendum de lapidum proprietate pro lapidibus pectoralis; eo quod sufficiens erat Sacerdoti perfectio, quæ sibi ab divina influentia derivabatur propter benignitatem Dei benedicti, tum cum vestimentis sanctis indutus erat, ut opus non haberet horum lapidum proprietate, ut ex iis sibi compararet corporis, & animi, & morum perfectionem; Si vos, mei filii, cupitis scire eorum proprietatem juxta sententiam eorum philosophorum, legite capita, quæ tractatum hunc de vestibus Sacerdotalibus consequentur; noluique hæc in hoc capite describere, ne vana cum sanctis miscerentur; ut considerare possitis, non præcepisse Deum, ut hi lapides Sacerdoti compararentur, ut ex his perfectionem quæreret, quæ tantum ex cæteris vestibus derivabatur, uti scriptum est *Exod.* XXVIII. 40. *In gloriam*, & *decorem*. Scribit præterea *Maimonides* f. m. in opere pectoralis. Conficiebantur in quatuor pectoralis angulis quatuor annuli quorum in duos superiores, ex quibus pectorale pendebat, indebantur duo vincula aurea, quæ שרשרות i. e. *catenæ* appellantur, & in duos annulos inferiores, qui erant e regione mammarum, inducebantur duo funiculi hyacinthini. Hactenus ejus verba.

Verum postquam nonnulli ex meis præceptoribus hæc capita legerunt, non acquievit in illis eorum sententia videntes, a me prætermissum est investigationem de lapidibus pretiosis humeralis, & pectoralis; idcirco illustriores sapientes me vehementer rogarunt, jusseruntque, ut diligentissime investigarem, atque in hoc libro, ut illis morem gererem, describerem. Et quamvis inceptum difficile sit, præsertim cum nemo sit ex veteribus clarissimis Sa-

איש מהחכמים הקדמונים הגדולים שיעמדו על דעת אחת ולכלם נמצא חלוק הרצון וחלוף הדברים ממה שעלה על לב ושפת רעהו. עם כל זה נערתי את רצוני ולא התמהמהתי לחפש בנרות שכלי ולבקש בכל מאמצי כחי דבר דבור על אופני האמרת על זה ויגעתי ומצאתי לפי סברתי קשט דברים המתישבים על הלב שהעליתי כאן לזכרון לשמוע ולעשות ככל אשר צווני ראשי אלפי חכמי ישראל נרו. ואם אמת יהנה חכי אודה ליהוה כי טוב שהאיר עיני בהלכה כי מפיו הוא הדעת והתבונה. אך אם באולי לא באתי אל תכלית ידיעת מהותם ואיכותם לא יאשמו אותי כל החוסים בי. כי אין לי לכתוב אלא מה שעיני ראו בצדק ובמשפט ומשרים. ומי כהחכם שיהיו כל דבריו נכוחים למבין וישרים למוצאי דעת.

אמנם קודם שאחוה דעי גם אני. אמרתי כי טוב הוא לחזור ולפרט מה שכתבו מימי קדם חכמי ישראל וחכמי האומות על זה זה אחר זה במדרגה כדי שיהיו מן המוכן לכל בן דעת לראות הזה או זה יכשר. כי האמת יוכר בנקלה כשיושמו זה לקראת זה לעומתן כמשפטן הדברים שלא ינוחו על כן וסגנון אחד אבל הם מתנגדים בהריא זה לזה וזה לזה.

אמר אנקלוס הגר סדרא קדמאה סמקן ירקן וברקן סדרא חד. וסדרא תניינא איסמרגדין שבזיז וסבהלום. וסדרא תליתאה קנכרי טרקיא ועין עיגלא. וסדרא רביעאה כרום ימא ובורלא ופנטרי.

אמנם הקדוש יונתן בן עוזיאל כתב. סדרא קמייתא סמוקתא ירקתא וברקתא סדרא חד. ועליהון חקיק ומפרש שמהת תלתא שבטייא ראובן שמעון לוי. ושום סדרא תניינא איזמורד וספירינון ולדכורין. ועליהון חקיק ומפרש שמהת תלתא שבטייא יהודה דן ונפתלי. ושום סדרא תליתאה קנכירינון זערקין ועין עגל. ועליהון חקיק ומפרש שמהת תלתא שבטייא. גד ואשר ויששכר. ושום סדרא רביעאה כרום ימא רבא וברליוות הלא נמרגניית אפנטורין. ועליהון חקיק ומפרש שמהת תלתא שבטייא. זבולון יוסף ובנימן.

pientibus, qui unam sententiam firmiter amplectatur, atque in omnibus sit opinionum discrepantia, tamen opus suscepi, quod me non deterruit, quominus intellectus lumine investigarem, & inquirerem quod optime conveniat, & sit veritati consentaneum; invenique juxta meam sententiam rerum veritatem, quæ menti conveniunt, atque hoc loci commemoranda hæc censui, ut morem gererem principibus ducibus, & Sapientibus Israelis, quos Deus servet; amen; si verum loquatur os meum, confitebor & agam gratias Deo, quod in hac dissertatione oculos meos illuminarit, a quo procedit scientia & sapientia; si vero perfecte eorum qualitatem non sim assecutus, ne me arguant, qui in me confidunt, quia ego non venio ad scribendum nisi ea, quæ vident oculi mei, & quod justum & rectum est; quis est ille sapiens, cujus omnia verba recta esse possint intelligentibus, & scientia præstantibus?

Priusquam referam meam sententiam, putavi melius esse mihi peculiariter commemoranda esse, quæ de his scripserunt veteres sapientes Israelis, & nationum sapientes gradatim, alter post alterum, ut promtum paratumque sit omnibus intelligentibus videre quidnam sit melius, quia veritas facile cognoscitur, quando res collocentur, altera e regione alterius, quales sunt illæ, quæ eidem basi non innitantur, sed omnino & evidenter altera alteri opponatur. *Onkelos* proselytus dicit; primus ordo erat ruber, viridis, & fulgens; hic erat primus ordo; at ordo secundus smaragdus, sapphirus, & adamas, ordo tertius lynchurius, cyanus, & oculus vituli & ordo quartus hyacinthus marinus, beryllus, & pantherius seu jaspis.

Verum S. Jonathan Uzielides scribit; primus ordo ruber, viridis, & fulgens, unus ordo, quibus insculpta & expressa erant nomina trium tribuum Ruben Simeon, & Levi, & nomen secundi ordinis, smaragdus, sapphirus, & Charchedonius, quibus insculpta & expressa erant nomina trium tribuum Juda, Dan, & Nephtali & nomen tertii ordinis lynchurius, cyanus, & amethystus, quibus insculpta & expressa erant nomina trium tribuum, Gad Asser, & Issachar, & nomen quarti ordinis hyacinthus maris magni, & beryllus, & margarita, & pantherius *seu jaspis*, quibus insculpta & expressa erant nomina trium tribuum Zebulon, Joseph, & Binjamin.

אך הירושלמי תרגם סדרא קמייתא סמקתא וירקתא וברקתא כתיב מפרש עליהון שם שבטין תלתא. ראובן שמעון לוי. וסדרא תניינא כדכדנא (*) וסימפולינאו עין עינלא. כתב מפרש עליהון שם שבטין תלתא. יהודה יששכר זבולון. וסדרא תליתאה זוזין ובירזלין וזמרגדין. כתב מפרש עליהון שם שבטין טלתא. דן נפתלי וגד. וסדרא רביעאה כרום ימא בדולחא ומרגליתא. כתב מפרש עליהון שם שבטין תלתא. אשר יסף ובנימן׳.

והנה רבינו בחיי ז״ל כתב אהם פטדה וברקת. רובין (**) פראסמה קארבונקלו. נופך ספיר ויהלום. מארקדי לא ירעתי מה היא מרקדי סאפילי פירלדה. לשם שבו ואחלמה אסטפסיס אולי טופאציס במקום טופאציאוס טורקיסה קריסטאלו. תרשיש שהם וישפה קריאוליקה ואני לא ידעתי מה היא הקריאוליקה הזאת אונקילו יספיס.

אמנם המקרי ,דרדקי הראשונים שלנו שהיו פותרים הפרשה בלשון לעז של רומי שהוא בפי כל העם אמרו ארם פטרה וברקת. לידיאו אמאטידיאו אמאטיסטו. ואני לא מצאתי בשום ספר מחכמי האבנים טובות שאמר לי מה הוא לידיאו אולי רצו לומר אבן המובאת מארץ לידיאה. ואמאטידיאו. אולי רוצה לומר אימאטיסטי. נופך ספיר ויהלום קארבונקלו צאפירו דיאמאנטי. לשם שבו ואחלמה. טופאציאו טורקינה ניקו. תרשיש שהם וישפה. קריסולידו ויריליאו דיאספירו. גם לא ידעתי מהו הויריליאו.

ומבית מדרשו של הגאון המופלא איש האלהים נזרא כמהר״ל משה פרווינצאלי ז״ל קבלתי פתרון האבנים טובות כמשפט הזה. ארם פטרה וברקת רובינו פראסמה סמיראלדו. נפך ספיר ויהלום. קארבונקייו הרובינו והקראבונקייו הם שניהם מין אחד מאבנים טובות צאפירו דיאמאנטי. לשם שבו ואחלמה. טורקיסה טופאציאו אמיטיסטו תרשיש שהם וישפה. יאצינטו אוניקו יאספי.

אך הראשון שפתר תורתנו הקדושה בלשון לאטינו אמר ארם פטרה וברקת׳ סרדיאוס. טופאציאוס. סמראגדוס. נפך ספיר ויהלום. קארבונקלוס סאפירוס. יאספיס. לשם שבו ואחלמה. לינוריאוס. אקאטיס. אימיטיסטוס. תרשיש שהם וישפה. קריסוליטוס אוניקינוס בירילוס.

At *in paraphrasi Hierosolymitana* legitur; primus ordo ruber, viridis, & fulgens, quibus insculpta & expressa erant nomina trium tribuum, Ruben, Simeon & Levi, & secundus ordo Charchedonius & Saphirus & vituli oculus, quibus insculpta & expressa erant nomina trium tribuum Juda, Issachar, & Zebulon; & ordo tertius Zuzin, topazius, & smaragdus, quibus inscripta & expressa erant nomina trium tribuum, Dan, Nephtali, & Gad; & ordo quartus hyacinthus marinus, bdellium, & margarita, quibus inscripta & expressa erant nomina trium tribuum, Asser, Joseph, & Binjamin.

Verum R. *Becbai* f. m. scribit; אדם פטרה וברקת pyropus, prasma, carbunculus נופך ספיר ויהלם marchide (ego ignoro quid sit, מרקדי) sapphirus, beryllus לשם שבו ואחלמה estapasis (fortasse legendum טופאציאוס pro טופאציס) cyanus, crystallum תרשיש שהם וישפה, Chriolica ego ignoro quid sit ista הקריאוליק׳ onyx, & jaspis.

Ceterum puerorum magistri nostri illustriores, qui legem Italice, quæ est lingua universi populi, Romæ interpretantur, exposuerunt ארם פטרה וברקת *Lidio*, *Amatidio* : *Amatisto*. Ego non deprehendi in ullo libro Sapientum, qui disserunt de lapidibus pretiosis, quid sit hic Lydius, probabile est esse lapidem ex Lydia allatum, & אמאטידיאו fortasse dicendum אימאטיטי. נפך ספיר ויהלום, *Carboncolo Zaphiro* e *Diamante* לשם שבו ואחלמה, *Turchina*, *Topazio*, e *Nico*. תרשיש שהם וישפה *Crisolido*, *Virilio*, e *Diaspro*. Ignoro pariter, quid sit הויריליאו.

Et ab Academia magnifici, admirandi viri Dei, & observandi R. Mosis Provenzalis f. m. hanc de lapidibus pretiosis interpretationem traditione accepi ארם פטרה וברקת *Rubino*, *Prasma*, *Smeraldo*. נפך ספיר ויהלום *Carbonchio* (Rubinus, & Carbunculus sunt ex eadem specie lapidum pretiosorum) *Safiro*, e *Diamante* לשם שבו ואחלמה, *Turchesa*, *Topazio*, *Amatisto*. תרשיש שהם וישפה *Giacinto*, *Unico*, e *Jaspe*.

Qui primus latine nostram sanctam legem inrerpretatus est, dicit. ארם פטרה וברקת *Sardius*, *Topazius*, *Smaragdus*. נפך ספיר ויהלום, *Carbunculus*, *Sapphirus*, *Jaspis* לשם שבו ואחלמה *Lynchurius*, *Achates*, *Amethystus*. תרשיש שהם וישפה *Chrysolitus*, *Onychinus*, *Beryllus*.

והפותר

(*) Male סימפולינא, legendum est autore *Aruch* in voce כוכב rectius ספרינא, aut ממפורינא, uti legunt *Elias* & antiqua exemplaria.

(**) Fortasse a סרק *flavescere* derivatum est.

והפותר השני בלאטינו אמר אדם פטדה וברקת. סרדיאוס טופאציאוס סמראגדוס. נפך ספיר ויהלם. קארבונקלוס צאפירוס אראמאס. לשם שבו ואחלמה. לינקוריאוס אקאסיס אמיטיסטוס. תרשיש שהם וישפה קריסוליטוס אוניקינוס יאספיס.

ואני אם אמרתי להשיג על קצרת מהפתרונות האמורים יכלה הזמן והם לא יכלו כי המה יבקשו חשבונות רבים שאין ספק בידי לבא על תכליתם. על כן להרחיב נפשכם מבלי יגיעת הרבה טוב הוא שאבא אל פתרוני שהוא כפי משמעות הלשון או כפי תכונת כל השבט או ראש השבט ומשפטו החקוק על האבנים והוא זה. אודם פטדה וברקת. קורניאולה טופאציאו ציראבנו. נפך ספיר ויהלום. קארבונקיו צאפירו דיאמאנטי. לשם שבו ואחלמה. טורקינה יאצינטו אוניקו. תרשיש שהם וישפה. קריסוליטו סמיראלדו יאספיס.

הלא ראיתם כי השלשה תרגומים הקדושים האמורים פה אחד תרגמו שלשת האבנים הראשונים בלשון הזה. סמקן. ירקן. וברקן. עד כאן צריכים אנו למצוא שלש אבנים שהראשון יהיה ארום והשני ירוק היינו או ירוק כעשבים הרטובים הנקרא בלשון לעז ויררי או ירוק בכרכום הנקרא בלשון לעז ייאלו שזה השם ירוק בלשוננו הקדוש הוא משותף לשני הצבעים בפירוש פעם לאחד ופעם לאחר כאשר הוא גלוי ומפורסם לחכמים וכן המלה הזאת קלורוס אצל היונים כתובה בכי. בלאמדה באומגא. ברו. באומיקרון. ובסיגמא. גם היא תשמש לשני הצבעים בשתוף כמו שעושה אצלנו בלשוננו הקדוש מלת ירוק האמירה. גם ראוי שנמצא אבן שלישי שיכונה על שם נרצה לעמוד בפתרונם משלם. ועתה האבן הראשונה היא.

האדם או הקורניאול או קארניאולה על שם הבשר והיא אבן ארומה דומה לבשר האדם ודמו הנמצאת אצל הנהר הגדול הנקרא רינו ונוטה לצבע האבק או העפר ההוא הנמצא תמיד במחצבי הכסף הנקרא בלעז מיניאו שהוא ארום בתכלית. וכאשר שפין האבן הזאת בשיפת שעלייתו תאיר ותזהיר. ואני אמרתי אגלה אזנך אתה הקורא כי להיות שאני זוכר פעמים רבות מינים שונים של גיון ושל מראות מתחלפות בדברי על אבני החשן והאפוד

Secundus Latinus interpres dicit. אדם פטדה וברקת; *Sardius*, *Topazius*, *Smaragdus*. נפך ספיר ויהלם *Carbunculus*, *Sapphirus*, *Adamas*. לשם שבו ואחלמה *Lynchurius*, *Achates*, *Amethystus*. תרשיש שהם וישפה *Chrysolithus*, *Onychinus*, *&* *Jaspes*.

Si vellem refutare partem commemoratarum interpretationum, tempus consumerentur, & illæ non absolverentur, eo quod in iis multæ deprehendantur rationes, quas comprehendere mihi non licet; idcirco ut vestræ voluntati sine multo labore satisfaciam, præstabit vobis meam explicationem ostendere, quæ literali linguæ sensui conveniet, & proprietati singularum tribuum, aut principi illius tribus, ejusque moribus, qui illi lapidi erat insculptus; & est hujusmodi אדם פטדה וברקת *Corniola*, *Topazio*, *Cerauno*. נפך ספיר ויהלום *Carboncbio*, *Safiro*, *Diamante* לשם שבו ואחלמה *Turchina*, *Giacinto*, *Unico*. תרשיש שהם וישפה *Crisolito*, *Smeraldo*, *e Jaspes*.

Jam videtis, tres Paraphrases Chaldæas sanctas simul in hoc sensu una interpretatione trium primorum lapidum convenire; סמקן ירקן וברקן, i. e. *ruber*, *viridis*, *&* *flavus*; idcirco nobis inveniendi sunt tres lapides, quorum primus sit ruber, secundus viridis, aut virens instar herbarum viridium, aut flavus instar croci, qui Italice *giallo* appellatur; Hæc vox ירוק in nostra lingua sancta æquivoca est his duobus coloribus, aliquando alterum, & alterum aliquando designans, uti manifestum est sapientibus pariterque hæc vox χλωρὸς apud Græcos scripta chi, lamda, omega, ni, omicron, & sigma inseruit, designandis simul duobus coloribus, uti fit apud nos in nostra lingua sancta in voce ירוק commemorata. Inquirendus quoque nobis est tertius lapis, qui a fulgore denominatur, si velimus non declinare ab vera ejus interpretatione.

Primus lapis est האדם aut *Corniola*, aut *Carniola*, quæ ab carnis nomine derivatur, & est lapis ruber similis carni hominis, & ejus sanguini; reperitur prope magnum flumen, quod *Rhenus* appellatur, & inclinat ad illum colorem pulveris, aut terræ, quæ semper in argenti fodinis deprehenditur, quæ Italice *Minio* nuncupatur, qui perfecte ruber est; cum hic lapis perfricatur, lucet & fulget. Mihi libet manifestare, Lector, auribus tuis, quod cum sæpe mihi commemorandæ sint variæ colorum species in describendis la-

כאשר תראה. הלא בשכבר עלה במחשבה
לפני לכתוב לך מאמר ,שלם בהם על פי
חכמיהם רבי הדעת והתבונה שנחלקו לב'
כתותי אלו גבלי הגיון והמרא כפי דעת
אריסטוטילי דלא כדברי פיטאגורה ודלא
כמילי פשיטי דאפלאטון והתבוננו במהותו
בהבדלו ובמקריו כמו בדבר הבא בנבראים
ברצון יהוה מכח הטבע ומהפעולות או
מהתפעליות היסודות זה עם זה וזה על
זה שבקרבם כפי חומר׳ חומם קורם יובשם
ולחותם וכפי בהירותם העצמי לבנינותם
ספירותם שנקרא בלשונם דיאפאניאיטה
ודקותם והעדר אור האחד מהם עד כי
ידמה הוא לבדו כמעט לגיון השחור בשביל
גסו גופו הפרטי עם כי גם הוא יהיה על
כל פני. בצבעו לבן כמו שהם שאר
היסודות כלם מצד עצמם וכן מראה האש
היסודי ונצוצי השמש גם שניהם נלוו עמם
גם כי לפעמים יראו לחוש כאלו הם נוטים
אל גיון וצבע הכרכום בעבור ערוב האדים
המשותפים עם אדם כאשר כתב אליסאנדרו
אפרודיסיאו הפלוסוף בספר הראשון
מהדרושים הטבעיים שלו פרק שני.

ואלה לא רצו לדרוש במהות הגיונים
וסבתם העצמית כמו שעשו הפלוסופים
הנזכרים. אך בקשו להשיג ולדעת בכל
מאמצי כחם ביחוד הבדל כל הצבעים
הנמצאים ושמותם ומנינם ותוארם וכנוים
הבא עליהם או מצד הערים והמקומות
שיצאו לנו משם בראשונה או מצד
ההדמות לגיון הארץ העפר המתכות מימי
הנהרות האילנות הנטיעות העשבים הפרחי'
הפרות השרפים המרגליות הבהמות החיות
העופות הדגים הדם הים ,וגליו השלג האויר
העבים הקשת הנראה כענן האש דרקיע
השמש הירח צבא השמים וכסיליהם
ודומיהם. עד כי יגעו למצא ומצאו
בנבראים עד סך מאה וחמשה עשר
גיונים שונים הידועים לנו,

אמנם לא עמדתי אחרי כן במחשבת
הזאת אפילו שעה אחת שמלפנים התאויתי
תאוה לדבר בגיונים כהלכה ונחמתי והרהי

pidibus pectoralis & humeralis, uti videbis, mihi in mentem venerit scribere tractatum integrum de his coloribus juxta sententiam illustriorum sapientum, qui in duas classes distribuuntur, alii definierunt colorem & visum juxta sententiam *Aristotelis* contra opinionem *Pythagoræ* & verba *Platonis*; & consideraruntin ejus qualitate, & ejus differentia, & ejus accidentibus tanquam rem, quæ Dei voluntate in res creatas derivatur propter virtutem naturæ & actionem, aut passionem elementorum alterius cum altero, & alterius in alterum, juxta eorum materiam, calorem & frigiditatem, siccitatem, & humiditatem, & secundum eorum peculiarem claritatem, albedinem, atque uti ipsi dicunt, diaphaneitatem, & subtilitatem, & lucis privationem ab ipsis, donec illud solum assimiletur fere colori nigro propter ejus peculiarem crassitiem, quamvis sit omnino in sua albedine, uti sunt reliqua omnia elementa; pariterque color ignis elementaris, radiique solis cum ipsis una simul componuntur, quamvis sensui aliquando appareant quasi inclinantes ad croceum colorem propter commixtionem rubedinis cum eorum luce conjunctæ, uti scribit *Alexander Aphrodisiensis* Philosophus libro primo suorum tractatuum Physicorum cap. II.

Alii vero voluerunt perscrutari qualitates colorum, & eorum causam substantialem, uti fecerunt commemorati Philosophi, sed dederunt operam ut omni conatu & scientia præcipue assequerentur differentiam omnium, qui reperiuntur, colorum, eorumque nomina & numerum, & eorum speciem, nomenque, quo insigniuntur, aut respectu urbium & locorum, ex quibus primum allati sunt, aut similitudine coloris terræ, pulveris metallorum, aquarum, fluviorum, arborum, plantarum, herbarum, florum, fructuum, gummarum, gemmarum, animalium, avium, piscium, & volucrum sanguinis, maris, ejusque fluctuum, nivis, aeris, nubium, iridis, quæ conspicitur in nubibus, ignis, firmamenti, solis, lunæ, exercitus cœlorum, planetarum, & his similium, ita ut in iis perscrutandis defatigati sint, & invenerint in rebus creatis centum & quindecim colores differentes ex his qui innotuerunt.

Idcirco ne hora quidem in hoc consilio perseveravi; si enim cupiebam differere de coloribus sicuti conveniebat, statim hujus consilii me pœni-

כי

בי מחפצי זרה תכף ומיד הואיל כי גלוי
וידוע לפני שהכרת הבדל ושמות הצבעים
בערום ובחסר כל יתר המשפטים הנאותים
לשום לפנינו בבינה ובהשכל כמו שעשתה
הכת השנית הזאת שהשמיטה כל התנאים
ממוסיפים מנדעא לחכימין לא תועיל כלל
ללמוד לנו מהות סבות הגיונים באבנים
טובות ומרגליות כמצטרך וגם בחקירת
דברי הכת הראשונה כבר ידעתי נאמנת
שלא יגיע אל תכלית חשקו בדבר הגיונים
מי שלא עמל מנעוריו ועסק בכל תורת
הפלוסופיא הטבעית בתמידות יומם ולילה
לא שבת. ולכן לא רציתי להעמיד עליך
ארוני הקריאה עתה לבטלה. האמנם אם
יזדמן שתאוה נפשך לדעת משפטי תנאי
ודרכי הכת השנית דוק ותשכח בין כתבי
שאר הדברים הספר שעשה על הדבר הזה
אנטוניאות טיליסיאו קוסינטינו כי בשלשה
עשר פרקים שבו תמצא חרות על לוחותיו
בשלם שבפנים כל מה שזכרתי לך כאן
דרך העברה אחד לאחד למצוא חשבון.
ואם באולי תחפוץ גם כן להבין וללמוד
מהחכמה יונית מה שגלו לנו אנשי הכנסיה
שלהם הראשונה מהעמיקתא והמסתרתא
שנמצאו ברצון ה׳ בנמצאים מכח היסודות
שהיום כהיום הזה אצלנו בחשוכא ואצל
רז״ל מימי עולם בנהורא קבה הפוך ובלה
וסיב בספר השני מהנפש ובספר החוש
והמוחש ובספרי הנטיעות לאריסטוטילי על
דרך יסודי הפלוסופיא הטבעית. וגם ראה
רספר החמשי מתולדת הבעלי חיים ובמאמר
השמיני מהשאלות ותשובות שלו בלשונם
פרובלימאטה ובמקומות אחרים שדבר על
זה אריסטוטילי גדול החכמים שביונים.
וסיף סוף כל מה שכתב הפלוסוף הזה גם
ברמיזה גם בארוכה הגיונים והמראות
בספרים שונים. במעט יצא לקראתך ותראה
אותו ותשמח בלבך בספר אחד יוני בפרוד
המכונה בלשון לאטינו די קולוריבוס הנחלק
לששה פרקים בלבד. ועם כי פלוטארקו
אומר שאריסטוטילי חבר שני ספרים ביחוד
על הגיונים והמראות. ופאקימירו המחבר
כשזכר מנין ספרי אריסטוטילי אמר גם
הוא שיש בחשבון ספריו של אריסטוטילי
שני ספרים על מהות הגיונים ועל כן יש
מי שאמר שהספר הזה שזכרתי באחרונה
הוא של אריסטוטילי. אני עם כל זה לא
כן דמיתי כי האמנתי שהוא מטיאופראסטו

tuit, cum plane sciam, scientiam differentiæ & nominum colorum, si sejuncta sit ab reliquis omnibus notitiis, quæ perfecte a nobis cognosci debent [in quibus secundæ classis sapientes operam impenderunt, prætermittentes omnes conditiones hujusmodi, quibus doctis tantum sapientiæ comparatur] nihil omnino prodesse, ut cognoscamus qualitates, & causas colorum lapidum pretiosorum, & gemmarum, uti necesse est; præterea in perscrutandis verbis primæ classis, jam non ignoro non posse consequi scientiam perfectam colorum, qui diu noctuque ab adolescentia perpetuo studio non vacaverit, operamque impenderit philosophiæ naturali; idcirco, domine, in hac lectione inutiliter tibi molestus esse nolui. Si vero contingeret, ut cuperes scire conditiones & rationes secundæ classis, abi, & lege, & invenies inter scripta aliorum auctorum, librum quem composuit de hoc argumento *Antonius Telesius Cosentinus* quia in tredecim capitibus, in quæ *liber* distribuitur, deprehendes tabulis insculpta omnia, quæ tibi per transennam commemoravi. Si vero cupieris præterea intelligere & scire ex Græcorum sapientia quæ nobis aperuerunt viri illustriores eorum congregationis de rebus occultis, & phænomenis, quæ in creaturis divina voluntate inventa sunt elementorum virtute, quæ nobis nostris diebus obscura sunt, quæ apud nostros Sapientes f. m. antiquitus erant clarissima, te converte, & lege diligenter secundum librum de anima, & librum de sensu, & sensibili, & libros de plantis *Aristotelis* juxta ordinem principiorum Physicæ, pariterque vide quintum librum de generatione animalium, & octavam dissertationem de ejus quæstionibus, quæ ab ipsis Problemara appellantur, & alia loca in quibus disserit *Aristoteles* Græcorum sapientissimus, postremo ea omnia, quæ hic Philosophus scripsit præcipue & uberrime in variis libris de coloribus & visu; facile videbis, & animo lætaberis in peculiari libro Græco, qui Latine inscribitur *de coloribus*, in sex tantum capita distributus; quamvis *Plutarchus* scribat ab eo duos peculiares libros de coloribus & visu scriptos esse, & Phakimerus autor quoque, quando commemorat numerum librorum *Aristotelis*, dicat inter ejus opera duos libros de colorum qualitatibus recenseri, ideoque est qui dicit hunc postremum librum, quem commemoravi, *Aristoteli* tribui, ego ta-

תלמידו

תלמידו עם כי דבריו הם דומים הרבה לסגנון דברי אריסטוטילי רבו. ויהיה הספר הזה ממי שתרצה משניהם הוא באמרת מלא חכמה ודעת וממנו תצא לך תורת הגיונים והמראות שנמצאו בטבע היסודות ושהבינו על נכון בחכמתם הפלוסופים ההם אשר נתן יהוה בקרבם דעת ובינה. קרא אותו גבר עמיתי בשובה ונחת אם תרצה כי ידעתי שלנפשך ינעם כשתבין בשכל מליו.

ונתנה האבן הזאת לראובן על שם שנתמעט בשרו ודמו בתעניותיו כשבלבל יצועי אביו והוא סימן שקבל יהוה את תשובתו ומחק את עונו.

הפטדה או הטופאציאו נקרא כן על שם המקום המובא משם. שאמרו שהיא אי אחת נקראת טופאסים אולי בארץ כוש כדכתיב לא יערכנה פטדת כוש. והאבן הזאת היא של שני מינים. אחד צבעו הוא ירוק היינו ייאלו דומה לזהב והוא האבן המובחרת שבמינו. השני הוא הנוטה לצבע הירוק הנקרא ווירדי משותף עם צבע ייאלו דומה לזהב כמו שהוא זהב הכרתי שהוא שורש נטיעה שהיא ממין הבצלים הנקרא בלעז פורו ובלשון רז״ל הפורי מצורף לשם זה כרתי נקראו גם כן כרישין במסכת שביעית פרק כלל גדול העולשין והכרישין. ובסוף עוקצין חוץ מכרישי שדה והרגילה, כי תרגום כרישין הוא כרתי ובסוכה פרק לולב הגזול והירוק ככרתן כו׳. ויש לו לזנב הכרתי הזה במקצת צבע הייאלו והווירדי גם יחד. עד כאן היונים קראו המין השני הזה מהאבן האמור קריסופטיריס להיות כי צבעו הוא משותף לשני הצבעים האמורים. והאבן הזאת בפטעה לפעמים תגדל בכמות גופה הרבה מאד. עד שאמרו שעשו האנשים הקדמונים פסל אחד כדמות אשה כלו מאבן זה לכבוד ולתפארת מלכת מצרים הנקראת ארסינואי אשת המלך פילאדילפו שהיה דומה לה ארבע אמות קומתו.

והאבן הזאת עלה לחלק שמעון לאות על חטא שבטו עם בנות מואב ומדין כי הנה כמו שכתב רז״ל סימן לעבירה הדרוקן. ואולי בעבור עון זה לא ברך משה שבטו של שמעון בפרטות בשעת פטירתו. ומפני

men non ita sentio, sed puto ab *Theophrasto* ejus discipulo scriptum esse, quamvis ejus locutio sit valde similis locutioni orationum *Aristotelis* sui magistri; Hic liber, sive uni sive alteri tribuatur, singulari scientia & eruditione refertus est, tibique ex eo derivabitur doctrina colorum, & visus, qui deprehenduntur in natura elementorum, & quod solide eorum virtutem Philosophi perceperint, quibus Deus intelligentiam, & singularem scientiam impartitus est; lege illum, mi comes, quieta & tranquilla mente; tibique maximæ erit voluptati, quando abs te ejus verba recte percipiantur.

Assignatus est hic lapis Ruben, quia diminuit carnem & sanguinem suum jejuniis, quando lectum patris sui commiscuit, & hoc erat signum, quod Deus ejus pœnitentiam acceptasset, & peccatum suum delevisset.

פטדה aut [*a*] topazius ita nuncupatur ex loco, ex quo adducitur; dicitur enim esse insula, quæ *Topasis* appellatur, sita fortasse in terra Æthiopiæ, sicuti dictum est *Job.* XXVIII. 19. *Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia*. Duæque sunt hujus lapidis species, quarum altera est flava auro similis, & hæc est melior; secunda inclinat ad colorem viridem flavo auri simili commixtum, juxta caudæ porri similitudinem, quæ est radix plantæ ex cœparum speciebus, quæ Sapientum f. m. lingua nomine conjuncto dicitur כרתי, pariterque כרתין, & in tractatu de *Anno Sabbatico* VII. I. appellatur כרשין; & cap. III. 6. *Succah* dicitur ככרתן; atque hujus porri cauda partim est coloris flavi viridi permixti; ideoque a Græcis secunda hujus lapidis species dicitur קריסופטירים, eo quod ejus color ex his duobus coloribus sit concinnatus; atque iste lapis naturaliter aliquando est permagnus, ut ex eo dicatur ab hominibus antiquis efformata fuisse (*b*) statua integra mulieris ad decus & gloriam Reginæ Ægypti, quæ vocabatur Arsinoe uxor Regis Philadelphi, eratque illi similis in altitudine quatuor cubitorum.

Iste lapis impartitus fuit Simeoni in signum peccati patrati ab sua tribu cum mulieribus Moab & Madian; dicunt enim Sapientes nostri f. m. Signum lasciviæ est hydrops; & probabile est, quod hujus peccati causa momento suæ mortis tribui Simeonis Moses non benedixerit; & quod Deus, qui illius

ששמע

(a) Vide *Plinium Histor. natural.* lib. XXXVII. cap. 32. (b) Vide *Plinium* ibid.

ששמע יהוה עליו רצה שהאבן הזה כמו סניגור ילמד עליו זכות ויצנן גופו ודמו עד שלא יהיה כ״כ להוט אחרי הזמה כי אמרו הפלוסופים שהטופאציאו הוא בטבעו נגד תאות המשגל. וגם אלבירטו מאנייו הפלוסוף העיד בספרו השני מהאבנים טובות פרק שמנה עשר כי הוא מקרר מאד בסגולתו. ושעשו בפניו תלמידיו נסיון מספיר מכחו ופעלתו של אבן זה. כי שמו אותו במים שהיין רותחין על האש ושנצטננו המים מיד עד ששמו בם הידים ערומות מבלו היזק שום כויה או תולדת אבעבועות עליהם כמו שיצמחו בכויית האש.

הברקת או הכיראבנוס אמר אלבירטו מאנייו בספר השני מהאבנים טובות פרק שני. כי הוא אבן טוב הדומה לזכוכית הטובה והבהירה בלעז קריסטאלו שצבעו נוטה לירקות חלוש נקרא הצבע הזה בלשון יון כיאניאוס. כתוב בכאפה שלהם ובאיפסילון עם החירק תחת האלף אחרי הכאפא. ובלשון לאטינו צירוליאו הדומה לרקיע הבהיר כשלא יראו בו העבים. ואמר שיורד האבן הזה לארץ עם המטר מתוך הענן עם הזקים והברקים. ושנמצא הכיראבנום הזה בארצות אשכנז וספרד ושהספרדי הוא נוטה לצבע הזהב והוא חם כאש. ופליניאו גם הוא זכר האבן הזה בספר ל״ז שלו מהדברים הטבעיים פרק ל״ח אמנם זינוטימו המחבר אמר כי הציראבנו הוא לבן ובהיר ושבקרבו יש כמו צורת ככב מתנועע. נקרא בלשוננו הקדוש האבן הזה ברקת על שם שהוא יורד לארץ עם הברקים. ובלשון יון נקרא כיראבנוס. כתוב עם הכת שלהם והאיפסילון בצירי׳ והרו. והאלפא. והאיפסילון עם החירק. והניי. והאוקמירון. והסיגמא. שבצרופם יחד נקראת התבה הזאת כיראבנוס שרוצה לומר בלשוננו זוקא שהוא באולי מה שקראו אותו ר״ל ברכות פרק הרואה ככבא רשביט היינו סאייטה. קראו היונים האבן הזה בלשון סאיטה כי גם הזקים לא ירדו אלא עם הברקים. ובלאטינו יקרא האבן הזה לאפיס פולגוריס. ובלעז פייטרה דיל לאמפו.

ונתנה האבן הזאת לשבט לוי לכבוד וגדולה להיות כי הם לומרים משפטי יהוה ,תורתו לישראל כדכתיב יורו משפטיך ותורתך לישראל והתורה גם כן נתנה בקולות וברקים כדכתיב ויהי קולות וברקים

misertus est, voluerit hunc lapidem illi quasi defensoris loco esse, ejusque patrocinium suscipere, ejusque corpus & sanguinem refrigerare, ne lascivia immergeretur; quia dicunt philosophi topazium natura sua contra lasciviam utilem esse; pariterque *Albertus magnus* Philosophus testatur in suo libro II. cap. 18. de lapidibus pretiosis sua proprietate multum refrigerare; & in suo conspectu suos discipulos sufficiens experimentum de hoc lapide fecisse, sc. in aquis bullientibus posuisse, statimque aquas deferbuisse, ita ut in eas manus nudas introducerent sine ullo detrimento adustionis, aut ortu postularum, uti solent pullulare in ignis adustionibus.

הברקת sive ceraunus; dicit *Albertus Magnus* lib. II. cap. 2. de lapidibus pretiosis esse lapidem pretiosum similem optimo vitro & translucido, quod Italice *Cristallo* appellatur, cujus color inclinat ad colorem subviridem *seu viridem remissum*, qui Græce *κύανεος* appellatur scriptum cappa, epsilon cum chirec sub aleph post cappa, & Latine *cæruleus* similis firmamento lucido, in quo nubes non conspiciantur; dicitque hunc lapidem descendere in terram cum pluvia de medio nubium cum fulguribus & fulminibus; & inveniri hunc ceraunum in Germania, & Hispania, & Hispanum ad colorem aureum inclinare, atque instar ignis esse calidum. *Plinius* quoque mentionem facit de hoc lapide lib. XXXVII. cap. 38. *Histor. Naturalis*; At *Zenothemis* scriptor fatetur ceraunum esse album, & translucidum, sed habere intus stellam concursantem; hic lapis nostra santa lingua ברקת appellatur, eo quod cum fulguribus in terram descendat, & Græce *κεραυνὸς* scriptum eorum cappa, epsilon cum zere, ro, alpha, & epsilon cum Chirec, & mi, omicron, & sigma, quæ si una connectantur, legetur *κεραυνὸς*, quod nostra lingua significat זוקא, quod fortasse est quod dixerunt Sapientes nostri f. m. cap. IX. *Gemara Berachoth* ככבא רשביט i. e. *Sagitta*. A Græcis his lapis fulminis nomine appellatur, eo quod fulmina non descendant nisi cum fulguribus, & a Latinis *lapis fulguris*, & Italice *Pietra del lampo*.

Assignatus fuit hic lapis tribui Levi ad gloriam & excellentiam, eo quod docerent Israelem Dei instituta & ejus legem; sicuti scriptum est *Deut.* XXXIII. 10. *Legem tuam o Jacob, & legem tuam o Israel.* Lex pariter data fuit cum tonitrubus & fulguribus, sicut dictum est

וענן

וענן כבד על ההר ויצאה התורה מתוך
האש כדכתיב את הדברים האלה דבר יהוה
אל כל קהלכם בהר מתוך האש וגו'.

הנפך או הקארבונקייו נקרא בשם וה
על כי הוא דומה לאש המוצרת בפחם
הבוער והמבהיק או נקרא כן מפני שהאש
לא ישלוט בו ועל כן יש מחכמי האבנים
טובים שקוראים אותו אפיר כי פיר בלשון
יון רוצה לומר אש . ועם תוספת האלף
לפניו רוצה לומר בלא חמימות או הרגשת
אש כי כאשר אמרנו האש לא ישלוט בו.
והאבן הזאת היא של מינים רבים והמינים
המובחרים בין שאר המינים. הם ההינדים
והגאראמאנטי הנקראים גם כן קרקידוניאו
לזכר העיר שהיתה רבתי עם ועושר וכבוד
הנקראת קארטאגיני. והאיטיאופיאי היינו
הבאים מכוש הם בכלל המינים המובחרים
וגם האלבאנדריצי והאמיטיסטי זונטי שהם
הטובים שבכלם נלוו עמם. ובכל מין ממיני
הקארבונקייו היותר צבועים ובהירים יקראו
זכרים. ואשר למטה מהם בצביעות ובבהירות
הם הנקבות כי ברוב האבנים טובות ישימו
החכמים ההבדל הזה של זכרים ונקבות.
וקליסטראטו המחבר אמר כי במראה צבעו
צריך שהקארבונקייו ידמה בראשונה כמו
שיעלה עשן ממנו ושאחרי כן צריך שיראה
עצמו דמו שיהיה צלול ובוער בדמות אש
צלולה. והוסיף לכתוב כי הקארקידוניאי יטו
בטבעם לצבע השחור ושנגד האש או
השמש יבהיקו יותר משאר מיני הקרבונקייו
ואלו האבנים היינו הקארקידוניאי כשהם
בתוך הבית במקום שלא ישלט בו האויר
הבהיר בשופע הם כצבע השושנה. ובמקום
מגולה נראים כבוערים באש. ונגד השמש
ידמו לאש בהיר שיוצאות ממנו נצוצות
רבות. אמר אלבירטו כי הקארבונקייו
באבנים הוא כזהב הטוב בין שאר המתכות
במעלה. ושסגלותיו הם רבים מאד על
שאר האבנים. ואחרים אמרו שיועיל
בפרטות נגד המרה השחורה והדאגה
ושהנשא אותו ינצח במלחמה כל אויביו.

והנה הקארבונקייו הזה ניתן ליהודה
מפני שהיה גדול מכל אחיו במעלה ושלכן
היה לו משפט המלוכה כדכתיב לא יסור

Exod. xix. 16. *Ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem.* Et lex de medio ignis egressa est, sicuti scriptum est *Deut.* v. 22. *Hæc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis &c.*

הנפך aut carbunculus hoc nomine appellatur, quia est similis igni accenso in carbone ardenti & coruscanti, atque hoc nomine appellatur, quia in eo ignis non dominatur; ideoque a nonnullis sapientibus, qui periti sunt in scientia lapidum pretiosorum, *apir* appellatur, quia Græce ignis πῦρ dicitur, si a præmittatur, significatur res sine calore & sensu ignis, quasi diceretur in eo ignis non dominari. Multæ [a] sunt hujus lapidis species, optimi sunt Indici, & Garamantici, qui pariter Charchedonii appellantur memoria urbis, quæ populo, & opibus & gloria referta erat, quæ dicebatur Chartago; atque Æthiopici, qui a Chus afferuntur, pariterque Albanditii, & Amethystozontes, qui omnium optimi habentur, cum his conjunguntur; & ex omnibus Carbunculorum speciebus, qui micantiori colore & splendore celebrantur, vocantur mares, qui vero hebetiori colore & splendore sunt, dicuntur fœminæ. Hoc discrimen fecerunt Sapientes inter mares, & fœminas. Et autor Callistratus (b) dicit; in aspectu sui coloris carbunculum hujusmodi esse oportere quasi ex eo fumus excitaretur; & deinde apparere, quasi esset lucidus & ardens ad similitudinem flammæ ignis claræ: scribitque præterea Charchidonios sua natura ad nigrum colorem inclinare, contraque solem, & ignem præ ceteris carbunculis fulgere; (c) lapides, i. e. carbunculi, cum domi detinentur in loco; ubi clarus aer parum dominetur, rosæ colorem imitantur, at in loco aperto videntur quasi igni ardentes, at contra solem assimilantur igni claro, unde plurimæ scintillæ egrediantur. Dicit *Albertus* carbunculum inter lapides esse quasi aurum optimum præ ceteris metallis, ejusque proprietates plurimas esse præ cæteris lapidibus. Alii dicunt præcipue prodesse contra melancholiam, & animi dolorem, eumque, qui secum illum ferat, suos hostes in bello superare.

Ecce hic carbunculus attributus fuit Jehudæ, quia præ cunctis suis fratribus erat dignitate maximus, ideoque

שבט

(a) Vide *Plinium* Histor. Natur. lib. xxxvii. cap. 25. (b) Vide *Plinium* ibid.
(c) Vide *Plinium* ibid.

שבט מיהודה כו׳ וגם מפני שהושחרו פניו
בראותו שעלתה טינא בלב יעקב אביו עליו
כאשר לא נמצא יוסף ועמד יהודה בספק
זה עד כי שמע אביו בברכו אותו שאמר
לו מטרף בני עלית. וגם הושחרו פניו
כששלחה לו תמר כלתו ואמרה הכר נא
למי החותמת והפתילים כו׳. ועוד יאות לו
הנופך הזה מפני דאגת לבו כשמתה אשתו
ושני בניו בחייו והיה צריך בעבור זה
לנחמה כדכתיב וינחם יהודה וסוף סוף
מפני שהיה גובר על אויביו במלחמה
כדכתיב ידך בעורף אויבך ובדויד הוא
אומר ואכרתה את כל אויביך מפניך.

הספיר או הצאפירו. לדעת אלבירטו
הוא בא מארצות המזרח ומארצות ההנדים.
וצבעו הוא נוטה לירקות הכרכום החלוש
בטבעו הדומה לבהירות הרקיע הזה. ואמר
שהסאפירו הטוב יש בקרבו כמו ענן כהוי.
ופראנציסקו רואיאו אמר כי צבעו הוא
הנקרא צירוליאו. ושיש בקרבו עננים
דומים לצבע התכלת עד שידמו ללהב
הגפרית כשיתחילו להצית בו האש עם
נקודות קטנות דומות לזהב הבהיר ועם
כל זה לא תבהיק האבן הזאת עד שיראו
בו התמונות כמו שיראו במראה הנקראת
ספיקייו. וסגולות האבן הזאת הם רבות
כמו לשמור בריאות העינים וכל הגוף.
אמנם תועיל גם כן לנפש עד שתהיה
תמיד נכונה ומוכנת לעבודת יהוה ולהגות
בתורתו ובמצותיו. ותועיל לרדיפת השלום
והמנוחה.

והנה נתנה האבן הזאת לישׂשכר מפני
שהיו גדולים בחכמת התורה ויושבי בבית
המדרש תמיד כדכתיב ויששכר באהליך
וכתיב ומבני יששכר יודעי בינה לעתים.
והענן שבתוך הסאפירו הזה הענן אשר
עמו נתנה התורה כדכתיב ויהי קולות

illi regni jus conveniebat, sicuti scriptum est *Genes.* XLIX. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda &c.* Præterea nigruerunt ejus facies, cum videret Jacobo patri suo locum esse, ut de se quereretur, quod Josephus non reperiretur; permansitque in hac dubitatione, donec audivit patrem suum sibi benedicentem qui dixit; *ibid.* v. 9. *Ad prædam, fili mi, adscendisti.* Pariterque ejus facies nigruerunt, quando Thamar significavit *ibid.* XXXVIII. 25. *Cognosce cujus sit annulus & armilla* &c. Præterea illi conveniebat carbunculus propter dolorem, quo affectus est vivens ob mortem uxoris, & duorum filiorum; ideoque necessaria erat consolatio; sicuti scriptum est ibid. XXXVIII. 12. *Qui post luctum consolatione suscepta.* Tandem eo quod hostes suos in bello superaret, sicuti scriptum est ibid. XLIX. 8. *Manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum.* Et de David dictum est 2. *Reg.* VII. 9. *Et interfeci universos inimicos tuos a facie tua.*

הצפיר aut (*a*) *Zaffiro* juxta sententiam *Alberti* ex regionibus orientis & Indiæ affertur, ejusque color inclinat ad flavum colorem croci remissi, *aut hebetioris*, naturaliter ad firmamenti, quando clarum est, colorem inclinat; scribitque legitimum Sapphirum intra se quasi nubem obscuram continere. At *Franciscus Robæus* scribit, ejus colorem esse cœruleum, nubesque intra se continere hyacinthino colori similes, ita ut assimilentur flammæ sulphuris, quando in eo ignis accendi incipit, cum parvis punctis claro auro similibus; tamen hic lapis non ita lucet, ut in eo appareant figuræ, ut in speculo videntur. Hujus lapidis proprietates plurimæ sunt, e. g. ad servandum oculorum & totius corporis sanitatem; pariterque animæ prodest, quo promta fiat ad serviendum Deo, operamque suæ legi & præceptis impendendum, & ad consectandam pacem & quietem.

Attributus fuit hic lapis Issachari, quia excellens erat in scientia legis, semperque sancto studio incumbebat, sicuti scriptum est *Deut.* XXXIII. 18. *Et Issachar in tabernaculis tuis.* Pariterque scriptum est 1. *Paral.* XII. 32. *De filiis quoque Issachar filii eruditi, qui noverant singula tempora.* Et nubes, quæ intra Sapphirum continetur, designabat nubem, qua data fuit lex, sicuti scriptum est *Exod.* XIX. 16. *Et ecce cœpe-*

(b) Vide *Plinium Histor. nat.* lib. XXXVII cap. 39.

וברקים וענן כבד על ההר והענן לא היה
בהיר דכתיב וערפל תחת רגליו. ועוד נתן
הסאפירו לישׂשכר מפני שלוחות התורה
של ססּפירינון היו . ובמתן תורה כתיב
ותחת רגליו כמעשה לבנת הספיר ונפש
בעלי התורה היא צרורה בצרור החיים
תחת כסא הכבוד שכתוב בו כאבן ספיר
כמראה דמות כסא. וגם מצות התורה הם
מאירות עינים כדכתיב מצות יהוה ברה
מאירת עינים . ועוד מפני שיששכר היה
אוהב מנוחת התורה וסובל עולה בשמחה
כדכתיב וירא מנוחה כי טוב וכו' ויהי למס
עובד . היינו בחר להיות עבד ליהוה
ולתורתו.

היהלום או הדיאמאנטי . הוא במעלה
רבה בין כל חפצי האדם והוא העולה
בחשיבות על כל שאר האבנים הטובים כפי
דעת פליניאו המחבר. אמנם אלבירטו נתן
המעלה הזאת לנפך . כאשר כתבתי .
והיהלום רבו הימים והשנים כי לא הכירו
אותו אלא מלכים מועטים מימי קדם
והאמינו שלא ימצא אלא במחצבי הזהב
וזה אינו אמת הואיל כי יולד גם כן
במקומות ההם שימצא גם הזכוכית לבנה
הנקראת קריסטאלו שהוא כמעט ממינו או
קרוב לו. ומיני היהלום הם ששה. היינו
הכושי . ההידי . הערבי . המוקדוני .
הציפריאנו. והסידיריטי. שהוא דומה לברזל
המצהיב אחרי הלטישה. וכל המינים ממנו
בלתי השני מינים האחרונים שיתפוצצו
בנקלה הם קשים עד מאד ודוחפים לאחור
הפטיש המכה בם כאשר אמרנו רבים
שהאמינו שלא ישברו כי אם בחזקה עזה
ובטבעם ינצחו חמימות האש ולא יוחמו
בו בשום פנים לעולם . ועד כאן היונים
קראו היהלם בלשונם אראמאס כי הוא
פורק על כל הדברים המפסידים אותו מעל
שכמו ויעמוד בתקפו שנים רבות.

ובלשוננו הקדוש נקרא הדיאמאנטי
יהלום מפני שהוא רושם ושובר כל
האבנים טובות ונוקב ומשבר בפרט הבדלח
והוא מגזרת הולם פעם שהוא לשון שבירה.
ופעולות הדיאמאנטי הם אלו. היינו

runt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem. Neque nubes erat clara; ſicuti dictum eſt *Pſalm.* XVII. 18. *Et caligo ſub pedibus eius.* Præterea aſſignatus fuit Iſſachari Sapphirus, quia tabulæ legis erant ſapphirinæ. Et in danda lege ſcriptum eſt *Exod.* XXIV. 10. *Et ſub pedibus ejus quaſi opus lapidis ſapphirini;* Animaque eorum, qui legi dant operam, colligata eſt cum faſciculo vitæ ſub Dei throno, de quo ſcriptum eſt *Ezech.* I. 26. *Quaſi aſpectus lapidis ſaphiri ſimilitudo throni.* Pariterque præcepta legis illuminant oculos, ſicuti dictum eſt *Pſ.* XVIII. 9. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Præterea quod Iſſachar amabat quietem legis, & cum lætitia ferebat jugum ſuum, ſicuti dictum eſt, *Geneſ.* XLIX. 15. *Vidit requiem quod eſſet bona &c. factuſque eſt tributis ſerviens;* i. e. hoc elegit, ut eſſet Dei ſervus & legis.

היהלום aut adamas, eſt in multa æſtimatione inter omnia hominis deſideria, & dignitate ceteros omnes lapides pretioſos antecellit juxta *Plinii* (*a*) ſententiam. At *Albertus* præfert carbunculum, ut a me ſcriptum eſt. (*b*) Plurimi jam anni præterierant; neque adamas niſi paucis Regibus antiquis innotuerat; & (*c*) putabant ſolum in auri fodinis oriri; quod falſum eſt, eo quod naſcatur etiam in iis locis, ubi vitrum album reperitur, quod Chryſtallus appellatur, quid fere eſt ejuſdem ſpeciei, illique ſimilis. Sex (*d*) ſunt adamantum ſpecies, i. e. Æthiopicus, Indicus, Arabicus, Macedonius, Cyprius, & Sederitis, qui fulgenti ferro ſimilis eſt, poſtquam acutum & expolitum ſit. Omnes ſpecies exceptis poſterioribus duabus, quæ facile franguntur, ſunt (*e*) duriſſimæ, & malleum percutientem repellunt, juxta opinionem multorum, qui putant niſi magna vi non poſſe frangi, & natura ſua [*f*] ignis calorem ſuperare, neque unquam ullo modo ab eo calefieri; ea de cauſa a Græcis ἀδαμας appellatus eſt, quia corrumpi non poteſt multoſque annos in ſua firmitate permanet.

Et in noſtra Sancta lingua adamas יהלום appellatur, eo quod omnes lapides pretioſos deſignet & frangat, & præcipue vitrum perforet & perrumpat, derivaturque ab הלם, quo effractio ſignificatur; Adamantis operationes ſunt hæ quæ ſequuntur, i. e. qui illum ſe-

שהנושאו

(a) Vide *Plinium* Hiſtor. natural. lib. XXXVII. lib. 15. (b) Vide *Plinium* ibid. (c) Vide *Plinium* ibid. (d) Vide *Plinium* ibid.
(e) Vide *Plinium* ibid. (f) Vide *Plinium* ibid.

שהנושאו בזרוע השמאלי בפרט ינצח האויבים והענקים הגבורים והחיות הרעות. ויועיל להסיר הכשפים והפחד והרעדה. וטוב למי שמבקש השלום ורודף אחריו. ויועיל גם כן להעשיר.

ונתן היהלום לזבולון הואיל כי כל בני שבטו היו מאריכים ימים ולא היו יראים מהדברים המחליאים דומיא דיהלום שיהיה זמן רב ולא ימות עד עדן ועדנין ופלג עדן.

אמר אריסטוטילי בספר האריכות וקצרות החיים בלשונם די לונגיטודיני איטאריויטאטי ויטי. כי הדרי תחת איקליס שאוירו יהיה חם ולא יאריכו ימים כי הנה יסוד החיים הוא החמימות והלחות ואם מחמימות המתמיד בחזקה יפסד וידעך מרוב חומו. כן כשהלחות הנלוה עמו יתן ויחזור ויתן בחום ההוא תמורת הנתך ממנו יחיה האדם ימים רבים עד שימצא בחום שבקרבו הלחות הנאות להיות מזון לו. ואוירואי הערבי תלמידו כתב כי זה אינו אמת בהחלט באויר החם ולא בפשיטות כי הני מזג החמימות והלחות הדומה לזה הוא אב לכל עפוש ותפסה. אך אם נכון הוא דעת אריסטוטילי יהיה אמת במקומות שהלחות לא יהיה פשוט כי הנה צריך שיהיה עם הלחות בצרוף מעט יבשות שיחליש כח הלחות המותריי שבו לא זולת כמו שהוא האיקלים אשר בו שפע הלחות עם ערוב כח המלח המיבש והמסיר סברת עפושו. ועל כן בארצות ההם שהם על חוף הים יאריכו ימים הגרים שם יותר ממה שיהיו בערים שהם על הנהרות והמים המתוקים עד שזבולון שפע ימים ינק היינו יאריך ימים מפני ששפע ימים ינק רוצה לומר מפני שהוא עומד על חוף הים המלוח בטבעו והמרפא הלחות המותריי שהוא סבת העפוש. ועד כאן אמר יעקב אבינו זבולון לחוף ימים ישכון כו׳. עוד נתן היהלם לזבולון שפני שהיה עשיר משני שמות. הא מפני ששפע ימים ינק כמו שעושים כל העומדים על חוף הים שיביאו בעריהם יורדי הים באניות חפצים רבים כסף וזהב וכלים כמו שכתב יחזקאל על עיר צור סימן כ״ח והאחר מפני טמוני חול היינו מפני הזכוכית לבנה והדיאמנטי שנמצאו בהרים שבגבולו ויחילו הרים לו כיולדה דיאמנטי הרבה עד שיעשו מהם

rat in brachio præsertim sinistro, superat hostes, & gigantes robustos, & belluas rapaces; magnoque est adjumento ad abigendum præstigias, & metum, & tremorem, utilisque est illi, qui quærit pacem; pariterque prodest ad ditandum.

Assignatus fuit adamas Zebulon, cum omnes ex ea tribu diuturnam viverent vitam; neque ab iis, a quibus morbi giguuntur, sibi timebant, ad similitudinem adamantis, qui diuturno perdurat tempore neque corrumpitur.

Dicit *Aristoteles* in libro de *diuturnitate*, & *brevitate vitæ*, quod ii, qui incolunt sub ea cœli plaga, cujus aer sit calidus & humidus, vitam vivant diuturnam, quod vitæ fundamentum sit calor & humiditas; si enim calor violenter continuaret, perderetur, & exstingueretur propter suam copiam, sic si cum humido componatur, ipsum librat calorem, tum homo vitam diuturnam vivit, donec in ejus calore conveniens humiditas deprehendatur, quæ sibi quasi alimento inservit. At *Averroes* Arabs ejus discipulus scribit, hoc absolute non esse verum in aere calido & humido; quia constitutio, quæ sit illi similis calida & humida, est principium corruptionis, & putredinis. Si tamen vera sit regula *Aristotelis*, vera erit in iis locis, ubi simplex non erit humiditas; etenim necesse est, ut cum humido aliquid siccitatis commixtum sit; quæ superfluæ humiditatis vim infirmet; uti contingit in ea cœli plaga, ubi umiditas sit maxima, cui vis salis commixta sit, quæ exsiccat & removet causam suæ corruptionis, adeoque qui terras portui maritimo proximas incolunt diuturniorem vivunt vitam quam ii, qui urbes fluminibus & aquis dulcibus proximas incolant. Idcirco Zabulon, qui maris influxu nutriebatur, producebat vitam suam, quia maris abundantiam sugebat, i. e. quod in maris natura salsi portu habitaret; quod superfluæ humiditati medetur, quæ est causa corruptionis, ideoque dicit Jacob pater noster *Genes.* XLIX. 13. *Zabulon in littore maris habitabit* &c. Præterea attributus fuit Zabuloni adamas; qui duabus de causis dives erat; primum, quod marium abundantiam sugebat, uti fieri consuevit ab iis omnibus, qui maris portus incolunt, eo quod in illas urbes qui mari navibus vehuntur, multas argenti, & auri, & vasorum opes adferant, uti scriptum est de civitate Tyri *Ezech.* XXVIII. 2. pro rebus in sabulo abditis, i. e. pro vitro pretio-

פלקמטיא מעולה של תועלת רב ולכן יקראו היינו יזמיני העמים הבאים שם בפרקמטיאות שונות עד שילכו עמם אל ההר הטמונים שם הדיאמנטי . ובמקום ההוא יזבחו זבחי צדק היינו יכרו להם כירה גדולה של אהבה משפע הטובה ויזבחו להם צאן ומרי לרוב עד שימכרו להם האבנים הטובות ההם ויביאו הכסף והזהב באוצרותיהם.

עוד נתן היהלום לזבולן מפני ששבטו היה מצליח בפרקמטיא כי הנה יש מהדברים שאם לא ימכרו תכף ומיד יבואו הבעלי לידי היזק כי יפסדו או יהלו . אך הפרקמטיא של זבולן לא היתה כן כי באמת גם כי תעמוד ברשותו זמן רב לא היתה נפסדת ולא תפחות ממנה משווית דבר אך תרבה שכרה בעבור הילדות שיולדו לו מקרבה וממעיה ויצאו לאויר העולם תוך הזמן שתהיה תחת ידיו כמו שעושים הדיאמנטי הטובים. והנה פראנציסקו רואיאו בספר הראשון שלו כתב כדברים האלה ממש בלשון לאטינו , היינו ספר לי אשת חיל נאמנת לי כי למטרוניתא אחת נקראת איזירינסה ממשפחת השרים לונסימבורני נפלו לחלקה בירושה שני דיאמאנטי שנגנזו לימים חלפו למו באוצרותיה והם עוד היום מועטים שם תחת ידיה וברשותה בשמירה מעלייתא שכל אחד מהשני אבנים האלה פעמים הרבה בנס גמור ומוחלט מולידים בזמן מהזמנים אבנים אחרים כדמותם בצלמם למיניהם ומי שיביט בם יכיר כי הם כמו בנים עצמים להם הנולדים ובאים מזרעם ובהם ממש לא זולת . ואם נרצה אנחנו להתפלסף נאמר כי הכח ההוא השמימיי הנתון לאבני במתנה מאת יהוה אשר בגללו הם מולידים בדומה יתליף בראשונה טבע האויר הזך המוקף להם וישנה אותו שנוי בגלה ותקיף עד שיתהוה למים נקרשים כקרח הנורא . אחרי כן בכח האלהי המוטבע באבנים הטובות ההם ותהפכו ויתקשו המים עד שיהיו לדיאמנטי טובים למיניהם .

וזה אינו חוץ משטת דעת שאר הפלוסופים הטובים הטבעיים כי הנה טיאופראסטו היוני שהיה תלמוד מעולה לאריסטוטילי הגדול שבחכמיהם כתב גם

ſo, & adamante, quæ in montibus ſuæ portionis deprehenduntur, qui ſibi pariebant quaſi parturiens plurimos adamantes, ita ut ex iis magna negotiatio plurima utilitate fieret; ideoque invitabant eos populos, qui illuc variis mercibus ſe conferebant, donec cum iis ad montes proficiſcerentur, ubi adamantes reconduntur, ibique *immolabant victimas juſtitiæ Deut.* XXXIII. 19. i. e. magnum amoris convivium agebant earum divitiarum cauſa, ipſiſque mactabant oves, & pinguedines multas, donec ipſis venderent lapides pretioſos, & aurum argentumque in theſauros ſuos adducerent.

Præterea attributus eſt adamas Zabuloni, quia ejus tribus in mercatura proſperabatur; etenim res nonnullæ niſi ſtatim vendantur, domini damno afficiuntur, eo quod aut corrumpantur, aut merces minoris æſtimentur; at merces Zabulonis non erat hujuſmodi, quæ quamvis diu in ſua eſſet poteſtate, non corrumpebatur, neque ejus pretium minuebatur, ſed augebatur propter partus, qui ab ea, & ab ejus viſceribus naſcebantur, qui ad mundi lucem educebantur, quo tempore erant in ejus poteſtate, uti fit in pretioſis adamantibus. *Franciſcus Robeus* in ſuo primo libro his ipſis verbis Latine ſcribit; i. e. Mihi narravit fœmina lectiſſima, matronæ, quæ Eurenſa vocabatur de gente Principum Lucemburgenſium, ſorte obtigiſſe duo adamantes, qui ab ipſa in ſuis ſcriniis reconditi fuerunt, ibique adhuc in ejus poteſtate diligenter cuſtodiri, ſingulos ex his adamantibus ſæpe quaſi prodigioſe certis temporibus alios lapides ſibi ſimiles ad eorum imaginem parere; qui eos ſpeculatur, extemplo videt, eos eſſe filios ab ipſis & eorum ſemine non aliunde natos. Et ſi libeat philoſophari, dicendum nobis erit illam cœleſtem virtutem divino munere lapidibus impartitam, qua ſibi ſimiles pariunt, primum naturam aeris puri, a quo circundatur, alterare, & manifeſta, & violenta alteratione alterare, donec fiat quaſi aquæ glaciatæ maximæ glaciei ſimiles. Deinde ipſa divina virtute impreſſa lapidibus pretioſis ejuſdem ſpeciei, convertuntur & obdureſcunt ipſæ aquæ, donec fiant adamantes pretioſi ex ipſis ſpeciebus.

Neque hoc contrarium eſt ſententiæ ceterorum excellentium Philoſophorum Phyſicorum. Etenim Græcus *Teophraſtus* qui celebratur præ omnibus diſcipulis *Ariſtotelis* principis inter eorum

הוא

הוא כי האבנים טובות הם מולידות ברומה כל עיר שהכח האליו הנוסף בהם יושפע באצילות נפלא מאתו יתברך וינוח בקרבם וכטבעם בחזקה ובאמוץ רב;. וגם פליניאו כתב בספר שבעה ושלשים שלו הדברים הטבעיים פרק עשירי . האבן הנקרא ניסידאני היא באה מארץ מדי וצבעה היא נוטה לכרכום המפוזר עליו פרחים רבים. והיא נמצאת גם כן בארץ הארבילי . ואמרו שהאבן הזאת היא הרה ואם יקישו בה יכירו כי יש אבן אחרת בקרבה והיא יולדת אותה במשך שלשה חדשים.

הלשם או הטורקואיס שבלשון יון נקראת כיאבנוס כתוב בכפא . באיסלון. בחירק. באלפא. בניי . ובאוקמירון . ובסיגמא. ובלשוננו טורקינה. היא אבן יקרה וחשובה בעיני רבים עד שהזהב והכסף וכל החפצים לא ישוו בה דבר בעיניהם מבלעדה והיא של שני מינים . המין הראשון הוא הגרוע והוא הבא מארצות ספרד . והשני הוא המובחר והיא הטורקואיס ההנדית מזרחית וחומר שתיהן הוא גס וגם זוהרה הוא חלוש . אמנם הספרדית יש לה צבע ירוק עז וחשוך כעשבים הרטובים נקרא בלעז וירדי סקורו . ועד כאן לא תיטב בעיני האנשים , ושכרה הוא מועט ונמכרת בזול וצבע המזרחית הוא הנקרא ביאנקו המעורב עם דמות מראה לבן כחלב . והצבע הזה המשותף מהם נקרא בלשון יון גלאבקו. ובלטינו ציסיאו ולא יאמר כן על דבר מהדברים במלה הזאת בעפם אלא על צבע עיני הבעלי חיים הדומים לטורקואיס כמו שהם עיני האריות והחתולים והעטלפים וזולתם . והנה לפעמים מועטים ועתים רחוקים נמצאת האבן הזאת מבלי שום רשום או ערוק ההולך בקרבה. והטהורה מהמומים האלה והשוה בכל חלקיה בצבעה הטוב הנקרא גלאבקו כאמור היא והיא המובחרת והחשובה בהחלט.

אמר פראנציסקו רואיאו בספר השני שלו מהאבנים טובות פרק שמנה עשר , באמת זהו דבר נפלא בעיני מה שראיתי בטבעה של אבן זאת . דעו כי איש אחד שהיה ממשפחתי ומבית אבי היה לו האבן הזאת טורקואיס קשורה בטבעת זהב שהיה נושא אותה תמיד כמו תכשיט מעולה באצבעותיו. ויהי היום חלה האיש הלזה עד שבגלל חליו הגיע לשערי מות ובמותו והאבן באצבעותיו עזה נפלא הוא מאד הטורקואיס הזאת שבחיי אדוניה היתה יפה וברה

Sapientes, scribit pariter, lapides quoque pretiosos parere sibi similes, quovis tempore, quo divina virtus in illos influit admiranda affluentia a Deo benedicto, & in eorum visceribus residet, & eorum natura obnixe continetur. *Plinius* quoque scribit lib. XXXVII. cap. 59. *Histor. natural.* Gasidanem Medi mittunt, coloris orobini veluti floribus sparsam. Nascitur & in Arbelis. Hæc quoque gemma concipere dicitur, & intra se partum fateri concussa, concipere autem trimestri spatio.

הלשם, aut *Turcoes*, quæ Græce (a) κύανος dicitur scriptum cappa, epsilon cum chirec, alpha, ni, omicron, & sigma, & latine *Turchina*, est lapis pretiosus, & a multis æstimatus, ut ei æquale in excellentia non habeatur argentum & aurum, & omnia desiderabilia. Duæ sunt ejus species; prima quæ est inferior, affertur ex regionibus Hispaniæ, & secunda, quæ est pretiosior, & est cyanus Indicus orientalis; amborum materies est crassa, & splendor hebetior, at Hispano est color perviridis & obscurus instar herbarum recentium, Italice diceretur *Verde scuro*, ideoque hominibus non probatur, parvique venditur & æstimatur; at orientalis color est albus, & similitudinem albedinis lactis imitatur, & iste color ex his commixtus Græce dicitur γλαυκός, & Latine *casius*; Neque hoc dicitur de qualibet re hac voce peculiari, sed propter colorem oculorum animalium, qui ciano sunt similes, quales sunt oculi Leonum, felium, & vespertilionum, & his similium; & plerumque intra hunc lapidem signum aut vena aliqua conspicitur; qui vero ab his vitiis purus sit, & sit æqualis in omnibus suis partibus in suo optimo colore, qui est glaucus, uti dictum est, est optimus & selectissimus.

Dicit *Franciscus Robæus* in suo secundo libro cap. 18. *de lapidibus pretiosis*: Hoc magnopere admirandum est, quod meis ipsis oculis vidi de natura hujus lapidis. Scitote virum de mea gente & familia habuisse hunc lapidem cyanum annulo aureo insertum, quem continue tanquam optimum ornamentum suis digitis gestabat; die quodam, quo iste ægrotavit ita gravi morbo, ut morti proximus esset, & moriens (hoc est admirandum) cum digito hunc cyanum gestaret, qui vivo domino instar solis clare micabat, nullus

בחמה

(a) Vide *Plinium ibid.*

כחמרה ולא היתה בארץ מולדתי וכמעט בכל העולם כלו טורקואיס אחרת כמותה תכף כמו אשה המתאבלת על בעלה הנפטר מן העולם פנה זיוה והדרה מפניה ורושם כעור או עורק עכור שמראהו כצבע זנב הכרתי פרחה על מצחה ונטל תוארה ותפארתה ממנה. עד כי בגלל הדבר הזה סרה אז ממני התאוה עזה שהיתה בקרבי לקנות אותה על כל פנים ואפילו בדמים יקרים מאד. ולא חפצתי בה עם כי יכולתי להביא אותה ברשותי בדמים מועטים. על כן הלכה והיתה לאיש אחר למקנה. והנה פתאום היה הדבר הזה. שאחרי אשר באה הטורקואיס ברשות הבעל השני ראיתי אותה ששבה תכף כבשרה ובשרותה וביופיה ממש כבראשונה ולא היה בה כל מום שיטול תפארתה ממנה. עד כי בעבור רוע מזלי דאגתי מאד ישאנתי מנהמות לבי בפרט כי ראיתי שיש באבן הזאת מדרגה קונה להראות לכל בפרוש סכנת המקרים הרעים טרם בואם. וגם היא טובה חוץ מהמיתה לשמור נושאה שלא יפול ברעה. ודע כי היא נכונה גם כן לאמץ ולחזק את הלב החלוש ולהסיר הדאגה ולהרבות השמחה ולשמור בריאות העינים ולעשות שהאיש המשתמש בה בכל אשר יעשה יצליח.

אמנם נתנה האבן הזאת לדן לכפר עליו אם יהיה זכאי וצדיק במעשיו הואיל כי דן בטבעו הזאת דומה לטורקואיס האוהבת בשוה בעלים הרבה זה אחר זה מבלי הבדל. וכן דן לא עמד זמן הרבה באמונתו כי פעם אהב את השם להלוך בדרכיו ופעם הלך אחרי העגלים אשר עשה ירבעם ונתנם בעריו וברשותו כדכתיב וישם את האחד בבית אל ואת האחד נתן בדן. ופעם הקים לו פסל מיכה כדכתיב וישימו להם את פסל מיכה וגו׳. ועוד נתנה לו האבן הזאת הנקראת לשם על שם העיר לשם שקראוה דן בשם דן אביהם. גם עלתה להלקו מפני שנמשל דן לארי כדכתיב דן גור אריה יזנק מן הבשן. והעיר לשם שמה מלפנים היה ליש כדכתיב ואולם ליש שם העיר לראשונה והליש הוא הארי כדכתיב לביא וליש מהם ישעיה ל׳ עוד נתנה לו לדן הטורקואיס מפני שהאבן הזאת נדמית לעיני הארי הנמשל לו דן. ויבונה הארי בדבר הדומה לעיניו יותר מכל הנוף מפני שעיני הארי הם סבת גבורתו. אמר פליניאו בספרו השמיני מספור הדברים הטבעיים פרק ששה עשר. בימים הקודמים לא היו צדים האריות אלא בסכנה וביגיעה רבה. אמנם בימי המלכות מהקיסר קלאודיאו הרומיי. המקרה הראה לנו דבר

que in universa mea patria, & fortasse in toto terrarum orbe cyanus huic similis reperiebatur, statim quasi mulier, quæ mœreret mariti morte, splendorem & formam amisit, & signum deforme, aut vena turbida, cui porri caudæ color inerat, in eo effloruit, sublataque est ejus forma, & color, ita ut ea de causa mihi deferbuerit desiderium, quo flagrabam, mihi ejus omnino vel plurima pecunia comparandi; ideo alterius potestati cessit, qui emit; quem statim ac secundi domini cessit potestati, vidi extemplo restitutum in suam pristinam essentiam, colorem, & formam, qualis antea erat, nullaque labe vel minima deformabatur; ita ut meam fortunam maxime doluerim, præsertim videns in hoc lapide divini aliquid inesse, qui demonstraret omnibus periculum malorum eventuum priusquam evenirent. Præterea optimus est hic lapis ad præservandum hominem, qui gestat, ab omni malo, excepta morte; & scito optimum quoque esse ad corroborandum infirmi animum, & abigendum dolorem, & augendam lætitiam, & servandam oculorum sanitatem, & efficiendum, ut is, qui gestat, in omnibus suis operibus prosperetur.

Idcirco assignatus est Dan, ut per illum expiaretur, dignusque haberetur suis operibus; cum esset Dan natura sua similis cyano, qui æqualiter multos dominos unum post alium nullo habito discrimine diligit; ita pariter Dan non fuit diu in fide sua constans; aliquando Deum amavit, ut in viis ejus ambularet, & aliquando abiit post vitulos, quos fecit Jeroboamus, statuitque in suis urbibus, & in suo imperio, uti scriptum est 3. *Reg.* XII. 29. *Posuitque unum in Bethel, & alterum in Dan*. Et aliquando erexit sibi Michæ sculpturam, sicuti scriptum est *Judic.* XVIII. 31. *Mansitque apud eos idolum Michæ*. Præterea datus est illi hic lapis appellatus לשם propter urbem לשם, quæ appellata fuit Dan juxta nomen Dan patris sui. Præterea attributus est illi, quia Dan comparatus est Leoni, sicuti scriptum *Deut.* XXXIII. 22. *Dan catulus leonis, fluet largitur in Basan*. Et pristinum nomen urbis לשם erat ליש, sicuti scriptum est *Judic.* XVIII. 29. *Quæ prius Lais dicebatur*. Et ליש significat leonem, uti scriptum est *Isai.* XXX. 6. *Leæna & leo ex eis*. Præter hæc assignatus est cyanus quia assimilatur oculis leonis, cui Dan comparatus fuit; & simbulo exprimitur leo magis

שהיה

שהיה בושה וכלימה לחית הזאת עד מאד
כי כשבא הארי על רועה אחד מארץ
ניטוליאה לטרוף אותו תכף השליך הרועה
הבגד או הכסות שהיה עליו על ראש הארי
עד שסתם את עיניו ונצל ממנו בנקלה.
וכבר הריצו הדברים והשמיעו אותם
למלכות. ובאמת קשה הוא להאמין איך
יזדמן שחיה אחת שאין למעלה ממנה
בגבורה תבא לידי יראה ורכות הלבב
ובמסתר פנים ועטיפת הראש וסתימת
העינים בלבד תסיר כחה ממנה ותבא
בחרפה תחת רשות וממשלת האדם עד
שיקשרוה בחבלום וכשה לטבח תובל
וכרחל לפני גוזזיה תאלמה. וזהו מפני
שכל כחה ישכון ויליך בעיניה. ועד כאן
אין להפלא אם האיש ליסימאקו שהיה
כלוא וסגור בסוהר במצות אליכסנדיר עם
ארי נוהם גבור חיל חנק אותו בנקלה.

עוד נתנה לדן האבן הזאת לשמיר עיני
השופט הבא ממנו כדכתיב דן ידין עמו
כאחד שבטי ישראל. והוא שמשון. אם
יזכה ולא יזנה אחרי עיניו. אמנם מפני
שכל שבטו סרו מאחרי יהוה כאמור והוא
חטא בעיניו עד מאד כדכתיב אותה קח
לי כי היא ישרה בעיני הפלשתים נקרו
את עיניו כדי שיקבל עונשו בעולם הזה
ולא יטרד מן העולם הבא. וגם בזכות
האבן הזאת נעתר יהוה לקולו ושמע
תפלתו כשחזר בתשובה ודאג על עונותיו
עד שנקם נקמתו משתי עיניו כדכתיב
ויאמר יהוה אלהים זכרני נא וחזקני נא
אך הפעם וגומר. ואמרו במדרש שאמר
שמשון רבונו של עולם תן לי שכר עיני
אחת בעולם הזה ושכר עיני אחרת תהא
שמורה לי ומתוקנת לעתיד לבא.

עוד נתן הלשם לדן מפני ששמשון
כביכול נדמה ליהוה יתברך שדם גם הוא
את ישראל כאביו שבשמים. אמרו במסכת
סוטה פרק המקנא. אמר רבי יוחנן שמשון
דן כת ישראל כאביהם שבשמים שנאמר
דן ידין עמו כאחד וגו׳. ואמר רבי יוחנן
שמשון על שמו של הקדוש ברוך הוא
נקרא שנאמר כי שמש ומגן יהוה אלהים.
אלא מעתה לא ימחק. אלא מעין שמו של
הקדוש ברוך הוא. מה הקדוש ברוך הוא
מגן על כל העולם כלו אף שמשון הגין

oculorum similitudine quam reliqui corporis, quia ab oculis leonis robur derivatur. Dicit *Plinius* in suo octavo libro cap. 16. *Histor. Naturalis*, capere eos *antiquitus* ardui erat quondam operis; Principatu Claudii casus rationem docuit, pudendam pene talis feræ nomine, pastoris Getuli sago contra ingruentis impetum objecto; quod spectaculum in arenam protinus translatum est, vix credibili modo torpescente tota illa feritate, quamvis levi injectu aperto capite, ita ut devinciatur non repugnans, videlicet omnis vis constat in oculis. Quo minus mirum sit a Lysimacho Alexandri jussu simul incluso strangulatum leonem.

Præterea datus est Dan hic lapis ad conservandos judicis oculos, qui ab eo nasci debebat, sicuti dictum est *Genes.* XLIX. 16. *Dan judicabit populum suum* &c. Hic fuit Samson, si innocens fuisset, neque abiisset post oculos suos. Idcirco sicuti universa ejus tribus a Deo recessit, sicuti dictum est, & oculis vehementer peccavit, sicuti scriptum est *Judic.* XIV. 3. *Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis*: a Philistæis oculis orbatus fuit ut sua pœna afficeretur in hoc mundo, neque a futuro expelleretur; atque etiam ob meritum horum lapidum Deus ejus vocibus auscultavit, & ejus orationem exaudivit, tum cum pœnituit, & doluit peccatis suis, ut una ultione ambos oculos ulcisci potuerit, sicuti dictum est *ibid.* XVI. 28. *Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam* &c. Et dicitur in *Medrasc*, quod dixerit Samson, Domine mundi; da mihi mercedem alterius ex meis oculis in hoc seculo, & alterius in futuro mihi reservata & præparata sit.

Præterea attributus est הלשם Dan, quia Samson in hoc Deo benedicto assimilabatur, ipse quoque judicans Israelem sicut pater qui est in cœlis; Dicunt in *Gemara Sorah* cap. Dixit R. Jochanan; Samson judicavit Israelem, sicuti eorum pater, qui est in cœlis, sicuti dictum est *Genes.* ibid. *Dan judicabit populum suum* כאחד *sicut unus* &c. Dixit R. Jochanan; Samson Dei nomine appellatus fuit, sicuti dictum est Psalm. LXXXIV. 12. כי שמש ומגן יי׳ אלהים. Hoc delere nefas erit. At est annalogum nomini Dei; Sicuti Deus protegit universum mundum, ita pariter Samson sua ætate protexit Israelem. Dixit autor Abraham. Samson Dei nomine appellatus fuit; probabile est hoc

ברורו

בדורו על ישראל . אמר אברהם המחבר שמשון על שמו של הקדוש ברוך הוא נקרא . אולי אמרו זה כי חשבניה דדין כחשבניה דדין כי אהיה שהוא שם יהוה שמות ג׳ עולה עשרים ואחד ושמשון גם כן עולה עשרים ואחד במספר קטן או על שמו של הקדוש ברוך הוא נקרא היינו בשם ההויה שעולה עשרים וששה כי שמשון כאמור עולה עשרים ואחד ושמו של שמשון נכתב בחמש אותיות שבצרופם יחד הם עשרים וששה.

השבו או היאצינטו הוא אבן הדומה במעט לפרח ההוא הנקרא גם הוא בשם זה יאצינטו , וצבעו הוא משותף מצבע הזהב וצבע הירוק כעשב כמעט דומה לכיאניאו אבל אינו כמוהו מכל וכל ונקרא הצבע הזה בלשון יון פירוש הכתוב עם האות שלהם פי ורו כפול ואוקמירון וסיגמא שרוצה לומר כרכומי דומה ללבת אש שיש בה גם כן צבע נוטה מעט לירקות העשבים חלוש. ובלאטינו נקרא פולבוס. והיאצינטו והאמיטיסטו הם כמעט דומים בצבעם זה לזה. אך יובדל בזה צבע היאצינטו מצבע האמיטיסטו כי צבעו של האמיטיסטו הוא דומה לפרח הויאולה ממש. אמנם היאצינטו הוא יותר חלוש בצבעו ונוטה מעט לצבע התכלת.

של שלשה מינים. האחד הוא נוטה מעט והנה היאצינטו הוא לאדמימות הפחם או הגחלת המוצתת באש. ולאבן הזה רבים מחכמי האבנים טובות נתנו המקום הראשון שבמינו במעלה. המין השני היא נוטה לצבע הכרכום עד שיהיה חשוך מעט מהצבע פולבו לצבע צירוליאו שהוא הוא הכיאניאו ונקרא האבן מהמין השלישי זה יאצינטו ספריי. ולמין זה האחרון חכמים אחרים נתנו המעלה הראשונה העולה על שאר המינים להיות שנכללו בו טבע היאצינטו והסאפירו גם יחד. והמין הזה ירגיש גם כן יותר איכיות ושנוי האויר הסובב עלינו ממה שעושים שאר היאצינטי כי אם יהיה האויר זך גם הוא יאיר היטב ויראה לנו פנים צהובות ושוחקות. ואם יהיה האויר מעונן גם הוא יחשך ויתמעט קצת בזיו והודו. עד שבדבר הזה נכיר ונדע שמסגולות היאצינטו ישפעו עליו מן השמים. אמנם האבן הזה וכל שלשת המינים ממנו הוא קשה בטבעו ולא יעשו בו פתוחי חותם אלא ביגיעה רבה. וסגולות היאצינטו הם אלה. היינו הקרירות והצנון כי הוא מקרר ומצנן את הגוף ומביא שינה ומנוחה ושמחה על הנושא. ויועיל ללב

dictum esse, quia supputatio numerica unius alterius supputationi respondet etenim ex אהיה quod est Dei nomen, uti legitur *Exod.* III. numerus 21. eruitur; & ex שמשון pariter 21. minori numero eruitur; Sive Dei nomine appellatus fuit, i. e. nomine ההויה unde numerus 26. eruitur, pariterque ex שמשון 26. eruitur, uti dictum est, & nomen Samsonis quinque scribitur literis, quæ si una connectantur sunt 26.

השבו aut hyacinthus flori similis, qui hyacinthi nomine insignitur; ejus color commixtus est (*a*) auri colore, & viridi instar herbæ, fere, sed non omnino similis cyaneo; Græce hic color πυῤῥὸς dicitur scriptum eorum litera pi, & *ro* duplici, omicron & sigma, i. e. color croceus similis flammæ ignis, in qua est color fere inclinans ad virorem hebetiorem herbarum, & Latine dicitur *fulvus*. [*b*] hyacinthus & amethystus sunt fere similes, sed in hoc differt hyacinthi color ab amethysti colore, quod amethysti color sit similis flori violaceo, at hyacynthos est colore remissior; & paulo inclinat ad התכלת *hyacinthi* colorem.

Tres [*c*] sunt hyacinthi species, prima paulum inclinat ad rubedinem carbonis igni accensi, aut prunæ; atque huic lapidi qui periti sunt in scientia lapidum pretiosorum, principatum dederunt in sua specie. Secunda species ad colorem croceum inclinat, ut sit simplici colore fulvo obscurior. Tertia a fulvo ad cœruleum colorem inclinat, qui est cyaneus; appellaturque hic lapis hujus tertiæ speciei hyacinthus sapphirius; huic postremæ speciei alii sapientes præ ceteris principatum tribuerunt, cum in ea hyacinthi & sapphiri natura una simul includatur. Hæc species sensibilior est qualitatibus, & mutationibus aeris, qui nos circumdat; quam ceteri hyacinthi, si enim purus fuerit aer, qui nos circumit, clarius lucebit, ejusque facies nobis videbitur micantior, & quasi obridens; si vero fuerit aer nubilosus, ipsa pariter fiet obscura, & de ejus splendore & forma remittet, ut hinc innotesceret hyacintho virtutes a cœlo derivari. Ceterum tres hujus lapidis species natura sua sunt duræ, neque ex his sigillorum sculpturæ nisi magno labore fiunt. Hiacynthi virtutes sunt quæ sequuntur, i. e. frigiditas, quæ corpus refrigerat, conciliat gestanti somnum,

וישמור

(a) Vide *Plinium ibid.* cap. 42.
(b) Vide *Plinium ibid.*
(c) Vide *Plinium ibid.* cap. 42. Vide *Plinium ibid.* cap. 24.

וישמור האדם מכל רע בזמן המגפה ושנוי האויר אם יתלוהו על הצואר ויגע הבשר וירד על החזה במקום מושב הלב והוא טוב כמו שאמרו החכמים להעשיר. וימציא לנושא אותו חן וחסד ורחמים בעיני כל רואיו ויועיל לחכמה ולהשכל. והנה שם האבן הזה בלשוננו הקדוש היא שבו על שם הישיב והמנוח מלשון לכן קראתי לזאת רהב הם שבת ישעיה ל׳ והלשון לועז האומר ייאצורי לשכיבה הוא כמעט דומה לשם הזה יאצינטו. וגם השכיבה נאמרת על ההנאה והמנוחה והמרגוע כמו שכתב החכם רד״ק בשרש שכב. עד כי ישמש שבו לשכיבה ולישיבה ולמנוחה גם יחד.

אמנם נתנה האבן הזאת לנפתלי מפני שהוא היה חכם ובעל מליצה כדכתיב הנותן אמרי שפר. והיה עשיר ושלו ושקט ושמח כדכתיב נפתלי שבע רצון ומלא ברכת יהוה. על כן השבו היה ראוי בלי ספק לעלות לגורלו באבני החשן.

האחלמה או האוניקו הזאת של מינים רבים כי יובדלו ביניהם או מצד הצבע שלהם או מצד המקום הבאים ממנו. אך חמרו של אוניקו הוא בעצמו שוה לכל המינים שלו. אמנם מצד הצבע יהיו האוניקו של חמשה מינים. המין הראשון הוא לבן דומה לצפרן האדם כי כן נקרא בלשון יון הצפרן אוניקס. והמין הזה אין לו שום רישום עליו. המין השני הוא לבן עם רישומים אדומים. המין השלישי הוא לבן עם רשומים שחורים. הרביעי הוא שחור בהחלט מבלי שום רושם. החמישי והוא הטוב שבכלם הוא שחור עם רישומים לבנים. ואולם ההבדל שיש ביניהם מצד המקום הוא על שני פנים. כי המינים האלה כלם או הם באים מארץ מדין או מארצות הערב.

אמרו החכמים שלהם כי מי שישא האבן הזה עליו היא מביאו לידי דאגה ופחד ורעדה וירבה החלומות המבהילים והקטטות והמריבות והמלחמות. על כן האוניקו נקרא בלשוננו הקדוש אחלמה על שם החלומות שמביא עליו הנושא אותו: וכן כתב רד״ק ז״ל בשרש חלם שהאבן אחלמה נקרא כן על שם החלומות.

והנה נתנה האבן הזאת לגר מפני שהיה לעולם טרוד במלחמות כדכתיב גד גדוד יגודנו היינו גדודים יגודו הימנו

& quietem, & lætitiam, cordique prodeſt, & epidemiæ, & aeris mutationis tempore ab omni morbo tuetur, ſi collo appenſus, carnemque tangens, ſuper pectus deſcenderit, ubi ſitum eſt cor. Optimus eſt (uti dicunt ſapientes) geſtanti, ut diteſcat, & inveniat gratiam & miſericordiam, & pietatem in conſpectu omnium, qui illum videant; prodeſt quoque ſcientiæ & intellectui; hic lapis noſtra ſancta lingua שבו appellatur ob quietem & requiem, ex eo quod ſcriptum eſt *Iſai.* XXX. 7. *Ideo clamavi ſuper hoc; ſuperbia tantum eſt* שבת *quieſce*; & vox vernacula *giacere* i. e. שכיבה eſt fere ſimilis nomini hyacinthi. Pariterque שכיבה uſurpatur ad ſignificandum jucunditatem, quietem, & requiem, uti ſcribit ſapiens *Radak* in radice שכב.

Idcirco attributus fuit hic lapis Nephtali, quia erat ſapiens & optimus orator, uti ſcriptum eſt *Geneſ.* XLIX. 21. *Dans eloquia pulchritudinis*. Et erat dives, quietus, & tranquillus, & lætus, ſicuti ſcriptum eſt *Deut.* XXXIII. 23. *Nephtali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini*. Ea de cauſa conveniens erat, qui ſorte impartiretur ſine ullo dubio Nephtali in lapidibus pectoralis.

האחלמה, aut onychis ſunt multæ ſpecies, quæ cum colore, tum loco, unde afferantur, inter ſe differunt; at onychis ſunt quinque ſpecies; prima candida eſt humani unguis ſimilitudine; unguis enim Græce ὄνυξ appellatur, iſtaque ſpecies nulla zona inſignitur; ſecunda candida eſt rubris zonis, tertia candida eſt nigris zonis, quarta tota nigra eſt nullis zonis inſignita, quinta omnium optima nigra eſt albis zonis inſignita; ceterum diſcrimen, quod inter illas intercedit, ratione loci; eſt duabus de cauſis; eo quod omnes ſpecies afferantur ſive de Media, ſive de Arabia.

Dicunt eorum Sapientes, quod qui hunc lapidem geſtat, perturbatione, metu, & tremore afficiatur, & ab eo multiplicentur ſomnia horribilia, & turbæ, & contentiones & certamina; idcirco onyx noſtra ſancta lingua אחלמה appellatur, propter ſomnia, quæ geſtanti derivantur; atque ita ſcribit Radak f. m. in radice חלם, quod lapis אחלמה propter ſomnia ita appelletur.

Aſſignatus fuit hic lapis Gad, quia ſemper bellis occupatus fuit, ſicuti ſcriptum eſt *Geneſ.* XLIX. 19. *Gad accinctus præliabitur ante eum*. Id eſt exer-

שיעברו עם אחיהם למלחמה כל חלוץ עד שנכבשה הארץ. ואם תאמר שילחמו בלבד עם המערכת הראשונה שתצא לקראתם מהאויבים כדכתיב ועבדיך יעברו כל חלוץ צבא לפני יהוה למלחמה ואחרי כן ישקוטו ויניחו אחיהם שילחמו הם לבדם עם שאר המערכות. אין הדבר כן. כי הוא גד יגוד גם כן עם העקב היינו ילחם תמיד עד שיודיע למערכות האחרונות שהם עקב וסוף מחנה האויבים, באופן שיהיו תמיד עסוקים ונטפלים במלחמות. גם בני גד היו דואגים מאד על מיתת משה רבינו עליו השלום ועל כן מאהבתם אותו כאשר ראו בראשונה קודם שיעלו ראשי עם ישראל לארץ שהיתה שם חלקת מחוקק ספון אשר צדקת יהוה עשה ומשפטיו עם ישראל בחרו לשאל הארץ ההיא לנחלה מאת יהוה עד שתהיה ראשית כבוש הארץ עולה לחלקו בראשונה לא מפני שיחפצו ויתאוו לישב שם בשב ואל תעשה מפני רכות לבבם וירצו לקחת להם שדה אחזה מבלי כלי מלחמה כי הנה כתוב ואנחנו נחלץ חושים כו׳ עד אשר אם הביאונום וכן עשו כדכתיב ויתא ראשי עם אלא מפני שנכספה וגם כלתה נפשם לחסות תחת צל קבורת בחיר יהוה כאשר העיד הכתוב ואמר כי שם חלקת מחוקק ספון. והנה הדאגות המתמידות והמלחמות החזקות אין ספק שיביאו גם כן על האדם הטרוד והיעף והיגע חלומות מבהילים וחזיונות של פחד ורעדה על דרך רעיונך על משכבך סליקו. אמנם בזכות האבן הזאת המזכרת טרדות שבטו ודאגת בניו לפני יהוה יזכה גד כי ירחיב יהוה את לבו מרוב שלום וגם ירחיב את גבולו עד שישקוט על כר נרחב שמח וטוב לב וישלוט באויבים מבלי עמל ואנחה ויעלוז

citus ab eo præliabuntur qui cum fratribus suis incedent ab bellum armati, donec terra subjiceretur. Si tibi veniret in mentem dicendum esse, quod solum cum prima hostium acie pugnarent, quæ contra illos egrederetur, sicuti scriptum est *Num.* XXXIV. 27. *Nos autem famuli tui omnes expediti pergemus* לפני יהוה *ante Dominum ad bellum*; & deinde quiescerent & tranquilli essent, & sinerent fratres suos cum ceteris aciebus solos præliari; non ita se res habet, quia Gad pariter usque ad finem pugnare debebat, sicuti dictum est *Genes. ibid.* i. e. pugnabit jugiter, donec ad novissimas acies perveniret, quæ sunt extrema & finis castrorum hostium, ita ut semper bello operam impenderent. Præterea filii Gad morte Mosis magistri nostri b. m. plurimo affecti erant mœrore; propter amorem quo illum prosequebantur, quando primum viderunt, priusquam adscenderent principes populi Israelis ad terram, quod ibi sepultus esset legislator qui *fecit justitias Domini*, & *judicium suum cum Israel*, decreverunt petendam illam terram in suam hæreditatem a Domino, ita ut prima terra subacta primum in portionem suam sibi contingeret; non ea de causa quod ibi cuperent habitare propter animi sui infirmitatem, & sine armis agrum possessionis capere vellent; quinimo dixerunt *Num.* XXXII. 17. *Nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua*. Atque ita fecerunt, sicuti dictum est ויתא ראשי עם; sed ea tantum causa, quod concupivit, & desideravit eorum anima confugere sub umbra sepulchri dilecti Domini, sicuti testatur scriptura *Deut.* XXXIII. 21. *Quod in parte sua doctor esset repositus*. Ceterum certum est a doloribus, & perturbationibus continuis, & maximis bellis sine ullo dubio homini occupato, & defatigato derivari somnia, quæ deterrent, & visiones terribiles, & horribiles, sicuti scriptum est *Daniel.* II. 29. *cogitare cœpisti in strato tuo*. Idcirco ob virtutem & meritum hujus lapidis, qui hujus tribus occupationes commemorabat, & perturbationes suorum filiorum coram Domino, Gad habitus est dignus, ut Deus multa pace dilataret cor suum, & proferret fines suos, donec in prato amplo lætus & corde hilaris conquiesceret, & inimicis suis facile sine labore & suspiriis dominaretur, & exultaret coram Domino, quando in suam po-

לפני יהוה כשיפלו בירו בנקלה כמו שישמח
הארי בשיטרוף זרוע וקדקוד הנטרף ויאכל
וישבע והוא כורע ורובץ תחתיו מבלי
שיחזר אחריו.

התרשיש או הקריסוליטו הוא אבן של
ארבעה מינים. כי הנה או הוא בא מארץ
הערב או הוא בא מארצות אשכנז או הוא
הינדי או הוא בא מכוש. וצבע הערבי הוא
בלתי פשוט ועכור. והאשכנזי הוא כצבע
לבן חלוש נוטה מעט אל הזוהר והוא אבן
רך הנשבר בנקלה. ההינדי צבעו יטה מעט
אל הצבע ההוא הנקרא ביאניאו או הוא
דומה לשמן זית הצלול. או הוא דומה
למימי הים שנוטים אל ירקות חלוש
מהעשבים עם מעט ארמימות והוא בהיר.
עד שהתרשיש הדומה לים ידמה לרקיע
שבו נראה דמות התרשיש כדכתיב ביחזקאל
א׳ מראה האופנים ומעשיהם כעין תרשיש
כו׳. ועוד כתוב ומראה האופנים כעין אבן
תרשיש יחזקאל ט׳ והכושי יש לו צבע
ירוק חלוש ובהיר ולעין השמש יבהיק
כוכב שצבעו דומה לזהב והשני מינים
האחרונים הם הנבחרים שבמינו.

אמרו החכמים בטבע האבנים כי יעיל
הקריסוליטו לאברי הנשימה ולרכות הלבב
ולמרה השחורה. ושהוא מנגד לסכלות
ושהוא מגרש ומבריח הרוחות רעות ושהוא
מחכים הפתאום ונותן בם דעה ובינה
והשכל ושימנע החלימות הרעים. ושירפא
הפחד והרעדה. ושהנושאו עליו הוא מוצא
חן בעיני כל רואיו. ושאם האדם ישתמש
ממנו תמיד יצליח בפרקמטי ויהיה ערום
ופקח בעסקי העולם.

והנה נתן התרשיש לאשר מפני שהוא
היה מוצא חן כדכתיב יהי רצוי אחיו.
ועוד מפני שידמה התרשיש לים. וכאשר
נאמר שופטים ה׳ אשר ישב לחוף ימים
ועל מפרציו ישכון. או מפני שידמה
הקריסוליטו לצבע השמן זית הטוב שהוא
הדבר שנשתבחה בו ארצו כדכתיב וטובל
בשמן רגלו. עוד מפני שהיו בני שבטו
חכמים כבראה באשה התקועית ובאשה
החכמה דשבע בן בכרי. שאמרו ז״ל שהיא

teſtatem caderent, quaſi leo lætatur, quando *cepit brachium & verticem*, & comedens ſaturatur, & ſe incurvans recumbit, neque inſequitur.

התרשיש ſive chryſolithus eſt lapis quatuor ſpecierum; etenim vel ex Arabia, vel ex Germania, vel ex India, vel ex Æthiopia affertur. Arabici color eſt ſimplex & turbidus; & Germanici color eſt albus remiſſus, & ad micantem inclinat, & eſt lapis tener, qui facile frangitur. Indici color inclinat fere ad illum colorem, qui cyaneus appellatur, aut ſimilis eſt claro olivarum oleo, aut aquis marinis, quæ referunt virorem hebetiorem herbarum aliqua rufa nota diſtinctum, & eſt diaphanus, ut chryſolitus, qui mari ſimilis eſt, firmamento aſſimiletur, in quo Chryſolithi ſimilitudo conſpicitur, uti ſcriptum eſt *Ezech.* I. 16. *Et aſpectus rotarum, & opus eorum quaſi lapis* תרשיש *chryſolitus* &c. Sic Hebræus. Pariterque *ibid.* ſcriptum eſt x. 9. *Species autem rotarum erat quaſi viſio lapidis chryſolithi*. Æthiopici color eſt viridis hebetior, & diaphanus, & ad oculum ſolis ſplendet quaſi ſtella quæ aureo colore inſignita ſit: duæ poſteriores ſpecies ſunt omnium optimæ.

Dicunt, qui periti ſunt in ſcientia naturæ lapidum, chryſolitum prodeſſe organis reſpirationis, & cordis palpitationi, & melancholiæ, & inſcitiæ adverſari, & ſpiritus malignos abigere & expellere, & indoctos ejus cauſa fieri ſapientes, illiſque ſapientiam, ſcientiam, & optimum intellectum comparare, malaque ſomnia prohibere, timiditati & tremori mederi, illumque, qui geſtat, invenire gratiam in oculis omnium, qui ipſum intueantur, eumque, qui ſemper eo utatur, in mercatura proſperaturum, & in rebus humanis ſagacem & prudentem futurum.

Ecce attributus eſt hic lapis chryſolithi Aſſer, quia inveniebat gratiam, ſicuti ſcriptum eſt *Deut.* XXXIII. 24. *Sit placens fratribus ſuis*. Præterea quod chryſolytus mari comparetur, & de Aſſer ſcriptum eſt *Judic.* V. 17. *Aſſer habitabat in littore maris, & in portubus morabatur*. Aut quod chryſolithus ſit ſimilis optimo olivarum oleo, quo maxime ejus terra celebrata eſt; ſicuti ſcriptum eſt *Deut.* ibid. *Et tingat in oleo pedem ſuum*. Præterea, quod viri ſuæ tribus eſſent ſapientes, uti videtur in muliere Tekoah, & in muliere ſapiente Seba filii Bicri, quam dicunt noſtri Sapientes fuiſſe Scerach filiam Aſſer quod demonſtratur ex pa-

היתה שרח בת אשר . וכן נראה מתרגום הקדוש יונתן בן עוזיאל על פסוק ושם בת אשר שרה . ששרה היתה רבת הימים שכתב ושום ברת אשר שרח דאתברת בשיתין ריבוון מלאכין ואיתעלת לגינתא דעדן בחייהא מן בגלל דבשרת ית יעקב דעד כדון יוסף קיים . ועוד בשבח השמן אמרו רבותינו ז״ל כל מה שהאב משכח השמן מפקח ,

השוהם או הסמיראלדו הוא בין כל האבנים טובות השלישי במעלה. ואין בכלם צבע שייטב בעיני האדם יותר מצבע האבן הזה כי הנה אנחנו מתעדנים מאד במראה הירוק של כל העשבים והאילנות הרטובים בטבע וכל מכן מראה הסמיראלדו יהיה טוב וישר ואהוב ונחמד בעינינו מפני שלא ימצא דבר אחר בנבראים שיטה לצבע הירוק השלם והמובחר כמוהו . ועוד הסמיראלדי לבדם הם נאים ומתוקנים לעינים תמיד ולא ירוו או ישביעו אותם לעולם עד שיקוצו בם ולא יחפצו במראיתם אך בהיות העינים חלושים ועיפים במבט דבר מה הקשה לעינים יהזירו הסמיראלדי הראות על מתכונתו עד שיהיו העינים שלוים ושקטים בריאות וחזקו הראות כבראשונה. והאומנים המפתחים פתוחי חותם באבנים הטובות נשתמשו בהם להסיר מעיניהם כל חלשה ויניחה הבאה בהם כשיתעסקו ומן ארוך במלאכת הפתוח. עוד הסמיראלדי הם מחזיקים העינים עד שיראו למרחוק המשתמשים בם יותר ממה שרואים בלתם וזהו כי יחזיר אורו הסמיראלדו בעננו ענן מאיר ומצהיב בכל גופו עד כי יזרח ויפיע על כל מה שהוא סביב לו .

והנה הסמיראלדי הם של שנים עשר מינים. היינו כפי טבע המקומות המובאים מהם והם אלה. השיטיצי. הבריטאניצי. שבאים מאינגילטירה. המצריים. הציפריאני. הכושיים . הארמיביאי . הפרסיים . האטיניאינסי . והבאים מארץ מדי הקארקידוניאי . הלאקוניצי. והציציליאני. אך המעלה הראשונה תיוחס לסמיראלדי שיטיצי כי הם יותר קשים משאר הסמיראלדי ואין בהם כל מום כמו שיש בשאר המינים מהם . המעלה השנית היא בבריטאני היינו בבאים מארץ אינגילטירה. והשלישית היא במצריים. והשיטיצי כמו שאמרו רבים ומצאו בהרים הגבוהים במקום אשר שם מחצבי הזהב ובעמל רב וביגיעה נמרצת יקחו אותם אנשי הארץ משם. כי הגריפי נקרא הגריפו בלשוננו הקדוש פרס והוא העוף טמא השני הכתוב בפסוק הנשר והפרס כו׳ אשר שם יקננו ישמרו אותם ולא יניחו שהגוים הדרים בהר ההוא יטלו

raphrasi Chaldaica S. Jonathanis Uzielidis , qui in textum *Num.* XXVI. 46. *Nomen autem filiæ Aser fuit Sara*; quæ plurimos vixerat annos: ita scribit; & nomen filiæ Aser fuit Sara ; & vivens in Paradisum ingressa est , quod Jacobo nunciasset , Josephum adhuc vivere. Præterea in olei laudem hoc dixerunt Sapientes nostri f. m. quod pater oblivisci facit , filius facit recordari , aut quod oliva oblivisci facit , oleum recordari facit.

השהם aut smaragdus (*a*) tertium inter lapides pretiosos æstimationis obtinet locum ; neque ullus color hoc hominum oculis (*b*) jucundior est , *Nam herbas quoque virentes , frondesque avide spectamus ; Smaragdos vero tanto libentius , quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret . Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent nec satiant ; quin & ab intentione alia obscurata adspectu smaragdi recreatur acies*; ita ut oculi quieti & valentes ad pristinum statum restituantur . *Scalpentibusque gemmas non alia gratior oculorum refectio est ; ita viridi lenitatem lassitudinem mulcent. Præterea longinquo amplificantur visu , qui his utuntur , inficientes circa se repercussum aera , semperque sensim radiantes , & visum admittentes.*

[*c*] Smaragdorum genera sunt duodecim , i. e. a locorum natura , unde afferuntur , & sunt sequentes ; Scythici , Brittanici , qui ex Anglia adducuntur , Ægyptii , Cyprii , Æthiopici , Armenici , Persici , Athenienses , & qui de Media afferuntur [*d*] Charchedonii , Laconici , & Siculi . Sed princeps (*e*) Scythicis tribuitur locus ; sunt enim reliquis smaragdis duriores , neque maculis ut ceteri deformantur . Proximum locum obtinent Brittanici (legendum Bactriani) qui en Anglia afferuntur , & tertium Ægyptii , Scythici , uti multi dixerunt, deprehenduntur in altissimis montibus , ubi sunt auri fodinæ , multoque labore & molestia ab ejus regionis incolis colliguntur , eo quod Gryphes , [qui Hebraice dicuntur פרס , & est avis im-

אותם

(a) Vide *Plinium ibid.* cap. 16.
(b) Vide *Plinium ibid.* (c) Vide *Plinium ibid.* c. 16. (d) Male Brittanici , legendam Bactriani Vide *Plinium ibid.* (e) Vide *Plinium ibid.* (f) Legendum Calchedonii vide *Plinium ibid.* c. 18.

אותם משם גם כי הם באים מזויינים תמיד להוציא בחזקה ממקומם הטבעי הזהב והסמיראלדי. נקראו הגוים ההרים שם ארימאספי- ואין להם אלא עין אחת במצחם. אולם יוני אחד העיד כי הסמיראלדי יצמחו בהרים אשר הם במעי ים אוקיאנוס הנקראים בלעז סקוליי. ואחרים אמרו והוא האמת. שיולדו במחצב הנחשת כי החלודה של נחשת הנקראת בלעז רוביגיני היא ירוקה כעשבים עד מאד. והנה הסמיראלדי היפים הם ירוקים בשלמות עם זוהר נמרץ עד כי יצבעו בברקם וזיום האויר הסמוך בצבע ירוק וצריך שיהיה השטח העליון שלהם ישר וחלק באופן שהחלק האחר לא יכסה בצלו החלק האחר ממנו עד שלא יראה בעבור זה הזוהר שלו בכל החלקים בשוה כמו שנראה בשטה הישר והחלק.

אמרו החכמים כי הסמיראלדו יועיל בסמים הממיתים כי אם יתנו ממנו כמו שמנה גרעיני שעורה כתוש היטב עד שיהיה לעפר דק למי שאכל סם ממית יציל החולה מהמות. ואמרו שאם הנחשים הרעים יביטו כמו שעה בסמיראלדו הטוב ימקו עיניהן בחוריהן והוא טוב אם יהיה תלוי בצאור או קשור בטבעת לשמור האדם שלא יבא לידי חולי הנופל. וגם הסמיראלדו הוא מתנגד לבעילת האשה ואם יהיה ביד האדם כשהוא בא עליה יתפוצץ מרוב ההתנגדות שיש לו עם משכבי האשה. אמר אלבירטו מאניו בספרו השני ממיני המחצב והאבנים טובות פרק יז׳ כי מלך אונגריאה שמלך בימיו של אלבירטו. היה לו סמיראלדו אחד טוב ומובחר קשור בטבעת באצבעו בשעת בעילת המלכה אשתו ושבעת הביאה נשבר האבן לשלשת חלקים. עד כי הדבר ברור הוא שהסמיראלדו בטבעו הוא שונא הזימה. ואמרו שיועיל לזכירה ולעינים. ושהוא טוב לעשיר. ושהוא מלמד לשון האדם להליץ ולדבר בחכמה. ולהבין החידות הנעלמות ושכמעט יביא האדם לידי נבואה.

והנה נתנה האבן הזאת ליוסף מפני שהיו לו עינים טובים לראות ולהכיר והיתה לו גם כן זכירה מעלייתא כדכתיב וירא

munda secunda descripta in textu הנשר ואת הפרס] qui ibi nidificant, eos custodiant, neque sinunt montis incolas accipere, ut semper armati adveniant, ut a naturali loco aurum & smaragdos vi abstrahant. Qui hanc incolunt regionem, vocantur Arimaspi, unoque tantum in fronte insigniuntur oculo. Ceterum Græcus autor testatur Smaragdos florere in montibus, qui sunt in sinu maris oceani, qui Italice *scogli* appellantur; at alii (quod verum est) dicunt produci in fodinis æris, quia æris rubigo instar herbæ est viridis. Ecce perfectiores smaragdi singulari virore insigniuntur cum magno nitore, ita ut suo fulgore & splendore vicinum aerem viridi colore collustrent; at necesse est, ut superior superficies sit recta & lævis, ut pars altera alteram sua umbra non tegat, ut ea de causa ex omnibus partibus ejus splendor non conspiciatur, uti conspicitur, tum cum ejus superficies sit recta & æqualis.

Dicunt Sapientes, smaragdum contra aromata virulenta prodesse; si enim præbeatur ex eo quantitas octo granorum hordeaceorum ita contusa, ut pulvis minutissimus fiat, illi, qui aromata venenata comederit, ægrotus a morte liberabitur; testantur pariter, si serpentes in smaragdum pretiosum fere horam inspiciant in eorum visu oculos liquefieri. Præterea optimum est, si collo appendatur, aut in annulo insertus ad præservandum hominem epilepsia. Pariterque smaragdus veneri adversatur, si in hominis manu deprehendatur, cum veneri dat operam, frangetur ob antipathiam adversus muliebrem concubitum. Dicit *Albertus Magnus* in suo secundo libro de qualitatibus metallorum, & lapidum pretiosorum cap. 17. Unghariæ regem, qui *Alberti* ætate regnabat, habuisse smaragdum pretiosum, & selectissimum annulo insertum, quem digito gestabat, dum cum Regina ejus uxore concumberet, in concubitus actu lapidem in tres fractum esse partes; ita ut manifestum sit, smaragdum sua natura lasciviæ adversari. Dicitur præterea prodesse memoriæ, & visui, & divitiis comparandis, & eloquentiæ cum elegantia, & sapientia, & explicandis ænigmatibus occultis, & fere homini divinationem affert.

Ecce hic lapis Josepho attributus est, quia optimis præditus erat oculis ad videndum, & cognoscendum, & singulari ornatus erat memoria, uti scri-

יוסף את אחיו וגומר . ויזכור יוסף את החלומות וגומר . וגם מפני שלא רצה לבא לידי חטא ובעילת זנות עם אשת אדוניו כדכתיב ולא שמע אליה לשכב אצלה להיות עמה . וכשברך יעקב אותו אמר ותשב באיתן קשתו ויפוזו רועי ידיו. וגם מפני שהיה חכם ובעל הלצה נאה כנראה בפתרון חלום פרעה שהשיב בהדרגה ובחכמה על ראשון ראשון ועל אחרון אחרון . וגם מפני שנצנצה בו רוח הקדש וידע מה שהיה עתיד לבא במהרה או ברב הימים ברוח נבואה כדכתיב אחרי הודיע אלהים אותך את כל זאת. וגם מפני שהיה איש מצליח ובעבורו אדוניו העשיר כדכתיב ויברך יהוה את בית המצרי וגומר. והוא גם כן היה עשיר גדול ושולט בכל ארץ מצרים וכתיב וילקט יוסף את כל הכסף וגומר וגם בלי ספק היה לו עושר בפלא מפני שבלבל את כל בית אביו ואחיו בשנות רעבון לחם לפי הטף עד שהאבן הזאת מן הדין היתה לו למנה נאה באבני החשן.

הישפה או היאספי . יש מהחכמים שאמרו שימצאו במינה הזכר והנקבה. ואלבירטו בספרו השני מהאבנים טובות פרק ח' כתב כי היא אבן רבת הצבעים ושהיא של עשרה מינים ולא זכר אותם . אמנם אני אחרי היגיעת הרבה בינותי בספרים ובמחברים שונים ומצאתי המינים האלה שהם עשרה במספר מפוזרים בספריהם ולקטתי אותם זה אחר זה בראשונה ואלה הם. היינו ההינדית הנקרא פעם גאראמאציאה ופעם פוליגראמוס . הציפריאה . השיטיקה הפרסית הנקראת איריקוסה מפני שבצבעה היא דומה לנחשת הנקרא בלשון לאטינו איס. הטירמודונציאקה. הקאפארוציאה . הפריגיאה. הטראציקה. הקאלצידיקה. היאספי . אקאטי. והיא אבן ישפה מורכבת בטבע בתוך המחצב שלה עם אבן אחרת הנקראת אקאטי. ובלשון לעז אגאטה . אמנם ההינדית היא ירוקה כעשב ובהירה והוא דומה לסמיראלדו .

ptum est *Genes.* XLII. 8. *Et tamen fratres ipse cognoscens &c. Recordatusque somniorum* &c. Præter hæc quod noluerit peccare, & adulterium committere cum uxore domini, sicuti scriptum est *ibid.* XXXIX. 10. *Et ille recusabat stuprum*. Neque illi auscultavit, ut cum ea concumberet; & quando illi benedixit Jacob, dicit *Genes.* XLIX. 24. *Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius*; Præterea quod esset sapiens, & eloquens ut apparet in interpretatione somnii Pharaonis, qui gradatim, & singulari sapientia respondit, primum primo, & extremum extremo; paiterque, quod in illum influxit spiritus sanctus, & futura cognovit statim, aut multo post tempore spiritu prophetico, sicuti scriptum est *ibid. Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es*. Pariterque quia erat fortunatus, ejusque causa ejus dominus locuples factus sit, sicuti scriptum est *ibid.* XXXIX. 5. *Benedixitque Dominus domui Ægyptii* &c. Præterea ditissimus erat, & universæ terræ Ægypti dominabatur, sicuti scriptum est *ibid.* XLVII. 14. *Ex quibus omnem pecuniam congregavit* &c. Præterea sine ullo dubio miris affluebat divitiis quia pane aluit universam domum sui patris, & ejus fratres in annis caritatis ut merito in suam partem illi hic lapis contingeret in lapidibus pectoralis.

הישפה, aut Jaspis; nonnulli sapientes asserunt in sua specie marem & fœminam deprehendi. *Albertus* in suo libro secundo cap. 8. de lapidibus pretiosis, scribit esse lapidem variis coloribus insignitum, ejusque decem esse species, neque mentionem facit. At ego post singularem laborem studui in libris, & in variis autoribus inveni, decem esse species, quæ dividuntur in libris, & ego summa fide unam post aliam collegi; i. e. (*a*) Indica, quæ aliquando Garamasia appellatur, & sæpe Polygramos, Cypria, Scythica, Persica, quæ vocatur (*b*) Ærisusa, quia ejus color est לנחשת similis, quod latine æs dicitur, Thermodontiaca, Cappadocica, Phrygia, Thracica, Chalcidica, & Jaspethis; & naturaliter lapis Jaspidis in sua fodina cum alio lapide, qui Achates, & Italice *Agata* appellatur, conjunctus est. Ceterum Indicus instar herbæ viret, & est diaphanus, & smaragdo similis est, neque ullum inter illos intercedit di-

ואין

(a) Vide *Plinium ibid.* cap. 37.
(b) Vide *Plinium ibid.*

ואין הבדל ביניהם אלא מצד חמרם כי
חמר היאספי הזאת הוא יותר גס ממה
שהוא חמר הסמיראלדו והוא היותר
חשובה שבשאר מיני היאספי. הציפיריאה
והשיטיקה הם צירוליאי בצבעם שאמרתי
שהוא הוא הצבע הנקרא בלשון יון
ביאניאו. ואולם הצרפתים קוראים לציפריאה
יאספיס לבנה; והקאפאדוציאה צבעה הוא
בתכלת נוטה לצבע צירוליאו ואינה בהירה·
הפריגיאה היא נוטה אל האדמימות,
והטראציקה תטה לצבע ההינדית. ואינה
מובחרת כמוה. הקאלצידיקה היא עכורה
ומעורבת בצבעים רבים והיא הגרועה
שבכלם. ואחרי ההינדית היאספי הנוטים
לצבע התכלת הם שניות במעלה. אחריהן
היא היאספי שצבעה דומה לשושנה כמו
הפריגיאה. ואחריה היא הטראציקה הדומה
לסמיראלדו הגרוע.

אמרו החכמים כי סגולות הישפה הם
אלה היינו שישמור האדם שלא יתנו לו
הסמים הממיתים. ושהנושאו לא ימות
ויחנק בשטיפת הימים והנחלים. ונאלינו
העיד שהוא מרפא במגע את חלשת
האצטומכא מבלי שיפותח עליו צורת
הדרקון או הנחש כמו שהיה עושה המלך
ניקיפסו. ועוד הישפה יש לו צבע עוצר
חזק שיעצור הדם במגע כשהוא שותת
מהפה או מהמקורה או מהרחם. ושהוא
טוב להחזיק ראות העינים מפני צבעו
הירוק הטוב להם. והשמיר תאות המשגל
הבלתי נכון ונאות באדם. ושיועיל לאשה
המקשה ללדת.

אמנם נתנה הישפה לבנימן מפני הכב
העוצר שבו לרצון לו לפני יהוה מפני
שסגר את פיו הפתוח ולא הלשין את
אחיו לאביו במכירת יוסף. ועוד לזכור לו
זכות אמו שילדה אותו חי והיא הלכה
לעולמה בעת לדתה ולא הזיקה ולא
המיתה אותו עמה. ועוד להגין על שבטו
במעשה פלגש בגבעה שאולי בזכות האבן
הזה שהיה בחשן והגין על הזימה לא מתו
השש מאות איש שנסו המדברה אל סלע
רמון ולא נכרת שבט אחד מישראל מכל
וכל. ועד כה עזרני יהוה למען טובו
בחקירת מהות ואיכות אבני החשן כפי
טבע האבנים ותכונת שבטי יה החקוקים
עליהם. כן יגבר עלי חסדו בדרישת אבני
האפוד אבני זכרון לבני ישראל. ואדברה
בעדותיו נגד מלכים ולא אבוש.

ſcrimen, niſi materiæ ratione, quia Jaſpidis materia eſt ſmaragdi materia craſſior, & præ ceteris Jaſpidis ſpeciebus æſtimatur. Cyprius & Scythicus ſunt colore cærulo, quem dixi eſſe colorem illum qui Græce *κυάνεος* dicitur. Idcirco Galli Cyprium Jaſpidem album appellant; & Cappadocici color eſt inſtar hyacinthi, qui inclinat ad colorem cœruleum, neque eſt diaphanus. Phrygius ad rubedinem inclinat, Thracicus ad colorem Indici, at illo minoris æſtimatur; Chalcidicus eſt turbidus, variiſque coloribus immixtus, & infimum obtinet locum; Poſt Indicum Jaſpidibus, qui ad hyacinthi colorem inclinant, ſecundus tribuitur æſtimationis locus. Poſt illos eſt Jaſpis Phrygius, cujus color eſt roſæ ſimilis; Poſt hos commemoratos eſt Thracicus, qui deteriori ſmaragdo ſimilis eſt.

Dixerunt Sapientes, Jaſpidis virtutes eſſe ſequentes, i. e. præſervat hominem a venenis mortiferis; & qui geſtat, non moritur ſuffocatus in maribus, & fluminibus; & *Galenus* teſtatur tactu mederi ſtomachi infirmitati, quamvis non ſit illi inſculpta draconis aut ſerpentis figura, uti factum eſt ab rege Nikipſu. Præterea Jaſpis tactu adſtringit valide ſanguinem, qui defluit ex ore, aut naribus, aut vulva; viſumque corroborat ob optimum colorem viroris, abigitque appetitus carnales, qui hominem dedecent, prodeſtque mulieri in partus difficultate.

Idcirco attributus fuit Jaſpis Binjamin ob virtutem adſtringentem, quæ illi a Deo aſſignata eſt, quia cohibuit os ſuum, ne patri accuſaret fratres ſuos in venditione Joſephi; præterea ad commemorandum matris meritum, quæ vivum illum peperit, & ipſa mortua eſt, neque detrimentum attulit, neque ſecum occidit, pariterque ad protegendam tribum in opere concubinæ Gabaa; probabile enim eſt ob meritum hujus lapidis, qui erat in pectorali, & a laſcivia tuetur, non periiſſe ſexcentos viros, qui in deſertum ad ſaxum Rimmon fugerunt; ut ne una ex Iſraelis tribubus omnino deficeret. Hactenus auxiliatus eſt mihi Deus mirabili ſua miſericordia in inveſtigatione ſpecierum & eſſentiæ lapidum pectoralis juxta lapidum naturam, & diſpoſitionem tribuum Domini ipſis inſculptarum; ita Deus miſericordia ſua me corroboret in inquiſitione lapidum humeralis, lapidum memorialium pro filiis Iſraelis; & ego loquar de teſtimoniis ejus in conſpectu regum, & non confundar.

אין ספק כי כמו שאבני החשן היו שנים עשר לשנים עשר שבטי יעקב חלוקים זה מזה וזה מזה. כן אבני האפוד היו שנים בלבד דומים זה לזה וזה לזה לשמוש שמות ששה השבטים על האבן האחת. ואת שמות הששה הנותרים על האבן השנית. ומפני שאותיות אבני החשן היו בלבד ששה על אבן אחת ואותיות השבטים הכתובים על אבני האפוד היו חמשה ועשרים על כל אבן. והם ששה שבטים על כל אחד משתי אבנים לא רצתה התורה להטריח את ישראל למצוא אבנים טובות גדולות בעבור האפוד ושלא ימצאו אלא בהוצאה רבה וביגיעה גדולה כי עד משל הברקת. הנפך. והיהלום. ודומיהן. לא ימצאו אלא בדרך נס. שיהיו גדולות עד שיוכשרו לפתוח עליהם חמשה ועשרים אותיות מבלם על כל אחת מהן כמשפט ובחר בשהם בעד אבני האפוד להקל מעל ישראל ההוצאה הגדולה והטורח והעמל להיותו בפרט הגדול שבכל האבנים טובות כאשר אומר. והנה ידעתי גם אני ידעתי שיש באבנים טובות אבנים אחרות גדולות שיוכלו לשמש בשהם עצמו לששה שמות גם יחד כמו שהם הטופאציאו. היאס פי והאנטה. ודומיהן. אמנם נתרצתה התורה בשהם יותר מבשאר האבנים האמורים לסבה אשר אכתוב בעזרת יהוה בסמוך.

הלא כתבתי לכם כי הטופאציאו הוא גדול מאד עד כי עשו ממנו צלם ודמות פסל אחד למלכת מצרים הנקראת ארסינואי שהיה כאשר אמרתי ארבע אמות קומתו וכן היאספי אין ספק שהוא פרה ורבה גם הוא על קצת האבנים טובות הגם כי לא יגיע לגודל הטופאציאו לעולם. כי הנה אמר פליניאו בספר שבעה ושלשים מספור הדברים הטבעיים פרק ט׳ כי ראה חתיכה אחת מהאבן הזאת הנקראת יאספי שמשקלה היה אחד עשר אונקיות. ושמנה עשו פסל ודמות נירון קיסר ששריון קשקשים היה לבוש. וגם כתב בספר ההוא עצמו פרק אחד כי פירו המלך שעשה מלחמה לימים מקדם עם הרומיים ומלך על הגוים ההם הנקראים איפירוטו היתה לו אגאטה אחת שהיה עליה רשום דמות אפילו עם הציטארה בידו והוא אחד מהאלילים שדמו להם לאלוה היונים הקדמונים ואמרו שהוא מצא דברי השירות ומלאכת הרפואה ומשפט הגדת העתידות ואופן ירית החיצים. ומצא גם כן הכלי ההוא מהבינון שנקרא בלשון לעז ציטארה שהוא ממין הנבל כאשר כתבתי בפרקי הקודמים. וגם בחברת אפילו היו שם על

Manifeſtum eſt, ſicuti duodecim erant pro duodecim tribubus Iſraelis pectoralis lapides diſtincti & inter ſe diſſimiles, ita humeralis lapides inter ſe ſimiles duntaxat fuiſſe, quorum alteri ſex tribuum nomina, & alteri ſex quoque tribuum nomina inſcriberentur. Cum literæ lapidum pectoralis ſex tantum ſinguils lapidibus inſcriptæ eſſent; & literæ tribuum inſculptæ lapidibus humeralis quinque viginti ſiugulis lapidibus inſcriptæ eſſent; ſingulisque pariter lapidibus ſex tribuum inſcripta eſſent nomina, noluit lex moleſta eſſe Iſraeli, ut inveniret pro humerali lapides magnos pretioſos, qui ſine maximo impendio & labore comparari non poſſent; Etenim e. g. cœraunus, carbunculus, & adamas & his ſimiles niſi prodigioſe tam ampli inveniri non poſſint, ut perfecte & optime eorum ſingulis quinque & viginti literæ inſcribi poſſent; & elegit ſmaragdum in lapides humeralis ad allevandum maximum impendium, & moleſtiam, & laborem Iſraelis, eo quod præcipue præ ceteris lapidibus pretioſis ſit maximus. At ego non ignoro præter ſmaragdum in lapidibus pretioſos alios magnos lapides deprehendi, quibus una ſimul ſex nomina inſcribi poſſent, e. g. Topazium, Jaſpidem, Achatam, & his ſimiles: at lex præ ceteris commemoratis lapidibus ſmaragdum elegit ea de cauſa, quam Dei auxilio proxime deſcribam.

Jam ſcripſi mira magnitudine Topazium inveniri, ut ex eo efformata ſit ſtatua Arſinoe reginæ Ægypti, ut a me dictum eſt, in altitudine quatuor cubitorum, neque dubium eſt jaſpidem magnitudine nonnullos pretioſos lapides excellere, quamvis topazii magnitudinem nunquam aſſequatur. Etenim dicit *Plinius* lib. XXXVII. cap. 37. *Hiſtor. naturalis*. Magnitudinem jaſpidis quindecim unciarum vidimus, formatamque inde effigiem Neronis thoracatam. Pariterque *ibid.* ſcribit. c. 1. Pyrrhum regem, qui antiquitus cum Romanis bellum geſſit, & Epirotis imperavit, habuiſſe Achatam, cui inſculpta fuit imago Apollinis manu cytharam tenentis; qui eſt ex illis Idolis, quem Græci ſibi deum effinxerant, dicentes fuiſſe cantus, & medicinæ, & divinationis, & jaculationis ſagittarum, inventorem, pariterque inveniſſe inſtrumentum muſicum, quæ *cetra* Italice appellatur, quæ lyræ ſpecies eſt, ut in ſuperioribus capitibus a me ſcriptum eſt; Atque una cum Apolline in hoc lapide collocatæ fuerunt novem mulie-

האבן

האבן ההיא התשע נשים חכמות ששמו להם היונים הכוזבים לאלוהות נקרא בלשונם היונים מוסי היינו החכמות שהן על הזמרה והרקידה עד שהיה צריך שהאגאטה הזאת תהיה גדולה מאד.

אמנם השהם והוא הסמיראלדו יגדל בלי ספק על האבנים טובות האמורות הרבה כי הנה כתב טיאופראסטו שבדברי הימים של מצריים נמצא כתוב כי מלך אחד מבבל שלח דורון למלכם היינו למלך מצרים סמיראלדו אחד ארבע אמות ארכו ושלש אמות רחבו. וגם אמר שאצל המצריים עצמם בבית אלילים אמון היה אובליסקו אחד של ארבעה סמיראלדי ארבעים אמה ארכו ושמצדו האחד היה רחבו ארבע אמות. ומהצד השני היה שתי אמות. ואפיאוני פוליסטוריקו שקדם בזמן הרבה לטיאופראסטו כתב גם היא כי עוד בימיו היה בהלאבירינטו של מצרים הקולוסו מהסאטראפו שהיה מססמיראלדו אחד של תשעה אמות.

דעו בני כי מלת אוביליסקו הכתובה בפרק שלהם במקום הק׳ היא יונית שרוצה לומר אבן שלמה וזקופה גבוהה הרבה כמין עמוד מרובע שהוא רחב מתחתיו והולך ומתמעט מלמטה למעלה עד סוף גבהו עד שיהיה ראש העמוד חד מאד ויניחו אותו בחדותו כאשר הוא. או יעשו עליו בדמות כדור לנוי. בקראו העמודים האלה בלשון לעז אגוליי או פיראמידי שיש מהם עוד היום בעיר רומי. וגם מלת לבירינטו הכתובה עם האיפסילון אחרי הב׳ והטיטא אחרי הנון היא יונית ורצה לומר טרקלין או חצר של חדרים סביב ההולכים ונכנסים זה בזה בערבוביא עד כי מי שהוא באמצע החדרים אינו יודע למצוא הדרך המוציא אותו לחוץ גם כי החדרים הם פתוחים ואין עליהם דלת עץ סוגר. ומהלאבירינטי האלה לא היו בעולם אלא ארבעה במספר. הראשון היה המצרי שהיה היותר גדול והיפה שבכלם. השני היה באי אחת הנקראת קריטה והיא האי שקוראין אותה היום קנדיאה. השלישי היה באי אחרת הנקראת בלשון יון לימנוס והוא אי אחת שהיא בתוך ים איגיאו שיש לה מצד צפון הארץ ההיא הנקרא סטאציאה. וממערבה יש שם ההר ההוא הנקרא אטון. והמילו הארקיטיקטו עשה

res sapientes, quas mendaces Græci sibi mente finxerunt fuisse divinitates, & eorum lingua Græce μοῦσαι i. e. Sapientes appellatæ sunt, quæ musicæ & choreæ præsunt, ita ut hic lapis maximus fuerit oporteat.

Verum השהם qui est smaragdus reliquos omnes commemoratos lapides pretiosos magnitudine excellit. Scribit *Theophrastus* in Chronicis Ægyptiorum scriptum esse, Regem Babylonis dono misisse eorum regi, i. e. regi Ægypti smaragdum, cujus longitudo erat quatuor cubitorum, & trium latitudo. Pariterque proxime dicit apud eosdem Ægyptios in domo eorum Idoli Ammon fuisse obeliscum ex quatuor smaragdis quadraginta cubitos longum, & ab altero latere quatuor, & altero latere duos cubitos fuisse latum. Et *Apion Polyhistor*, qui multo tempore Theophrastum præcessit, pariter scribit, sua ætate fuisse præterea & in laberyntho Ægyptiaco Satrapæ colossum ex uno smaragdo confectum novem cubitorum.

Scitote mei filii vocem *obeliscum* scriptum eorum cappa pro chi esse Græcam, qua designatur lapis integer, erectus, altissimus instar columnæ quadratæ, quæ inferius lata est, & procedendo minuitur ab inferiori ad superiorem partem usque ad finem suæ altitudinis, ita ut vertex columnæ fiat acutissimus, & qualis est in suo acumine relinquitur, aut in ejus vertice quasi globus ornamenti gratia imponitur. Istiusmodi columnæ Italice *Aguglie* aut (*a*) *Pyramides* appellantur, quæ etiamnum Romæ conspiciuntur. Vox quoque *Labyrinthus* scripta epsilon post bita, & thita post nun Græca est, qua designatur Palatium, aut atrium conclavibus circumdatum, ita ut qui sit in medio conclavium, nesciat invenire viam egressus, quamvis omnia conclavia sint aperta, neque habeant valvas ligneas, quibus obserantur. Ex his [*b*] labyrinthis quatuor in orbe terrarum tantum erant. Primus erat Ægyptiacus, qui erat omnium amplissimus, & pulcherrimus. Secundus erat in insula, quæ dicitur Creta, & nostra ætate *Candia* [*c*] Tertius erat in altera insula, quæ Græce dicitur λῆμνος, quæ mari Ægæo continetur, cui ad aquilonem est illa terra, quæ Statia vocatur, & ad occidentem est ille mons Athos. Et *Zemilus* Architectus in eo construxit centum & quadraginta columnas maxi-

F בו

(a) Vide *Plinium* lib. xxxvi cap. 16. (b) Vide *Plinium* lib. xxxvi. cap. 19. (c) Vide *Plinium ibid.*

בו מאה וארבעים עמודים גדולים ויפים. והרביעי היה באיטאליאה שעשה אותו המלך פורסינה שמלך על כל ארץ הטוסקאנה. גם קלוסו היא מלה יונית שרוצה לומר פסל גדול מאד מאד כמו שהיה הפסל שהיה בעיר רודי והיא עיר אחת שהיא באי הנתונה בים הנקראת קארפאטיאוס והאי הזאת הוא השלישית במעלה בתוך איי האסיאה. ועשה הקולוסו או הפסל ההוא האיש קאריסו שהיה תלמיד לליסיפו שגבהו היה שבעים אמה ובמנה בסור השבעה דברים נפלאים שהיו בעולם. וסאטראפו היא מלה פרסית שנשתמשו בה היונים והלאטיני בשוה שרצה לומר מושל או פקיד. ואולי צפנת פענח דפרעה היה משמעותה כן.

כלל העולה מן הדברים הוא שעל כל אחד מארבעה אבנים האלה היו יכולים לכתוב בעבור גדלם החמשה ועשרים אותיות האמורות. אמנם מפני שהתורה הקדושה בפירוש אמרה באבני האפוד אבני זכרון לבני ישראל ובאבני החשן אמרה גם כן והאבנים תהיינה על שמות בני ישראל שתים עשרה. אין ספק שהצריכה התורה האבנים כלם לתלות באפוד ובחשן לסכום ששים עשרה לשנים עשר שבטים ולא יותר. ולכן לא נתנה לנו רשות שנקח מין אחר מהאבנים נוסף על מה שכתוב בחשן בעבור האפוד. כי אמרה ולקחת את שתי אבני שהם שנמנה השהם גם כן באבני החשן עד שהאגאטה לא הוכשרה לעלות באבני האפוד כי היא לא היתה באבני החשן. ואם תאמרו הא ניחא באגאטה כי היא לא היתה מהמינין אמנם הפטדה שהם ממנין אבני החשן מפני מה לא עלו לשמוש האפד כשהם עצמו הואיל כי מפני גדלם היו נכונים גם כן לפתוח השש שבטים. לזה אשיב בקצרה כי התורה בחרה בשהם יותר מהפטדה וישפה לשלשה סבות. האחת לחלוק כבוד ליוסף שקדם לכל אחיו במלכות כי הוא היה מלך בחייו. ומיהודה לא מלך איש עד דוד המלך עליו השלום השנית מפני שמלכות ישראל נקראת על שם יוסף כדכתיב הנני לוקח את עץ יוסף וכו. ואבני האפד היו זכרון לבני ישראל בכלל ולא לשום שבט בפרא כדכתיב אבני זכרון לבני ישראל. השלישית מפני שנתנה הבכורה ליוסף כדכתיב דברי הימים א׳

mas & elegantissimas. Quartus erat in Italia, quem fieri fecit rex Porsenna, qui universæ Etruriæ imperitabat. *Colossus* quoque est vox Græca, qua designatur maximum simulacrum, cujusmodi erat colossus civitatis Rhodi, quæ est insula sita in mari Carpathio; & hæc inter Asiæ insulas tertium celebritatis locum obtinet. Exstructus est hic colossus aut simulacrum a [a] Charete Lysippi discipulo, cujus altitudo erat septuaginta cubitorum & inter septem mundi miracula numeratur. Satrapes vero est vox Persica, qua pariter Græci & Latini usi sunt, & significat dominantem, aut præfectum & probabile est צפנת פענח דפרעה Pharaonis idem significare.

Quod ex commemoratis rebus eruitur, est, quod singulis ex quatuor lapidibus propter eorum magnitudinem possent inscribi quinque & viginti commemoratæ literæ. Cum a nostra sancta lingua peculiariter dictum sit in lapidibus humeralis אבני זכרון לבני ישראל pariterque in lapidibus pectoralis dictum sit ואבנים תהיינה על שמות בני ישראל שתים עשרה; non est dubitandum, ab *lege* juberi, ut omnes lapides, qui humerali, & pectorali imponebantur, essent duodecim pro duodecim tribubus; Idcirco nobis non data est facultas accipiendi alteram speciem lapidum præter illos, qui pro humerali in pectorali describuntur; quia dictum est ולקחת את שתי אבני שהם, numeratur pariter smaragdus inter lapides pectoralis; ita ut Achates non sit idoneus, qui locum habeat in lapidibus humeralis, quia non recensebatur in lapidibus pectoralis; & fortasse dicetur; concedetur de Achata, quæ inter illos non numerabatur; & topazius, & jaspis, qui inter pectoralis lapides recensebantur, poterant inservire humerali perinde ac ipse smaragdus; & quod sua magnitudine idonei erant, quibus sex tribuum nomina inscriberentur. Breviter respondebo, legem præ topazio & jaspide smaragdum tribus de causis elegisse; 1. ut honor Josepho impartiretur, qui imperio omnibus suis fratribus excelluit; vivens enim rex fuit; & de Jehuda non fuit rex nisi usque ad Davidem. 2. Quod regnum Israeliticum Josephi nomine appellatum fuit, sicuti scriptum est *Ezech.* XXXVII. 19. *Ecce ego assumam lignum Joseph* &c. Et lapides humeralis fuerunt generaliter in recordationem filiis Israel, non vero

פסוק

(a) Vide *Plinium* lib. XXXIV. cap. 18.

פסוק ה׳ ובחללו יצועי אביו נתנה בכורתו
לבני יוסף בן ישראל. וכמו שלקח יוסף פי
שנים בבכורתו כך זכה שהאבן שלו ישמש
שני פעמים בבגדי הכהן. האחד באפוד
והשני בחשן. והתהלה לא שזכני למלאת
חפץ אנשי סגולה כמשפט אבני החשן
ואבני האפוד כאשר שאלו ממני. ואני
אשיר עוז יהוה וארנן לבקר חסדו כי היה
לי אלהים משגבי אלהי חסדי.

פרק ד׳

במעשה האפוד ובסדר לבישת הבגדים
ובאורים ותומים וגומר.

ועשו את האפוד זהב תכלת וארגמן
וגומר הנם כי לא חדשתי דבר במעשה
האפוד כאשר היה מן הראוי. על כן זה
בכתוב אותו כאן כדברי הרמב״ם ז״ל ממש
כדי להשלים בפרקים האלה מעשה הבגדים
ולא תצטרכו לחזר אחרי המפרשים שבאולי
לא יהיו לכם תמיד מן המוכן. האפוד
רחבו כרחב גבו של אדם מכתף לכתף.
וארכו כנגד אצילי הידים מאחריו עד
הרגלים ויש לו שתי ידות יוצאות ממנו
ממנו באריג ולכאן מכאן שחוגרין אותו
בהן והם הנקראים חשב האפוד והכל
ארוג זהב תכלת וארגמן ותולעת שני ושש
על שמנה ועשרים חוטין כמעשה החשן
ותופר עליו שתי כתפות כדי שיהיו על
כתפות הכהן. וקובע על כל כתף וכתף
אבן שהם [מרובע משוקע בבית של זהב.
ומפתח על שתי האבנים שמות השבטים
ששה על אבן זו וששה על אבן זו
כתולדותם. ואף על פי שכתבתי בפרק
מקודם מה שידעתי על אבני החשן והאפוד

pro una tantum tribu peculiariter, uti scriptum est אבני זכרון לבני ישראל 3. quia Josepho primogenitura impartita fuit, uti scriptum 1. *Paral.* v. 1. *Sed cum violasset thorum patris sui data sunt primogenita ejus filiis Joseph, filii Israel*. Sicuti Josepho duplex assignata est pars pro sua primogenitura, ita dignus fuit, ut ejus lapis bis inserviret in vestibus Sacerdotis, semel in humerali, & iterum in pectorali. Sit laus Deo, qui mihi tribuit meritum, ut excellentium virorum desiderio satisfacerem de lapidibus pectoralis & humeralis; quod a me postularunt; & ego cantabo fortitudinem Domini, & cantabo mane misericordiam suam; quia Deus fuit mihi exaltatio mea, Deus misericordiæ meæ.

CAPUT IV.

Ubi agitur de humerali, & de ejus opere, & de ordine induendi vestes, & de Urim, & Thummim &c.

F*Acient autem superhumerale de auro, & hyacintho, & purpura* &c. Quamvis mihi nihil sit innovandum in opere humeralis, uti convenit, tamen hoc loci juxta peculiarem *Maimonidis* f. m. sententiam describam, ut his capitibus perficiam opus vestium, ne sit necesse, ut vos interpretes, qui fortasse non aderunt consulatis. Humerale juxta latitudinem hominis dorsi ab una ad alteram scapulam latum erat; & longitudo contra axillas ad dorsum usque ad pedes, cui attextæ erant quasi duæ fasciæ hinc inde egredientes, quibus præcingebatur, quæ humeralis cingulum vocabantur; totumque contextum erat ex auro, hyacintho, & purpura, coccino, & bysso ex octo & viginti filis juxta opus pectoralis, illique duo humeralia assuebantur, ut Sacerdotis humeris inessent; singulisque humeralibus statuebatur smaragdi quadratus lapis aureæ palæ infixus, duobusque lapidibus insculpebantur nomina tribuum, sex uni lapidi, totidemque alteri lapidi juxta ordinem nascendi. Et quamvis in superiori capite quæ mihi nota erant de lapidibus pectoralis & humeralis scripsi, tamen hoc loci a me nostri præceptoris verba describentur de lapidibus humeralis; vos vero quæ magis probabuntur, eligetis. Et Joseph יהוסף scribebatur; & quinque & viginti literæ in uno lapide, totidemque in altero deprehendebantur; atque ita scribebatur; Lapis, cui in-

עם כל זה אכתוב כאן דברי רבינו על אבני האפוד . ואתם בחרו לכם הטוב בעיניכם. וכותבין שם יוסף יהוסף. ונמצאו חמשה ועשרים אות באבן זו וחמשה ועשרים אות באבן זו . וכך היו כותבין האבן שכתוב בה ראובן על כתפו הימנית. והאבן שכתוב בה שמעון על כתפו השמאלית . היינו על האבן הימנית ראובן לוי יששכר נפתלי גד יהוסף . ועל האבן השמאלית שמעון יהודה זבולון דן אשר בנימן. ועושה בכל כתף שתי טבעות אחד מלמעלה בראש הכתף ואחד מלמטה לכתף למעלה מן החשב . ונותן שתי עבותות זהב בשתי טבעות מלמעלה והם הנקראים שרשרת. ואחר כך מכניס קצות העבותות של זהב בטבעות של מעלה בכתפות האפוד ומכניס שני פתילי התכלת שבשולי החשן בשתי הטבעות שלמעלה מחשב האפוד ומורידין את השרשרות שבטבעות כתפות האפוד עד טבעות החשן העליונות כדי שידבקו זה בזה ולא יזח החשן מעל האפוד וכל המזיח חשן מעל האפוד ומפרק חבורן דרך קלקול לוקה נמצא כשלובש האפוד עם החשן יהיה החשן על לבו בשוה והאפוד מאחריו וחשב האפוד קשור תחת החשן ושתי כתפות האפוד על שתי כתפיו ושתי עבותות זהב יורדות מעל כתפיו מכאן ומכאן מכתפות האפוד עד טבעת החשן ושני חוטי תכלת מרוכסים מתחת אצילי ידיו משתי טבעות החשן התחתונות עד שתי טבעות כתפות האפוד התחתונות שהם למעלה מן החשב.

ביצד סדר לבישת הבגדים לובש המכנסים תחלה וחוגר את המכנסים למעלה מטבורו מעל מתניו. ואחר כך לובש הכתנת ואחר כך חוגר את האבנט כנגד אצילי ידיו ומקיפו כרך על כרך עד שנגמר וקושר. ועל האבנט מפורש במסכת זבחים פרק כל הזבחים שנזבחו שלא לשמן תנא כשהן חוגרין אין חוגרין לא למטה ממתניהם ולא למעלה מאציליהם אלא כנגד אצילי ידיהן שנאמר לא יחגרו ביזע. אמר אביי במקום שמזיעין. וכך קבל יונתן בן עוזיאל מפי הנביאים ותרגם על לבשרהון יסרון . ואחר כך צונף במצנפת כמין כובע. כהן גדול אחר שחוגר באבנט

scriptus erat Ruben, humero dextro, & lapis, cui inscriptus erat *Simeon*, humero sinistro imponebantur; i. e. lapidi dextro *Ruben*, *Levi*, *Issachar*, *Nepthali*, *Gad*, *Joseph*; & sinistro *Simeon*, *Juda*, *Zabulon*, *Dan*, *Asser*, *Benjamin*. Duo fiebant annuli, unus in humeralis superiori parte, & alter in parte inferiori supra cingulum & duo funiculi catenæ aureæ in duos superiores annulos inducebantur, qui שרשרת *catenæ* appellantur. Tum introducebantur extremitates funiculorum pectoralis in annulos superiores *assutos* Ephodi humeralibus. Et inducebantur duo funiculi hyacinthini, qui erant in ora pectoralis in duos annulos, qui erant supra cingulum humeralis; & demittebantur catenæ, quæ erant in annulis ephodi humeralium, usque ad annulos superiores pectoralis, ut una conjungerentur, ne pectorale ab humerali dimoveretur. Qui vero pectorale ab humerali dimovisset, & eorum conjunctionem dissolvisset, modo corrumpendi, vapulabat. Deprehendebatur, cum induisset humerale cum pectorali, super ipso corde pectorali, positum fuisse, & ab tergo humerale, & cingulum humeralis sub pectorali colligatum, & duo humeralia Ephodi super duos humeros; & duo funiculi aurei descendebant hinc inde ab humeris ab Ephodi humeralibus usque ad pectoralis annulos; & duo funiculi hyacinthini subter axillis ab duobus annulis inferioribus pectoralis ducebantur ad duos annulos humeralium Ephodi inferiores, qui erant supra cingulum humeralis.

Quinam erat ordo induendi vestes? Primum induebantur femoralia, quæ præcingebantur super umbelicum supra lumbos, deinde induebatur tunica, & deinde præcingebatur balteus contra partem inferiorem axillarum, qui involucro super altero involucro circumplicabatur, donec totus præcingeretur. Et de balteo explicatur cap. I. *Sevachin*; traditio est: Quando se præcingunt, non se præcingunt neque infra lumbos, neque supra eam partem, quæ est infra axillas, sed contra axillas; dictum est enim *Ezech.* XLIV. 18. *Et non accingentur in sudore*. Dixit Abaje in loco sudoris; Atque ita explicat *Jonathan Uzielidis* ex ore Prophetarum, & interpretatur; *Super carne sua ligabunt*, Deinde se tegebat cidari ad similitudinem pilei efformata. Summus Sacerdos postquam balteo se præcinxerat, induebat pallium, & supra pal-

לובש

לובש המעיל ועל המעיל האפוד והחשן וחוגר בחשב האפוד על המעיל מתחת החשן ולפיכך נקרא מעיל האפוד שיחגרו באפוד. ואחר כך צונף במצנפת וקושר הציץ למעלה מן המצנפת טוב הוא שתקראו הרמב״ן במקומו על מה שהשיג על רש״י ותבינו דברי רבינו במה שכתב וקושר הציץ למעלה מן המצנפת ושערו היה נראה בין ציץ למצנפת ושם היה מניח תפילין בין ציץ למצנפת.

ונתת אל חשן המשפט את האורים ואת התמים. הזכירן בהא הידיעה ולא זכרן במום מקום כשזכר הבגדים כי לה מנאן עם יתר הכלים במלאכת האומנין שיאמר בהם ועשית את האורים ואת התמים והנה זה עדות שלא היו מעשה חרש כי אם מעשה שמים. ומפני זה נזכרו בלשון ידיעה כלשון וישכן מקדם לגן עדן את הכרובים ולא נזכרו הכרובים קודם לכן. כן כתב הרמב״ן ז״ל. וכלל הדבר באורים ותומים שהיו שמות קדושיא מכחם ידע הכהן העתיד וישמיע לכל שואל דברים העתידים. והשמות האלה שני חלקים. האחד מכחם יאירו אותיות השבטים הקבועים באבני החשן והם הנקראים אורים בהיותם מאירים לעיני הכהן. והשני מכחם יבא בלב הכהן שידע להצמיד לחבר האותיות ולהוציא התיבה מהן כדי שיהיה מכוין בתשובת השאלה ומכח השמות האלה יהיה לב הכהן תמיד בידיעת האותיות וברוח הקדש שבו יבא בלבו כי זה חבורן וסדרן והם הנקראים תומים ואולי לפי דעתי אני אברהם מבלי התבודדות הכהן היה מבין מכח השמות חבור האותיות באופן זה. שהאורים יאירו האותיות לא כלן בבת אחת אך מכח התומים יאירו ראשונה האות האחת. ואחריה האות השני שלא בערבוביא. וכפי הקדימה והאחור מהאור הבא באותיות זה אחר זה ידע הכהן לחבר המלות כתקנן כמו על דרך משל כאשר שאלו ישראל בא מי יעלה לנו אל הכנעני בתחלה להלחם בו. השיב יהודה יהודה יעלה. ואז האורים האירו כאחר כל שמו של יהודה כי הוא נקל הקריאה כי כן כתוב כלו בשלמות באבני החשן. אמנם מלת יעלה הבין אותה הכהן בזה האופן כי אחרי שחזרו אותיות יהודה להיות בלי אור כאשר היו קודם השאלה יור של

lium humerale & pectorale, præcingebat illud cingulo humeralis ſuper pallio ſubter pectorale; ideoque humeralis cingulum vocabatur, quia cum humerali præcingebat. Deinde ſe cidari tegebat, & ſuper cidari lamina vinciebat. [Legendus vobis erit *Nachmanides* loco ſuo in eo, quod *Raſchio* contradicit, & intelligetis verba noſtri præceptoris in eo quod dicit; *Et ſuper cidari laminam vinciebat.*] Ejuſque coma inter laminam & cidarim conſpiciebatur, ibique inter laminam & cidarim phylacteria imponebantur.

Ponens autem in rationali judicii האורים ואת התמים. He emphatico appellantur, neque alibi commemorantur, cum facta mentio eſt de ceteris veſtibus; neque numerantur cum ceteris veſtibus in opere artificis, de quibus dictum ſit, *& facies Urim & Thummim;* Hinc clariſſimum eruitur argumentum non fuiſſe opus artificis, ſed opus divinum duntaxat; eaque de cauſa phraſi emphatica commemorantur juxta textum *Geneſ.* III. 24. *Et collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim.* Neque antehac Cherubimi commemorantur; ita ſcribit *Nachmanides* f. m. & concludit hæc Urim & Thummim fuiſſe nomina ſancta, quorum virtute Sacerdos futura præſciebat, & cuique conſulenti futura ſignificabat; & hæc nomina in duas partes fuiſſe diſtributa; altera ſua virtute illuſtraſſe literas tribuum, quæ in lapidibus pectoralis inſculptæ erant, & vocabantur *Urim*, quia illuminabant oculos Sacerdotis; altera ſua virtute illuſtraſſe mentem Sacerdotis, ut ſciret comparare & connectere literas, & ex his eruere illa verba quæ relationem haberent ad poſtulati reſponſum; atque horum nominum virtute Scerdotis mentem cognoviſſe literas, & ſpiritu ſancto, qui in ejus mentem infundebatur cognoviſſe, quo pacto componerentur, & diſponerentur; & hæc תומים appellabantur. Ego vero Abraham puto ſine mentis abſtractione, Sacerdotem horum nominum virtute literas hoc modo compoſuiſſe; quod Urim non una ſimul literas, ſed virtute Thummim primum unam deinde aliam ſine confuſione illuminarint; & juxta ordinem, quo prius, & poſterius literæ una poſt aliam lumine illuſtrabantur, cognoſcebat Sacerdos, quomodo voces componerentur; e. g. quando poſtularunt a Domino Iſraelitæ. *Quis aſcendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitque Dominus: Judas aſcendet. Judic.* I. 1. Tum Urim integrum no-

יששכר

יששכר האירה. ואחריה עין של שמעון ואחריה למד של לוי ואחריה הא של רהם שהיתה גם כן באבני של לוי. ושני חלקי השמוש הקדושים האלה הנקראים אורים ותומים על שם פעולתם היו נתונים בין כפלי החשן כי על כן היה כפול ואחר שהלביש משה לאהרן האפוד והחשן אחרי כן נתן בין כפלי החשן האורים והתומים. וידיעת הדברים על ידם היתה מדרגה ממדרגות רוח הקדש למעלה מבת קול ולמטה מן הנבואה. ואמרו בריש פרק קמא דברכות למה נקרא שמם אורים ותומים אורים שמאירים דבריהם. תומים שמשלימים דבריהם. ונקראו גם כן כרתי ופלתי כרתי שכורתים דבריהם פלתי שמופלאים מעשיהם. והנה עשו בבית שני אורים ותומים כדי להשלות שמנה בגדים כמשפט ההוא שהיו בבית ראשון כפי כחן ואף על פי שלא היו נשאלים בהן מפני שלא היתה שם רוח הקדש וכל כהן שאינו מדבר ברוח הקדש ואין שכינה שורה עליו אין נשאלין בו. וכיצד שואלין עומד הכהן ופניו לפני הארון והשואל מאחריו פניו לאחרי הכהן ואומר השואל אעלה או לא אעלה ואינו שואל בקול רם ולא מהרהר בלבו אלא בקול נמוך כמו שמתפלל בינו לבין עצמו ומיד רוח הקדש לובש את הכהן ומביט בחשן ורואה בו במראה הנבואה עלה או לא תעלה באותיות שבולטות מן החשן כנגד פניו. והכהן משיבו ואומר לו עלה או לא תעלה ואין שואלין על שני דברים כאחד ואם שאל משיבין על הראשון בלבד ואין נשאלין בהן להדיוט אלא או למלך או ובית דין או למי שצורך הצבור בו שנאמר ולפני אלעזר הכהן יעמוד וכו' זה מלך.

men Jehudæ una ſimul illuminarunt, quod facile legi poterat; ita enim perfecte ſcriptum erat in lapidibus pectoralis. At vocem יעלה hoc modo componebat Sacerdos; poſtquam obſcuratæ eſſent literæ Jehuda, quales erant ante poſtulatum; litera, Iſſachar lucebat, deinde ע Simeonis, & poſtea ל Levi, & deinde ה רהם, quæ erat in lapide Levi; atque hæ duæ ſpecies nominum ſanctorum, quæ Urim & Thummim propter eorum operationem appellantur, in duplicatione pectoralis collocata erant, quod hac de cauſa duplicatum erat; Poſtquam Moſes veſtivit Aharon pectorali, & humerali in eorum duplicatione Urim & Thummim collocavit; hujus ſapientiæ gradus erat ſuperior Bath Kol, & inferior prophetia. Dicunt Sapientes cap. I. *Gemaræ Berachot*; cur vocabantur Urim & Thummim? Urim, quia verba illuminabant; Thummim, quia eorum verba perficiebant; pariterque כרתי appellabantur; ופלתי כרתי, quia definitive loquebantur פלתי, quia admiranda erant eorum opera. Fecerunt deinde in ſecunda domo Urim & Thummim, ut numerus octo veſtium pro viribus juxta legem compleretur, qua fuerant in prima domo, quamvis illa non conſulerent, quia ibi non erat Spiritus ſanctus; at Sacerdos, qui non loquitur per Spiritum ſanctum, non conſulebat. Quomodo conſulebantur? Stabat Sacerdos facie ad arcam conversa; poſt eum conſultor erat, cujus facies converſa erat ad tergum Sacerdotis. Et conſultor dicebat; *adſcendam, an non adſcendam?* Nec vero elata voce rogabat, nec animo ſecum cogitabat, ſed voce ſubmiſſa velut is, qui ſolus preces fundit. Confeſtim Sacerdos Spiritu ſancto inflatus pectorale inſpiciebat; & viſione prophetica videbat; *adſcende*, aut *non adſcende* ex literis prominentibus ex pectorali contra faciem ſuam; & Sacerdos reſpondebat; *adſcende* aut *non adſcende*. Neque ſimul de duabus rebus conſultandum erat; & ſi conſuluiſſet, primo poſtulato tantum reſpondebatur; neque vero pro privato, ſed pro rege, aut Synhedrio, aut eo, qui cœtui neceſſarius erat; ſicuti dictum eſt *Num.* XXVII. 21. *Pro hoc ſiquid agendum erit Eleazar Sacerdos conſule Dominum*. *Pro hoc* rex deſignatur. *Et omnes filii Iſrael*; his deſignatur Sacerdos in bellum unctus, aut is, cujus opera cœtui neceſſaria eſt. *Et cetera multitudo*. Hoc eſt Synhedrium magnum. Quod vero reperitur in Prophetis, Sacerdotes ſe Ephod lineo præcinxiſſe; hi non erant

וכל

וכל בני ישראל זה משוח מלחמה או מי
שצריך הצבור בשאלתו וכל העדה אלו
בית דין הגדול והוא שאתה מוצא בדברי
נביאים שהכהנים היו חוגרין אפוד בד לא
היו כהנים גדולים שאין האפוד של כהן
גדול אפוד בד ואף הלוים היו חוגרין
אותו שהרי שמואל הנביא לוי היה ונאמר
בו נער חגור אפוד בד אלא אפוד זה
היו חוגרים אותו בני הנביאים ומי שהוא
ראוי שתשרה עליו רוח הקדש להודיע כי
הגיע זה למעלת כהן גדול שמדבר על
פי האיפוד והחשן ברוח הקדש.

ſummi Sacerdotes, quia Ephod ſummi Sacerdotis non erat lineus; Levitæ quoque ſe illo præcingebant; Samuel enim propheta erat Levita, de quo dictum eſt 1. *Reg.* 11. 18. *Puer accinctus Ephod lineo*. Verum hoc amiculo ſe præcingebant filii prophetarum, & quicunque idoneus erat, in quo Spiritus ſanctus conquieſceret, ad demonſtrandum, hunc perveniſſe ad excellentiam ſummi Sacerdotis, qui per Ephod & pectorale in Spirito ſancto loquitur.



JOHAN-



JOHANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGI DISSERTATIO

De Vocibus תכלת, ארגמן, תולעת שני, שש משזר Ex. XXV, 4. XXVI. 1. XXVIII. 5. 6. 33. &c.

S U M M A.

§. I. *Vox* תכלת *notat colorem coeruleum*. §. 2. *Vox* ארגמן *viridem seu amorginum*. §. 3. תולעת שני *est coccum sinopicum*. §. 4. שש משזר *est byssus miniata*. §. 5. *Hodierna Lexicorum hebraicorum conditio, & gradus perfectionis, quem illa adtigerunt.* §. 6. *Quomodo ea ad limam & incudem sint revocanda*. §. 7. *Rationes tentaminis nostri hujus generales redduntur*. §. 8. *Sententia de quatuor elementis exploditur*. §. 9. *Sententiam vulgarem Alexandrino niti interprete ostenditur, sed qui determinatos significatus haud suppeditat*.

§. I. TECHELETH תכלת est *cæruleus color* seu *glastum*. Vocem שש seu בוץ, בד *byssi* subaudiendam esse, nemo infitiari potest, qui haud ignorat, baltheum & vela, vestitumque Sacerdotum, de quibus quatuor hæc coloris definiendi vocabula fuerunt adhibita ex bysso constitisse. Lingua Hebræa haud suppeditat vocis originem & significatum determinatum, si quidem *conjugatis*, *derivatis* & *simpliciori voce* caret. Diaphanum cœruleum & splendens olim Græci vocabant ὕαλος, unde lapis perlucidus & causticus ὕαλον vocatur ARISTOPHANI in *Nubibus* Act. II. sc. 1. p. m. 130. (a) In Thebaide olim ὕαλος effodiebatur, teste HERODOTO L. III. conf. BOCHARTUS *Hierozoici* L. VI. c. 16. Vitrum coctile sic quoque adpellatur a JOSEPHO de B. J. L. II. c. 9. conf. *Celim* VIII. §. 9. Inde est *Glas glastum* Germanorum, *glessum & glessaria*. Hinc succinum olim *glessum* dicebatur. TACITUS de M. G. c. 45. Plin. XXXVII. 3. Vitro Britanni vultus pingebant cœruleosque reddebant CÆSARE teste de B. G. L. V. c. 14. *Glastum* vocabatur illa materia ex caule tinctorio *Vveid* vel, uti Angli & Batavi pronuntiant, *Vvoad*, qui ad Erfurtum copiosus provenit & inde exportatur in loca disjunctissima. Indico miscetur nostra ætate ad pannos cœruleo colore imbuendos. JOANNES MAURITIUS in *Historia Erfurtensi* L. III. p. 269. 270. GUILIELMUS MUSGRAVE in *Belgio Britannico* c. XV. Vol. I. & inde *Acta eruditorum* *latina*

(a) Ed Lugd. Bat. 1624. 8.

latina 1720. p. 165. seq. Vox ὕαλος est כולסא *Schab.* f. 154. 2. Ex ὕελος est Belus, amnis, arenæ vitriariæ copia præstans, in Palæstina. RELANDUS in *Palæstina* L. I. c. 45. pag. 290. Quis nescit, literas unius organi consuevisse permutari, idemque fieri in ס & ח, ז & ד, צ & ט? *Glastum* & תכלת hac ratione haud differunt. Huic certe voci colorem subesse cœruleum, patet ex §. 7. & *Menachoth* f. 72. 2. ubi dicitur: תכלת דומה לים וים דומה לרקיע *Techelet simile est mari, mare simili est firmamento.* Hinc *glessum argenti*, lithargyris, vocatur *Silberglet*, ob splendorem. *Isatis* est Weid, Tolosatibus *pastellum*, olim notissima, Germanis *Glastum*. Ante Indici notitiam cœruleus inde tincturæ color efficiebatur.

§. 2. *Amorginum* ארגמן est linum in Amorgo insula fieri solitum. *Amorgis* dicebatur inde textum, olivæ colorem refereus. ARISTOPHANES in *Lisistrata* p. 866.

Τάλαιν ἐγώ, ταλαινα, τῆς αμόργιδις
Ἤν ἄλοπον σίκοι καταλέλοιπ᾽! Αὐθ᾽ ἡτέρω
Επὶ την αμόργιν τὴν ἄλοπον ἐξέρχεται.
Heu me misellam, cui seges byssi intus est
Nec delibrata! Rursus en tibi alteram,
Ad corticatam quæ facessit cannabin.

HESYCHIUS: Αλόργις, καλάμητις, ἐξ ἧς ἔνδυμα γινεται, ἢ ὕφασμα, ἢ χιτών. *Amorgis est caulis quidam, ex quo vestis fit, aut textum, aut tunica.* JULIUS POLLUX L. VII. c. 17. p. 243. Ο῾ δε αμόργινος χιτὼν καὶ Αμόργις εκαλεῖτο. *Tunica Amorgina etiam amorgis vocabatur.* Idem c. 13. p. 339. Εςι δὲ καὶ χιτών αμόργινος. Αντιφάνης δὲ φησιν ἐν Μηδείᾳ. Ἠ χιτὼν αμόργινος. *Est & tunica amorgina. Antiphanes vero in Medea inquit: Erat autem tunica amorgina.* STEPHANUS de *urbibus & populis* habet, τὸ Αμόργινος χιτὼν, χρώματος ἴδιον. *Amorgina tunica, coloris proprium.* Indicat, ab insula Amorgo eam dici. EUSTATHIUS in *Comment. ad Dionysium* p. 76. putat, το Αμόργινος esse χιτῶνος ἐπίθετον, subdens: ἀπο χρώματος ἴσως ἐλαιοχρὸς τινος, *ab oleaceo fortassis colore.* Inde est quoque Αμόργη, *amurca*, feces profunde virides olivarum. VARRO de *re rustica* L. I. c. 55. VIRGILIUS *Georg.* I. vs. 194. qui *nigram* quidem *amurcam* dixit, sed natura olivarum & rei ipsius postulat, ut *profunde viridem*, dunckelgrun, intelligamus. Contendit equidem post SALMASIUM ABRAHAMUS BERCKELIUS ad Stephanum sub Αμόργιος, & Stephanum & Eustathium τὸ Αμόργινος male de coloris genere sumsisse, quum revera Αμόργινοι χιτωνες *tunicæ lineæ* fuerint, factæ ex bysso Amorgo insula nasci aut præparari solita. At unum non excludit alterum, siquidem ἀμόργη, *amurca*, æque ab illa insula cognominatur, immo caulis ipse seu linum, ἄμοργις inde nomen suscepit. Color amurcinus fuit *oleaginus*, uti eum vocat PLINIUS XXXVII. 5. id est, viridis quia olea est viridis & viridem amurcam & viride oleum reddit. COLUMELLA L. XI. c. 2. *Tum & olea distringenda est, ex qua velis VIRIDE OLEUM conficere.* Proinde non video, cur antiquis illis scriptoribus fidem derogare laboremus. De ipsa insula STRABO L. X. extremo: Εςι καὶ Ἄμοργος τῶν Σποράδων. TACITUS *Annal* IV. c. 13. *Vibius Serenus -- ob atrocitatem morum in insulam Amorgum deportatur.* Idem c. 30. *Ita Serenus Amorgum reportatur.* Targumista ONKELOS vocem ארגמן reddit per ארגונא quare quæstio incidit, an voces sint synonymæ. Alibi curatius in id inquiram.

§. 3. Jam pergimus ad תולעת שני *cocineum Sinopicum*. תולעת *coccus* est, quem describit PAUSANIAS fol. 490. PLINIUS L. XXI. c. 8. *Luxuria vestibus quoque provocavit eos flores, qui colore commendantur. Hos animadverto tres esse principales: unum in cocco, qui in rosis micat, gratius tradi nihil potest ad spectu, & in purpuras Tyrias dibaphasque ac Laconicas.* Omitto testimonia Dioscoridis, Strabonis & Hodœporeutarum recentiorum. HESYCHIUS: Κόκκος. ἐξ ὃ τὸ φοινικȣ βαπτεται καὶ αυτο το χρωμα -- *Coccus notat granum, unde puniceum tingitur: & ipse color ille sic dicitur.* Ruber color, qui voci תולעת inest, indicatur Esr. I. 18. Thren. IV. 5. unde *coccineas induti* vocantur מתלעים Neh. II. 3. Vox altera שני est σινωπις, *minium Sinopicum.* THEOPHRASTUS de *Lapidibus*: Αλλὰ καὶ ἡ λήμνια καὶ ἣν καλȣ̃σι Σινώπικην. Αὑτη δὲ ἐςιν ἡ Καππαδοκικὴ. Κατάγεται δ᾽ ἐις Σίνωπην. Εν δὲ τῷ μίκρῳ μεταλλέυεται κατ᾽ αὐτὴν. Ex hoc loco PLINIUS fere sua hausit L. XXXIII. c. 13. unde pauca transcribemus: *Sinopis inventa est primum in ponto: inde nomen a Sinope urbe. Nascitur ET IN Ægypto, Balearibus, Africa, sed optima in Lemno & Capadoccia, effossa e speluncis. Quæ saxis adhæsit, excellit. Glebis suus colos, extra maculosus Hacque veteres usi sunt ad splendorem. Species Sinopidis tres, rubra & minus rubens & inter has media.* Est hæc cinnabaris nativa. Arabes & Persæ vocant *sengabr.*

ſengabr., *ſengarf*, ex שני & חפר fodiendo, quia, ut Theophraſtus habet, *effodiebatur paulo intervallo a Sinope*. Vide JAC GOLIUM in *Lexico Arabico* p. 1223. Eamdem materiem KIMCHIUS ac RASCIUS per שש משיר Jer. XXII. 14. Intelligit. Confer, quæ diſſerui in *Muſeo Bremenſi* Vol. I. p. 1. diſſ. 8. §. 2. 3.

§. 4. Tandem nos provocat שש משיר *byſſus miniata*. Ægyptiaca vox eſt *byſſus* ex articulo, & *ſobeſch*. ὠ φώτων POLLUCIS L. VII. c. 16. non videtur differre ab hac forma. Conſentit Hebraicum פשתה, פשת, ubi ש in ת eſt mutatum more Aſſirio. Idem notant בר & בוץ, mollius elata. De byſſo alibi ex Pauſania commentor. Ægyptum abundaſſe byſſo, patet ex JOANNE BODÆO a STAPEL in annotationibus ad c. 9. l. 4. Theophraſti hiſtoriæ plantarum, qui plane ita: *Lanigeræ Theophraſti nihil aliud ſunt quam goſſipium, quod in Arabia & Ægypto arboreſcit, & multos annos durat*. *GRATIUS* in *Cynegetico* V. vſ. 43.

Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino
Velatur ſonipes laſcivi turba Canopi.

Vulgo æſtivi Canopi. BARTHIUS ex vet. editione citavit: *Ægypti Canopi*. SALMASIUS corrigebat: *feſtivi Canopi*. Nuper in Batavia impreſſum eſt *laſcivi Canopi*. Vid. ACTA ERUD. LAT. 1728. p. 344. JULIUS POLLUX L. VII. c. 17. p. 344. *Nunc vero apud Ægyptios ex arbore lana quædam fit, ex qua veſtem confectam lino maxime ſimilem eſſe quiſpiam dixerit, ſola denſitate excepta. -- Interius hoc quod lanam refert, eximitur, unde ſubtegmen conficitur: ſtamen autem illi ſubtendunt lineum.* Hæc de byſſo Ægyptia Pollux. Omitto locum Apuleji & Silii Italici. משיר eſt ex שש *minio tinctum*. Inungebant *miniaria expolitione* Judæi feneſtras & domos, uti ex Jer. XXII. 14. & Prov. XXXI. 21. dilucet. Provoco in præſens ad locum Muſei Bremenſis §. 3. p. 165. ſqq. Sequuntur autem illi colores in hunc modum, ut *cæruleus* ſit primus, ſuccedat *amorginus* ſeu viridis & oleæ ſimilis, excipiente *Sinopico* intermedio, qui trahebat multum ex rubro, & ſequente tandem *miniaceo* ſeu profundo rubro. Ita *iris*, gratiæ divinæ ſymbolum fuit præſto. Hanc expoſitionem confirmat figura Ezechieli oblata, quæ repræſentabat ſacerdotem ſummum, Chriſtum, lumbos iride cinctum c. I. v. 27. 28. ut balthei colores exprimantur, quos, omnino enumeratos fuiſſe illos, ſatis novimus. Conf. Ap. IV. 3. ubi irris dicitur cinxiſſe ſolium Meſſiæ, quam æmulantur colores ex ſmaragdo refracti. Ad velum tabernaculi & templi, cujus intimum erat inſtar ſolii divini, manifeſte adluditur. Potuiſſem multa addere loca veterum ſcriptorum, ſententias varias, earumque refutationes, teſtimonia auctorum complura & argumentorum minute diviſorum copiam. Sed malui aliorum diligentiam acuere & plura alii occaſioni reſervare.

§. 5. Si quibus alienum videtur, initia ſic Lexico Hebraico novo condi, eos oratos velim, ut momenta nonnulla ſedulo perpendant. Primo quidem Judæi ad incitas redacti adeo erant ſæculo VII. VIII. IX. ut puritas linguæ Hebrææ & rariorum vocum ſignificatus magnam partem per exſilia continua & litteraturæ inimica, periiſſent. Extulerat eruditio caput inter Arabas, imperante ſecundo ex familia Abbaſidarum Chalifa, *Abu Gaafar Almanſur* (*a*) paulatimque florem oſtentabat ex favore litterario Chalifæ ex Abbaſidis quinti, *Abu Gaafar Harun Raſchid* (*b*) quem annales Francorum, faſti Carolini, & Eginhartus *Aaronem* vocant at vero annales Francici apud Lambecium (*c*) *Amormolum*, Lambertus Schafnaburgenſis ad a. 801. *Amarmurmulum*, Egoliſmenſis Monachus & Regino Aaronem *Ammirmummilinum* & *Amirmunmilinum* (*d*) id eſt, امير المومنين *Amiro' lmumenim*, principem fidelium. Aaronis exemplum æmulabatur filius *Abul Abbas Almamum* ſive *Abu Gaafar Abdallah* (*e*) cum ſumma plebis ſacerdotalis Muhammedanæ invidia & ira (*f*). Excitati ſunt exemplo tam celebri Chriſtiani, uti ex vita Caroli Magni (*g*) & Ludovici Pii [*h*] diſci-

(a) *ABULPHARAGIUS* in *Hiſtoria dynaſtiarum* p. 246. ed. Ed. Pocockii 1663. 4.

(b) ELMACINUS L. II. Hiſt. Saracen. c. 6. pag. 120. ed Lugd. Bat. 1625. fol.

(c) In *Comment. de Biblioth. Cæſ.* L. II. cap. 5. pag. 375.

(d) *SIMON FRIDERICUS HAHNIUS*, oceanus hiſtoricæ cognitionis, in *Einleitung zu der Theutſchen Staats-Reichs-und Kayſer- Hiſtorie* T. I. pag. 68.

(e) *ABULPHARAGIUS* l. c. p. 246. R. *ABRAHAM SACHUT* in *Jucaſin* f. קו col. 2. *GEORGIUS ELMACINUS* in Hiſt. Sarac. L. II. p. 159.

(f) *EDUARDUS POCOCKIUS in Specimine hiſtoria Arabum* p. 52. Oxon 1650.

(g) *EGINARDUS* cap. 29. *POETA ANONYMUS SAXO* ad a. 814. pag. 168. & pag. 163. *AUCTOR VITÆ ALCUINI ABBATIS* §. 24. pag. 138. §. 18. pag. 156. §. 13. pag. 153. *Sæculo IV. Benedictino* P. I. LAUNOIUS I. citando c. I. pag. I. ſqq.

(h) CONCILIUM PARISIENSE VI. cap. 30. p. 505. T. II. *Conciliorum Galliæ Sirmondi*.

JOAN-

discimus : eademque æmulatio Judæos etiam conripuit . Quare *Saadias Gaon* ſeculo X. (*a*) cœpit libros Hebraicæ linguæ Grammaticos ſtruere, inconditos tamem (*b*) & accuratione debita carentes , uti prima quæque tentamina ſolent eſſe impolita & minus elaborata. Monumenta Saadiæ grammatica intercidiſſe, quis dubitat? Tentavit deinceps nonnulla *R. Juda Hiug.* ſæculo XI. cujus Grammatica typis nondum eſt excuſa (*c*) Uterque methodum Arabicam linguamque adhibuit Arabum, ſiquidem eruditio ejus linguæ beneficio tum propagabatur. Poſt Grammaticam Hebraicam Lexicis concinnandis locus eſſe videbatur , quare *R. Jona ben Gannach* , e Judæorum Grammaticis primis unus, ſeptem libros de re grammatica ſic conſcripſit, ut ſex grammaticas præceptiones , ſeptimus Lexicon complectatur. (*d*) Ante hunc ſæculo decimo exeunte *R. Menachem ben Sarugh* ſeu *Sarruc* primus librum radicum conſcripſit. Hujus ſequentiumque Lexicographorum veſtigiis inſtitit *R. David Kimchius*, patris fratriſque exemplo admonitus, & id ſingulare habet, ut proferat aliis neglecta & errata majorum libere emendare tentet . Opus ipſum vocatur מכלול *Michlol* a perfecta pulchritudine, complectens & *Grammaticam* ספר הדקדוק & ספר שרשים *librum radicum* ſeu Lexicon. Sequitur *methodum radicalem* non evolutionis tantum gratia, ſed ad derivandum quoque *ex radice* ſignificatum . Nonnulla in eo notarunt Judæi recentiores . Chriſtiani autem agminatim eum ſunt imitati , adeo ut REUCHLINUS reliquique poſt eum Chriſtiani Lexicographi Kimchium modo in latinum ferme tranſtulerint . Recentiores noſtri addiderunt alicubi aliorum Judæorum ſententias, & pleniorem vocum earumdem exbibliis ſacris adlegationem ; Ubi Kimchi hallucinatus eſt, Chriſtiani ab errore non ſunt plerumque immunes. Periculum fecit equidem CASPAR NEUMANNUS ſignificatum eruendi non ex radicibus & radicum ramis , ſed ex literarum Hebraicarum inſito quodam ſignificatu. At vero duo ei fuerant ante probanda vel ex revelatione vel ex inductione vel ex demonſtratione : primum , literis Hebraicis quadratis eam primitivi ſignificatus vim inhærere ; alterum , literas illas quadratas eſſe originis *immediate* divinæ, ſiquidem humana mentis acies literas illas ſeu elementa ad rerum tam innumerabilium naturam exprimendam vel condere non poterat vel in uſum deducere haud valebat . Neumannus id quoque inſtar evicti adripit , linguam Hebraicam illam , qua ſacer-codex V. Teſtam. eſt exaratus , nequaquam *ullo pacto* ab Adamitico differre , quod ipſum inductione per ſingula eundo ſæcula facile evertitur . Hac de cauſa CHLADENIUS aliique multi Neumannianæ hypotheſi pollicem premere noluerunt , præcipue ubi ſenſere, ex illius hypotheſeos adplicatione ſignificatus vocum nonnullarum certos everti & labefactari, quod ipſum CHLADENIUS in *Theologia exegetica* exemplo vocis רקר oſtendit . Longe felicius nuper Celeb. ALBERTUS SCHULTENS , Bataviæ ſuæ decus incomparabile, Lexica emendare cœpit ex ſubſidiis linguæ Arabicæ; Editus eſt *Originum Hebræarum ex Arabiæ penetralibus revocatarum* libri primi Tomus primus Franequeræ 1724. 4. meritoque eruditi deſiderium, plura ex eadem Phidiæ officina videre conſimilia ferre poſſunt. At, bone Deus, quanta heic adhuc diligentiam noſtram effugerunt? quanta reſtant eruenda? Ingenium aliquod JOANNIS PETRI ERICI (*e*) ex Græco quælibet fingens, ſparta hæc non deſiderat, ſed judicium, acumen & laborem indefeſſum expoſcit. Succurrunt ſignificatui Hebraico Græca, ſi habitudo vocis in locis & contextu, & diſtincta convenientia , præcipue in exoticis tempore Monarchiæ Græcæ & poſt hæc denominandis . Verum ex Arabia longe clarior effulget lux . Nonnunquam voces ex littore Punico , ex Melita, ex coloniis in mari mediterraneo & commerciis Tyriorum ſunt ad ſignificatum determinatum reducendæ. Ubi vox ſæpius recurrit , Concordantiæ, & unica vocis cum omni contextu poſſibilitas in cenſum veniunt. Judæi Græcorum ſcriptorum , præter philoſophica , fuerunt ignari, Geographiæ & Hiſtoriæ maximam partem rudes, Palæſtinæ ipſius fere imperiti , *radicalis ſignificatus* tenaciſſimi eſſe deprehenduntur . Quare magnam Lexici Hebraici partem rite adornare haud potuerunt . Eidem præ vo-

JOANNES LAUNOJUS de *Scholis celebribus a Carolo M. & poſt Carolum inſtauratis* c. XI. pag. 47. &c. XV. pag. 59. ed Jo. Alberti Fabricii Hamburgi 1717. 8.

(a) *Schalſcheleth Haccabbala* pag. 39. b. *Jucaſin* p. 130. a.

(b) RICARDUS SIMONIUS in *collatione ceremoniarum cum diſciplina eccleſiaſtica* p. 72.

(c) SIMONIUS *Hiſt. Crit.* p. 149.

(d) SIMONIUS *Hiſt. Crit.* pag. 152. Conf. JOANNES CHRISTOPHORUS WOLFIUS in *Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum* §. 7. pag. 26. *Bibliotb. Hebrææ.* p. II. L. III. pag. 542. ſqq.

(e) In Ανθρωπογλωττογονίᾳ P. I. T. I. Venetiis 1697. 4.

cularum & literarum consectatione ad solidiorem artis criticæ & hermeneuticæ peritiam adspirare nec potuere nec adnisi sunt. Quantæ hinc lacrymæ? Multa in *particulis Hebraicis* pro vario situ determinandis NOLDIUS & DANZIUS adtulerunt. At nemo fere ad commune quoddam significationis genus respexit, unde specialiores determinationes sint derivandæ. Monuit nonnulla SAMUEL BOHLIUS in dispp. XII. pro *formali significationis sensu eruendo primum in explicatione scripturæ sacræ* Rostochi 1637. 4. nec satis mentem evolueris, nec candide satis ab aliis intellectus. Paucissima in hunc finem adfert Ill. CHRISTIANUS WOLFIUS in *Philosophia rationali* P. II. Sect. 3. c. 7. §. 976. pag. 699. 700. 701. Quæritur, an in vocibus Hebraicis singulis hæc regula adhiberi possit? Non possum, quin negando ad quæstionem re respondeam. Sunt enim voces, quæ videntur ejusdem esse originis, quarum incunabula & origines significandi toto cœlo differunt. Ita *Heringus* Thuringiæ olim administer regius, *hering* i.e. halec & *barangue* i.e. oratio & origine & significatu discrepant.

§. 6. Desunt igitur Lexicis Hebraicis; 1) *significatus a determinatione* contextus *liberatus* per inductionem & subsidia linguarum cognatarum: 2. *significatus determinatus* a conditione subjecti & prædicati in locis biblicis: 3) *demonstratio de significatu certo*, vel ex inductione, qua utimur in Steganographicis ænigmatibus, parabolis, problematibus nonnullis Algebraicis eumdem in finem generalem & eodem modo: vel ex translationum fide, cui nec contextus nec inductio illa obstat: vel ex reliquis linguarum vicinarum, & commune quiddam habentium: vel ex propagatione per manus fieri solita, qualem in facillimis vocibus facile admittimus sæpiusque obviis & rem notissimam terrisque reliquis communem denotantibus. Ita nemo translatornm Lexicographorum & Grammaticorum dubitat, quin בן notet *filium*, אב *patrem*. 4) *demonstratio de significatu probabili* ob multa veritatis requisita, quæ voci sic vel aliter expositæ conveniunt. 5) *demonstratio de significatu huc usque non invento*. Labor ille redditur insuperabilis, ubi auctor α] *Logicæ solidæ* fuerit *expers* tum ratione theoriæ tum ratione adplicationis, siquidem demonstrationis rigor heic erit in medium vocandus: β) *peritiæ linguarum* quacunque ratione huc aliquid conferentium fuerit *rudis*: γ) *indolis* hominum, terrarum, temporis, morum, *antiquitatum* & progressuum in artibus ac culturis corporum fuerit *ignarus*, & præcipue naturæ, quæ divinitus inest religioni veræ, & ad sanctimoniam & beatitudinem per fidem tendit δ) *rerum imperitus*, de quibus injicitur mentio: ε) *a libris haud satis instructus*, quales sunt Concordantiæ vocum & particularum Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ N. T. & LXX. Lexica præcipue Arabum synonymica & definitionibus ornata, Persica, Græca, atque Glossaria linguæ cujusque circa Judæam & per eas terras usitatæ, ubi vocabuli hujus & illius patria est. Ita ששך est Sacea, cui Babylonii festum celebrabant סבכא *sambuca*, soni acuti instrumentum musicum, כרבס *κυρβάσια* POLLUCIS L. VII. c. 13. p. *339*. תחש, *θώς*, *ciacalus*, cujus pelles & tentoriis pretiosis & calceis conficiendis adhibebantur &c. Quantum librorum ex ultima antiquitate huc est convehendum? Arabes eisdem fere ventis, animalibus, frumentis vestibus olim usi egregie inserviunt Lexicographo. Inde *herbas*, *gemmas*, *colores*, *arbores*, *animalia*, *instrumenta* varia discet conditor Lexici. Opera nonnulla, uti BOCHARTI, HILLERI, HASÆI, BRAUNII, & aliorum de Geographia & antiquitatibus biblicis edita, cum judicio heic sunt adhibenda. 6] *nomina propria* eorumque realis, succincta tamen descriptio, siquidem & ratione significatus, originis, & rei denotatæ considerari possunt & debent. 7) *Methodus radicalis* non est equidem negligenda ob necessitatem evoluendi alphabetariam, sed per sese, nisi justa demonstratio de significatus determinatione accesserit, nullius momenti. Quis audiendum esse dicet eum, qui *amarum* ex *amore* deduxerit, ut inde concludat, *amarum* esse idem ac *amabile*? At ideo non omnia ex Hellade obtorto collo sunt ad vehenda & convasanda.

§. 7. Si quis hæc juste ponderaverit, ei alienum haud videbitur periculum, quod in eruendis quinque vocibus concise posuimus. Significatus demonstratio ad sequentia redit. 1) Voces illæ distinctum quiddam in velis sacris & vestitu sacerdotali indicant, ergo materiem textilem eis finibus accommodatam indicant. 2] Sacerdotum vestes, præter aureas summi Pontificis, erant ex bysso. 3) Ergo byssum notant illæ voces. 4] Distinguuntur autem colore, qui vocabulis hisce designatur, uti largiuntur ad unum omnes. 5) Ad colores illos adluditur manifeste Ez. I.

27.

27. 28. ratione baltei, qui itidem quatuor illos colores byssumque ostendebat Ex. XXVIII. 4. 39. 40. Nec non Ap. IV. 3. oratione solii *Schechinæ* seu gratiosæ Christi præsentiæ & gloriosæ, quæ olim typice ad vela in intimo adyto erat. Vela eosdem colores referebant Ex. XXV. 4. 6) At vero colores balthei & solii dicuntur *iridem* repræsentasse. 7) Ergo ad eos colores in baltheo & velis solii quærendos invitamur 8] Iris in infimo est cœrulea, tunc viridis, post rubescens, seu flava, tandem rubra. Ergo תכלת *cœruleum* notat, quod facile reliqui largiuntur. Ergo ארגמן est *viride*, quale quid *amurca* & *olea* refert. Ergo תולעת שני est *coccum sinopicum* i.e. rubescens, seu flavum intentissime. Ergo שש משזר est *byssus rubra*, *miniata*. Poterat vox שש abesse, uti revera abest Ex. XXXIX. 24. Ita simul columnæ fuerunt depictæ in velis & baltheis, quando irides illæ ad perpendiculum fuerunt constitutæ. Columnæ ejusmodi Ægyptiis dicebantur *ὑάκινθον*, quæ sunt *Crubhim* in velis. Sed hæc generatim dixisse suffecerit, ut saltem innotescat, memet ad regulas (§.7.) enumeratas respexisse.

§. 8. Instituemus hinc examen unius & alterius expositionis. LUTHERUS vertit *Seiden*, intellige *Baumseidem*, *Coton*, Gossipium, Xylinum. Conf. M. JOANNIS ANDREÆ CLEFFELII Diss. I. de *baltheo sacerdotali* sect. 2. §. 4. p. 20. 21. Intellige per שש *sericum* idque ævo Mosis. Tum reclamat historia. Seres enim arbores contextas penitus filis tenuissimis aliquando conspicati, non illico, sed paulatim ad sericum inde conflandum adpulerunt animum. Deinde ante Alexandri M. expeditionem Indicam commercia Ægyptiis & vicinis fuere nulla cum Seribus. Historia igitur *significatum SERICI* evertit. Ponemus porro cum PHILONE de *Vita Mosis* L. III. & JOSEPHO *Antiq.* L. III. c. 8. ORIGENE in *Exod. Hom.* XIII. THEODORETO in *Exod. quæst.* 6. MAIMONIDE in *Zizith.* c. 2. ABARBANELE ad Exod. XXV. 4. aliisque, quatuor elementa latere in vocibus quinque, quas exponere adgressi fuimus. Adjungemus igitur illud ipsum hypothesi, Deum intendisse illam delineationem quatuor elementorum. Qui fictionibus delectantur, addent illud quoque, ita omnipotentiam Dei per omnem mundum explicatam designari. Cogitatio sanctitatis speciosæ at nondum solida? At vero 1] aer per sese non est coloratus, sed particulæ terrestres & aquæ in aerem evibratæ per gravitatis levitatisque specificæ indolem. Quidquid enim angulo formando a nobis percipi apto non est habile illud a nobis videri nequit. Quis dixerit, sphærulis aereis esse diametrum nobis sensibilem? 2] Elementa non sunt quatuor, sed innumerabilia. Sunt omnino plura dura corpora quam ea, quæ tellus præbet. Cur stellas fixas non vocamus terras? Sunt certe corpora contigua & dura, uti ex cohæsionis perpetuitate intelligitur. Dantur præter illa quatuor elementa æther, materia magnetica & indubie alia. Verum dantur quoque simplicia, e quibus omnia composita sunt conflata. Pone enim composita non esse dividua, sed infinita ratione numeri. Eo pacto pones dimidium globi esse æquale partibus globi totius, id est, æque infinitum numero. Quis non videt, hoc esse absurdum? Quis non videt, ita migrari in *contingentibus* principium rationis sufficientis? Quis non videt, numerum particularum compositi ita comparari cum vi infinita? Si enim numerus particularum infinitus ponitur, jure eodem *vis infinita* cuique particulæ tribuitur. At vis infinita est solius Dei. Quare elementa & vis elementorum sunt finita, licet mihi tibique innnmerabilia. 3) Ignis per sese, quatenus elementum est, videri nequit. 4) Elementorum numerus vulgaris diu post Mosen est excogitatus. THALES certe unum principium seu elementum posuit aquam, PLUTARCHO teste in *Placitis Philos.* L. III. STOBÆO *Eclog. physic.* I. 13. ANAXIMANDER contra infinita elementa esse dixit, teste CICERONE *Acad. Quæst.* IV. 37. ANAXIMENES unicum elementum aerem perhibuit, teste PLUTARCHO l. c. l. 3. SOCRATES tria elementa statuit, Deum, materiam, ideas. PLUTARCHUS l. c. PLATO vim & materiam pro elementis adsumebat, CICERONE teste *Acad. Quæst.* l. 6. ARISTOTELES tria elementa posuit, privationem, formam & materiam, in *Phys.* L. I. c. 6. Quis igitur quatuor elementa invehet sacris literis jure suo? Undenam constabit, Deum statuere quatuor elementa, cui innumerabilia patent? Exemplo hoc ostendendum erat, quomodo significatus frivole venemur ex principiis incertis & precariis, & quam injuste ea pro divina veritate venditemus pro suggestu, quæ ruinosis ejusmodi fundamentis sunt superstructa.

§. 9. Si porro quæras, quare תכלת sit hyacinthus isque *cœruleus*, quare

ארגמן

ארגמן sit *purpureum*, quare תולעת שני sit *coccineum* dibaphum, quare משזר sit *contorquendo duplicatum*, tum omnis fides & argumentum resolvitut in translationem Judæorum Alexandrinorum, qui vocem primam reddiderunt πορφύραν, secundam, per κόκκινον, tertiam φοινίκυν, κόκκινον διπλῶν, quartam κεκλωσμένην. At vero, 1] Alexandrini soli nunquam sunt sequendi, quippe qui sæpissime hallucinantur. Quoties voces ipsas minus recte legerunt, substituendo litteras similes nullo fere sensu? Videatur Vir Clarissimus DAVID MILLIUS in præfationis suæ exitu ad editionem LXX. novam 1725. *Trajecti ad Rhenum.* 8. & JOANNES HENRICUS in *Thesauro philologico*. 2] Hyacinthus est vel Flos α] purpureus & rubens, de quo *Ovidius Metam.* X. 211. XIII. 294. sq. MARO *Eclog.* III. 63. *Georg.* IV. 187. β) immo niveus & cœruleus, de quo COLUMELLA [in *Horto*] L. X. p. 406. [ed. Commelin. 1595. 8.] *Nec non niveos vel cæruleos hyacinthos.* (*a*) Vel est LAPIS, isque vel purpureus vel cœruleus. Adi PLINIUM XXXVII. 9. SOLINUM c. 33. ISIDORUM L. XVI. c. 9. Qualem igitur colorem Alexandrinus expressit? rubrum ne an cœlorum an album? Voci differentia non inest. 3) Purpura antiquissima sane rubra non erat. Violacea & cœrulea, ni præcesserit ætate, ejusdem ævi est, ac rubra. Quare igitur πορφύρα *rubrum* colorem distincte denotat? 4.] Ut hyacinthus sit cœruleus color & *purpura* color ruber, auctores recurrunt ad sententiam de quatuor elementis, quam vanam, & diu post natam falsamque esse ostendimus (§. 8.) שני διπλῶν ex methodo radicali profluxit ex שנה, *iteravit*. At qualis geminatio intenditur? Alia enim est contorsionis, alia tinctionis, alia interpolationis. 6) משזר significatum *contorquendi & contorquendo duplicandi* accepit ex שש משזר, quod Chaldæus בוץ שזיר transtulerit: Legitur in *Eruvin* f. 96. 2. חוטין שזורין, auctores plerique reddunt *fila duplicata, contorta*. Verum unde liquet, Targumistæ & Talmudistæ vocem ita esse interpretandam? Resolvuntur omnia tandem in traditionem, quam Hellenista Judæus secutus est. 7) Vereor equidem, ne dicas, Alexandrini interpretis ætate velum & baltheum fuisse nondum abrogatum. Id largior. At ita voces varia significantes, hyacinthi & purpuræ, nondum determinantur, Addo, mutationem in coloribus & materie vestitus sacri invectam esse post exsilium Babylonicum. JOANNES OLDERMANNUS hoc olim ostendisset publice, nisi præmatura morte fuisset occupatus. DIODORUS SICULUS in Ecloga II. ex L. XL. p. 1192. de Judæis: *Sub imperiis posteriori ætate exortis, maxime in quarto Persarum dominatu & qui hunc everterunt, Macedonum tempore, ex commixtione cum externis gentibus, multa de legum avitarnm institutis apud Judæos mutata exoleverunt.* ONKELOS potuit omnino nosse colores illos. At quare תולעת שני reddidit per צבע זהורי *colorem splendentem*? Cœlo claro tribuitur זוהר *serenitas*, luna dicitur זיהרא, ignis spledet Cant. V. 10. & lilium Hos. XIV. 6. ubi Chaldæus habet זוהר. Num inde *coccineus color* ejusque significatus in צבע זהורי determinatur? Ceteras voces, si שש, cui substituit בוץ *byssum*, exceptis, Onkelos inflexit tantum Chaldaice, & de cetero intactas omisit: Ubi hæc sigillatim pensitavi, Judæorumque recordatus sum dissenssionis, vulgari sententiæ diffidere cœpi novamque eruere tentavi, cujus sciagraphiam dedi, plenam demonstrationem alibi expositurus.

(a) Idem *ferrugineos* hyacinthos memorat l. c. p. 411.



JOHANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGI OBSERVATIO

* De בית לבוש שנים *domo inducta minio Sinopico* ad Prov. XXXI. vers. 21.

SUMMARIA.

§. I. *Variantes duæ sententiæ recensentur ac tertia recens additur*. §. 2. שני *est* σίνωπις, μίλτος σινωπική, *rubrica Sinopica, minium Sinopicum, Sinopis*. §. 3. *Domus Palestinæ minio ac rubicundo colore fuerunt inductæ, immo fenestræ*. §. 4. לבש *est etiam inducere, nec vestitus solum de vestibus usurpatur*. §. 5. *Reginæ, Salamonis futuræ conjungis, ex mente Bathsebæ effigies heic delineatur*. §. 6. *Adplicatio moralis*. Locus Es. I. 18. Tænia coccinea hirco emissario alligata.

§. I.

INTERPRETES, quotquot hucusque vidit ætas, gemina ratione vertunt illud hemistichium: כל ביתה לבוש שנים Plerique cum Vulgata habent, quæ hunc fundunt sensum, *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus* sc. vestibus. Quidam recentiores de *domesticis coccino vestitis* exponunt. (a) Prior sententia quibusdam ideo adridet, quia (1.) coccinum integræ familiæ nec suppetebat nec competebat, quod utique verum esse censeo; [2.] Coccinum non defendit a frigore. Sed hæc altera ratio nimis est frigida, quia id ex scopo dicentis heic nequaquam extorqueri potest. Posterior sententia sese commendat ex eo capite, [1.] quod שני colorem coccineum vel rubrum, immo vestem ipsam rubicundam denotare potest; [2.] quod nec significatus, nec forma pluralis, nec exemplum e sacris literis depromi potest, ubi שנים *duplices vestes* notet. (3.) quod Interpretes nesciant, an hiemalis altera, altera æstiva; an vero suffulta, interpolata, & sic duplo crassior sit intelligenda, adeo ut foveant ideas nec claras nec distinctas. Incidi igitur in novam expositionem, de ædibus sinopide inductis, quam comprobare ulterius sustineo, quia [1.] a scopo non abhorret; [2.] proprium vocis significatum eruit ac sequitur; [3] clarissimum evolvit sensum distinctamque satis notionem; [4.] nititur significatus exemplo, formaque; [5.] fulta est consuetudine antiquissima, ædes minio

(a) Matthæus Polus in *Synopsi Criticorum ad h. l.* T. II. p. 1676. sq.

* Hanc Cl. *Harenbengi* observationem, ubi vox שנים qua color coccineus vestium Pontificalium illustrari potest edendam hoc loco curari.

nio expoliendi; [6.] cui vox לבוש non est inimica; [7] ubi בית pro ædibus, ut in priori hemistichio, ponitur, quod probabilissime secus fieri nequit.

§. 2. Si שני per *σινώπιδα*, *μίλτον σινωπικὴν*, *minium sinopicum* exponatur, qui colorem efficit rubrum, omnis videtur esse difficultas sublata. Strabo: [a] *In Cappadocia nascitur ea, quæ Sinopica rubrica (σινωπικὴ μίλτος) dicitur, omnium optima, quæ cum Iberica decertat, ac idcirco Sinopica adpellatur, quod eam mercatores eo deferebant, priusquam Ephesiorum emporium tam celebre erat.* Eadem Dioscorides: (b) Συλλεγεται δὴ ἐν τῇ καππαδοκίᾳ ἐν σπηλαίοις τισι. διυλίζεται καὶ φέρεται ἐς Σίνωπην καὶ πιπράσκεται, ὅθεν καὶ τὴν ἐπονωμίαν ἔχηκε; *Colligitur vero in Cappadocia in quibusdam cavernis: percolatur devehitur Sinopen, ac venditur, unde etiam cognomen traxit.* Plinius. [c] *Maxima ejus copia effoditur in Hispania sed hoc durum est & arenosum. Optimum nascitur supra Ephesum in Cilibiani agris. Arena est colore cocci, quæ teri consuevit, & deinde lavari, abjectisque purgamentis, quæ in aqua supernatant, minium in fundo invenitur.* Ex quo Plinii loco simul patescit, Sisaponensibus in Hispania Bætica celeberrimum fuisse metallum miniarium. Sisapo vero erat urbs ultra Cordubam ad boream Baetis posita, navigari is amplius non potest. (d) Scribonius Largus *rubricam Sinopidæ* vocat. Σινωπὶς vocatur Paulo Æginetæ: (e) *Minium Sinopicum* A Cornelio Celso. (f) A minii copia adpellatio hæsit Minio, fluvio Lusitanico. (g) *Emplastrum* rubrum, cui minium Sinopicum erat adjectum, vocabatur etiam *Ephesinum*. (h) De minio plura tradunt Charisius, (i) Isidorus (k) Joannes Brodæus, (l) Isaacus Vossius, (m) Strabo (n) aliique: Sinopicum igitur minium non dicitur a fodina; nam antiquissimum eruebatur in cavis Cappadociæ, sed ab emporio, more antiquissimo, (o) unde ad ceteras gentes, Tyrios præcipue divendebatur. Sinope erat Ponti metropolis, olim libera civitas, postea a Pharnace ex improviso capta.

(a) L. II. T. II. p. m. 178.
(b) L. V. cap. 11.
(c) H. N. L. XXXIII. c. 7.
(d) Strabo L. III. p. m. 255. T. I.
(e) L. III. c. 22. p. 76. edit. Froben. 1538. fol.
(f) L. V. c. 6. & 9.
(g) Justin. L. XLIV. c. 3.
(h) Celsus L. V. c. 19 p. 163. edit. Salingiac.
(i) Lib. I.
(k) In Origg. L. XIX. c. 17. 23.
(l) Miscell. L. III. c. 1.
(m) Ad Melam.
(n) L. III. p. m. 259.
(o) Tom. I.

Autolycus putabatur eam in formam justæ urbis redegisse, qui locum occuparat, cum Jasonis esset in Colchidem socius. (p) Unde ea urbs Mosis ætate jam videtur exstitisse. Nec obstat commerciorum tum tenuior conditio, quia jam Ismaelitæ, Josephi adolescentuli tempore, e Syria merces devexere in Ægyptum. Qui שני a שנה *iteravit* deducunt, & *dibaphum* vertunt, sunt in ea hæresi, quod Hebræa lingua omnibus Hebræorum rebus indiderit nomina e primitivis quibusdam decerpta. Ut vero taceam nomina Ægyptia, Arabica, Persica ac Græca Hebræis adoptata, *sambuca* סבכא certe barbarum est nomen, nec tamen Hebraicum, licet in V.T. occurrat. Non enim probabile est, unicam gentem rebus universis, quibus ex parte caruerunt, easque ignorarunt, impertiisse nomina. Aromata, colores, alibi inventa, plerumque peregrina retinent nomina. Hebræi erant viri agro pecorique dediti, non mercatores, non fabri, non medici, non pannorum subtiliorum ac rariorum fabricatores, nisi sero. Quod si ad Adamum provoces, tum utique certum est, eum ædificia, postmodum exstrui solita, ignorasse, multos terræ thesauros, multas terræ suboles non vidisse, plurimis opificiis caruisse, ideoque recentioribus vocabulis, quæ subsequens necessitas extudit. Præcipue nomina colorum ac quidem exoticorum primas solent retinere adpellationes e. g. Menni *Mennig* minium; *κόκκος*, coccus cochenille; זנגפיר, *κιννάβαρις*, cinnabaris, *Zinnober*, cinnabre &c. Rubicundus color erat majestatis ac honoris plenus, unde etiam purpura ac coccino induebantur reges, miniique colore inungebantur imagines Deorum gentilium. [q) Murias Tyrii sanguinem jactabant Phœnices, Græci ac Romani, ut ignaris fucum facerent Tyrii vermes, vermiculantibus scilicet, venditabant, ne ceteræ gentes cocci naturam indagarent, eoque uti discerent. Pausanias f. 490. & Itineraria recentiora aptissime baccarum cocci ortum ac naturam persequuntur. תולע *κόκκος* rubebat perinde ac שנים *σινωπικὰ* Es. I. 18. Id quod de verme conscientiæ. Es. LXVI. 24. exponunt, לי תולעתם לא תמות id significantius adhuc est, & denotat, quod *rubicundus igneusque color eorum non intermoriturus sit*, qui supplicia illaturi essent Chasidæis, qui auctam religionem forent deserturi ac cum Sy-

(p) Blasius Cariophylus Part. I. Diss. Miscell. p. 24. & inde in Actis Erud. Lat. 1722. p. 245. 46.
(q) Vitruv. L. VII.

ris porcina aliiſque prohibitis cibis eſſent pro alimento uſuri . Ut brevibus me expediam , cruciatus infernalis igneus eis prædicitur . Virg. Eclog. X. v. 26 27. Cic. Ep. XVI. L. IX. Ed. Genev. T. III. p. 149. Horat L. I. Serm. VIII. v. 5. Plin. H. N. XXXIII. 7. Plautus in Aſin.

§. 3. Nequis vero putet , a Palæſtina exſulaſſe morem , parietes minio ac Sinopico colore ſuperinducendi ac pingendi , ideo confugio ad Jerem. XXII. 14. qui ædes ſummatum magnificas delineat , ordines a *menſuris* , *contignationibuſque ſuperioribus ſpatioſiſſimis* , *adjiciens foramina ſpecularium ac tabulata cedrina* finienſque in משוח ששר *in unctione miniacea* . ששר eſt nomen coloris , [α] quia inunctio ac pictura ei tribuitur ac adjungitur ; (β) & Jonathan Targumiſta מציר *picturam* exprimit . Adde quod (γ) Raſchi idem teſtetur , ſcribens. צבע הוא ממן הציורים *color eſt e genere pigmentorum*. Junius cum Tremellio *Indicum* vertit , nec ullus facile interpretum colorem ſubeſſe negat. (4.) Kimchi album adjicit calculum , ſcribens: מצייר במיני צבעונים *pictura e ſpeciebus colorum*. Quod autem præciſe minium Sinopicum innuatur , id liquet ex eo (a) quod *miniaria expolitio parietum* (1.) ſit ſatis antiqua ac ſumtuoſa . Deorum ſane facies & inſignia triumphantium , in rarum ac pretioſum decus , illitæ erant : (b) Kimchius id aperte teſtatur , vocum interpres fideliſſimus . והוא ששר נקרא בערבי זנגפור בלע״ז מיני *Et ipſum Schaſchar vocatur Arabice ſnagor* (cinnabaris) *& in vernacula barbara minium*. (c) Raſchius conſentit : משוח בששר אלויינאנט אנשינופלא בלע״ז *Inunctio per ſchaſchar* , *l'onguent en cinnabre*, *lingua Gallica*. ל pro ר in *en cinophla* puto fuiſſe poſitum ob ignorantiam vocum peregrinarum. Cinnabaria vero alia eſt genuina ac nativa, ipſum effoſſum minium , *Brg-Zinober* ; alia eſt facta , ex ſulphure & argento vivo ſimul uſtis , *Zinnober*. Quod vero cinnabaris nativa ſit verum minium, de eo nobis periti rerum metallicarum fidem faciunt. (*a*) Accedit quod Arabes cinnabarem id vocent, quod *minii* voce Latini ac Itali ſignant. Notum eſt miniarium metallum in Carinthia, ubi minium ſeu cinnabaris effoditur , aut pura , aut duobus trientibus argenti vivi mixta . Argentum vivum præterea ibi abunde cruitur , quod a Batavis Angliſque emi ſolet , ut addito

(a) Conſentit Jo. Mabillon de re diplomatica L. I. cap. 10.

ſulphure , cinnabarim inde forment , vulgo ita dictam, nativum miniumque gravitate ſuperantem. Minium Chymicum ſeu factitium e plumbo liquefacto ignibuſque excocto conflatur , ac a minio foſſili magnopere differt . Vid. Stephani Blancardi *Theatrum Chymicum* c. 5. §. 3. *Neues Licht vor die Apothecker* p. 516. ſq. Lipſ. 1700. 8. *Plumbum combuſtum* Celſi L. V. c. 1. & forte minium factum , ante cujus perfectionem ac elaborationem retrimentum ſive ſcoria deſpumatur. Nam *retrimentum plumbi* Celſus c. 15. l. c. memorat. Nec ignota eſt priſcis rubrica Lemnia, cinnabaris Libyca , Indica . At ſacræ literæ norunt tantum שני & הששר , σινώπικον & Ασσάρακον *minium Sinopicum* & *Aſſaracum* . Minii uſus antiquiſſimus fuit in pingendis etiam navibus poſitus. Everhardus Feithius in Antiquitatum Homericarum L. IV. 12. *Solebant naves pingi ac illuſtrari variis coloribus: unde eas ſubinde Homerns vocat μιλτοπαρῄυς, φοινικοπαρῄυς, miniatis ac punicatis veluti genis . Ita Virgilius quoque Æneid.* VIII. (*b*) *pictas carinas celebrat:* ubi *Servius: Homerus meminit, quod naves pingebantur rubrica. Morem hunc pervetuſtum Herodotus Thalia* (*c*) *tradit:* τὸ δὲ παλαιὸν ἅπασαι αἱ νέες ἦσαν μιλτηλέφεες . *Poſterioribus quoque ſæculis naves paſſim pictæ. Seneca Epiſt.* LXXVI. *NAVIS BONA DICITUR ; NON QUÆ SPECIOSIS COLORIBUS PICTA EST NEC CUI ARGENTUM ROSTRUM EST, NEC CUJUS TUTELA EBORE CAELATA EST . Conſueverant autem certas imagines in iis depingere, a quibus ipſe naves habebant nomen.* Homeri locus unus id clare facit teſtatum quod Feithius indicaverat. (*d*)

> Τῷ δ' ἅμα νῆες ἑποντο δυώδεκα μιλτοπαρῄοι
>
> *Hunc vero ſimul* 12. *ſequebantur naves miniatæ.*

Præterea etiam indices & tituli librorum rubrica minioque erant ſcripti . Martialis ad librum ſuum Epigr. 2. L. III.

> *Et cocco rubeat ſuperbus index.*

Juvenalis Sat. XIV. v. 191. 92.

> *Scribe puer, vigila, cauſſas age, perlege rubras*
>
> *Majorum leges,* — —

Perſius Sat. V. v. 90.

H *Excep-*

(*b*) verſ. 93.
(*c*) Sen. L. III. p. m. 94. *Veteri inſtituto naves omnes erant rubrica delibutæ.*
(*d*) *Iliad.* E. v. 638.

Excepto siquid Masuri rubrica vetavit, (*a*)

Ruber, miniaceus, ac coccineus color fuit igitur honore ac autoritate quadam eximius. *Non nisi deliciis convenit iste color*. [*b*] Quod vero שני sit σίνωπις & sono, & reapse, id ita conligo. (α) תולע *coccus* & *coccineum* est, ut omnes fatentur, a quo tamen differt שני Es. I. 18. (β) שנים fuit colore maxime rubicundo l. c. (γ) Sinopes antiquitas, miniique tinctura celebratissima, in navibus ædibus, parietibus vestibusque effulgens, in dubium vocari nequeunt. (δ) Non occurrit alia *expolitio domuum rubicunda* penes Veteres præter istam minianam & Sinopicam. Quantum non erat pretium coccini? Tantum abest, ut eo infecerint parietes. (ε) Vox ipsa sono suo patriam ac notissimam pristino sæculo rubricam indicat. Alibi dicitur שני; alibi ששר; alibi כרמיל seu כרמל 2. Par. II. 7. Cant. VII. 5. quasi *effossum miniarium* dicas, a כור seu כרה effodit, & מיל μίλτος *minium*. Plutarchus ejusmodi colorem χρῶμα μίλτινον vocat. Restat, ut ostendam, quod *domus expolita minio seu miniaceis coloribus* בית לבוש שנים possit, immo debeat intelligi. Namque (α) שני est nomen coloris, qui a domibus est alienus; (β) שנים eodem coloris, punicei sensu legitur Es. I. 18. At de duplicibus vestibus nuspiam occurrit; (γ) De domo sermo proprie sermo est, non de domesticis. לא תירא לביתה משלג כי כל ביתה לבוש שנים *Non metuit domui suæ de nive, nam tota domus ejus inducta est miniaceis*. Concluditur ab ornamento totarum ædium, ac diligentia extraordinaria in expolienda domo, ad necessaria ac ordinaria eo magis solicite adhibita. (δ) Vestitus subjicitur v. 22. (ε) Magnificæ ædes, regina dignæ, minio expoliebantur, ut tum ex Jeremia, tum ex Vitruvio docui: (ς) Solebant etiam Hebræi rubras virorum facies ac delineationes miniatas heroum & exercituum parietibus inducere ubi ששר iterum est minium Ez. XXIII. 14. (ζ) Nec licet citra rationes gravissimas in eodem inciso בית bifariam adhibere, semel pro ædificio & iterum pro domesticis. Domesticis, si pro eis bis בית adhibitum putes, non erat nix metuenda, quippe quam, vino temperatam, bibebant Veteres, Prov. XXV. 13. uti docte persecutus est Thomas Bartholinus de *Nivis usu medico* c. 14. 15. p. 88. sqq. ed. Hafn. 1661. 8. Targumista h. l. igitur præter rem & causam bis domesticos intellexit, atque vestitos coccino perperam addidit, לבישין זהוריתא. Nam purpura cocco tingebatur, quæ versu sequenti reginæ ipsi tribuitur, non communicanda cum omnibus domesticis. Aben Esra non novit quid esset שני, dum explicat per שם ממין פשתים *nomen e genere xylinorum*, & ארגמן per *nomen colorum*, amorginum scilicet, dictum ab Amorgo, cyclade insula ægei maris. השׁשר est color Assaracus, non ab Assyria, sed urbe quadam cognomini in Syria adpellitatus, quam post hac investigandi dabitur occasio.

§. IV. *Lemuel* erat Salomo, *Deo dicatus*, ideoque Nathane ידיד—יה *dilectus Deo*, dictus, in recordationem paterni nominis ac pietatis, cui mater Bath-seba, forte post patris mortem, quod suspicatur Aben-Esra, præscripta hæc saluberrima instillat v. 1. 2. eumque de uxoribus regum pejoribus admonet v. 3. uti fugeret earum consortia & matrimonia. Hæc sententia est Aben Esræ, Raschii, Ralbagii aliorumque Judaicorum Interpretum. Insistunt eandem viam Abr. Calovius, Mercerus, Mart. Gejerus, & ut Pineda tradit, omnium Hebræorum & Græcorum & Latinorum. * Quum igitur deinde exemplar veræ integræque conjugis filio proponit, aulæa, byssum purissimam ac pro indumento purpuram v. 22. pro ornamento uxoris magnifico requirit. Alia uxor heic locum non invenit, quia maritus est judex & consiliariorum præfectus v. 23. Quare divinatu nil est facilius, nisi reginam virtutis ac laboris non indecori studiosissimam pro ratione illius temporis, Salomoni eligendam divinitus commendari. Veteres enim reginæ lino lanæque admovebant manus, domesticas vestes conficiebant, panemque, interdum ipsæ aquam petebant. * Simplicitas prisci ævi ignorabat magnificentiam nostrorum temporum. Quare non est putandum, quod ministeria in capite ultimo Proverbiorum recensita debuerint a reginæ persona abesse. Notiones ad genium sæculi nostri conformatæ non sunt transferendæ in historiam antiquam. Cuique ætati sui steterunt mores. Purpura reginæ vestis erat, indeque excellentia ejus elucet. Re-

(*a*) Conf. Joh. Mabillon de *re diplomatica* Lib. I. cap. 1.

(*b*) Martial *Epigr.* 48. L. VIII.

* Vid. *Poli Synopsis Criticorum ad h. l.* Vol. II. p. 1670.

* Feithius L. IV. *Antiqq. Homeric.* c. 3. p. 262. sq.

ges enim ac regum amici erant olim tantum purpurati. **

§. V. Ut autem ædificia magnifica minio fuerunt inducta, picta & vestita, atque quasi externo ornamento ac vestitu circumdata; ita indubie vox לבש (*vestivit*) aptissima orationis translatione ad expositionem ædium miniaceam adhibetur. Hebræi quidem e penu suo mihi nondum subgesserunt exempla, ac neutiquam, quæso, desperandum est diligenti lectori, cui inopinanti sæpius enodatio talium minutiarum evenit. Libet tamen unum alterumque exemplum e Cicerone addere, ne quid supersit scrupuli. In communibus enim rebus & quarum imago eamdem gignere potest ideam, communes solent in diversis linguis occurrere metaphoræ. Cicero Or. IV. in Verrem §. 122. Ed. Genev. p. 251. *Pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta præclare: his autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur, --- parietes, quorum ornatus tot sæcula manserat, tot bella effugerat, nudos ac deformatos reliquit* [Verres]. Nam *vestire* sæpius idem est ac ornare. Unde *vestitum orationis* Cicero de Claris Oratoribus pro ornamento posuit, *montesque vestitos* de Nat. Deorum L. II. §. 132. p. 322. pro iis, quos tegunt ornantque arbores, montanis.

§. VI. Hæsimus hactenus in scena externa. Transeundum est ad usum hinc propullulantem ad contemplandos nos ipsos, animique ornatum. Salomo adumbrare potest Christum in iis, quæ ei in laudibus ducuntur. Conjux Salomonis, Salomitha, est figura ac imago serenissima ecclesiæ veræ Judaicæ, quam adhuc amplectimur, sed reformatam, ac ad nucleum magis advolutam. Typus uterque est innatus, tam ob 2. Sam. VII. quam canticum ipsum. Quemadmodum autem domus sponsalis secura erat a nive, ita corpus integre credentium ac amantium caveat a frigore, amoris refrigerio ac doctrinarum capitalium neglectu & dissolutione. At non solum absit defectus, sed potius etiam eluceat ecclesiæ ornamentum largissimum. Ædes animorum inductæ sunt *miniaceis*, sensu ancipiti. Gravant mentem peccata כשנים *instar minii rubentia*. Es. I. 18. Eamdem exhilarat *sanguis adfusus, effusus*, חוט שני *funiculus miniaceus*, amor Dei, qui interventu rubicundi Jesu sanguinis nos trahit ac liberat. Exhilarat vestis, sanguine agni quasi minio tincta ac ad puritatem exacta. At undenam, quæso, peccatum cum *miniaceis* confertur ac contenditur? Respiciunt multi ad vinculum laneum *, miniaceo vel coccineo colore tinctum, quod hirci emissarii fronti imponebatur, peccatis omnium Israelitarum utraque manu ingestis, onerati. (*a*) Tæniam illam coccineam Mischna vocat לשון של זהורית *lingua purpurei coloris* (*b*) Maimonides (*c*) לשון של צמר צבוע ארום *linguam, tinctam rubro colore*, Barnabas (*d*) τὸ ἔριον κόκκινον. Quo minus igitur cum Judæis [*e*] Tertulliano [*f*] aliisque Esaiæ illud כשנים ex consuetudine ejus tæniæ partim hirco emissario adligatæ, partim in porta pronai adfixæ, quam recentiores colorem tandem album induisse, referunt, interpretemur, illud potissimum obstat, quod ante Barnabam ac Mischnam hujus linguæ nulla injiciatur mentio. Esaias enim respexit ad lanam coccineam ac miniatam, quæ non minus in aliis ritibus sacris adhibita fuit [*g*] Quum igitur Judæi ex Babylonia domum reducerentur, quibusdam prioris templi ritibus fuerunt orbati, ex adverso tamen, ut res ipsa ac Diodorus Siculus apud Photium testantur, ritus quosdam haud improbos, θεοπνευςίας dono in Esra aliisque sequioribus nondum extincto, cultui divino adjunxerunt. Siquid ipsemet video, ex Esaiæ aculeato vaticinio, quod miniacorum peccatorum meminit, Judæi ritum adligandæ lingulæ adsciverunt, pro publica confessione magnitudinis suorum peccatorum ac exspectatione promissionis adjectæ. Quod vero Gemara, Sepher Juchasin ac Tertullianus tradunt expiatione rite peracta tæniam rubram in templo adfixam induisse alborem cumque reconciliatæ gentis innocentiam spopondisse, id quidem nec infra Dei bonitatem nec supra ejusdem potentiam positum esse videtur. At ex alio capite adsensum huic rei liceat denegare. Nam α] Barnabas * scribit: Ὃς ἐὰν θέλῃ τὸ ἔριον ἆραι τὸ κόκκινον, δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἄκανθαν Unde conligo, tæniam coccineam, qua adhuc talem, inter spinas solitudinis rupiumque hirco emissario fuisse

* Esth. VIII. 15. Dan. V. 16. Cant. VII. 5

* De quo *Joma* VI. 8. *Schabbat* IX. 3.

(*a*) Auctor Notarum ad Ep. Clementis Romani Oxon. 1669. 8.

(*b*) in *Joma* c. V. §. 2.

(*c*) in *Joma Haccipor.* c. V. §. 4.

(*d*) *Epist.* p. 17. *Ed. Mader.*

(*e*) Raschi alique in illud Es. I. 18.

(*f*) *ad. Judæos* L. III. c. 3.

(*g*) Hebr. IX. 19. Levt. XIV. 49.


* in *Epistola* p. 18. *Ed. Mader.*

fuisse detractam . β] Tertullianum ad acta ritusque aliquando nimis inconsulte provocare eumque latinum ac Africanum caussarum patronum expertem literaturæ Orientalis, Judaicorum rituum non satis fuisse peritum, in propatulo esse censeo[γ) Gemara & Sepher Juchasin ad recentiora pertinent tempora fide citra testes locupletes ac aptos, indigni codices, quippe delibuti vitio inconsideratæ translationis recentiorum idearum in tempora antiquissima . δ] R. Jehudah Gemaristis prior, ac Judæi Jehuda vetustiores ex indicio hominum certo interstitio dispositorum innotuisse tradunt, quod הגיע שעיר למדבר *peruenerit hircus in desertum* Joma c. VI. §. 8. Esaiæ sensus sibi satis constat, hoc modo : *Si peccatum vestrum esset instar miniaceorum*, quæ difficulter elui delerique possunt, *erit tamen in modum lanæ*, ratione alboris, coloris purissimi, integritatem indicantis. Deus potest solide pœnitentium peccata altissime infixa, infusa, inducta, quæ per sese cedere nesciunt, e continenti dissipare, eluere, eruere . Ut vero albus color heic est signum integritatis, ita ex adverso oppositus rubicundus color fuit imago peccati gravioris. Arbitror itaque, peccata gravissima ob sanguinis effussionem, seu cædem, inhumanissimum & antiquitus vulgatissimum crimen comparari cum rubicundo ac miniaceo colore, & ob victimarum sanguinem, quæ peccati faciem tristissimam indicabat ejusque expiationem summopere necessariam ac typicam. At id ipsum, quod immolationes Leviticæ præstare non poterant reapse & suo merito, id perfecit Christus, qui sanguine lavit rubicundo ruborem culpæ indicem, peccatisque sanguineis opposuit sanguineos cruciatus, adeo ut miniacea peccati pigmenta deleverit in piis ratione adplicationis meriti sui . Hicce novus nostris successit cordibus hospes. Peccata proæretica apud Judæos non poterant typice expiari per חטא vel אשם sed excisioni כריתה subjacebant. Namque sacrificia pro peccato offerebantur si quis contra XXXVI. præcepta prohibitiva egisset & quidem per ignorantiam. * Tuus igitur, Christe, sanguis solus me poterat ab exitio temporali ac perpetuo incolumem præstare, animumque meum robore Tuæ victimæ præstantissimæ, velut domicilium Tuum perfundere, in præsidium memoriæ ec adflictionum firmissimum . Hic est *figura formata ob oculos nostros* . Cetera sunt herbæ Sarodæ, riusque Sardonius. Christus solus est redemto & salus, typus vinculi coccinei altari majori circumvoluti, infra quem sauguis ad mundi plagas 4. adspergebatur.

* Mischn. de *excisionibus* c. I. Maimonid. de *Pœnitentia* c. VIII.



JOHAN-



JOHANNIS CHRISTIANI BIEL
DISSERTATIO
DE PURPURA LYDIA

Ad illustrandnm locum. *Actor. XVI.* 14.

ARGUMENTUM.

Camerarii & *Grotii* sententia, quod nomen purpurariæ Thyatirensis, *Lydia*, fuerit nomen gentilium, approbatur, quia Thyatira Lydiæ urbs, & purpuræ tingendæ artificium a Lydis eorumque fœminis non fuit alienum. Posteriorem rationem hic declaratum iri. §. I. Declaratur vestibus puniceis Sardianicis. *Dalechampius* notatur. φοίνικες *indumenta punicea*. §. II. Vestes puniceas, & fortasse tapetes etiam ejusdem coloris, Sardibus confectos esse, ulterius ostenditur, Virorum doctorum emendationes quædam *Hesychii* & *Aristophanis* firmatæ; quorum posterior etiam illustratus. *Scholiastes* ejusdem notatus. *Ortelii* correctio loci *Varronis* apud *Nonium Marcellum* stabilita. §. III. IV. *Casauboni* & *Nurræ* sententia de tinctura Sardiniaca rejicitur §. V. Argumenta *Palmerii* pro tinctura Sardiniaca a *Nurræ* exceptionibus vindicantur. Sardinia Græcis parum nota. Tyrrhenos Lydorum esse coloniam, in dubium vocatur. §. VI. Rationes *Nurræ* pro tinctura Sardiniaca examinantur, & confutantur. Leges *Codicis Theodosiani* de Murilegulis ad Hydruntinos commode referri posse, ostenditur §. VII. Argumentum *Nurræ* contra purpuram Lydiam exigui momenti esse monstratur. Lydia a mari non longe dissita, imo fines ejus ad mare aliquando pertingentes. Non ex conchis tantum sed & floribus ac herbis purpureus color paratus. Inde & Lydorum purpura. §. VIII. Ebur etiam olim in Lydia purpura tinctum, & a fœminis quidem, quæ alias & texendi arte clarissimæ. §. IX. Conclusio de purpuræ tingendæ artificio *Lucæ* adhuc tempore in Lydia vigente, & nomine *Lydiæ* ratione. §. X.

Act. XVI. 14.

Καί τις γυνὴ, ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις, πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεὸν, ἤκουεν.
Et mulier quædam, nomine Lydia, purpuræ venditrix, ex urbe Thyatirorum, colens Deum, audiebat.

Admo-

§. I. Admodum probabilis mihi visa est Virorum eruditissimorum, *Joachimi Camerarii*, & *Hugonis Grotii* sententia, quod nomen *Lydia*, quo purpuraria illa apud Philippenses nuncupata est, non proprium sed gentile fuerit, & ipsa a solo natali eo sit appellata. Namque non solum urbs Thyatira, ex qua *Lucas* illam oriundam indicat, *Stephano Byzantino*, quod *Grotius* observat, Lydiæ adscribitur, &, quod addo, *Ptolomæo* L. V. c. 2. *Metropolis Lydiæ* vocatur, sed etiam purpuram, quam vendebat, ejusque tingendæ artem a Lydis eorumque fœminis, non alienam fuisse reperimus. Et hoc est, quod ad illustrandum huncce sacri Historici locum, ostendere jam annitar. Eoque non ingratum me elegantiorum literarum studiosis facturum, spero, quod non modo Interpretes ad h. l. quos mihi quidem evolvere licuit, nihil plane eam in rem observaverint, sed præterea magnus *Bochartus*, aliique, qui de purpura ejusque varietate scripserunt, laudati *Zimermanno* Florileg. Philol. Hist. p. 657. Lydorum purpuram sicco, quod ajunt, pede præterierint.

§. II. Lydos itaque purpuræ tingendæ artem exercuisse, patet ex vestimentis puniceis Sardianicis, a Sardibus, Lydiæ urbe, dictis, & monumentis veterum haud parum celebratis. Sic enim *Plato* Comicus vetustus apud *Athenæum* Lib. II. p. 24.

> Κἄτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι, ϗ στρώμασι πορφυροβάπτοις,
>
> Κἄν ΦΟΙΝΙΚΙCΙ ΣΑΡΔΙΑΝΙΚΑΙCΙ κοσμησάμενοι κατάκεινται.
>
> *Et deinceps in lectis eburneis fultis pedibus, & stragulis purpura tinctis.*
>
> *Et INDUMENTIS COCCINEIS SARDIANICIS ornati discumbunt.*

Dalechampius verba φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι, vertit, *ostro Sardiano*, sed cum *ostrum* proprie dicatur de purpura ex concha marina parata, tinctura autem Sardianica proprie sic dicta purpura non fuisse videatur, ut infra §. 8. clarius patebit, vertere malui, *indumentis puniceis Sardianicis*; quo sensu & alias φοινικίδε apud scriptores Græcos veniunt. *Xenophon* de Rep. Lac. p. 668. Εἴς γε μὴν τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀγῶνα ταδ' ἐμηχανήσατο, ςολὴν μὲν ἔχειν ΦΟΙΝΙΚΙΔΑ, ϗ χαλκῆν ἀσπίδα. *In armorum autem certamen talia quædam* (Lycurgus) *molitus est. Voluit enim, STOLAM PUNICEAM haberent, & clypeum æneum. Plutarchus* de Rep. Lac. p. 238. de iisdem Lacedæmoniis: Ἐν τοῖς πολέμοις ΦΟΙΝΙΚΙCΙΝ ἐχρῶντο. *PUNICEIS INDUMENTIS in bellis utebantur*. Vide & *Ælianum* VI. 6. Var. Hist. & locum *Aristophanis* paulo post adductum. Quod vero apud Xenophontem, Plutarchum, Ælianum, Aristophanem φοινικίδες recte exponantur, *indumenta punicea*, firmat *Valerius Maximus*, eadem *puniceas tunicas* L. II. c. 6. appellans. *Ad dissimulandum*, inquit, *& occultandum vulnerum suorum cruorem, PUNICEIS in prælio TUNICIS* (Lacedæmonii) *utebantur*. Similiter tunica illa russa, quam Romani in prætorii fastigio extendebant in hasta, ut miles eo signo ad prælium se pararet, *Plutarcho* in Philop. aliisque φοινὶς dicta, eidem *Plutarcho* in Bruto φοινικῦς χιτὼν, *punicea tunica*, & in Fabio, χιτὼν κόκκινος, *tunica coccinea* (quæ eadem cum *punicea*) redditur. Loca ejus, quamvis alio scopo adducta vide apud *Lipsium* de Milit. Rom. Lib. IV. c. 12. De eadem *Isidorus Russata, quam Græci PHOENICEAM vocant, nos coccineam*. Inde ergo & in loco Platonis Comici φοινικίδας *indumenta punicea* exposui.

§. III. Talia vero Sardibus confecta esse; discimus etiam ex *Aristophane* in Pace p. 378. ubi ita:

> Κἄτα γίνομαι παχὺς
>
> Μᾶλλον, ἢ θεοῖσιν ἐχθρὸν ταξίαρχον προσβλέπων
>
> Τρεῖς λόφους ἔχοντα, ϗ ΦΟΙΝΙΚΙΔ' ὀξεῖα νπάνυ
>
> Ἣν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάμμα ΣΑΡΔΙΑΝΙΚΟΝ:
>
> *Et deinde fio crassus*
>
> *Magis quam si diis inimicum ducem aspiciam*
>
> *Tres galeæ cristas habentem, & PUNICEUM INDUMENTUM valde acutum,*
>
> *Quod ille ait esse tincturam SARDIANICAM.*

Scholiastes ibi Φοινικίδα, περικεφαλαίαν φοινικῷ χρώματι βεβαμμένην. Ὁι δὲ, κόκκινα περιβλήματα. Ταῖς γὰρ φοισιν ἐχρῶντο Λακεδαιμόνιοι, ἵνα μὴ αἰσθάνωνται τοῦ αἵματος διὰ τὴν ὁμοιότητα, ϗ ἵνα τρωσθέντες μὴ νοηθῶσι τοῖς πολεμίοις. φοινικίδα, *galeam puniceo colore tinctam. Alii vero exponunt punicea indumenta, Puniceis enim indumentis utebantur Lacedæmonii, ne sentirent sanguinem ob similitudinem, & ne hostes perciperent, si vulnerati essent*. Ad eundem locum respiciens *Hesychius*: Βάμμα Σαρδιανικὸν, τὸ φοινικοῦν. διάφορα γὰρ ἦν τὰ ἐν Σάρδεσι βάμματα. Tinctura Sardianica *punicea*.

cea. *Præstantes enim erant Sardibus tincturæ*. Ita enim scripsisse Grammaticum pro Σαρδανικὸν, ut est in *Hagenoensi* editione, vel, ut in *Schreveliana* legitur, Σαρδανιακὸν, vel etiam ut alii reponunt, Σαρδινιακὸν, nullum est dubium, cum a Sardibus tincturam illam dictam innuat: a Sardibus autem nomen κτητικὸν sit, Σαρδιανικὸς, docente *Stephano Byzantino* in Σάρδις. Hinc bene etiam lectionem illam tuentur Viri eruditionis gloria illustres *Palmerius* Exerc. ad Ant. Græc. p. 720. *Spanhemius* de Us. & præst. Num. p. 283. & *Salmasius* ad not. Hesych. Ejusdem tincturæ *Aristophanes* quoque mentionem facit Acharn. p. 266.

Ἄγε δὴ φράσον ἐμοὶ σαφῶς πρὸς τουτονί,
Ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδιανικόν.
Age, dic mihi veritatem de illo,
Ne te tingam tinctura Sardianica.

i. e. nisi dixeris veritatem, ita te percutiam, ut cruore sanguinis penitus ruber, tinctura quasi Sardianica infectus videaris. Conf. ad h. l. Aristoph. in Acharn. p. 275. ubi καταξαίνειν τινὰ εἰς φοινικίδα, *carminare aliquem in vestem puniceam*, eodem sensu dicitur, quo h. l. βάπτειν τινὰ βάμμα Σαρδιανικόν. Ita autem legendum esse pro βάμμα Σαρδινιακὸν, ut habent ibi Codices, probavit Doctissimus *Palmerius* l. c. Ita etiam legitur apud *Scholiastem* in editione, qua utor, Basileæ in officina Frobeniana Anno 1547. impressa; quamvis ille nesciens, quod Σαρδιανικὸν sit nomen κτητικὸν a Sardibus, vel saltem non attendens, anceps hæreat, an a Sardinia insula; an a Sardibus, Lydiæ urbe, tinctura illa denominata sit. En verba: Βάμμα Σαρδιανικὸν, ἀντὶ τοῦ ἐρυθρὸν, φοινικοῦν. Σαρδὼ γὰρ νῆσός ἐστι τῶν ἑπτὰ σταδίοις ἑξήκοντα Κύρνου διέχουσα, ἐν ταύτῃ δὲ γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται. ἢ ὅτι εἰς τὴν Σαρδὼ τῆς Λυδίας πυῤῥὰ βάμματα γίνεται. Βάμμα Σαρδιανικὸν, *pro tinctura rubra, punicea. Sardo enim insula una est ex septem, quæ stadiis sexaginta distat a Cyrro. In hac vero nascuntur purpuræ præstantes, & acutissimæ. Vel quod Sardibus Lydiæ rubræ tincturæ fiunt*. Unde & apud *Suidam*, qui Scholiastem illum exscripsit, in Βάμμα Κυζικηνὸν, legitur Βάμμα Σαρδιανικὸν, eamque lectionem amplectitur Cl. *Kusterus* not. ad h. l. *Palmerii* autem argumentis pro eadem lectione adhuc addi potest non solum *Platonis* Comici locus de φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι, supra §. 2. a me adductus sed etiam *Æliani* Hist. Anim. IV. 36. ubi pariter Σαρδιανικῶν sc. βαμμάτων vel φοινικίδων mentionem facit. Cum enim ibi retulisset, quod Indi ex animalibus quibusdam, cantharis similibus, puniceas vestes tingerent, & hujusmodi aliquam Persarum Regi mitterent, addit: Εὐδὲς τῆς ἐσθῆτος δοκεῖ θαυμαστὸν, καὶ ἀντικειμένη γε τοῖς Περσῶν ἐπιχωρίοις κρατεῖ κατὰ πολὺ, καὶ ἐκπλήττει, ὥς φησι Κτησίας ἐπεὶ καὶ τῶν ᾀδομένων τῶν ΣΑΡΔΙΑΝΙΚΩΝ ὀξυτέρα τέ ἐστι καὶ τηλαυγεστέρα. *Pulchritudo vestis videtur mirabilis, & comparata cum patriis Persarum vestibus longe illis est præstantior, & stuporem affert, autore Ctesia; siquidem & celebribus illis SARDIANICIS floridior est atque splendidior*. Imo addi etiam potest, quod *Pausanias* Lib. X. c. 18. memorabilia Sardiniæ ex instituto diligentius enarrans, purpuræ Sardiniacæ nullam plane mentionem faciat, & contra *Homerus*, atque *Achilles Tatius* Lydiæ purpuræ pariter meminerint. Loca eorum. §. 9. videbimus.

§. IV. Ex his ergo de tinctura Lydorum Sardianica, & vestimentis ea infectis quivis facile erit persuasus. Eadem & tapetes Sardiani tincti, & proterea in pretio fuisse videntur. De illis *Athenæus* Lib. XII. p. 253. ubi de Rege Persarum per Melophororum aulam incedente. Καὶ διῄει διὰ τῆς τούτων αὐλῆς πεζὸς ὑποτεθεμένων ΨΙΛΟΤΑΠΙΔΩΝ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ἐφ᾽ ὧν οὐδεὶς ἄλλος ἐπέβαινεν ἢ βασιλεύς. *Et transibat per horum aulam pedibus substratis TAPETIBUS glabris SARDIANIS, in quibus præter Regem nemo incedebat*. Et *Varro* in Hercule Socratico apud *Nonium Marcellum*. *Cubo in SARDIANIS TAPETIBUS, inter chlamides & purpurea amicula*. Sic enim pro *Sardinianis* recte legit *Ortelius* Thes. Geogr. v. *Sardis*. Illiusque emendatio e loco illo *Athenæi* multum firmatur. Nec *Athenæum* potius e loco *Varronis* corrigendum esse, suadet, quod quidem Persis cum Lydis, non autem cum Sardiniæ incolis res olim fuisse, inveniamus. Notum enim ex *Herodoto*, Lydos a Cyro, Persarum Rege, subactos, & Sardes expugnatas esse. Sic etiam ΔΑΠΕΔΑΣ τινὰς καὶ στρωμνὰς πεποικιλμένας, Σιδονίας τε καὶ ΛΥΔΙΑΣ ἔργα χερὸς, *tapetes quosdam & strata variegata, Sidoniæque ac LIDIÆ manus opera* prædicat *Heliodorus* Lib. VII. c. 19. p. 398.

§. V. Parum ergo sese commendat *Isaaci Casauboni*, Critici cetera summi sententia, qua loco illo *Varronis* adductus, in versibus *Platonis* Comici, supra a me allatis, pro φοινικίσι Σαρδανικαῖσι legendum censet φοινικίσι Σαρδινιακαῖσι, & *Dalechampium* quoque pro ostro *Sardiano*, *Sardiniano* scripsisse suspicatur: imo pro βάμμα Σαρδιανικὸν, βάμμα Σαρδινιακὸν

κὸν ex eodem fundamento tuetur. Vid. Animadversiones ejus in *Athenæum* Lib. II. c. 9. p. 60. Eandem sententiam post ipsum ex instituto, & satis quidem speciose probare conatus est Vir doctissimus, *Jo. Paulus Nurra*, Jesus Christus Carolitanus, & patriæ Ecclesiæ Canonicus, in Dissertatione de Varia Lectione Adagii Βάμμα Σαρδινιακόν, *Tinctura Sardiniaca* Florentiæ A. 1708. 4. edita, & in Act. Erud. A. 1709. p. 186. sqq. recensita. Operæ pretium fuerit, breviter illam ad examen revocare.

§. VI. Initio autem Cl. *Nurra* argumenta, quibus *Palmerius* βάμμα Σαρδιανικὸν legendum esse probat, evertere annititur, & circa primum quidem, quo adserit, tempore *Aristophanis* parum commercii fuisse inter Athenienses & Sardiniæ incolas, multum vero inter Lydos, ceterosque Asiaticos & Græcos omnes præcipue Atticos, monet, antiquorum auctoritate destitui *Palmerium*. Sed non omni illum auctoritate destitui, existimo. Græcis enim Sardiniam parum fuisse notam, ex eo probat magnus *Bochartus* Chan. Lib. I. c. 31. sub fin. quod non solum *Syclax* in capite de magnitudine insularum, sed etiam apud *Herodotum Bias*, & *Histiæus*, Sardiniam Sicilia majorem fecerint. Cujus observationibus addo, quod *Pausanias* etiam Lib. X. c. 17. sub fin. rationem reddens, cur Sardiniæ historiam suo de Phocensium rebus commentario inseruerit, diserte scribat, quod parum adhuc Græci de insula illa audiverint. Τὸν μὲν δή γε, inquit, τῆς Σαρδοῦς λόγον ἐπεισηγαγόμεθα ἐς Φωκίδα συγγραφήν, ὅτι οὐχ ἥκιστα καὶ ἐς ταύτην οἱ Ἕλληνες τὴν νῆσον ἀνηκόως ἔχον.. *Ac Sardiniæ quidem historiam huic de Phocensium rebus commentario inseruimus, quod perexigua adhuc ad Græcos ejus insulæ notitia pervenerit.* Si ergo exigua ejus insulæ notitia ad Græcos pervenit, sequitur, quod parum etiam commercii inter Græcos, atque adeo Athenienses quoque & Sardiniæ incolas fuerit. Et quamvis Cl. Nurra ad *Pausaniam* provocet, narrantem, quod ante Trojana tempora colonia in Sardiniam e Thespiensibus e terra Attica deducta sit, notum tamen, quod illam expeditionem haud præter rationem pro fabulosa habeant doctissimus *Cluverus* Sardin. Antiqu. cap. I. §. 3. & laudatus *Bochartus* l. c. Neque nomina Sardiniæ, *Ichnusa* & *Sandaliote*, & urbium ejus, *Caralis*, Olbia, Neapolis, Heraclea, Thespia, quæ tanquam Græca ad confirmandam eandem expeditionem Cl. *Nurra* allegat, firmum satis argumentum illi suppeditant. Primo enim nomina illa non omnia sunt Græca. Nam Caralim Phœnicibus a refrigeratione dictam, propter collem ibi vicinum, docet *Bochartus* l. c. qui etiam Olbiæ nomen a Phœnicibus originem trahere, suspicatur. Deinde, quæ revera sunt Sardiniæ, & urbium ejus, nomina Græca, a Coloniis Græcorum in Siciliam & Italiam deductis, & inde ut videtur, ulterius Sardiniam aliquando excurrentibus proficisci potuerunt. Ad alterum vero *Palmerii* argumentum e *Plinii* H. N. VII. 56. ubi purpuræ tingendæ artificium Lydis Sardes habitantibus tribuere videtur, respondet Cl. *Nurra*, quod Tyrrheni, iidem cum Lydis, colonias in Sardiniam miserint, atque inde enatum suspicatur, ut *Plinius*, cujus suspectam hic fidem facit, Lydis Sardes habitantibus tribuerit, quæ Lydis vel Tyrrhenis, Sardinia incolentibus, tribuere debuisset. Sed utut plerique veterum Tyrrhenos Lydorum esse coloniam referunt, tamen in dubium illorum adsertum vocat *Dionysius Halicarnassæus* Ant. Rom. Lib. I. p. 22. Verba ejus, cum paulo prolixiora sint, Latine saltem adscribam. *Etenim quidam dixerunt*, inquit, *Tyrrhenum*, *Herculis filium*, *natum ex Lyda Omphale*: *hunc vero delatum in Italiam*, *expulisse Pelasgos e suis urbibus*, *non omnibus*, *sed Transtiberinis*, *ad septentriones spectantibus*. *Alii vero Telephi filium Tyrrhenum esse declarant*, & *venisse post Trojam captam in Italiam*. *At Xanthus Lydius*, *historiæ antiquæ*, *si quis alius*, *peritus*, *patriæ vero etiam autor nemine inferior habendus*, *neque Tyrrhenum usquam in suis scriptis Lydorum principem nominat*, *neque ullam scit Mæonum* (Ita Lydi olim dicti) *in Italiam deductam coloniam*, *aut Tyrrheniæ tanquam Lydorum coloniæ meminit*; *cum tamen alia leviora memoret*. *Atyos autem fuisse filios dicit Lydum* & *Torybum*. *Hos post divisum paternum imperium ambos mansisse in Asia*, *ejusque gentibus*, *quibus præfuerunt*, *denominationes impositas indicat his verbis*. *A Lydo descendunt Lydi*, *a Torybo Torybi*. Sic etiam aliquoties laudatus, & in explorandis gentium originibus diligentissimus *Bochartus* Can. Lib. I. c. 33. p. 645. cum *Dionysio Halicarnassæo*, quem acerrimi judicii virum appellat, iis assentitur, qui Tyrrhenos gentem putant esse indigenam, cum illos, observante *Dionysio*, nec lingua nec moribus cum ulla alia gente convenire, compertum sit. At si conceda-

cedamus etiam, quod Tyrrheni Lydorum colonia sint, tamen, quod *Plinii* Lydis Sardes habitantibus tingendæ purpuræ artificium tribuere visi, suspecta fides sit, mera manet conjectura. Eique diruendæ illa, quæ supra Sardiniaca Lydorum tinctura stabilivimus, haud parum inserviunt.

§. VII. Vindicatis *Palmerii* argumentis pro tinctura Sardianica, videamus rationes, quas deinceps pro Sardiniaca Doctissimus Nurra in medium affert. Primo ait, quod in Sardiniæ ripis thynni, pisces Sardoi maris, purpura, auctore *Strabone*, alliciantur. Sed inde saltem probatur, quod purpuræ in Sardiniæ Litoribus inventæ, non autem, quod in Sardinia ipsa tincturæ purpureæ confectæ sint, multo minus, quod tinctura, cujus *Aristophanes* mentionem facit, nomen inde acceperit. Deinde *Suidam* adducit, Sardiniæ purpuras in Βάμμα Σαρδινιακὸν ut quidem ipse legit, ita prædicantem: Νῆσος γὰρ ἐςὶ μεγίςη ἡ Σαρδὼ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ, ἐν ᾗ γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται. *Insula enim maxima est Sardinia prope Italiam in qua purpuræ nascuntur præstantes, & acutissimæ.* Sed illa, ut innumera alia apud *Suidam*, e Scholiaste *Aristophanis* exscripta esse, supra jam vidimus, & observavimus, quod Scholiastes ille non pro certo definiat, quod tinctura, cujus Comicus meminit, a Sardinia appellata sit, sed hæsitet potius, an ab insula illa, an a Sardibus, Lydiæ urbe, derivare illam debeat. Adeoque nec inde solidum pro tinctura Sardiniaca argumentum peti potest. Eodem modo sese res habet cum iis, quæ porro Cl. Nurra ex *Varrone* apud *Nonium Marcellum Sardinianis*, ut vulgo scribitur, *tapetis* multum tribuere, & *Clemente Alexandrino* Pædag. Lib. II. c. 10. βάμματος Σαρδινιακοῦ mentionem injiciente, urget. Nam apud *Varronem* ex *Athenæo*, *Sardianis tapetibus*, & *Clementem Alexandrinum* βάμμα Σαρδιανικὸν legendum esse, vel hunc etiam de tinctura illa errasse, pariter ex supra observatis manifestum. Neque etiam buccinæ nomen, quo vel ipsam Sardiniam, vel insulam, proxime adjacentem, insignitam Cl. *Nurra* existimat, quodque a buccinis, ibi petris frequentius hærentibus, illam nancisci potuisse conjicit, & exinde novum opinioni suæ fundamentum addit, nobis persuadet, ut probatam antea de tinctura Sardianica lectionem deseramus. Ex eo enim rursus nihil aliud conficitur, quam quod buccina, concharum, unde purpura tingebatur, genus ibi re-

perta sint. Ulterius sententiæ suæ præsidium petit e Legibus *Codicis Theodosiani* L. 10. tit. 20. de Murilegulis, easque minus ad Lydos referri posse, sed ad conchylegulos Sardiniæ pertinere, arbitratur, At, licet ipse facile credam, quod leges illæ Lydos minime spectaverint, veri tamen similius quoque puto, quod ad Italiæ incolas pertinuerint. Nam in ejus litoribus quibusdam conchylegulos repertos fuisse Tarentina æque ac Hydruntina purpura, a Tarento & Hydrunto Calabriæ, sive Græciæ Magnæ, urbibus appellata, testatur. De illa enim ex *Cornelio Nepote* ita *Plinius* Hist. Nat. IX. 39. *Nepos Cornelius, qui divi Augusti principatu obiit: Me* inquit, *juvene violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat, nec multo post Tarentina* Conf. & quæ ex *Horatii* Epist. 1. Lib. II. observat *Petrus Faber* Semestr. L. I. c. 16. p. 94. Hanc vero multum celebrat *Cassiodorus* L. I. Var. Ep. 2. Cum enim ibi, nomine Theodorici Regis, redargueret Theonem, vestis regiæ Comitem, Hydruntinis conchylegulis præfectum, de negligentia & tarditate in purpurea Regis veste adornanda, inter alia ita scribit: *Credimus enim aliquem provenisse neglectum, ut aut crines illi lactei, carneo poculo bis terque satiati, pulcherrima minus ebrietate rubuerint, aut lanæ non auxerint adornandi MURICIS pretiosissimam qualitatem. Quapropter si perscrutator HYDRUNTINI maris intusa conchylia solenniter condidisset apto tempore, acervus ille Neptunius, generator florentis semper PURPURÆ, ornator solii, aquarum copia resolutus, imbrem aulicum flammeo liquore laxaret. Color minio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem discernit, dum conspicuum facit & præstat humano generi, ne de aspectu Principis possit errari.* Et ob singularem purpuræ illius præstantiam Hydruntum postea cum Tyro comparat. *Eoa Tyrus*, inquit, *est HYDRON Italica, aulicum profecto vestarium, non antiqua custodiens, sed jugiter novella transmittens.* Multosque in conchyliis hujus purpuræ legendis, parandis, & vestibus inde tingendis occupatos fuisse, ex eo intelligimus, quos *Cassiodorus* in eadem Epistola Theonem, ad eo fortius ipsum negligentiæ arguendum, ita interrogat: *Quid enim agunt tot artifices, tot nautarum catervæ, tot familiæ rusticorum?* Ubi *rusticos* Doctissimus *Fornerius conchylegulos* interpretatur, eosque & *mancipia textrini principis* dici *Cod. Theod.*

lib.

lib. 10. tit. 20. l. 4. l. 5. l. 9. l. 14. l. 15. pen. observat. Utque adeo ille existimasse videatur, quod Leges illæ Codicis Theodosiani conchylegulos Hydruntinos respexerint. Et hoc etiam profecto admodum est probabile. Cum enim, Theodorico Gothorum Rege conchylia in Hydruntino Calabriæ litore collecta sint, procul dubio etiam illa tempore Theodosii, uno tantum seculo ante Theodoricum imperantis, ibidem jam quæsita sunt. Nam post Theodosium homines de legendis illis cogitare demum cœpisse, turbulentus rerum in Italia status, ex crebris, imo continuis variorum hostium incurcisionibus ortus, vix nobis persuadet. De Hydruntinis igitur conchylegulis laudatæ *Codicis Theodosiani* leges omnium optime explicari possunt.

§. VIII. Denique parum abest, quin omnia pro commentis habeat Cl. *Nurra*, quæ de Sardianica (in Act. Erud. 1709. p. 189. ubi hæc recensentur, operarum incuria male legitur *Sardiniaca*) vel Lydorum purpura a scriptoribus prædicantur. *Plinio* namque teste cum purpuræ calculosæ sint, a calculo maris, conchyliis apto, dictæ; Lydia autem mediterranea sit regio, quod *Appianus Alexandrinus* & *Strabo* confirmant, ubi ejus mare. Noster inquit, quæras? & in eo purpuras? & artem Purpura tingendi Sardibus debitam? nisi velis cum poeta nugari Metamorph. L. 14.

- - - *Vidi factas ex æquore terras,*
Et procul a pelago conchæ jacuere marinæ.

Fateor, hoc argumentum primo intuitu magnam habet speciem, attamen, si paulo penitius illud inspiciamus, minime tantam ejus esse vim deprehendimus, ut omnem Lydis purpuram eripiat. Nolo autem, ut ad illud respondeam, dicere, quod Lydia non adeo longe a mari fuerit dissita, imo fines ejus auctore *Xenophonte* Pæd. Cyr. L. VI. p. 110. (*a*) ipsum aliquando mare alluerit, & Sardiani in Pactolo amne, qui medium forum in urbe ipsorum teste *Herodoto* L. V. c. 101. intefluens, mox Hermo flumini, in mare se exoneranti, immiscetur, e mari etiam purpuras facile petere potuerint? sed hoc non possum non observare, quod non ex concha solummodo vel Tyria, vel Coa, vel Laconica, aliorumque maritimorum locorum, aut etiam Rhodiaca, sed præterea, ad ejus imitationem floribus & herbis, vacciniis videlicet, alga Cretica, amorge herba, herba purpurea in Abasenis, Ibera ferrugine flore purpureo ad fontes Hyparchi fluminis, Indica sandice, radicibus idem apud Hierapolitas Phrygios, purpureus color, seu puniceus & eximie rubens (hæc enim vulgo apud veteres synonyma) frequenter paratus sit. Videantur omnino Viri summi, *Bochartus* Hieroz. P. II. L. IV. c. 11. p. 737. 738. & *Spanhemius* de Us. & Præst. Num. Diss. IV. p. 282. 283. & si dubites, quod purpureus & puniceus atque coccineus color promiscue apud veteres usurpentur, idem *Bochartus* c. 10. ejusd. lib. p. 733. & *Homeri* atque *Achillis Tatii* loca, quæ mox §. 9. adducam, inter se conferantur. Ejus generis purpuram igitur, improprie ita dictam, & a purpura marina distinctam, & Lydiam illam fuisse, puto. Illique sententiæ multum favet, quod non solum apud Hierapolitas Phrygios, Lydis, quod probe notandum, vicinos, vel inter Phrygiam & Lydiam, ut *Stephanus Byzantinus* loquitur, sitos, facta e radicibus tinctura, coccineam & purpuream æquaverit, ut ill. *Spanhemius* l. c. ex *Strabone* memorat, sed etiam, quod tincturam Lydorum Sardianicam punicei vel coccinei coloris fuisse, ex iis, quæ supra §. 2. observavi, manifestum sit.

§. IX. Nemo igitur, ut spero, tincturam illam, & vestes illas apud Lydos incoctas in dubium amplius vocabit. Præter illas autem & ebur olim in Lydia purpureo colore tinctum esse, docet nos Poetarum maximus, *Homerus*, de Menelao, a Pandaro vulnerato, Il. d. v. 140. sq. ita canens:

Αὐτίκα δ' ἔρρεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς,
Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἘΛΕΦΑΝΤΑ ΓΥΝΗ ΦΟΙΝΙΚΙ μιήνῃ
ΜΗΟΝΙΣ, ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων.

Statim autem fluxit sanguis ater ex vulnere,
Veluti quando aliqua EBUR MULIER PUNICEO colore tinxerit
MÆONIA, vel carica, maxillare ornamentum ut sit equorum.

In his Μηονίδα *Mæoniam*, mulierem, denotare *Lydiam*, res nota est, & docent *Scholia* ad h. l. Unde & *Hesychius*: Μηονίς, λυδή. Μηονία γὰρ ἡ λυδία. Μηονίς, *Lyda*. *Mæonia enim Lydia*. Conf. & *Bochart*. Phal. L. II. c. 12. Sic uti autem

(*a*) Sic enim ibi Chyrsanthes de Lydia: Ἔνθα πολὺς μὲν οἶνος, πολλὰ δὲ σῦκα, πολὺ δὲ ἔλαιον, ΘΑΛΑΤΤΑ ΔΕ ΠΡΟΣΚΛΥΖΕΙ, καθ' ἣν πλείω ἔρχεται, ἢ ὅσα τις ἑώρακεν ἀγαθά. *Ubi multum est vinum, multæ fici, multum oleum, MAREQUE ALLUIT per quod plura advehuntur, quam quotquot quisquam est bona intuitus.*

tem *Homerus* ibi atrum ſanguinis ruborem, in corpore candido fluentem, cum colore purpureo, quo Lidorum fœminæ ebur tingere ſolebant, confert; ita, ad ejus proculdubio imitationem, alii Poetæ ruborem genis candidis affuſum cum eodem ſolent comparare. *Ovidius* L. II. Am. El. 5. v. 33. ſqq.

Hoc ego; quæque dolor linguæ dictavit at illi
Conſcia PURPUREUS venit in ora pudor.
Quale coloratum Tithoni conjuge cœlum
Subrubet, aut ſponſo viſa puella novo.
Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ.
Aut ubi cantatis luna laborat equis.
Aut quod, ne longis flaveſcere poſſit ab annis,
MÆONIS Aſſyrium FOEMINA tinxit EBUR.

Virgilius Æneid. L. XII. v. 67. ſq.

Indum SANGUINEO veluti violaverit OSTRO
Si quis EBUR, vel miſta rubent ubi lilia multa
Alba roſa: tales virgo dabat ore colores.

Similiter & *Achilles Tatius* Lib. I. de Clitoph. & Leucipp. Amor p. 17. *Erant ei quadam cum jucunditate truces oculi, crines flavi criſpique, ſupercilia puro nigrore delibuta*, λευκὴ παρειὰ, τὸ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο, καὶ ἐμιμεῖτο ΠΟΡΦΥΡΑΝ, ὅιαν εἰς τὸν ΕΛΕΦΑΝΤΑ ΛΥΔΙΑ βάπτει ΓΥΝΗ, *genæ candidæ, quarum medium rubore PURPURAM, qua LYDIE MULIERES EBUR inficiunt, imitante ſuffuſum erat*. E quibus locis ſimul etiam patet. Fœminas præſertim Lydorum ebur olim purpura tinxiſſe. Et forte eædem etiam veſtes, quæ ex Lydia veniebant, purpureas infecerunt. Saltem textas illas ab iis fuiſſe, vero non abſimile eſt. Nam texendi arte mulieres Lydorum erant clariſſimæ. Sic enim ad iſta *Dionyſii* Perieg. v. 839. ſqq. de illis canentis:

Οὐ μὰν οὐδὲ γυναῖκας ὀνόσσεαι, αἳ περὶ κεῖνο
Θεῖον ἕδος, χρυσέοιο κατ' ἰξύος ἅμμα βαλοῦσαι,
Ὀρχεῦνται, θυητὸν ἑλισσόμεναι περὶ κύκλον,
Εὖτε Διονύσσοιο χοροστασίας τελέωσιν.
Σὺν καὶ παρθενικαὶ νεοθηλέες οἷάτε νεβροὶ,
Σκαίρουσιν· τῇσιν δὲ πέρι σμαραγεῦντες ἀῆται
Ἱμερτοὺς δονέουσιν ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνας.

Ne mulieres quidem vituperabis, quæ in illo
Divino ſolo, aureo per lumbos vinculo cinctæ,
Tripudiant, mirificum ſe flectentes circum orbem,
Quando Bacchi choreas celebrant.
Simul quoque virgines, recens ablactati velut binnuli
Saltant: quibus circumſtrepentes venti
Elegantes agitant in pectoribus veſtes;

inter alia erudiſſimus Theſſalonicenſium Archiepiſcopus, *Euſtathius*: Ἐνταῦθα δὲ οὐ μόνον ὡς δεξιὰς χοροποιοὺς ὁ Διονύσιος, ἀλλὰ καὶ ὡς ἈΓΑΘΑΣ ΥΦΑΙΝΕΙΝ τὰς ΛΥΔΑΣ ἐπαινεῖ *Ibi vero non ſolum ut choreas agendi dexteritate, ſed etiam TEXENDI PERITIA pollentes Dionyſius LYDORUM FOEMINAS laudat*. Sed eam in rem illuſtrior adhuc *Ariſtenæti* locus eſt Lib. I. Ep. 15. p. 77. Σὲ δὲ, ὦ πασῶν ὑπερφέρουσα γυναικῶν, καὶ κάλλει, καὶ γνώμῃ, τῆς εὔφρονος οὐ παρήγαγεν εὐβουλίας. οὐχ ὅρμος, οὐκ ἑλικτῆρες, οὐ πόλεων τὸ πολύτιμον, οὐ περιδέῤῥαιον, οὐ Λυδιός τε καὶ ποδήρης χιτὼν, οὐ πορφυρίδες, οὐ θεράπαιναι τῆς Καρίας, οὐδὲ Λυδῶν ὑπερφυῶς ἐξεργοῦσαι γυναῖκες οἷς ἅπασιν. ἀτεχνῶς ἀγάλλεσθαι τὸ θῆλυ πέφυκε γένος. *Te autem, quæ ceteras antecellis mulieres & pulchritudine & ſapientia, non dimoverunt prudenti conſilio monita, non inaures, non civitatum luxus, non torques, non Lydia & talaris tunica, non indumenta purpurea, non Cariæ ancillæ non LYDORUM TEXTRICES EXIMIÆ, quibus omnibus ut plurimum ſequior ſexus delectari ſolet*. Utque adeo veſtes Lydorum puniceas & tapetes non præſtantiſſima minus tinctura, quam artificioſa mulierum textura commendaſſe videatur.

§. X. Cum igitur ex hiſce omnibus manifeſtum ſit, quod tingendæ purpuræ artificium inter Lydos eorumque fœminas olim viguerit & *Lucas* fœminam quandam Thyatirenſem Philippis πορφυρόπωλιν, *purpuræ venditricem*, egiſſe diſerte memoret, inde omnino colligere par eſt, quod ejus adhuc tempore idem artificium iisdem non ignotum fuerit; imo quod purpurariæ illius nomen *Lydia*, quo Philippis nuncupata eſt, non proprium, ſed gentilitium extiterit. Cur vero non hoc, ſed illo ibi appellata ſit, ratio hæc eſſe videtur, quod, cum primum Philippos venerit, & mercaturam in urbe illa cum purpura ſua exercuerit, illa mercibus æque purpureis ac dialecto pro Lydia ſtatim muliere fuerit agnita, & ab illis, qui proprium ejus, tanquam peregrinæ, nomen ignorarunt, *Lydia* a gente vocata. Quemadmodum & in patria fœminam aliquam ῥωποπώλην, Hollandia oriundam, non aliter, quam *die Hollanderin*, vulgo nuncupari memini.



BLASII UGOLINI
SACERDOTIUM HEBRAICUM.

CAPUT PRIMUM.

De Sacerdotio ante Legem.

IUdæi Interpretes testantur ante Legem primogenitos sacerdotali munere fuisse perfunctos. Mischna *Sevachim* XIV. 4. עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרו הבמות ועבודה בכהנים Antequam erectum esset tabernaculum, fuerunt excelsa licita, & cultus per primogenitos fiebat, postquam erectum est tabernaculum, prohibita fuerunt excelsa, & cultus per sacerdotes factus est. Ubi *Maimonides*: Dixerunt Doctores id quod scriptum est *Exod.* XXIV. 5. וישלח את נערי בני ישראל *Misitque* נערי *filios Israel*; intelligendum esse de primogenitis; nam ministerium sacrum semper ab Adamo usque ad Mosen per primogenitos peractum est. *Tosaphta Korbanoth* XIII. עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות מה הן מקריבין בהמה חיה ועוף גדולים וקטנים זכרים ונקבות תמימים ובעלי מומין טהורין אבל לא טמאים הכל קרב עולה וטעונה הפשט וניתוח הנוי׳ בזמן הזה מותרין לעשו׳ כן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות. Priusquam erectum esset tabernaculum, permissa erant excelsa. Quid offerebant in excelso? feram & volucrem tam magnas, quam parvas, tam mares, quam fœminas, perfectas, & vitiatas, puras, at non impuras; Omnia in holocaustum offerebantur; & tenebantur ad excoriationem, & dissectionem; Gentilibus hoc tempore licitum est ita facere. Antequam erectum esset tabernaculum; licita erant excelsa, & ministerium per primogenitos peragebatur. *Hierosol. Megillah* 72. 2. ואמר קומיהון קשט הקושט הזה שתהא עבודה בבכורות מן הדין קרוייה כי לי כל בכור ביום הכותי כל בכור בארץ מצרים ונומר וכתיב ובכל אלהי מצרים אעשה שפטים ונו׳ קודם לכן מה היו עושין ותקח רבקה את בגדי עשו בנה הגדול החמודות אשר אתה בבית מהו החמודות שהיה משמש

משמש בכהונה גדולה אמר רבי לוי שבר
מטה רשעים אילו הבכורות שהקריבו לעגל
תחילה הכל קרב בבמה בהמה וחיה ועופות
גדולים וקטנים זכרים ונקבות תמימין לא
בעלי מומין טהורים אבל לא טמאים הכל
קרב עולה ואינן טעונין הפשט וניתוח
נוים בזמן הזה רשאין לעשות כן זכרים
ונקבות מנין רבי אבהי בשם רבי יוסי בר
חנינה ואת הפרות העלו עולה ליי' תמימים
אבל לא בעלי מומין מניין א"ר יוסי פשט
ר' לעזר לחברייה מכל החי מכל בשר שיהו
שלימים באיבריהן מורטים פשט רבי לעזר
כל צפור כל כנף פרט למורטים טהורים
אבל לא טמאים מניין רבי אבא בריה דרבי
פפי רבי יהושע דסימנין בשם רבי לוי הגה
נח תורה מתוך תורה אמר כבר נאמר לי
כירק עשב נתתי לכם את כל לאיזה דבר
ריבה הכתוב בטהורין לקרבנות נוים בזמן
הזה רשאין לעשות כן רבי בא בשם רבי
יהודה אסור לישר"ל לסייעו ואסור להיעשות
לו שליח אנטונינוס שאל לרבי מהו לבנות
מזבח אמר ליה בניהו וגנוז אבניו מהו
לעשות לו קטורת אמר ליה חסר בה אחת
מסממניה לא כן תני לא תעשו לכם לכם
אין אתם עושין אבל עושין הם אחרים
לכם וגו' רבי לעזר ורבי יוסי בן חנינה רבי
לעזר אמר שלמים הקריבו בני נח רבי יוסי
בן חנינה אמר עולות הקריבו בני נח התיב
רבי לעזר לרבי יוסי בן חנינה והכתיב
והבל הביא גם הוא מבכורות באנו
ומחלבהן מה עבד ליה רבי יוסי בן חנינה
מן שמיליהן התיב רבי לעזר לרבי יוסי בן
חנינה והא כתיב וישלח את נערי בני
ישראל ויעלו עולות וגומר מה עבד ליה
רבי יוסי בן חנינה שלמין כגופן בלא
הפשט ובלא ניתוח התיב רבי לעזר לרבי
יוסי בן חנינה והכתיב ויקח יתרו חותן
משה עולה וזבחים לאלהים מה עבד ליה
רבי יוסי בן חנינא כמאן דאמר לאחר
מתן תורה בא יתרו רבי הונא אמר
איתפלגון יהודה בי רבי ורבי ינאי חד
אמר קודם למתן תורת בא יתרו וחורנה
אמר לאחר מתן תורה בא יתרו ולא ידעין
מאן אמר דא ומאן אמר דא וישמענה מן
הדא וישמע יתרו כהן מדין חתן משה
מה שמע חזקיה אמר קריעת ים סוף
שמע רבי יהושע אמר קריעת ים סוף
שמע רבי לוי אמר מלחמת מלך שמע
יהודה בי רבי אמר מתן תורה שמע הוי
דו אמר לאחר מתן תורה בא יתרו רבי
בא ורבי הייה בשם רבי יוחנן ודא מסייעה
לרבי יוסי בן חנינה עורי צפון ובואי תימן
עורי צפון זה העולה שנשחטת בצפון מהו
עורי דבר שהיה ישן ונתעורר ובואי תימן
אילו שלמים שהן השחטין בדרום מהו
בואי דבר שהיה של חידוש מה עבד ליה
רבי יוסי בר חנינה לכשיתעוררו הגליות
שהן נתונות בצפון ויבואו ויבנו בית
המקדש שהוא נתון בדרום רבי אבא בריה
דרבי פפי רבי יהושע דסיכנין בשם רבי
לוי אף דין קרייה מסייע לרבי יוסי בן
חנינה זאת תורת העולה היא העולה
שהיו בני נח מקריבין כד הוא אתי נבי
שלמים אמר זאת תורת זבח השלמים
אשר הקריב אין כתוב כאן אלא אשר
יקריב מיכן ולהבא פרים הנשרפים ושעירי
הנשרפים היכן הן נשרפין על גבי הקבר
וגומר. Et dixit coram illis; unde hæc veritas probatur quod a primogenitis ministerium perageretur? Ex hoc textu Num. III. 13. *Meum est omne primogenitum, ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti &c.* Similiter dictum est Ex. XII. 12. *Et in cunctis Diis Ægypti faciam judicia &c.* Ante hoc tempus quid faciebant? Dictum est *Genes.* XXVII. *Et accepit Rebecca vestes Esau filii sui primogeniti pretiosas, quas habebat domi.* Quid החמודות? Quod illis ministraret in summo sacerdotio. Dicit R. Levi; dictum est *Isai.* XIV. 5. *Contrivit Dominus baculum impiorum.* Isti sunt primogeniti, qui primi immolarunt sacrificia vitulo. Omnia offeruntur in excelso bestia, & fera, & volucres magnæ & parvæ, mares & fœminæ, perfectæ, at non vitiatæ, puræ at non impuræ. Omnia offerebantur in holocaustum, & non tenebantur ad excoriationem, & dissectionem; & gentilibus hoc tempore licitum est ita facere. Mares & fœminæ unde probantur. R. Abau nomine R. Jose bar Chanina; dictum est I. *Sam.* VI. 14. *Vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.* Perfectæ, & non vitiatæ unde probantur. Dicit R. Isa; explicavit sociis R. Elieser. Dictum est *Genes.* VI. 19. *Et ex cunctis animantibus universæ carnis.* Ut sint perfectæ in corporibus suis; *Quid dicendum* de depilatis? explicavit R. Elieser: dictum est *Genes.* VII. 14. *Universæ aves, omnesque volucres:* excluduntur depilatæ. Puræ, at non impuræ unde probantur? R. Aba filius R. Papi R. Jehosua Sacaniensis nomine Rabi Levi: meditatus est Noachus legem in lege; dixit; jam mihi dictum est *Genes.* IX. 3. *Quasi olera virentia tradidi vobis omnia.* Qua de causa? includit textus puras, pro sacrificiis. Et gentilibus hoc tempore ita facere permissum est. R. Ba nomine R. Jehuda. Vetitum est Israelitæ illis opem ferre; pariterque vetitum est pro illis facere legationem. Antoninus quæsivit ab Rabi. Quid ad exstruendum altare? Respondit illi; ædificetur, & abscondantur ejus lapides. Quid ad faciendum pro illo suffitum? Respondit illi; dummodo aliquod de aromatibus deficiat. Nonne dictum est? *Non facietis vobis*; *Vobis* non facietis, at possunt alii vobis facere &c. R. Elieser & R. Jose ben Chanina. R. Elieser

ſer dicit; ſacrificia pacifica obtulerunt filii Noachi R. Joſe ben Chanina dicit; holocauſta obtulerunt filii Noachi. Reſpondit R. Elieſer τῷ Rabi Joſe ben Chanina; Nonne ſcriptum eſt *Geneſ.* 4. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum?* Quid reſpondit illi R. Joſe ben Chanina? pinguiores inter illos. Reſpondit R. Elieſer τῷ Rabi Joſe ben Chanina; atqui ſcriptum eſt *Exod.* XXIV. 5. *Miſitque juvenes de filiis Iſrael, & obtulerunt holocauſta &c.* Quid reſpondit R. Joſe ben Chanina? integra & perfecta in corporibus, quæ videlicet non eſſent excoriata, & diſſecta. Reſpondit R. Elieſer τῷ Rabi Joſe ben Chanina; Atqui ſcriptum eſt *Exod.* XVIII. 12. *Obtulit ergo Jethro cognatus Moyſi holocauſta, & hoſtias Deo.* Quid reſpondit R. Joſe ben Chanina? juxta ſententiam ejus qui dicit; poſt datam legem venit Jethro. R. Chuna dicit; diſſentiunt Jehuda diſcipulus Rabi, & R. Inai; alter dicit; ante datam legem venit Jethro, & alter dicit; poſt datam legem venit Jethro; & ignoratur, quis hoc, & quis illud dicat; Ex hoc intelligitur], quod dictum eſt ibid. *Cum audiſſet Jethro ſacerdos Madian cognatus Moyſi.* Quid audivit? Ezechia dicit; diviſionem maris rubri audivit. R. Jehoſua dicit; diviſionem maris rubri audivit. R. Levi dicit; bellum Amalech audivit. Jehuda diſcipulus Rabi dicit; publicationem legis audivit. Eſt hic qui dicit; poſt datam legem venit Jethro. R. Ba, & R. Chjia nomine R. Jochanan; & hoc favet τῷ R. Joſe ben Chanina. Dictum eſt *Cantic.* IV. 16. *Surge Aquilo & veni Auſter. Surge Aquilo* עורי hoc eſt holocauſtum, quod mactatur in aquilone. Quid עורי? quod obdormiit, & expergiſcit: quid *& veni Auſter?* hæc ſunt ſacrificia pacifica, quæ mactantur in oriente. Quid בואי? res quæ ſit nova. Quid reſpondit R. Joſe bar Chanina? Quando excitabuntur captivitates quæ ſtant in aquilone; & venient & exſtruent ſanctuarium, quod ſitum eſt in oriente. R. Ba fil. R. Papi; R. Jehoſua Sicanienſis nomine R. Levi; hic textus pariter favet τῷ R. Joſe ben Chanina; Dictum eſt *Levit.* VI. 9. *Hæc eſt lex holocauſti;* holocauſtum, quod offerebant filii Noachi. Quando agit de pacificis; dicit ibid. VII. 11. *Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorum, quæ offertur;* Non eſt ſcriptum in hoc textu, niſi *quæ offertur;* Hinc & in poſterum. Juvenci comburendi, & hirci comburendi ubinam comburebantur? ſuper ſepulchro. Primogenitorum ſacerdotium Judæi probare contendunt ex loco *Exod.* XXIV. 5. ubi ſcriptum eſt. וישלח את נערי בני ישראל ויעלו עלת ויזבחו זבחים שלמים ליהוה פרים. *Miſitque juvenes de filiis Iſrael & obtulerunt holocauſta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos.* Ubi *Targum* ושלח ית בוכרי בני ישראל ואסיקו עלוון ונכסו נכסת קודשין קדם יי תורין. *Et miſit primogenitos de filiis Iſrael, & obtulerunt holocauſta, & immolarunt victimas ſanctas coram Domino, juvencos.* Cum quo conſentit *Paraphraſis Hieroſolymitana* ושדר ית בוכרי בני ישראל ארום עד ההיא שעתא הוות פולחנא בבכוריה דעד כדון לא איתעביד משכן ומנה ועד כדון לא אתייהיבת כהונתא לאהרן ואסיקו עלוון וניכסו נכסת קודשים קדם יי תורין. *Et miſit primogenitos de filiis Iſrael, quoniam uſque ad hoc tempus peractum fuit miniſterium a primogenitis; etenim uſque ad hoc tempus non erat extructum tabernaculum, neque fuerat attributum ſacerdotium Aaroni; Et obtulerunt holocauſta, & immolaverunt victimas ſanctas coram Domino, juvencos.* Et *Arabs* وبعث ابكاري لبني اسرائيل فقربوا معايد وذبحوا ذبائح سلامة من العجول لله *Miſitque primogenitos filiorum Iſrael, qui obtulerunt oblationes, & immolaverunt victimas pacificas Domino boves.* Et *Perſa* دغرسقاد مر كست واحن يسراي يسرال س اوردنل قربانها حكن كرحنل جكتهاى شلميم بي كاوها. *Miſitque primogenitos filiorum Iſrael, qui obtulerunt oblationes, & immolaverunt victimas pacificas Domino boves.* Et *Raſchi* ad l. c. את נערי הבכורות. *Juvenes* i. e. *primogenitos.* Et *Aben Ezra* נערי הם הבחורים בני הזקני׳ הבכורים שיעלו עם משה. *Juvenes*, erant juvenes filii Senum primogeniti, qui una cum Moſe obtulerunt. Confirmatur iterum a *Paraphraſi Hieroſolymitana Geneſ.* XLIX. 3. ראובן בוכרי את חילו ושירוי צערי חמי הוה לך ראובן ברי למסב תלתא חולקין יתיר על אחך בכורותא כהונתא מלכותא ועל דחטית ראובן ברי אתיהבת בכורותא ליוסף ומלכותה ליהודה וכהונתא רבתא לשבטא דלוי. *Ruben primogenitus meus es tu, initium roboris generationis meæ, & initium accidentis cogitationis meæ, & conveniebat tibi primogenitura, & ſacerdotium, & regnum, propterea autem quod peccaſti, Ruben fili mi, data eſt primogenitura Joſepho, regnum Judæ, & ſacerdotium tribui Levi.* Et a *Paraphraſi*

Uzie-

Uzielidi attributa. ראובן בוכרי אנת ריש חיל שמושי ושירוי קריות הרהורי חמי הוי לך בכורותא ורבות כהונתא ומלכותא ועל די חטית ברי איהיבת בכורותא ליוסף ומלכותא ליהודה וכהונתא ללוי. *Ruben primogenitus meus es tu, initium roboris generationis meæ, & initium accidentis cogitationis meæ, & conveniebat tibi primogenitura, & summum sacerdotium, & regnum, propterea autem quod peccasti, fili mi, data est primogenitura Josepho, regnum Judæ, & sacerdotium Levi. R. Bechai* pariter ad h. l. scribit hæc tria Rubeno debita fuisse, nisi peccasset; שלשה מעלות הבכורת והכהונה והמלכות tres dignitates, primogenituram, sacerdotium, & regnum. Et *Hieronymus* in *quæst. Hebr.* Tradunt Hebræi primogenitos functos fuisse officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti Deo victimas offerebant, antequam Aaron in sacerdotium eligeretur. Hinc asserunt Judæi Jacobo Patriarchæ ex primogenitura, quam ab Esau fratre sibi acquisivit, comparatum fuisse ministerium sacerdotale. *Beresith Rabba* fol. 71. col. 1. מה ראה אבינו יעקב שנתן נפשו על הבכירה דתנינן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרה הבמה ועבודה בכהנים. Quænam erat causa, cur Jacob pater noster primogenituræ jus ita cuperet? Quoniam traditur; ante tabernaculum constructum excelsa fuisse permissa, & ministerium per primogenitos fuisse peractum. Postquam exstructum est tabernaculum; excelsa fuisse vetita, & ministerium a sacerdotibus fuisse peractum. Præterea testantur vestes Esau, quibus Jacob a matre indutus est, fuisse sacerdotales. *Pseudo-Uzielides* ad *Genes.* ותקח ונסיבת רבקה ית לבושי עשו ברה רבה בביתא מרגגן דהוו מן אדם קדמאי. *Et accepit Rebecca vestes Esau filii sui majoris desiderabiles, quæ fuerant Adami antiqui. Hieros. Megillah* 72. 2. ותקח רבק׳ את בגדי עשו בנה הגדול החמודות אשר אתה בבית מהו החמודות שהיה משמש בכהונה גדולה. *Et accepit Rebecca vestes Esau filii sui majoris desiderabiles, quæ erant domi.* Quid החמודות *desiderabiles*? Quod illis ministraret in summo sacerdotio. Hinc probat *Paulus*, quare, cum Christus non fuerit ex genere Aharonitico, & ex tribu Levi, tamen sit Ecclesiæ summus Sacerdos, nempe ea de causa, quod sit *primogenitus omnis Creaturæ*: *Coloss.* I. 15. & 18. Adeoque non sit Pontifex ex lege Mosaica, sed antiquiore hoc jure, quod observatum fuit ante legem, sc. *secundum ordinem Melchisedech*: *Hebr.* VI. 20. qui juxta veterum Hebræorum traditionem creditus fuit Sem filius Noachi, qui primogenituræ jure summo sacerdotio perfunctus est. *Pseudo-Uzielides* ad *Genes.* XIV. 18. ומלכי צדק ימלכא צדיקא הוא שם בר נח מלכא דירושלם נפק לקדימות אברהם ואפיק ליה לחם וחמר ובההיא זימנא הוא משמש קדם אלהא עילאה. Rex autem justus: *Ille est Sem filius Noachi, rex Hierusalem, exiit obviam Abrahamo, & produxit illi panem, & vinum, & illo tempore ministrabat coram Deo excelso. Raschi* ad h. l. ומלכי צדק מדרש אגדה הוא שם בן נח. *Rex autem justus.* Exponit *Agada* fuisse Sem filium Noachi. *Ezra* ibid. ומלכי צדק וגו׳ וי״א כי הוא שם. *Rex autem justus &c.* Et nonnulli dicunt fuisse Sem. Hac de causa *Hebr.* XII. 16. Esau, qui *propter unam escam*, primogeniti jus vendidit, appellatur βέβηλος, *prophanus*, i. e. ineptus ad sacerdotium. At Christus sacerdos novi Testamenti fuit purus, atque impollutus. *Hebr.* VII. τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος οὐρανῶν γενόμενος.

CAPUT II.

I. De Sacerdotio post Legem.

Post lata Legem uni familiæ Aharoniticæ sacerdotio defungi licuit, interdictumque ceteris Israelitis, ut ab hoc sacro ministerio sub pœna mortis abstinerent, sicuti dictum est *Num.* I. 51. והזר הקרב יומת. *Quisquis externorum accesserit occidetur. Targum.* וחילוני דיקרב יתקטיל. *Et extraneus si accesserit, occidetur.* Ubi *Raschi* והזר הקרב לעבודתם וז׳ יומת בידי שמים. *Et extraneus si accesserit* ad eorum ministeria, *occidetur*, morte cœlitus inflicta. Ibid. XVIII. 2. וגם את אחיך מטה לוי שבט אביך הקרב אליכם וילוו עליך וישרתוך ואתה ובניך אתך לפני אהל העדת ושמרו משמרתך ומשמרת כל האהל אך כלי הקדש ואל המזבח לא יקרבו ולא ימות גם הם גם אתם ונלוו עליך ושמרו את משמרת אהל מועד עבדת האהל וזר לא יקרב אליכם ושמרתם אתם שמרת הקדש ואת משמרת המזבח וגו׳ ואתה ובניך אתך תשמרו את כהונתכם לכל דבר המזבח ולמבית לפרכת ועבדתם עבדת מתנה אתן כהנתכם והזר הקרב יומת. *Sed & fratres tuos de tribu Levi, & sceprum patris tui sume tecum, & ministrent tibi; tu autem & filii ministrabitis in tabernaculo testimonii: Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita dun-*

duntaxat , ut ad vaſa ſanctuarii non accedant , ne & illi moriantur , & vos pereatis . Sint autem tecum & excubent in cuſtodiis tabernaculi , & in omnibus ceremoniis . Excubate in cuſtodia ſanctuarii , & in miniſterio altaris &c. Tu autem & filii tui cuſtodite ſacerdotium veſtrum , & omnia quæ ad cultum altaris pertinent , & intra velum ſunt , miniſtrabitis ; miniſterium doni ſacerdotii veſtri . Siquis externus acceſſerit , occidetur . Targum . ואף ית אחך שבטא דלוי שבט דאבוך לותך ויתוספון עלך וישמשונך ואת ובנך עמך קדם משכנא דסהדותא ויטרון מטרתך ומטרת כל משכן ברם למני קודשא ולמרבחא לא יקרבון ולא ימותון אף אינון אף אתון ויתוספון עלך ויטרון ית מטרת משכן ומנא לכל פולחן משכנא וחילוני לא יקרב לותכון ויטרון ית מטרת קודשא וית מטרת מרבחא וגו׳ ואת ובנך עמך תטרון ית כהונתכון לכל פתגם מרבחא ולמנו לפרוכתא ותפלחון פולחן מתנא אתן ית כהונתכם וחילוני דיקרב יתקטיל *Atque etiam fratres tuos , tribum Levi , tribum patris tui appropinqua ad te , & adjungentur tibi , & ad tuum miniſterium , & tu & filii tui coram tabernaculo teſtimonii ; & cuſtodient cuſtodiam tuam , & cuſtodiam univerſi tabernaculi ; ſed tantummodo ad vaſa ſanctuarii , & ad altare non accedant , ne illi & vos moriamini . Et adjungantur tibi , & cuſtodient cuſtodiam tabernaculi , & extraneus non accedet ad vos . Et cuſtodietis cuſtodiam ſanctuarii , & cuſtodiam altaris &c. Et tu & filii tui tecum cuſtodietis ſacerdotium veſtrum , ad ea omnia , quæ pertinent ad altare , & intra velum , & miniſtrabitis miniſterium doni ſacerdotii veſtri ; Siquis extraneus acceſſerit , occidetur .* Ubi *Siphri .* והזר הקרב יומת לעבודה אתה אומר לעבודה או לעבודה ושלא לעבודה אמרת ומה בעל מום שלא ענש בו מיתה לא ענש בו מיתה אלא לעבודה זר שעושה בו מיתה דין הוא שיענוש בה לעבודה ושלא לעבודה הא מה ת״ל והזר הקרב יומת לעבודה והזר הקרב יומת אפילו עובר בטהרה אי אפילו עובר בטומאה אמרת אם הנכנס בטומאה שלא לעבודה חייב קל וחומר לעבודה ומה ת״ל והזר הקרב יומת אפילו עובר בטהרה יומת ר׳ ישמעאל אומר נאמר כאן יומת ונאמר להלן יומת מה יומת האמור להלן סקילה אף יומת האמור כאן סקילה רבי יוחנן בן נורי אמר נאמר כאן יומת ונאמר להלן יומת מה יומת האמור להלן בחנק אף יומת האמור כאן בחנק והזר הקרב יומת ענש שמענו אזהרה לא שמענו תלמוד לומר וזר לא יקרב אליכם . *Si quis externus acceſſerit , occidetur . Num.* I. ſc. propter miniſterium ; tu dicis propter miniſterium ; aut ſi miniſtraverit , aut ſi non miniſtraverit . Dixiſti ? Si vitio affectus , in quo non eſt pœna mortis , non punitur niſi propter miniſterium ; extraneus , in quo eſt pœna mortis , erit equum ut puniatur , ſive adminiſtraverit , ſive non miniſtraverit . Cur igitur dictum eſt ? *ſi quis externus acceſſerit , occidetur ?* Propter miniſterium . *Si quis externus acceſſerit , occidetur* ; vel ſi in puritate miniſtraverit . Dixiſti ? Si quis immundus ingrediatur , quamvis non miniſtraverit , reus eſt , multo magis ſi miniſtraverit . Cur igitur dictum eſt ; *ſi quis externus acceſſerit , occidetur ?* Vel ſi mundus miniſtraverit , occidetur . Rabi Iſmael dicit ; dictum eſt hic : *occidetur* . Et dictum eſt illic ſc. *Exod.* XXI. 15. *occidetur* ; ſicut *occidetur* eo loco dictum lapidatione , ſic etiam *occidetur* hoc loco dictum , lapidatione . R. Jochanan ben Nuri dicit ; dictum eſt hic *occidetur* ; & dictum eſt illic , ſc. *Exod.* XXI. 15. *occidetur* ; ſicut *occidetur* eo loco dictum ſtrangulatione , ſic etiam *occidetur* hoc loco dictum ſtrangulatione . *Si quis externus acceſſerit occidetur* , pœnam audivimus ; præmonitionem vero non audivimus ; idcirco dictum eſt . *Alienigena non accedet ad vos . Babyl. Joma* 24.
אמר רב ארבע עבודות זר חייב עליהן מיתה זריקה והקטרה וניסוך המים וניסוך היין ולוי אמר אף תרומת הדשן מאי טעמא דרב דכתיב ואתה ובניך אתך תשמרו את כהונתכם לכל דבר המזבח ולמבית לפרוכת ועבדתם עבודת מתנה אתן את כהונכם והזר הקרב יומת עבודת מתנה ולא עבודת סילוק ועבודתם עבודה תמה לא עבודה שיש אחריה עבודה ולוי רבי רחמנא לכל דבר המזבח ורב ההוא לאיתוי שבע הזאות שבפנים ושמצורע ולוי נפקא ליה מדבר וכל דבר ורב דבר וכל דבר לא דריש ואימא לכל דבר המזבח כלל עבודת מתנה פרט כלל ופרט אין בכלל אלא מה שבפרט עבודת מתנה אין עבודת סילוק לא אמר קרא ולמבית לפרוכת ועבדתם אל מבית לפרוכת הוא דעבודה מתנה ולא סילוק הא בחוץ אפילו עבודת סילוק אי הכי ועבדתם נמי אל מבית לפרכת הוא דעבודה תמה ולא עבודה שיש אחריה עבודה הא בחוץ אפילו עבודה שיש אחריה עבודה ועבדתם הדר ערביה קרא בעי רבא עבודת סילוק בהיכל מהו לפנים מרמינן ליה או לחוץ מדמינן ליה הדר פשטא מבית ולמבית אלא מעתה זר שסידר את השלחן ליחייב איכא סידור בזיכין סידור בזיכין ליחייב איכא סילוק והקטרה זר שסידר את המנורה ליחייב איכא נתינת פתילה תן פתילה ליחייב איכא נתינה שמן נתן שמן ליחייב איכא הדלקה הדליק ליחייב הדלקה לאו עבודה היא והתניא ולא נתנו בני אהרן

הכהן

הכהן אש על המזבח וערכו עצים על האש לימר על רצתת אליתה שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת הצתת אליתה עבודה הדלקה לאו עבודה היא אלא מעתה זר שסידור את המערכה ליחייב איכא סידור שני גזירי עצים סידור שני גזירין ליחייב איכא סידור איברים והא אמר רבי אסי אמר רבי יונתן זר שסידר שני גזירי עצים חייב הא פליגי מר סבר עבודה תמה היא תניא כותיה דרב תניא כותיה דלוי תניא כותיה דרב עבודות שזר חייב עליהן מיתה זריקת דם בין לפנים בין לפני לפנים והמצה בחטאת העוף והממצה והמקטיר בעולת העוף והמנסך שלשה לוגין מים ושלשה לוגין יין תניא כותיה דלוי עבודות שזר חייב עליהן מיתה המרים את הדשן ושבע הזאת שבפנים ושבמצורע המעלה על המזבח בין דבר כשר בין דבר פסול.

Dicit Rab; pro quatuor ministeriis extraneus reus est mortis, pro adspersione, & adolitione, & libatione aquarum & vini. At Levi dicit; pro ablatione quoque cineris. Quænam est ratio Rab? Ex eo quod scriptum est *Num.* XVIII. 7. *Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrum ad omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, & quæ sunt intra velum, & ministrabitis ministerium domi sacerdotii vestri, si quis externus accesserit occidetur*; *ministerium domi;* non vero ministerium ablationis; *& ministrabitis ministerium* perfectum; non vero ministerium quod alterum ministerium consequatur. At Levi dicit, quod textus includat; *ad omnia, quæ ad cultum altaris pertinent*. At Rab includit septem adspersiones interiores, & adspersiones leprosi. At Levi ex מדבר deducit וכל דבר & omnia. At Rab דבר וכל דבר non exponit. Dicam; *ad omnia quæ ad cultum altaris pertinent*; generale *ministerium doni*; particulare; non est in generali, nisi quod continetur in particulari; *ministerium doni*; maxime; ministerium ablationis, minime. Dicit textus; *& quæ intra velum sunt; & ministrabitis*; *& quæ intra velum sunt*; hoc est ministerium perfectum non vero ministerium quod alterum ministerium consequatur; sed extra *velum* vel ministerium ablationis; si ita est; *& ministrabitis quæ sunt intra velum*, erit quoque ministerium perfectum non ministerium, quod alterum ministerium consequatur; *& ministrabitis;* iterum textus conjungit. Quærit Raba; ministerium ablationis in templo quid? Comparaturne ministerio interiori? an exteriori? Respondetur juxta sensum literalem; dici poterat מבית; *intra* at dictum est; ולמבית *& intra*. Extraneus si ordinaverit mensam teneturne? Erat post hæc ordinatio acerrarum si acerras ordinaverit, teneturne? Erat deinde ablatio, & adolitio; si extraneus ordinaverit candelabrum, teneturne? Erat deinde impositio ellychnii; si imposuerit ellychnium teneturne? Erat deinde impositio olei si oleum posuerit teneturne? Erat deinde accensio; si accenderit, teneturne? Accensio non erat ministerium. Non? Nonne dictum est *Levit.* I. 7. *Et subjicient filii Abaron socerdotis ignem in altari & componentent ligna super igne*. Ad docendum, quod non essent accedenda segmenta ligni nisi a sacerdote legitimo, & in vestibus ministerii. Accensio segmentorum ligni erat ministerium; at accensio (sc. candelabri) non erat ministerium. Si extraneus ordinaverit struem, teneturne? Erat deinde ordinatio duorum ligni segmentorum; si duo segmenta ordinaverit teneturne? Erat post hæc ordinatio membrorum. Ecce dicit R. Ase; dicit R. Jochanan, Si extraneus duo ligni segmenta ordinaverit, tenetur. In quo consistit controversia? Hic doctor putat ministerium perfectum; at ille doctor non putat ministerium perfectum. Traditio juxta sententiam Rab; traditio juxta sententiam Levi. Traditio juxta sententiam Rab; ministeria, pro quibus extraneus tenetur morte, sunt adspersio sanguinis sive in templo, sive in adyto & expressio in sacrificio pro peccato volucris, & expressio & adolitio in holocausto volucris, & libatio trium logorum aquarum, & trium logorum vini. Traditio juxta mentem Levi: ministeria pro quibus extraneus morte tenetur, sunt ablatio cineris, & septem adspersiones interiores & leprosi, & oblatio super altare rei sive legitimæ, sive illegitimæ. *Hieros. Joma* 39. 2. זר שתרם רבי יוחנן אמר חייב רבי שמעון בן לקיש אמר פטור מה טעמה דרבי שמעון בן לקיש עבודת מתנה יצא זה שהוא בהרמה מה טעמה דרבי יוחנן לכל דבר המזבח ר' יוסי בי רבי בון בשם רב ארבע עבודות שהכהן מתחייב עליהן מבחוץ זר מתחייב עליהן מבפנים ואי זו זו הקטרה והריקה וניסוך המים והיין ואתיא כרבי שמעון בן לקיש לוי אמר אפילו לתרומת הדשן ואתיא כרבי יוחנן חתה גחלים דפלוגתא דרבי יוחנן ודרבי שמעון בן לקיש הוציא שאר הדשן תפלוגתא דרבי יוחנן ודרבי שמעון בן לקיש אתיא כמאן דאמר אחרים פחותים מהן כרם כמאן דאמר אחרים לרבות בעלי מומין היא זר היא בעל מום הכל מודין בזר שסידר מערכה של עצים שהוא חייב אמר רבי זעורה ובלבד שני גזירי עצים שהכתוב מזהיר עליהן לעבודת כהונה ונתנו בני אהרן הכהן אש על

המזבח וערכו עצים חני אמר רבי יהודה מניין להצתת האליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת תלמוד לומר ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח אמר רבי שמעון וכי עלת על לב שהזר קרב על גבי המזבח אם כן למה נאמר ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח לימד על הצתת האש שלא תהא אלא בראשו של מזבח התיכון והא כתיב והאש על המזבח תוקד בו לא תכבה מיכן להצתת האש שלא תהא אלא בראשו של מזבח דברי רבי יהודה מחלפה שיטתנה דרבי יהודה תמן היא צריכה כהן כשר יבא הוא אינה צריכה כהן כשר אמר רבי תנחום בר יודן מה את שמע מינה נאמר בראש המזבח Si extraneus decineraverit (altare) R. Jochanan dicit, reus est. Rabi Simeon ben Lachisch, liber est. Quænam est ratio Simeonis ben Lachisch? Eo quod dictum est; *ministerium doni*; excluditur hoc, quod fiebat ablatione. Quænam est ratio R. Jochanan? Quia dictum est; *Ad omnia, quæ ad cultum altaris pertinent*. R. Jose discipulus Rabi Bon nomine Rab; In quatuor ministeriis, quibus sacerdos foris tenetur, extraneus intus reus est. Quænam illa sunt? Adolitio, & adspersio, & libatio aquarum, & vini; & sententia est juxta opinionem R. Simeonis ben Lachisch. Levi dicit; vel ablatio cineris includitur, & sententia est juxta opinionem R. Jochanan; Accipit prunas: dissensio R. Jochanan, & R. Simeonis ben Lachisch; educebat reliquum cinerem; dissensio R. Jochanan, & R. Simeonis ben Lachisch. Res ita se habet juxta sententiam illius, qui dicit; אחרים *alias*, sc. vestes, illis deteriores; Jam juxta sententiam illius, qui dicit; אחרים ad includendum vitiatos; tam extraneum quam vitiatum; Omnes consentiunt, quod si extraneus ordinaverit ligna, sit reus; Dicit R. Zangora, duntaxat duo ligni segmenta; de illis enim præmonet textus spectasse ad ministerium sacerdotii. *Et subjicient filii Aharon sacerdotis ignem super altare, & component ligna*. Dicit R. Jehuda, unde probatur non fuisse incendenda tenuia segmenta nisi a sacerdote legitimo, & in vestibus ministerii? Ex eo quod dictum est. *Et imponent filii Aharon sacerdotis ignem super altare*. Dicit R. Simeon; putasne, extraneo licuisse accedere ad altare? Si ita est; cur dictum est; *& imponent filii Aharon sacerdotis ignem super altare?* ad docendum, quod ignis non accenderetur, nisi in vertice altaris. Oppositio; Nonne scriptum est; *Et ignis super altare ardebit in eo, non extinguetur?* Hinc probatur, quod ignis non accenderetur nisi in vertice altaris. Verba R. Jehuda. Diversa est sententia; R. Jehuda hic requiritur sacerdos legitimus; & illic non requiritur sacerdos legitimus. Dicit R. Tanchum bar Jodan; Quid inde intelligis? Dictum est; *in vertice altaris*. Quis sit hic extraneus, de quo supra dictum est, nos docet *Maimonides* in constitutionibus *de ingressu Sanctuarii* הזר שעבד במקדש עבודתו פסולה וחייב מיתה בידי שמים שנאמר והזר הקרב יומת מפי השמועה למדו שאין חייב זה אלא לקרב לעבודה והיכן הזהיר עליו שנאמר וזר לא יקרב אליכם אי זהו זר כל שאינו מזרע אהרן הזכרים שנאמר וערכו בני אהרן והקריבו בני אהרן בני אהרן ולא בנות אהרן אף על פי שהזרים מוזהרין שלא יתעסקו בעבודה מעבודות הקורבנות אין חייבין מיתה אלא על עבודה תמה לא על עבודה שיש אחריה עבודה ואין הזר חייב מיתה אלא על ארבע עבודות בלבד על הזריקה ועל הקטרה ועל ניסוך המים בחג ועל ניסוך היין תמיד וגו' כיצד עד הקטרה הקטיר איברים או קומץ או לבונה על המזבח אפילו הפך באיברים שלא נתאכלו וקרב שריפתן חייב מיתה והוא שקטיר כזית וכן אם הקטיר קטרת על מזבח הזהב משהקטיר כזית חייב אבל המקטיר קטרת ביום הכיפורים בקדש הקדשים אינו חייב מיתה עליה עד שיקטיר מלא חפניו המפורש בתורה והמסדר שני גזירי עצים על המערכה הרי הוא כמקטיר איברים וחייב מיתה שהעצים קרבן הוא אבל היוצק והבולל והפותח וממלוח והמניף והמגיש והמסדר את לחם הפנים או את הבזיכין על השלחן והמטיב את הנרות והצית אש במזבח והקומץ והמקבל דמים אף על פי שנפסלו והרי הוא מוזהר על כל אלו ולוקה אינו חייב מיתה מפני שכל אחרת מהן עבודה שאחריה עבודה ואינו גמר עבודה וגו' וכן הדלקת הנרות כשרה בזרים לפיכך אם הטיב הכהן את הנרות והוציאן לחוץ מותר לזר להדליקן. Si extraneus ministraverit in sanctuario, ejus ministerium est illegitimum, reus est mortis cœlitus infligendæ; Dictum est enim *Num.* I. 51. *Quisquis externorum accesserit, occidetur*. Ex traditione accepimus, quod non teneatur, nisi quando accesserit ad ministerium; & ubi præmonetur? ex eo quod dictum est ibid. XVIII. 4. *Et alienigena non accedet ad vos*. Quis erat extraneus? Qui non sit de stirpe mascula Aharonis; Dictum est enim *Levit.* I. 8. & III. 5. *Et ordinabunt filii Aharon. Et adolebunt filii Aharon; Filii Aharon*, non filiæ Aharon. Quamvis extranei moneantur, ne occupentur in ministerio ex ministeriis sacrificiorum, tamen non tenentur morte, nisi pro ministerio perfecto, non vero pro ministerio, quod alterum mi-

miniſterium conſequatur. Neque tenetur morte extraneus niſi pro quatuor miniſteriis duntaxat; ſc. pro adſperſione ſanguinis, & pro adolitione, & pro libatione aquarum in ſolennitate tabernaculorum, & pro libatione vini ſacrificii jugis &c. Quomodo pro adolitione? Si adoleat membra, aut pugillum, aut thus ſuper altare, vel ſi convertat membra, quæ nondum conſumta ſunt, & acceleret eorum combuſtionem, tenetur morte, ſi adoleat, quantum eſt oliva, pariterque ſi adoleat ſuffitum ſuper altare aureum, poſtquam adoluit, quantum eſt oliva, reus eſt: Verum ſi adoleat ſuffitum in die expiationum in ſancto ſanctorum, non tenetur morte, niſi adoleat plenitudinem pugilli explicatum in lege. Si componat duo ſegmenta ligni ſuper ſtrue, comparatur illi, qui adoleat membra, & tenetur morte, quia ligna ſunt ſacrificium. Verum ſi fundat, miſceat, concidat, ſaliat, ſi ventilet, ſi *altari* admoveat, & diſponat panem facierum, aut acerras ſuper menſam, & concinnet lucernas, & accendat ignem ſuper altare, & pugillo capiat, & excipiat ſanguinem, quamvis hæc omnia profanentur, tamen quia de his omnibus erat præmonitus, verberabatur; non vero morte multabatur; quia hæc omnia erant miniſterium, quod alterum miniſterium conſequebatur, neque erant perfectum miniſterium &c. Similiter accenſio lucernarum licita erat per extraneos; ſi enim ſacerdos componat lucernas, & efferat, licet extraneo eas accendere.

II. Judæi poſt latam legem licuiſſe extraneo aliquandiu in excelſis ſacrificare teſtantur. *Toſaphtha Korbanoth* XIII. עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות מה הן מקריבין בהמה חייה ועוף גדולים וקטנים זכרים ונקבות תמימים ובעלי מומים טהורין אבל לא טמאים! הכל קרב עולה וטעונה הפשט וניתוח הגוים בזמן הזה מותרים לעשות כן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן היו הבמות אסורות ואין כשרה אלא בכהנים הקדשי קדשים נאכלין לפנים מן הקלעים קדשים קלים בכל מחנות ישראל הנותן על גבי מזבח בשעת פירוקה או בשעת שגלה הרוח את היריעה לא עשה כלום בשעת מסעי׳ קדשים נפסלים וטמאים פורשים כל אחד ואחד חוץ למחיצתו באו לגלגל הותרו הבמות קדשי קדשים נאכלין לפנים מן הקלעים קדשים קלים בכל מקום רבי יהודה ורבי שמעון אומר בכל הרואה איזה הוא הרואה הרואה ואינו מפסיק באו לשילה נאסרו הבמות קדשי קדשים נאכלין לפנים מן הקלעים וקדשים קלים בכל הרואה איזה הוא הרואה הרואה ואינו מפסיק באו לנוב ונבעון הותרו הבמות קדשי קדשים נאכלין לפנים מן הקלעים וקדשים קלים בכל מקום מן הקלעים רבי יודה ורבי שמעון אומר בכל הרואה איזה הוא הרואה הרואה ואינו מפסיק ימי אהל מועד שבמדבר ארבעים חסר אחת ושבגלגל ארבעה עשרה שנה ושבשילה שלש מאות ושבעים חסר אחת ושבנוב ובגבעון חמשים ושבע בבית עולמים ארבע מאות ועשר לבנינו הראשון ארבע מאות ועשרים לבנינו האחרון ארבע כללות הורה רבי שמעון בקדשים כל שהקדישו בשעת איסר המעלה אותו בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשה וחייב בהכרת כל שהקדישו בשעה היתר ושחיטתו אסור המקלה אותו בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשהופטור בהכרת כל שהקדישו בשעת אסור ושחיטתו בשעת היתר חייב בעשה ופטור בלא תעשה ופטור בהכרת שהקדישו בשעת היתר ושחיטתו בשעת היתר פטור בעשה ופטור בלא תעשה ופטור בהכרת וקדשים שהקדישו בבמה גדולה יקרבו בבמה קטנה איזה הוא שהקדישו בשעת איסור ושחיטתו בשעת אסור קדשים שהקדישן במשכן יקרבו במשכן בשילה בבית עולמים יקרבו בבית עולמים לפיכך המעלה אותן בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשה וחייב בהכרת אי זהו שהקדישו בשעת היתר ושחיטתו בשעת איסור קדשים שהקדישו יקרבו במשכן בגלגל ובאו לשילה יקרבו בשילה בנוב ובגבעון ובאו לבית עד שלא הוקם המשכן והוקם המשכן העולמים יקרבו בבית עולמים לפיכך המעלה אותו בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשה ופטור בהכרת איזו היא שהקדישו בשעת אסור ושחיטתו בשעת היתר קדשים שהוקדשו במשכן באו לגלגל יקרבו בגלגל בשלה ובאו לנוב ונבעון יקרבו בנוב ונבעון לפיכך המעלה אותן בחוץ חייב בעשה ופטור בלא תעשה ופטור בהכרת איזה היא שהקדישו בשעת היתר ושחיטתו בשעת היתר קדשים שהקדישן בגלגל יקרבו בגלגל בנוב ובגבעון יקרבו בנוב ובגבעון לפיכך המעלה אותו בחוץ פטור בעשה ופטור בלא תעשה ופטור בהכרת הכל כשרין לקרב בבמה אף הכל ועבדים משוחררין כל שנידר ונידב קרב בבמת יחיד כל שאין נידר ונידב אין קרב בבמת יחיד דברי ר׳ מאיר וחכמי׳ אומרים אין קרב בבמת יחיד אלא עולה ושלמים בלבד בבמת יחיד אין נסכים דברי ר׳ מאיר וחכמים אומרים טעונה נסכים רבי יהודה אומר כל שהצבור ויחיד מקריבין באהל מועד שבמדבר מקריבין באהל מועד שבגלגל אין בין אהל מועד שבמדבר לאהל מועד שבגלגל אלא במדבר אין בו התר הבמה ושבגלגל יש בו התר הבמה במתו שבראש גגו אין יחיד מקריב עליה אלא עולה ושלמים בלבד וחכמים אומרים כל שהצבור מקריבין באהל מועד שבמדבר מקריבין באהל מועד שבגלגל כאן וכאן אין היחיד מקריב עליה אלא עולה ושלמים בלבד רבי יהודה אומר אף הציבור לא היו מקריבין באהל מועד שבמדבר אלא במי

שקבוע לו מן התורה בלבד וכן היה רבי שמעון אומר השוחט את הפסח על היחיד והעלהו בחוץ בשעת אסור הבמה אסור בשעת התר הבמה מותר שנאמר לא תוכל לזבוח את הפסח יכול אף בשאר ימות השנה תלמוד לומר באחד שעריך בשעה שישראל מתכנסין במקום אחד הוי אומר בשעת הרגל אלו דברים שבין במה גדולה לבמה קטנה קרן וכבש ויסוד בבמה גדולה אין קרן וכבש ויסוד בבמה קטנה כיור וכנו בבמה גדולה אין כיור וכנו בבמה קטנה חזה ושוק לכהנים בבמה גדולה חזה ושוק לבעלים בבמה קטנה עור עולה לכהנים בבמה גדולה עור עולה לבעלים בבמה קטנה חוץ למקומו בבמה גדולה אין חוץ למקומו בבמה קטנה אלו דברים ששורת במה גדולה לבמה קטנה שחיטה בבמה גדולה שחיטה בבמה קטנה הפשט ונתוח בבמה גדולה הפשט ונתוח בבמה קטנה דם מתיר מכשיר ומפגל בבמה גדולה דם מכשיר בבמה קטנה מום פוסל בבמה גדולה מום פוסל בבמה קטנה חוץ לזמנו בבמה גדולה חוץ לזמנו בבמה קטנה אי זו היא במה גדולה בשעת היתר במה אהל מועד נטוי כדרכו אין הארון נתון שם אי זו היא במה קטנה בשעת התר הבמה עושה אדם במה על פתח חצרו ועל פתח גינותו מקריב עליה הוא ובנו בתו ועבדו ושפחתו אי זו היא מנוחה זו שילה ונלחה זו ירושלם שנאמר כי לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל הנחלה ונומר העוף צבוע נחלתי לי ונומר ואומר היתה לי נחלתי כאריה ביער דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר, נחלה זו שילה מנוחה זו ירושלם שנאמר כי בחר יהוה בציון ונומר זאת מנוחתי עדי עד פה אשב כי איויתיה .

Antequam erectum est tabernaculum, excelsa erant permissa; Quid offerebant in excelso? feram, & volucrem magnas, & parvas, mares, & fœminas, perfectas, & vitio affectas, puras, at non impuras; si quis offerret holocaustum, tenebatur ad excoriationem, & dissectionem; Gentilibus hoc tempore ita facere permissum est; Antequam erectum esset tabernaculum, excelsa erant permissa, & ministerium per primogenitos peragebatur; postquam erectum est tabernaculum, interdicta fuerunt excelsa, neque ministerium erat legitimum nisi per sacerdotes; Sanctissima edebantur intra aulæa; Sancta levia in cunctis castris Israelis; Qui super altare imposuit, quo tempore erat in incompositum, aut quo tempore ventus velum aperuisset, nihil fecerat; quo tempore proficiscebantur, sanctitates profanabantur, & immundi ex claustris suis separabantur. Postquam venerunt in Gilgal, permissa fuerunt excelsa, sanctissima edebantur intra aulæa, & sanctitates leves in omni loco. R. Jehuda, & R. Simeon dicit; undequaque qua prospici posset; Quid designat הרואה. Quod sine intermissione videbatur. Venerunt in Silo, interdicta fuerunt excelsa, sanctissima edebantur intra vela, & sanctitates leves in omni loco, qua prospici posset; Quid designat הרואה? Quod sine intermissione videbatur. Venerunt in Nob, & Gabaon, permissa fuerunt excelsa, sanctissima edebantur intra vela, & sanctitates leves in omni loco aulæorum; R. Jehuda, & R. Simeon dicit; undequaque qua prospici posset; Quid designat הרואה? quod sine intermissione videbatur. Tempus tentorii conventus in deserto fuit quadraginta annorum, deficiente uno, & in Gilgal quatuordecim annorum, & in Silo tercentum septuaginta annorum deficiente uno, & in Nob & Gabaon septem & quinquaginta, in domo seculorum quatuor centum & decem in primo ædificio, quatuor centum & viginti in postrema ædificatione. Quatuor regulas docuit R. Simeon; In sanctitatibus id omne, quod sanctificatum est tempore interdicti, si quis foris offerat, tenetur præcepto affirmativo, tenetur præcepto negativo, & tenetur excidio; id omne, quod sanctificatum est tempore permissionis, & mactatum sit tempore interdicti, siquis foris offerat, tenetur præcepto affirmativo, & tenetur præcepto negativo, & liber est ab excidio; id omne quod sanctificatum est tempore interdicti, & mactatum sit tempore permissionis, tenetur præcepto affirmativo, & liber est a præcepto negativo, & ab excidio; id omne quod sanctificatum est tempore permissionis, & mactatum sit tempore permissionis, liber est a præcepto affirmativo, & a negativo, & ab excidio. Sanctitates, quæ sanctificatæ sunt, in excelso magno, possunt offerri in excelso parvo. Quid est, quod sanctificatum est tempore interdicti, & mactatum sit tempore interdicti? sanctitates, quæ sanctificatæ sint in tabernaculo, offerendæ sunt in Tabernaculo in Silo, & in domo seculorum, offerendæ sunt in domo seculorum; ideoque siquis foris offerat, tenetur præcepto affirmativo, & negativo, & excidio. Quid est, quod sanctificatum est tempore permissionis, & mactatum sit tempore interdicti? Sanctitates, quæ sanctificatæ sunt, offerendæ erant in tabernaculo in Gilgal; postquam venerunt in Silo, offerendæ erant in Silo; in Nob & Gabaon; postquam venerunt in domum seculorum, offerendæ erant in domo seculorum.

rum. Antequam erectum esset tabernaculum, & postea erectum est tabernaculum, offerendæ erant in tabernaculo, venerunt in domum seculorum, offerendæ erant in domo seculorum; ideoque siquis foris offerat, tenetur præcepto affirmativo, & negativo, & liber est ab excidio. Quid est quod sanctificatum est tempore interdicti, & mactatum est tempore permissionis? Sanctitates, quæ sanctificatæ sunt in tabernaculo, venerunt in Gilgal, offerendæ erant in Gilgal, in Silo, & venerunt in Nob, & Gabaon, offerendæ erant in Nob & Gabaon; ideoque siquis foris offerat, tenetur præcepto affirmativo, & liber est a præcepto negativo, & ab excidio. Quid est quod sanctificatum est tempore permissionis, & mactatum sit tempore permissionis? Sanctitates, quæ sanctificatæ sunt in Gilgal, offerendæ erant in Gilgal, in Nob & Gabaon, offerendæ erant in Nob, & Gabaon; ideoque siquis foris offerat liber est a præcepto affirmativo, & negativo, & ab excidio. Omnes legitimi erant ad offerendum in excelso, vel servi libertate donati. Omne votivum & voluntarium, offerebatur super excelso privato; Quod non erat votivum & voluntarium, non offerebatur in excelso privato; verba R. Meir; at sapientes dicunt; non offertur in excelso privato nisi holocaustum, & sacrificia pacifica duntaxat. In excelso privato non erant libamina verba R. Meir. At sapientes dicunt: in excelso privato offerenda erant libamina. R. Jehuda dicit; Quicquid cœtus, & privatus offerebat in tabernaculo conventus in deserto, offerebatur in tabernaculo conventus, quod erat in Gilgal. Nullum erat discrimen inter tabernaculum conventus, quod erat in deserto, & tabernaculum conventus, quod erat in Gilgal; nisi quod in deserto non erat permissio excelsi; at in Gilgal erat permissio excelsi; In excelso, quod sit in summitate sui tecti, privatus non potest offerre nisi holocaustum, & sacrificia pacifica duntaxat. At sapientes dicunt; quidquid cœtus offerebat in tabernaculo conventus in deserto, offerebatur in tabernaculo conventus in Gilgal, tam hic quam illic privatus non offerebat super illo nisi holocaustum, & sacrificia pacifica duntaxat. R. Jehuda dicit; Cœtus quoque non offerebat in tabernaculo conventus in deserto, nisi quod duntaxat ab Lege illi statutum sit. Similiter dicit R. Simeon; Si quis Pascha mactet pro privato, & foris offerat, tempore interdicti excelsi, prohibitum est, tempore permissionis excelsi, permissum est; Dictum est enim *Deuter.* XVI. 5. *Non poteris immolare Phase*. Crederem vel reliquis anni diebus? Idcirco dictum est ibid. *In qualibet urbium tuarum*. Quo tempore Israelitæ ingrediuntur in locum unum; dicendum tibi est; tempore festivitatis. Hæc sunt discrimina inter excelsum magnum, & parvum; cornu, & collis, & fundamentum est in excelso magno; at cornu, & collis, & fundamentum non est in excelso magno; Labrum & ejus basis in excelso parvo; at non est labrum & ejus basis in excelso parvo; Pectus & femur datur sacerdotibus in excelso magno, pectus & femur cedit dominis in excelso parvo. Pellis holocausti cedit sacerdotibus in excelso magno; pellis holocausti cedit dominis in excelso parvo. *Quod non esset offerendum sacrificium* extra locum suum, observabatur in excelso parvo; quod non obtinebat in excelso magno. Hæc sunt, quæ æqualia erant excelso magno & parvo; mactatio peragenda erat tam in magno quam in parvo decorticatio & dissectio tam in magno quam in parvo; sanguis permittens, qui permittebat, & abhominandum faciebat in magno sanguis, qui permittebat, in parvo; vitium profanabat tam in magno quam in parvo. Quodnam est excelsum magnum? quo tempore permissum erat excelsum, tentorium conventus erat extensum juxta consuetudinem; at arca in eo non erat reposita. Quodnam est excelsum parvum? Quo tempore permissum erat excelsum, quis exstruebat excelsum super porta atrii sui, aut super porta horti sui, super illo offerebat ipse, & ejus filius, & ejus filia, & servus, & ancilla. Quænam est requies? Silo; & hæreditas? Hierusalem. Dictum est enim *Deut.* XII. 9. *Neque enim usque in præsens tempus venistis ad requiem*. Pariterque dictum est *Jerem.* XII. 9. *Nunquid avis discolor hæreditas mea mihi?* Similiter dictum est ibid. vers. 8. *Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylva*. Verba R. Jehuda; R. Simeon dicit; *hæreditas*, est Silo; requies; est Hierusalem; sicuti dictum est *Psal.* CXXXI. 13. *Quoniam elegit Dominus Sion &c. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Hieros. Megillah* 72. 3. מן מה דתינן אין בין במה גדולה לבמה קטנה אלא פסחים תיני מתניתא אין בין במה גדולה לבמה קטנה אלא פסחים בלבד ודלא כרבי יודה דרבי יודה אמר חטאת פסח ליחיד בבמה גדולה אין חטאת פסח ליחיד בבמה קטנה תני אמר

אמר רבי יהודה כל מה שהציבור מקריב
באהל מועד שבמדבר הוא מקריב באהל
מועד שבגלגל מה בין אהל מועד שבמדבר
לאהל מועד שבגלגל אהל מועד שבמדבר
לא היה לו היתר במה אהל מועד שבגלגל
היה לו היתר במה ובמתו בראש גגו ואין
מקריב עליה אלא עולה ושלמים בלבד
וחכמים אומרים כל מה שהצבור והיחיד
מקריבין באהל מועד שבמדבר מקריבין
באהל מועד שבגלגל מאי טעמא דרבי
יודה לא תעשו בגלגל ככל אשר אנחנו
עושים פה היום ומה תעשו שם דבר שהיה
בא לידי ישירות ואי זו זו עולה ושלמים
מאי טעמא דרבנן במקום איש הישר בעיניו
יעשה לא תעשון ככל אשר אנחנו עושים
פה היום ומה תעשו שם דבר שהוא בא
לידי ישרות ואי זו זו עולה ושלמים רבי
יהודה אומר היחיד הוזהר והיתיד הותר
הוזהר ובמתו בראש גגו והותר לעולה
ושלמים רבנן אמרי אף הציבור והיחיד
הוזהרו ציבור הותר מכללו יחיד לן באיסרו
תני בשם רבי שמעון הציבור אינו מביא
אלא מה שקבע עליו הכתוב כבר רבי שמעון
משנקבע מעשר שתי עוד לא ספק מה
ביניהון רבי בא בר ממל אמר פר העלם
דבר ביניהן רבי יוסי אומר נדברת הציבור
ביניהון תני אחד האיש אחד האשה אמר
רבי יוחנן לית כאן אשה איש כתוב בפרשה
תני אף הניזירות אמר רבי יוחנן לית כאן
נזירות נזירות חובה היא תני אף הנסכים
אמר רבי יוסי בי רבי בון מאן תנא נסכים
דלא כרבי דתני רבי אומר אני אף
משנכנסו ישראל לארץ אין נסכים קריבין
אלא מבפנים מאי טעמא בקודש הסך נסך
שכר ליי׳ אין כתיב בלא תעשה אלא
מבפנים מניין מבחוץ נישמעינה מן הדא
מניין לשוחט לפסח וליחיד ולבמת יחיד
ולבמת ציבור בשעת איסור במה שהוא
עובר בלא תעשה תלמוד לומר לא תוכל
לזבוח את הפסח באחת ענוש כרת ואת
אמר הכין רבי שמעון בן לקיש אמר בשוחט
משש שעות ולמעלן שלא לשמו בשעת
היתר במה ולמה הוא אומר בשעת איסור
במה בשעת איסור במתו ולמה לי שלא
לשמו שלא תאמר שלמים הן והן כשרים
ועוד מן הדא יכול אם שחטו משש שעות
ולמעלן יהא כשר מה אית לך משש שעות
ולמטן יהא פסול לא שלא לשמו אמר רבי
יוסי הדא אמרה שלמים הבאין מחמת
פסח כשירים בבמה עולה הבאה מחמת
אשם על דעתיה דרבי לעזר מהו שתהא
כשירה בבמה נישמעינה מן הדא זה הכלל
כל שהוא נידר ונידב קרב בבמה אמר רבי
יוסי בן חנינה אין הבמה ניתרה אלא
בנביא מאי טעמא אשמר לך פן תעלה
עולותיך בכל מקום אשר תראה כי אם
במקום ונומר ואליהו מקריב בשעת איסור
הבמות אמר רבי שמלאי דבירא אמר ליה
ובדברך עשיתי ובדיבורך עשיתי אין בין
שילה לירושלם כו׳ רבי יוחנן בר מריה
שמע לה מן הדא אז יבנה יהושע מזבח
ליי׳ אלהי ישראל בהר עיבל אין לי אלא

הר עיבל שלו מניין ויקח שמואל טלה
חלב אחד ויעלהו עולה כליל ליי׳ אמר רבי
אבא בר כהונה שלש עבירות הותרו בשיו
של שמואל הוא ועורו ומחוסר זמן ולוי
היה אמר רבי יוסי אין מן הדא לית שמע
מינה כלום דאמר רבי אבא בר כהונה
שבע עבירות הותרו בפרו של גדעון אבנים
פסולות ועצים אשירה ומוקצה ונעבד ולילה
וזר ואיסר במה מאן דבעי ישמעינה טבאות
מן ההיא דרבי שמואל בר נקמן ותשובתו
הרמתה כי שם ביתו ושם שפט את ישראל
ויבן שם מזבח ליי׳ כתיב וירם הטבח את
השוק והעליה וישם לפני שאול ונומר רבי
שמואל בר נקמן אמר שקא ושופה רבי
יותנן אמר שקא ואליה רבי לעזר אמר
חזה ושוק דאמר רבי לעזר חזה ושוק
לכהנים בבמה גדולה ולבעלים בבמה קטנה
רבי זעורה בשם רבי לעזר עור העולה
לכהנים בבמה גדולה ולבעלים בבמה
קטנה רבי זעורא בשם רבי ירמיה תרומה
תודה לכהנים בבמה גדולה ולבעלים בבמה
קטנה רבי יוחנן בעי הלילה מהו שיהא
כשר בבמה התיב רבי לעזר והכתיב ויאמר
שאול פוצו בעם ואמרתם להם הגישו אילי
איש שורו ונומר וכתיב ויגידו לשאול לאמר
הנה העם חוטאים ליי׳ לאכול על הדם
ונומר הא כיצד הלילה לחולין והיום
למוקדשין כד שמע רבי יוחנן אמר יפה
לימדנו רבי לעזר רבי פנחס בשם רבי יוסי
בי רבי אילעאי כתוב אחד אומר ויטוש
משכן שילה וכתוב אחד אומר ותביאהו
בית יי׳ שילה הא כיצד בית של אבנים
מלמטן ויריעות מלמעלן והיא היתה מנוחה
אמר רבי זעורה ובלבד עשרה טפחים
בבניין הבית והא תני בשם שהיה אהל
מועד נטוי כך אהל שבשילה נטוי אמר
רבי יוסי בי רבי בון קרסיו קרשיו בריחיו
ועמודיו וארניו והיו הקרסים נראין מתוכו
ככוכבים ברקיע רבי חייה רבה אמר לרבי
שמעון כרבי אני שמעתי מאביך שכל חופות
שהיו לא היו אלא בתוך חלקו של בנימין
מאי טעמא ובין כתפיו שכן והא כתיב
וימאס באהל יוסף ובשבט אפרים לא בחר
ויבחר שבט יהודה וכי ביהודה בחר אלא
בחירה ובחירה מה בחירה שנאמר להלן
בנימין בכלל אף בחירה שנאמר כאן בנימין
בכלל רבי יונה רבי אבהו בשם רבי יוסי בן
חנינה ורצון שוכני סנה קרשים המרצין
נאכלין בחלקו של יוסף אמר רבי אבודמא
דציפורין בראש תור היה נכנס מתוך חלקו
של יוסף לתוך חלקו של בנימין והיה
המזבח נתון עליו מאי טעמא ונסב הגבול
מזרחה תאות שילה עד איסכופיה דשילה
רבי יונה רבי אבהו בשם רבי יוסי בן חנינה
ורצון שוכני סנה ששרת ישכינה בסנאיו של
יוסף רבי לעזר בשם רבי הושעיה ממה
שנאכלו קרשים קלים ומעשר שני בכל
ליצרך השונה להזהיר על אכילתן אלא על
עלייתן מאי טעמא השמר לך פן תעלה
עולותיך פן תעלה עלייתך רבי שמעון בר
מנשה בעא קומי רבי לעזר מהו הרואה
שילה או שילה ומשכן שילה אמר ליה

שילה ומשכן שילה כנון הדא בירת מעון
אלא שזה מפסיק וזה אינו מפסיק רבי יוסא
בשם רבי יוחנן זה סימן כל זמן שהארון
מבפנים הבמות אסורות נגר הבמות
מותרות רבי זעורא בעא קומי רבי יוסא
אפילו לשעת כנון ההיא דעלי רבי אבהו
בשם רבי יוחנן שם שם מה שם שנאמר
להלן הבמות אסורות אף שם שנאמר כאן
הבמות אסורות רבי שמעון בן לקיש בעא
קומי רבי יוחנן מעתה אין ארון אין פסח
אמר רבי יוסי בי רבי בון אזכרה אזכרה
מה אזכרה שנאמר להלן הבמות אסורות
אף אזכרה שנאמר כאן הבמות אסורות
וכן היה רבי יודה ורבי שמעון אומר מעשר
שני בנוב ובגבעון ניחא כרבי יודה דרבי
יודה אמר חטאת פסח ליחיד בבמה גרולה
אין חטאת פסח ליחיד בבמה קטנה כרבי
שמעון דרבי שמעון אמר אף הציבור אינו
מביא אלא מה שקבע עליו הכתוב סבר
רבי שמעון משנקבע מעשר שני עוד לא
פסק מניין שהכהנים יוצאין ידי חובתן
בחלה ובתרומה וישראל במעשר שני בפסח
תלמוד לומר תאכלו מצות ריבה יכול יצאו
ידי חובתן בביכורים תלמוד לומר בכל
מושבותיכם תאכלו מצות מצה הנאכלת
בכל מושב יצאו ביכורים שאינן נאכלו בכל
מושב התיבון הרי מעשר שני הרי הוא
נאכל בכל מושב ראוי הוא להיפדות
ולהיאכל בכל מושב רבי בון בר חייה בעי
מעתה לחקות בכסף מעשר שני טמא כרבי
יהודה הואיל ואינו ראוי להיפדות ולהאכל
בכל מושב אין יוצאין בו רבי שמעון בן
לקיש בעי מעתה חלת עיסת מעשר שני
בירושלם הואיל ואינה ראויה להיפדות ולא
יאכל בכל מושב אין יוצאין בה יכול יצאו
ידי חובתן בחלות תודה וברקיקי נזיר תל
שבעת ימים מצות תאכלו מצה הנאכלת
כל שבעה יצאו חלות תודה ורקיקי נזיר
שאינן נאכלין כל שבעה רבי יונה בשם
רבי שמעון בן לקיש ממה שנאכלו
חלות תודה ורקיקי נזיר בכל ערי ישראל
לא צרך השונה להוציאן ממושב רבי יוסא
בשם רבי שמעון בן לקיש זאת ואומרת
שנאכלו חלות תודה ורקיקי נזיר בכל ערי
ישראל לא צרך השינה להוציאן ממושב
ניחה חלות תודה ורקיקי נזיר כי כן אמר
רבי יוחנן לית כאן נזירות נזירות חובה
היא אמר רבי בון בר כהונה תיפתר
שקרבה קטאתו בשילה עולתו ושלמיו בנוב
ובגבעון רבי חנינה רבי זעורה בעון קומי
ר' מנא לא כן אמר ר' בשם ר' יוסא שלמי
חנינה הבאים בבמה כשירים אלא שלא
עלו לבעלים לשם חובה אלא כרבי יודה
דר' יודה אמר חטאת פסח ליחיד בבמה
גדולה אין חטאת פסח ליחיד בבמה קטנה
לא אתיא אלא כרבי שמעון דר' שמעון
אמר מכיון שנזרק עליו אחד מן הדמים
הותר הנזר ביין וליטמא למתים אית תני
תני מנוחה זו שילה נחלה זו ירושלם אית
תניי תני מנוחה זו ירושלם נחלה זו שילה
מאן דאמר מנוחה זו שילה כי לא באתם
עד עתה אל המנוחה נחלה זו ירושלם
העיט צבוע נחלתי לי מאי דכתיב נחלה
זו שילה היתה לי נחלתי כאריה ביער
מנוחה זו ירושלם זאת מנוחתי עדי עד וגו'
לאחר שעשה לו חבילה והיה נינח בה כך
באהל מועד ואסרו הבמות בגלגל הותרו
הבמות בשילה נאסרו הבמות בנוב ובגבעון
הותרו הבמות בירושלם נאסרו הבמות
למלך שאמר לעבדו אל תשתה יין לא
מטבריא ולא מקיסרין ולא מציפורין הא
ביניהם מותר כך באהל מועד עשו
ארבעים חסר אחת בגלגל עשו ארבע
עשרה שבע שכיבשו ושבע שחילקו בשילה
עשו שלש מאות וששים ותשע בנוב ובגבעון
עשו חמשים ושבע שלש עשרה בנוב
וארבעים וארבעה בגבעון ובירושלם עשו
בבניין הראשון ארבע מאות ועשר ובבניין
האחרון ארבע מאות ועשרים לקיים מה
שנאמר גדול יה.ה כבוד הבית הזה האחרון
מן הראשון.

Ex eo quod legimus; Nullum est discrimen inter excelsum magnum & parvum, nisi sacrificia Paschalia duntaxat. Sic se habet Mischna; nullum est discrimen inter excelsum magnum & parvum, nisi sacrificia Paschalia duntaxat; Quæ sententia non est juxta mentem R. Jehuda; dicit enim R. Jehuda; sacrificium pro peccato, & Pascha pro privato in excelso magno; at non offertur sacrificium pro peccato, & Pascha pro privato in excelso parvo. Traditio; docet R. Jehuda; quicquid cœtus offerebat in tentorio conventus in deserto, offerebat pariter in tentorio conventus in Gilgal. Quod discrimen intercedebat inter tentorium conventus in deserto, & tentorium conventus in Gilgal? In tentorio conventus in deserto non erat permissio excelsi; At in tentorio conventus in Gilgal erat permissio excelsi; Et in excelso, quod sit in ejus tecto non offerebatur nisi holocaustum, & sacrificia pacifica duntaxat. At sapientes dicunt; Quicquid cœtus, & privatus offerebat in tentorio conventus in deserto, offerri poterat in tentorio conventus in Gilgal. Quænam est ratio R. Jehuda? dictum est *Deut.* XII. 18. *Non facietis* in Gilgal, *quæ nos hic facimus hodie*. Quid fecerunt? Quod adducebat ad id, quod rectum erat & quid hoc est? holocaustum, & sacrificia pacifica. Quænam est ratio sapientum? Dictum est ibid. *Singuli, quod sibi rectum videtur facientes. Non facietis, quæ nos hic facimus hodie.* Et quid ibi fecerunt? Quod adducebat ad id quod rectum erat. Et quid hoc est? holocaustum, & sacrificia pacifica. R. Jehuda dicit; privatus præmonetur, & privato permittitur: præmonetur; *& in excelso, quod est in ejus tecto*; & permittitur propter holo-

holo-

holocaustum, & sacrificia pacifica. Sapientes dicunt; cœtus quoque & privatus præmonetur. Cœtui permittitur ab suo generali; & privato unde? manet in suo interdicto. Traditio nomine R. Simeonis; cœtus non afferebat, nisi quod illi ab lege statuebatur. Putat Rabi Simeon; postquam constituta est decima secunda, nunquam amplius cessasse. Quænam est differentia inter illos? R. Ba bar Mimal dicit; in juvenco, qui offertur propter rei ignorantiam, inter se dissentiunt. Traditio; *tam vir quam fœmina*; Dicit R. Jochanan, hic non est fœmina. *Vir* scriptum est in Parascha; Traditio; vel Naziræatus. Dicit R. Jochanan; non sunt hic Naziræatus; Naziræatus enim sunt ex debito. Traditio: vel libamina; Dicit R. Jose discipulus R. Bon; Qui docet libamina, non sentit juxta mentem Rabi. Traditio; Rabi dicit; ego quoque dico, quod vel post ingressum Israelitarum in terram, non offerebantur libamina, nisi intus. Quænam est ratio? Dictum est *Num.* XXVIII. 7. *In loco sancto libato libamen generosi vini Domino*. Non scriptum est præceptum negativum, nisi propter locum interiorem; pro exteriori unde probatur? Ex hoc intelligitur. Unde probatur, quod mactans Pascha, & pro privato, & in excelso privato, & in excelso publico tempore interdicti excelsi violet præceptum negativum? ex eo quod dictum est; *Non poteris comedere Phase in qualibet &c.* Est pœna excidii; & tu ita dicis? R. Simeon ben Lachisch dicit de illo, qui mactaverit ab sexta hora & supra, sine ejus nomine, tempore permissionis excelsi. Et cur ille dicit tempore prohibitionis excelsi? sc. tempore prohibitionis sui excelsi, & cur dicitur sine suo nomine? Ne dicas; Sunt sacrificia pacifica, & sunt legitima. Præterea hinc crederem, quod si mactaret ab sexta hora & infra, esset legitimum? Cur putas ab sexta hora & infra fuisse illegitimum? quod non esset mactatum sine suo nomine. Dicit R. Jose; hoc dicit; quod sacrificia pacifica, quæ adducerentur propter Pascha, essent legitima in excelso. Holocaustum, quod afferebatur propter sacrificium pro delicto, ex mente R. Elieseris, quid? eratne legitimum in excelso? Hinc intelligitur; Regula generalis: Quidquid erat votivum & spontaneum, offerebatur in excelso. Et quidquid non erat votivum & spontaneum, non offerebatur in excelso. Dicit R. Jose ben Chanina; non permittebatur excelsum nisi a propheta. Qua de causa? Quia dictum est *Deut.* XII. 13. *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco &c.* At Elias obtulit tempore prohibitionis excelsorum. Dicit R. Salmai de Bira. Dictum est I. *Reg.* XVIII. *Et in verbis tuis feci, & juxta verba tua feci*. Nullum est discrimen inter Silo & Hierusalem &c. R. Jochanan bar Maria hinc intelligit; dictum est *Jos.* VIII. 30. *Tunc ædificavit Josue altare Domino Deo Israel in monte Hebal*. Non probo nisi de monte Ebal; de Silo unde probatur? Ex eo quod dictum est I. *Sam.* VII. 9. *Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino*. Dicit R. Aba bar Channa. Tres transgressiones permissæ fuerunt in agno Samuelis; sc. ipse, & ejus pellis, & temporis egens, & Levita erat. Dicit R. Jose; nihil hinc intelligitur; Dicit enim R. Aba bar Channa; septem transgressiones permissæ fuerunt in juvenco Gideonis, sc. lapides profanati, & ligna luci, & destinatum, & Idololatriæ oblatum, & nox, & extraneus, & prohibitio excelsi. Hinc optime intelligendum est illud R. Samuel bar Nachman. Dictum est I. *Sam.* VII. 17. *Revertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus ejus, & ibi judicabat Israelem, ædificavit etiam ibi altare Domino*. Similiter scriptum est ibid. IX. 24. *Levavit autem coquus armum, & posuit ante Saul*. R. Samuel bar Nachman dicit; armum & adipem. R. Jochanan dicit; armum & caudam. R. Elieser dicit; pectus & armum; dicit enim R. Elieser; pectus & armus cedebat sacerdotibus in excelso magno, & in parvo dominis. R. Zangora nomine R. Elieseris; pellis holocausti cedebat sacerdotibus in excelso magno, & in parvo dominis. R. Zangora nomine R. Jeremiæ; ablatio sacrificii eucharistici cedebat sacerdotibus in excelso magno, & in parvo dominis. R. Jochanan quæsivit; Nox quid? eratne legitima in excelso? Respondit R. Elieser; Atqui scriptum est I. *Sam.* XIV. 34. *Et dixit Saul; dispergimini in vulgus, & dicite eis; ut adducat ad me unusquisque bovem suum &c.* Pariterque ibid. scriptum est vers. 33. *Nuntiaverunt autem Saul; dicentes, quod populus peccasset Domino, comedens cum sanguine*. Quomodo? Nox pro profanis, & dies pro sanctificatis. Quando audivit R. Jochanan, dixit; recte nos docuit R. Elieser. R. Pinchas nomine R. Jose discipuli R. Elai; alter textus di-

cit.

cit. *Et extensum est tabernaculum Silo*. Et alter dicit 1. *Sam.* I. 24. *Et adduxit eum ad domum Domini in Silo*. Quomodo? Domus lapidea erat inferius, & superius erant aulæa. Et hæc erat requies. Dicit R. Zangora; dummodo essent quindecim palmi in ædificio domus. Traditio; sicut tentorium conventus erat extensum, ita pariter tentorium in Silo erat extensum. Dicit R. Jose discipulus R. Bon. Dictum est *Ex.* XXXVI. *Et fibulas ejus, & tabulas ejus, & vectes ejus, & columnas ejus, & capitella ejus*. Et intra illud conspiciebantur fibulæ, quasi stellæ in firmamento. R. Chjia Raba dixit R. Simeoni juxta mentem Rabi ego audivi a patre tuo, quod omnes thalami qui ibi erant, non erant siti nisi in portione Benjamin. Qua de causa? quia scriptum est *Deut.* XXXIII. 12. *Et inter humeros illius requiescet*. Et ecce scriptum est *Psal.* LXXVII. 67. *Et repulit tabernaculum Joseph, & tribum Ephraim non elegit: Sed elegit tribum Juda*. Num Judam elegit? explicanda est בחירה ובחירה, sc. *electa, & electa*; sicut בחירה eo loco dicta Benjamin comprehendit; ita quoque בחירה hoc loco dicta Benjamin comprehendit. R. Jona, R. Abau nomine R. Jose ben Chanina; dictum est; *Deut.* XXXIII. 16. *Et voluntas habitatoris rubi*. Sanctitates, quæ sunt acceptabiles, comedebantur in portione Joseph. Dicit R. Abudama ex Tsippori; in vertice medio medium portionis Joseph ingrediebatur in medium portionis Benjamin, & in ea collocatum erat altare; qua de causa? quia scriptum est *Jos.* XVI. 6. *Et circuit terminus contra orientem in Thamathselo*: usque ad limen Silo. R. Jona, R. Abau nomine R. Jose ben Chanina; sensus est; *& voluntas habitatoris rubi*; quod habitavit Divinitas in rubis Joseph. R. Eliefer nomine R. Isaia; eo quod comedebantur sanctitates leves, & decima secunda in omni loco, qua prospici ponet: non erat necesse, ut iterum præmoneret de earum comestione, sed de earum oblatione. Qua de causa? quia scriptum est *Deut.* XII. 13. *Cave ne offeras holocausta tua*. Cave ne offeras oblationes tuas. R. Simeon bar Miscia quæsivit coram R. Eliefer; quid designat הרואה? Silo, aut Silo; & tentorium Silo? Respondit illi; Silo, & tentorium Silo. Sicut illud; *Ut domus est habitationis*. Illud interrumpit, & hoc non interrumpit: R. Isa nomine R. Jochanan; hoc est signum. Quo tempore arca intus reposita erat, excelsa erant interdicta; si educta fuisset, excelsa erant permissa. R. Zangora quæsivit coram R. Isa, vel una hora, sicut tempore Eli. R. Abau nomine R. Jochanan; dictum est שם שם sc. *ibi ibi*. Sicut *ibi* eo loco dictum, excelsa erant interdicta, ita pariter *ibi* hoc loco dictum; excelsa erant interdicta. R. Simeon ben Lachisch quæsivit coram R. Jochanan; Nunc si non est arca, non est Pascha. Dicit R. Jose discipulus R. Bon dictum est אזכרה אזכרה sc. *memoriale, memoriale*; sicut *memoriale* eo loco dictum, excelsa erant interdicta, ita pariter *memoriale* hoc loco dictum, excelsa erant interdicta. Et pariter R. Jehuda, & R. Simeon dicit; decima secunda observabatur in Nob & in Gabaon; Optime juxta mentem R. Jehuda; dicit enim R. Jehuda; sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso magno; At non erat sacrificium pro peccato, & Pascha pro privato in excelso parvo. Juxta mentem R. Simeonis; dicit enim R. Simeon; Vel cœtus non afferebat, nisi quod illi ab textu statutum esset; postquam constituta est decima secunda, non amplius cessavit. Unde probatur, quod sacerdotes satisfacerent officio suo placenta, & primitiis; & Israelitæ decima secunda in Pascha? Ex eo quod dictum est *Exod.* XII. 15. *comedetis azyma*. Includit. Crederem, quod officio suo satisfacerent primitivis? Idcirco dictum est; *In omnibus habitationibus vestris comedetis azyma*: azyma quæ comeduntur in omnibus habitationibus. Excluduntur primitiva; quæ non comeduntur in omnibus habitationibus. Responderunt; Ecce decima secunda; ecce illa comeditur in omnibus habitationibus. Illa est idonea ut redimatur, & comedatur in omnibus habitationibus. R. Bon bar Chjia quæsivit; nunc si ematur argento decima secunda immunda juxta mentem R. Jehuda quandoquidem non est idonea, ut redimatur, & comedatur in omnibus habitationibus, cum ea non satisfacient officio suo. R. Simeon ben Lachisch quæsivit; nunc placenta crassa decimæ secundæ in Hierosolyma, quandoquidem non est idonea, ut redimatur, & comedatur in omnibus habitationibus, non satisfaciunt officio suo. Crederem quod satisfacerent officio suo placentis sacrificii eucharistici, & laganis Naziræi? Idcirco dictum est *Exod.* XII. 15. *Septem diebus azyma comedetis*. Excluduntur hæc, quæ non comeduntur integro septiduo. Rabi Jona nomine Rabi Simeonis ben Lachisch, ex eo quod

quod comeduntur placentæ sacrificii eucharistici, & lagana Naziræi in omnibus civitatibus Israelis, non oportet, ut iterum educantur ex habitatione. Recte, placentæ sacrificii eucharistici; at non ita se habent lagana Naziræi; Dicit enim R. Jochanan; non sunt hic Naziræatus; Naziræatus est ex debito; Dicit R. Bon bar Channa; exponitur; quod si quis offerat sacrificium suum pro peccato in Silo, possit offerre suum holocaustum, & sua sacrificia pacifica in Nob & in Gabaon. R. Chanina, & R. Zangora quæsierunt coram R. Mena; non ita dicit Rabi nomine R. Jose; sacrificia pacifica solennitatis, quæ offeruntur in excelso, sunt legitima; at non inserviunt dominis nomine debiti. At juxta mentem R. Jehuda; dicit enim R. Jehuda; sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso magno; at non est sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso parvo. Non ita se res habet; sed juxta mentem R. Simeonis; dicit enim R. Simeon; postquam adspersus est super illo unus ex sanguinibus, licet Naziræo bibere vinum, & se polluere mortuis. Est qui docet; *requies* est Silo; *hæreditas* est Hierusalem. Est qui docet; *Requies* est Hierusalem, *hæreditas* est Silo; Qui dicit; *requies* est Silo; probat ex eo, quod dictum est, *Deut.* XII. 9. *Neque enim usque in præsens tempus venistis ad requiem*. *Hæreditas* est Hierusalem; dictum est *Jerem.* XII. 9. *Nunquid avis discolor hæreditas mea mihi?* Qui dicit; *hæreditas* est Silo; probat ex eo quod dictum est ibid. vers. 8. *Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylva*. *Requies* est Hierusalem; dictum est enim *Psal.* CXXXII. 13. *Hæc requies mea in seculum seculi &c.* Simile est illi, qui sibi faciat fasciculum, & in illo requiescat. Ita pariter in tabernaculo conventus interdicta fuerunt excelsa; in Gilgal permissa fuerunt excelsa; in Silo interdicta fuerunt excelsa; in Nob & Gabaon permissa fuerunt excelsa; in Hierusalem interdicta fuerunt excelsa. Simile est regi qui dicit servo suo; Ne bibas vinum non in Tiberiade, neque in Cæsaræa, neque in Tsippori, at inter ea permissum est. Ita in tabernaculo conventus fecerunt quadraginta annos minus uno, in Gilgal quatuordecim; septem quibus subegerunt, & septem, quibus diviserunt. In Silo tercentum, novem & septuaginta. In Nob & Gabaon septem & quinquaginta; tredecim in Nob, quatuor & quadraginta in Gabaon; & in Hierusalem in primo ædificio 410. & in ultimo ædificio 420. ad confirmandum, quod dictum est *Hag.* II. 10. *Magna erit gloria domus istius novissimæ, plusquam primæ*. Cœcutiunt in tanta luce Judæi in explicando hoc textu; Novissimæ enim domus gloria fuit major, quam primæ, præsentia & miraculis Messiæ.

CAPUT III.

De Vestitu Aharonis, & filiorum ejus. II. De vestimentis albis.



* EXod. XXXVIII. 2. jubet Deus appararari veſtes ſanctas Aharoni ſummo ſacerdoti ועשית בגדי קרש לאהרן אחיך לכבוד ולתפארת ואתה תדבר אל כל חכמי לב אשר מלאתיו רוח חכמה ועשו את בגדי אהרן לקרשו לכהנו לי ואלה הבגדים אשר יעשו חשן ואפוד ומעיל וכתנת תשבץ מצנפת ואבנט ועשו בגדי קרש לאהרן אחיך ולבניו לכהנו לי והם יקחו את הזהב ואת התכלת ואת הארגמן ואת תולעת השני ואת השש. *Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis ſapientibus corde, quos replevi ſpiritu prudentiæ, ut faciant veſtes Aaron, in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Hæc autem erant veſtimenta, quæ facient; Rationale & ſuperhumerale, tunicam, & lineam ſtrictam, cidarim, & balteum. Faciant veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron, & filiis ejus, ut ſacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum & byſſum. Targum* ותעביד לבושי קודשא לאהרן אחיך ליקר ולתושבחא ואת תמליל כל חכימי לבא ואשלמית עמהון רוח חוכמתא ויעבדון ית לבושי אהרן לקדשותיה לשמשא קדמאי ואילן לבושיא דיעבדון חושנא ואיפודא ומעילא וכתונא מרמצא מצנפת והמיינין ויעבדון לבושי קודשא לאהרן אחיך ולבנוי לשמשא קדמי ואנון יסבון ית דהבא וית תכלא וית ארגונא וית צבע זהורי וית בוצא. *Et facies veſtes ſanctitatis Aharon fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris omnibus ſapientibus corde, quos implevi ſpiritu ſapientiæ, ut faciant veſtimenta Aharon, ad ſanctificandum illum, quibus miniſtret coram me. Hæc erunt veſtimenta, quæ facient; pectorale, & humerale, & pallium, & tunicam teſſellatam, cidarim, & balteum. Et facient veſtimenta ſanctitatis Aharon fratri tuo & filiis ejus, ut miniſtrent coram me. Et accipient aurum, & hyacinthum, & purpuram, & colorem coccineum, & byſſum.* Ubi *Raſchi* אפוד לא שמעתי ולא מצאתי בברייתא פירוש תבניתו ולפי אומר מה שהוא חגורה לו מאחריו רחב כרחב גב איש כמין סינר שקורין פורצ׳ינס השרות כשרוו כבות על הסוסים כך מעשהו מלמטה שנאמר ודוד חגור אפוד בד למרנו שאפוד חגורה היא ואי אפשר לומר אין בו אלא החגורה לבדה שהרי נאמר ויתן עליו את האפוד ואחר כך ויחגור אותו בחשן האפוד ואם תאמר בהמיין אפודה למרנו שהחשב הוא החגור והאפוד שם תכשיט לבדו ואי אפשר לומר שעל שם שתי הכתפות שבו הוא קרוי אפוד שהרי נאמר שתי כתפות האפוד למרנו שהאפוד שם לבד והכתפות שם לבד והחשב שם לבד לכך אני אומר שעל שם הסינר שלמטה קרוי אפוד על שם שאופדו ומקצעו בו כמו שנאמר ויאפוד לו בו והחשב הוא חגור סלמעלה הימנו והכתפות קבועים בו ועוד אומר לי לבי שיש ראיה שהוא מן לבוש שתרגם יונתן ודוד חגור אפוד בד כרדוט רבוץ ותרגם כמו כן מעילים כרדוטין במעשה תמר אחות אבשלום כי כן תלמוד לומר בשנת בנות המלך הבתולות מעילים מעיל הוא כמין חלוק וכן הכתונות אלא שהכתונות סמוך לבשרו ומעיל קרוי חלוק העליון תשבץ עשוי משבצות לנוי והמשבצות הם כמין גומות העשויות בתכשיטי זהב למושב קביעת אבנים טובות ומרגליות כמו שנאמר באבני האפוד מוסבות משבצות זהב ובלע״ז קורין אותו קסטונס מצנפת כמין כיפת קובע שקורין קופיא שהרי במקום אחר קורא להם מגבעות ומתרגמינן כובעים ואבנט היא חגורה על הכתנות והאפוד חגורה על המעיל כמו שמצינו בסדר לבישתן ויתן עליו את הכתנת ויחגור אותו באבנט וילבש אותו את המעיל ויתן עליו את האפוד בגדי קדש מתרומה המוקדשת לשמי יעשו אותם והם יקחו אותם חכמי לב שיעשו הבגדים יקבלו מן המתנדבים את הזהב ואת התכלת לעשות את הבגדים. Non audivi neque inveni in Barajtha explicationem illius formæ; ſed puto, quod ipſi (*ſacerdoti*) accinctum fuerit a tergore ad latitudinem tergoris viri, inſtar ſuccinctorii, quod vocatur *Schurtzinas*; uti principes fœminæ ſe ſolent cingere, quando equitant; talis eſt forma inferioris partis, uti dictum eſt 2. *Sam.* VI. 14. *Porro David erat accinctus Ephod lineo*. Hinc docemur Ephod fuiſſe ſuccinctorium. Non poteſt tamen dici, quod ſolum fuerit ſuccinctorium; dictum eſt enim *Levit.* VIII. 7. *Et impoſuit ei Ephod*, & poſtea; *cinxit eum*, quod interpretatur *Onkelos cingulo Ephodi*. Hinc docemur חשב eſſe cingulum. Ephod autem eſſe nomen ornamenti. Non autem poteſt dici, quod propter duo humeralia ſua dicatur Ephod, quia dicitur; *duo humeralia Ephod*. Unde diſcimus Ephod eſſe nomen ſpeciale; & humeralia eſſe nomen ſpeciale, & cingulum eſſe nomen ſpeciale. Idcirco dico, quod propter ſuccinctorium, quæ eſt pars inferior, dicatur *amiculum*, quoniam eo amicitur, & ornatur, uti dicitur *Levit.* VIII. 7. *Et amiciet ſe eo*. Sed חשב eſt *cingulum chaldaice* הימנו *cingulum ejus*. Humeralia autem ei ſunt annexa. Iterum mihi dicit animus, quod ſit ſpecies ve-

* In illuſtrandis *veſtibus ſacris* pleraque deſcribemus ex præſtantiſſimo commentario de *veſtitu ſacerdotum Hebræorum* Cl. *Johannis Braunii*, quem propter voluminis craſſitudinem inviti præteriimus.

veſtimenti; & illud 2. *Sam.* VI. 14. *Porro David erat accinctus Ephod lineo*; *Jonathan* interpretatur; Pallio byſſino; & ſic interpretatur, pallia in hiſtoria Thamaris ſororis Abſalonis 2. *Sam.* XIII. 17. Quia ſic veſtiuntur filiæ regis virgines palliis. מעיל eſt inſtar camiſiæ, quemadmodum & ipſa tunica, niſi quod tunica eſt proxima carni, & pallium vocatur camiſia ſuperior. תשבץ fiebant fundæ ad ornatum; & fundæ erant ſimiles foveis, efformatæ in ornamentis aureis, ubi ſtatuebantur lapides pretioſi, & margaritæ, ſicut dictum eſt in lapidibus Ephod *Ex.* XXVIII. II. *Incluſos auro* atque circumdatos; & barbare dicitur מצנפת. קאסטונש inſtar pilei qui dicitur *Cuffia*; & alibi vocantur מגבעות, & Chaldæus interpretatur קובעין. Et אבנט eſt cingulum tunicæ, & Ephod cingulum pallii; uti deprehenditur in ordine, quo induuntur, uti dictum eſt *Levit.* VIII. 7. *Veſtivit ſubucula linea, accingens eum balteo, & veſtivit illum pallio, & deſuper humerale impoſuit. Veſtes ſanctas*; ex ablatione ſanctitatis cœlorum illas fecerunt. *Accipientque.* Illi viri ſapientes corde, qui fecerunt veſtes, acceperunt ex offerentibus aurum, & hyacinthum, ex quibus facerunt veſtes, *Aben Ezra ibid.* ועשית בגדי קדש נקראו כך בעור שישרתו בהם במקום הקדש או על דרך ולא יקדשו את העם בבגדיהם ובגדי אהרן כלה הנזכרים לכבוד ולתפארת שיתפארו בהם כי אין אחד מישראל שילבש כאלה ואלה הזכיר בתחלה החשן שהיה למעלה מהאפוד שהוא למעלה מהמעיל ואחר כך הכתנת והאבנט החוגר אותו והמצנפת על ראשו וכן היה כאשר רחץ אהרן במים ולבש מכנסי בד ואין צורך להזכירם עתה ולא בשעת מעשה כי מנהג כל אדם ללבוש מכנסים והנה משה הלבישו הכתנת ואחר כך שם המצנפת על ראשו ושם על המצנפת ציץ נזר הקדש ולא הזכיר בפסוק הזה שהוא סופר בגדי כהונה את ציץ נזר הקדש כי אינו בגד וקדמונינו הזכירו בעבור הרבים שמנה בגדי כהונה האורים והתמים בגדים ולא אבנים ולא קלפים ואחר כך חוגר אותו באבנט ואחר כך הלבישו המעיל ואחר כך האפוד ויאפוד לו בו כי החשב מהאפוד ובעור החשב נקרא אפוד והנה על הסדר שהוא בפסוק הזה ואל תשתומם שתמצא כתוב באחרונה במעשה וישם את המצנפת על ראשו כי פירושו וכבר שם המצנפת עם ציץ הזהב בלבשו הכתונת וכמוהו וילבישוהו בגדים וכבר הלבישוהו בתחלה וישימו הצניף הטהור על ראשו. *Et facies veſtes ſanctas*; ita appellantur quod illis miniſtrarent in loco ſancto; aut hac de cauſa quod dictum ſit *Ezech.* XLIV. 19. *Et non ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis*; & Aaronis veſtes omnes memorantur; in gloriam & decorem ut illis decorentur, quod nemo ex Iſraelitis his ſimiles indueret. Memorat primum pectorale, quod Ephodo imponeretur, Ephod pallio imponebatur; & poſthæc tunicam, & balteum, quo præcingebatur, & mitram ſuper ejus caput. Atque ita cum lavabat Aaron aquis induebat femoralia linea; quæ nunc non erant commemoranda, neque eo tempore, quo perficiebantur; quia quivis ſolet induere femoralia. Et ecce Moſe induit illum tunica, & poſthæc impoſuit ejus capiti mitram, & mitræ coronam ſanctitatis. At non commemorat in hoc textu; ubi numerantur veſtes ſacerdotii coronam ſanctitatis, quia non erat veſtis. Et veteres multi memorarunt octo veſtes ſacerdotii, at non erant Urim & Thummim veſtimenta, neque lapides, neque pyxides. Et poſthæc præcinxit illum balteo, & deinde induit pallio, & poſthæc Ephod dictum eſt *Levit.* VIII. *Et cum eo præcinxit illum*: quia amiculum erat ex Ephod, & amiculi cauſa vocabatur Ephod. Et ecce juxta ordinem qui eſt in hoc textu, ne mireris ſi deprehendatur poſtremo in textu ſcriptum in opere; *& impoſuit tiaram capiti ejus*; quia exponunt; nonne jam impoſuit cum corona aurea in induendis tunicis? ſimile huic deprehenditur. *Et induerunt veſtes*; nonne jam a principio induerant?

Pergit textus deſcribitque Ephod. ועשו את אפד זהב תכלת וארגמן תולעת שני ושש משזר מעשה חשב שתי כתפות חברת יהיה אל שני קצותיו וחבר וחשב אפדתו אשר עליו כמעשהו ממנו יהיה זהב תכלת וארגמן ותולעת שני ושש משזר ולקחת את שתי אבני שהם ופתחת עליהם שמות בני ישראל ששה משמותם על האבן האחת ואת שמות הששה הנותרים על האבן השנית כתולדותם מעשה חרש אבן פתוחי חתם תפתח את שתי האבנים על שמות בני ישראל מסבת משבצות זהב תעשה אתם ושמת את שתי האבנים על כתפת האפוד אבני זכרון לבני ישראל ונשא אהרן את שמותם לפני יהוה שתי כתפיו לזכרן ועשית משבצות זהב ושתי שרשרת זהב טהור מגבלת תעשה אתם מעשה עבות ונתתה את שרשרת העבתת על המשבצות. *Facient autem ſuperhumerale de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. Duas oras junctas habebit in utroque latere ſummitatum, at in unum redeant. Ipſa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpura coccoque bis tincto, & byſſo retorta. Sumeſque duos lapides onychinos, & ſcul-*

& sculpes in eis nomina filiorum Israel; sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum; opere sculptoris, & cælaturæ gemmarii sculpes eos nominibus filiorum Israel inclusos auro, atque circumdatos. Et pones in utroque latere superhumeralis memoriale filiis Israel. Portabitque Aharon nomina eorum coram Domino super utrumque humerum ob recordationem. Facies & uncinos ex auro; & duas catenulas ex auro purissimo sibi invicem cohærentes, quas inseres uncinis. Targum. ויעבדון ית איפודא דהבא תכלא וארגונא צבע זהורי ובוץ שזיר עובד אומן תרתין כתפין מלפפן יהון ליה על תרתין סטרוהי ויתלפף והמיין תקוניה די עלוהי כעובדיה מיניה דהבא תכלא וארגונא וצבע זהורי ובוץ שזיר ותסב ית תרתין אבני בורלא ותגלוף עליהן שמהת בני ישראל שיתא משמהתהון על אבנא חדא וית שמהת שתא דאישתארו על אבנא תנייתא כתלדתהון עובד אומן אבן טבא כתב מפרש כגלף דעזקא ינלוף ית תרתין אבניא על שמהת בני ישראל משקען מרחצן דדהב תעביד יתהון ותשוי ית תרתין אבניא על כתפי אפודא אבני דכרנא לבני ישראל ויטול אהרן ית שמהתהון קדם יי על תרין כתפוהי לדכרנא ותעביד מרמצן דדהב ותרתין תיכין דדהב דכי מתחמן תעביד יתהון עובד גדילו ותתן ית תיכיא גדילתא על מרמצתא. *Et facient Ephod de auro, & hyacintho, & purpura, & colore coccineo, & bysso retorta, opere artificis, Duo humeralia conjungentur illi ad duas oras & conjungentur. Et cingulum Ephodi, quod disponetur super illo, ejusdem operis erit, ex ipso progrediens, ex auro hyacintho, purpura, colore coccineo, & bysso retorta. Sumesque duos lapides berylli, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide uno, & sex reliqua nomina in lapide altero juxta eorum generationes. Opere sculptoris lapidis pretiosi, & sculptura sigilli sculpes duos lapides secundum nomina filiorum Israel; & in depressis fundis aureis facies (sc. includes) illos. Et pones duos lapides humeralibus Ephod; lapides memoriales filiis Israel. Et portabit Aaron nomina filiorum Israel coram Domino in duobus humeris ad recordationem. Et facies fundas aureas; & duas catenas ex auro puro definitas facies illis opere tortili, & pones catenas tortiles in fundis.* Ubi *Raschi* אם באתי לפרש מעשה האפוד והחשן על סדר המקראות הרי פירושן פרקים וישנה הקורא בצרופן לכך אני כותב מעשיהם כמות שהוא למען ירוץ קורא בו ואחר כך הפרש על סדר המקראות אפוד עשוי כמין סינר של נשים רוכבות סוסים וחוגר אותו מאחוריו כנגד לבו למטה מאציליו רחבו כמורת רחב גבו של אדם ויותר ומגיע עד עקביו והחשב מחובר בראשו על פני רחבו מעשה אורג ומאריך לכאן ולכאן כדי להקיף ולחגור בו והכתפות מחוברות בחשב אחד לימין ואחד לשמאל מאחורי הכהן לשני קצות רחבו של סינר וכשזוקפן עומדות לו על שתי כתפיו והן כמו שתי רצועות עשויות ממין האפוד ארוכות כדי שיעור לזקפן אצל צוארו מכאן ומכאן ונקפלות לפניו למטה מכתפיו מעט ואבני השהם קבועות בהם אחת על כתף ימין ואחת על כתף שמאל והמשבצות נתונות בראשיהם לפני כתפיו ושתי עבותות הזהב בשתי טבעות שבחשן בשני קצות רחבו העליון אחת לימין ואחת לשמאל ושני ראשי השרשרת תקועין במשבצות לימין וכן שני ראשי השרשרת השמאלית תקועין במשבצת שבכתף שמאל נמצא החשן תלוי במשבצת האפוד על לבו מלפניו ועוד שתי טבעות בשני קצות החשן בתחתית וכנגדם שתי טבעות בשתי כתפות האפוד מלמטה בראשו התחתון המוחבר בחשב טבעות החשן אל מול טבעות האפוד שוכבים זה על זה ומרכסן בפתיל תכלת תחוב בטבעות האפוד והחשן שיהא תחתית החשן דבוק לחשב האפוד ולא יהיה נד הולך וחוזר. Si venirem ad explicandum opus Ephod & pectoralis juxta ordinem textuum, ecce divisæ & abstractæ essent eorum explicationes, & lector erraret in illis conjungendis; ideoque ego describam eorum opus, quale illud erat; ut lector in eo excurrat; & posthæc explanabo ordinem textuum. Ephod erat factum ad formam succinctorii mulierum equitantium; & ab tergo præcingebatur contra cor infra axillas; ejus latitudo juxta mensuram latitudinis tergoris viri, & amplius, & perveniebat usque ad talos; & cingulum annectebatur in ejus summitate contra ejus latitudinem: opus textoris: & producebatur hinc inde, ut illum circumiret, & præcingeret; & humeralia annectebantur cingulo, alterum ad dexteram, & alterum ad sinistram ad tergum sacerdotis ad duas extremitates latitudinis succinctorii, quæ quando attollebantur, consistebant super duobus ejus humeris, erantque similia duabus corrigiis factis ex ipsa materia Ephod ita longæ, ut in attollendis mensura perveniret ad ejus collum hinc inde, & anterius duplicabantur infra ejus humeros: & lapides Schoam in illis collocati erant, alter in humero dextero, & alter in sinistro, & fundæ factæ erant in eorum summitatibus contra ejus humeros, & duo funiculi aurei erant in duobus annulis pectoralis in duabus extremitatibus latitudinis superioribus, alter ad dexteram, & alter ad sinistram, & duo

capi-

capita catenarum ſtatuuntur in funda dextera, pariterque duo capita catenæ ſiniſtræ ſtatuuntur in funda humeralis ſiniſtri : deprehenditur pectorale appenſum in fundis Ephod ſuper cor ſuum ad anteriorem partem; & præterea duo annuli erant in duabus extremitatibus pectoralis inferioribus, & contra illos duo annuli in duobus humeralibus Ephod inferius in ſummitate inferiori annexi cum vinculo annulorum pectoralis contra annulos Ephod, quorum alter ſuper altero collocabatur, & alligabatur funiculo hyacinthino infixo in annulos Ephod & pectoralis, eo quod pars inferior pectoralis annexa erat cingulo Ephod, ne dimovendo agitaretur, & separaretur : *Maimonides* de vaſis ſanctuarii VIII.

והאפוד רוחבו כרוחב גבו של אדם מכתף לכתף וארכו מכנגד אצילי הידים מאחוריו עד הרגלים ויש לו כמו שתי ידות יוצאות ממנו באריג לכאן ולכאן שחוגרים אותו בהם והם הנקראין חשב האפוד והכל ארוג זהב תכלת וארגמן ותולעת שני ושש על שמנה ועשרים חוטין כמעשה החשן ותופר עליו שתי כתיפות כדי שיהיו על כתיפות הכהן וקובע על כל כתף וכתף אבן שהם מרובע מושקע בבית של זהב ומפתח על שתי האבנים שמות השבטים ששה על אבן זו וששה על אבן זו כתולדותם וכתבם שם יוסף יהוסף ונמצאו כ״ה אות באבן זו וכ״ה אות באבן זו וכך היו כתובין

ראובן שמעון
לוי יהודה
יששכר זבולן
נפתלי דן
גד אשר
יהוסף בנימין

והאבן שכתוב בה ראובן על כתיפו הימנית והאבן שכתוב בה שמעון השמאלית ועושה בכל כתף שתי טבעות אחת מלמעלה בראש הכתף ואחת מלמטה לכתף למעלה מן החשב ונותן שתי עבותות זהב בשתי טבעות של מעלה והם הנקראים שרשרות ואחר כך מכניס קצות העבותות של חשן בטבעות של מעלה בכתיפות האפוד ומכניס שני פתילי התכלת שבשולי החשן בשתי הטבעות של מעלה מחשב האפוד ומורידין את השרשות שבטבעות כתיפות האפוד עד טבעות החשן העליונות כדי שידבקו זה בזה ולא יזח החושן מעל האפוד וכל המזיח חושן מעל האפוד ומפרק חיבורן דרך קלקול לוקה נמצא כשלובש האפוד עם החשן יהיה החשן על לבו בשוה והאפוד מאחריו וחשב האפוד קשור על לבו תחת החושן ושתי כתיפות האפוד על שתי כתפיו ושתי עבותות זהב יורדות מעל כתיפיו מכאן ומכאן מכתפות האפוד עד טבעות החשן ושני חוטי תכלת מרוכסין מתחת אצילי ידיו משתי טבעות החושן התחתונות עד שתי כתפות האפוד התחתונות שהם למעלה מן החשב

Ephodi latitudo juxta latitudinem dorſi hominis, ab humero ad humerum; & ejus longitudo ab ſpatio contra axillas ab ejus dorſo ad pedes pertinebat; erant illi quaſi duæ manus (i. e. faſciæ) ex eo egredientes hinc inde, quibus vinciebatur; quæ dicebantur vinculum Ephod; totumque contextum erat ex auro, hyacintho, & purpura, coccineo dibapho, & byſſo, quorum ſingula tribus & triginta filis conſtabant juxta opus pectoralis. Et ſuper illo conſuebantur duo humeralia, ut eſſent ſuper humeris ſacerdotis; & in utroque humerali ſtatuebatur lapis *Schoam* quadratus aureæ palæ impoſitus; & incidebantur ſuper duobus lapidibus nomina tribuum, ſex in altero, totidemque in altero lapide juxta earum generationes, & nomen Joſeph ſcribebatur Jehoſeph, ut viginti quinque literæ in altero, totidemque in altero lapide deprehenderentur; atque ita ſcribebantur

Simeon Ruben
Levi Juda
Iſſachar Zebulon
Nephtali Dan
Gad Aſſer
Jehoſeph. Binjamin

Et lapis, in quo ſcriptum erat *Ruben*, erat in humero dextero ſacerdotis, & lapis, in quo ſcriptum erat *Simeon*, erat in ſiniſtro & fiebant in unoquoque humerali duo annuli, alter in humeralis ſuperiori parte, & alter in inferiori ſupra cingulum amiculi. Et duobus ſuperioribus annectebantur duo vincula aurea, quæ *catenæ* appellantur. Poſthæc innectebantur extremitates vinculorum pectoralis annulis ſuperioribus, qui erant in humeralibus Ephod. Et innectebantur funiculi hyacinthini, qui erant in ora pectoralis, duobus annulis ſuperioribus amiculi Ephod. Et demittebantur catenæ quæ erant in annulis humeralium Ephod ad annulos pectoralis ſuperiores, ut una conjungerentur, ne pectorale ab Ephod dimoveretur; Si quis dimoveret pectorale ab Ephod, & eorum compoſitionem ſolveret, ut depravaretur, vapulabat. Deprehenditur, quando (*Pontifex*) induebat Ephod cum pectorali, quod pectorale ſitum eſſet ſuper ipſo corde, & Ephod ab tergo, & cingulum Ephod ſuper corde ſub pectorali colligatum, & duo humeralia Ephod ſuper duobus ejus humeris; & duo aurea vincula deſcendebant ex ejus humeris hinc inde ex humeralibus Ephod ad annulos pectoralis; & duo funiculi hyacinthini alligati erant infra axillas ab duobus

bus annulis inferioribus pectoralis ad humeralium annulos inferiores, qui erant ſupra cingulum. *Abarbanel* in Paraſcha *Tezave* ואמנם צורתו היתה כמו שאומר האפוד היה תלוי מאחרי הכהן ורחבו היה כרחב גב הכהן מכתף לכתף כדי שתיינה מכתופות מחוברות לו והוא היה תלוי למטה מהכתפים כנגד בית השחי והכתפות מחוברות לו ויכפלות לפני מכהן מעט וכנגד הלב היה יוצא מהאפוד כמו חגורה משני צדדיו והוא חוגר בה על מעיל האפוד כמו שיתבאר. Ita ſane forma ejus erat, prout jam dictum eſt; Pendebat itaque Ephod a tergo ſacerdotis; latitudo ejus erat ut latitudo dorſi ſacerdotis, ab humero ad humerum, & adhærebant ei humeralia. Pendebat autem ab humero uſque ad anum. Et humeralia ei adhærebant. Sed in anteriori parte parum erat duplicatum, & circa cor egrediebatur utrinque ex lateribus inſtar cinguli, quo cingebatur Ephod ſuper pallium, quemadmodum explicatum eſt. Recte *Abarbanel*; qui ſcribit Ephod, pertinuiſſe uſque ad nates; ſi enim ad talos uſque pertigiſſet, nec Pallii pulcherrimus color conſpici, nec tintinnabulorum ſonus audiri potuiſſet. Cum quo conſentit *Kimchius* qui 1. *Paral.* xv. 27. deſcribens Ephod Davidis, quod Aharonitico ſimile fuiſſe dicit, hæc ſcribit. אפוד של אהרון שהיה כמין שני לבדים אחד לפנים ואחד לאחר ומגיע עד מתניו והיה האזור ארוג ממנו וחגרו בו. Erat ut Ephod Aharonis quaſi duo panni, quorum alter anterior, & poſterior alter erat, uſque ad lumbos demiſſi, & cingulum, quo cingebatur, ex ipſo contextum erat. Quod confirmatur a *Joſepho*, qui ita deſcribit; γίνεσθαι γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον. ὑφανθὲς ἐπὶ βάθος πηχυαῖος. Fit autem hoc modo; Textum in profunditatem cubitalem. Et *Hieronymus* aſſerit fuiſſe palliolum. Palliolum (inquit) fuit miræ pulchritudinis, præſtringens fulgore oculos, in modum caracallarum ſed abſque cucullis. Conſtat Caracallas antiquitus fuiſſe breves, quamvis poſtea demiſſiores factæ ſint. Ephod ſimile fuiſſe creditur pallæ Gallicæ de qua *Martialis*

Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Poſtquam exploravimus integrum textum, reliquum eſt ut ſingulas ejus parter perſcrutemur; Ephod ſeptuaginta interpretantur ἐπωμίδα; *Joſephus*, & *Philo* retinent vocem Hebræam. *Chaldæus* אפודא, *Arabs* البدنة ſc. *amiculum* ab بدن *amicuit*. *Vulgatus ſuperhumerale*. Aquila ἐπίῤῥαμμα, i. e. *aſſumentum*, & ἐπένδυμα; i. e. veſtis, quæ aliis imponeretur. Deinde dicitur factum fuiſſe ex auro, hyacintho, purpura, colore coccineo, & byſſo retorta. De auro primum dicendum eſt. Varia auri genera ab Hebræis memorantur. *Gemara Hieroſolymitana Joma* 41. 4. שבעה זהבים הן זהב טוב זהב טהור זהב סגור זהב מופז זהב מזוקק זהב שחוט זהב פרויים. Septem ſunt auri genera. Aurum Tob, aurum Tahor, aurum Sagur, aurum Meſukak, aurum Schachut, aurum Parvaiim. Quæ omnia indicata reperiuntur in Scriptura Sacra. *Aurum Tob Gen.* II. 23. וזהב הארץ ההיא טוב *& aurum iſtius terræ eſt Tob*. *Aurum Tabor* in pluribus locis deprehenditur. Aurum Sagur 1. *Reg.* VI. 20. ויצפהו זהב סגור *& obduxit illud auro Sagur*. *Aurum Mupaz* Ibid. x. 18. ויצפהו זהב מופז *& obduxit illud auro Mupaz*. *Aurum Meſukak* 1. *Paralip.* XXVIII. 18. *Aurum Schachut* 1. *Reg.* x. 17. מגנים זהב שחוט *Scuta ex auro Schachut*. *Aurum Parvaiim* 2. *Paral.* III. 6. והזהב זהב פרוים *& aurum illud erat aurum Parvaiim*. *Aurum Ophir* quod memoratur in *Gemara Babylonica Joma*, reperitur 1. *Paral.* XXIX. 4. Explicantur in *Gemara Hieroſolymita* hæc auri genera in l. c. זהב טוב כמשמעו וזהב הארץ ההיא טוב וגו׳ זהב טהור שמכניסין לאור ואינו חסר כלום וגו׳ זהב סגור שהיה מכסיף כעד כל הזהבים שהיו שם וגו׳ זהב מופז ר׳ פטרוקי אחוה דרבי דרוסא בשם ר׳ בא בר בינה דומה לאש מצחת בגפרית א״ר אבין לשם מקומו הוא נקרא וזהב מאופז זהב מזוקק שהיו מחתכין אותו כזתים וטחים אותו בצק ומאכילין אותו לנעמיות והן מסננות אותו ויש אומרים שהיו טומנין אותו בזבל שבע שנים זהב שחוט שהיה נמשך כשעוה אדריינוס היה לו משקל כיצה דוקליטינוס היה לו משקל דינ׳ גורדינון זהב פרויים ר׳ שמעון בן לקיש אמר ארום דומה לדמו של פר. *Aurum bonum* juxta ſenſum literalem; *Geneſ.* II. 12. *Et aurum terræ illius optimum eſt &c.* *Aurum Tabor*, quod ſi immittatur in fornacem, nihil ex eo deficit &c. *Aurum Sagur*, quod palleſcere facit quaſi teſtis omnia aura, quæ ibi deprehenduntur &c. *Aurum Mupaz*; R. Patrochi frater R. Deroſa nomine R. Ba bar Bina, aſſimilat igni fulgenti in ſulphure. Dicit R. Abin; ita appellabatur nomine ejus loci מאופז. *Aurum Meſukak*, quod concidunt quaſi oleas, & paſta oblinunt, & voluptatis cauſa comedunt, illudque purificant. Alii dicunt, quod recondant in ſtercore ſeptem annis. *Aurum Schachut*, quod quaſi cera trahatur. Hadrianus habebat ſiclum hujuſmodi. Diocletianus habebat pondus denarii Gordiani. *Au-*

rum

rum Parvaiim. R. Simeon ben Lachiſch dicit; Erat rubrum ſimile ſanguini juvenci. *Babyl. Joma* 44. 2. אר׳ חסדא שבעה זהבים הן זהב וזהב טוב וזהב אופיר וזהב מופז וזהב שחוט וזהב סגור וזהב פרוים זהב וזהב טוב דכתיב וזהב הארץ ההיא טוב זהב אופיר דאתי מאופיר זהב מופז שדומה לפז זהב שחוט שנטוה כחוט זהב סגור בשעה שנפתח החנויות נסגרות זהב פרוים שדומה לדם הפרים Dicit R. Chaſda; ſeptem ſunt auri genera; *Aurum*, *&* *aurum Tob*; *&* *aurum Ophir*, *&* *aurum Mupaz*, *aurum Schachut*, *aurum Sagur*, *&* *aurum Parvaiim*. *Aurum & aurum Tob*; ſcriptum eſt *Geneſ. Et aurum terræ illius optimum eſt*. *Aurum Ophir*, quod ex Ophir adducitur. *Aurum Mupaz*, quod auro purgatiſſimo ſimile eſt. *Aurum Schachut*, quod tanquam filum netur. *Aurum Sagur*, quando aperitur, officinæ clauduntur. *Aurum Parvaiim* quod ſanguini juvencorum ſimile eſt. Veſtimenta Aharonis credibile eſt ex auro *Schachut* facta fuiſſe; quod erat ductile שהיה נטוי בחוט & quod ut filumnebatur. Docetur *Exod.* XXXIX. 3. quomodo aurum in fila deduceretur וירקעו את פחי זהב וקצץ פתילים לעשות בתוך התכלת ונומר. *Extendebant laminas auri & ſcindebant filamenta, ut eſſent inter hyacinthina*. *Targum*. ורדידו ית טפי דדהבא וקציצו חוטין. *Extendebant laminas, & ſcindebant filamenta*. *Raſchi ad Exod.* XXVIII. 5. היו מרדדין את הזהב כמין טפין דקין וקוצצין פתילין מהם וטוין אותו חוט של זהב עם שש חוטים של תכלת וחוט של זהב עם שש חוטים של ארגמן וכן בתולעת שני וכן בשש שכל המינין חוטן כפול ששה וחוט זהב עם כל אחד ואחד. Extendebant aurum inſtar bractearum tenuium, & ex his ſcindebant filamenta, & nebant filamentum aureum cum byſſino, filamenta hyacinthina, & filamentum aureum cum byſſino, filamenta purpurea, pariterque cum hyacinthino, & cum byſſino; quia ſpecies omnes filamentorum ſexies duplicabantur, & filamentum aureum cum ſingulis. *Pſalm.* XLV. memoratur veſtis auro intexta במשבצות זהב לבושה *Veſtibus laculatis aureis veſtita erat*. Antiquiſſima fuit ars auri veſtibus intexendi. *Virgilius Æneid.* Lib. primo memorat has veſtes fuiſſe Græcis, & Trojanis uſitatas.

> Munera præterea Iliacis erepta ruinis
> Ferre jubet, pallam ſignis auroque rigentem
> Et circumtextum croceo velamen acantho,
> Ornatus Argivæ Helenæ, quos illa Mycenis,
> Pergama cum peteret, inconceſſoſque hymenæos,
> Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.

Et lib. tertio

> Fert picturatas auri ſubtemine veſtes

Et lib. IV.

> Et tenui telas diſcreverat auro.

Appianus lib. primo *Punic.* Ἔςαλται δὲ ἐς τὸν πάτρυον τόπον πορφύραν ἀςέρων χρυσῶν ἐνυφασμένον. Induitur togam purpuream aureis ſtellis intextam. *Suetonius* in *Nerone* cap. 25. Introiit Romam eo curru, quo olim Auguſtus triumphaverat, in veſte purpurea, diſtinctaque ſtellis aureis chlamyde, coronamque capite gerens Olympicam. Triumphantes Conſules, & Imperatores veſtem auro intextam paſſim induiſſe leguntur. *Sil. Italic.* lib. 17. *Punic.* in triumpho Scipionis.

> Ipſe adſtans curru, atque oſtro decoratus, & auro,
> Martia præbebat ſpectanda Quiritibus ora.

Ovidius lib. 1. de *arte*.

> Quatuor in niveis aureus ibis equis

Albinovanus in conſolatione ad *Liviam*

> - - - Quadriiugis aureus ibis equis

Claudianus lib. 2. de laudibus *Stiliconis*.

> - - - - Mirere libens, ac ſuſcipe tinctus
> Quos tibi divino mecum Tritonia duxit
> Pectine, tincta ſimul repetito murice fila
> Contulimus penſis, & eodem nevimus auro.

Idem lib. 3.

> Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres

Idem in Panegyrico de conſulatu *Olybrii*, & *Probini*

> Lætatur veneranda parens, & pollice docto
> Jam parat auratas trabeas, curruſque micantes,
> Stamina, quod molli tondent de ſtipite Seres,
> Frondea lanigeræ carpentes vellera ſylvæ,
> Et longum tenues tractus producit in aurum,
> Filaque concreto cogit ſquallere metallo.

In veſtibus triumphantium res geſtæ, & majorum monimenta auro quoque cælabantur, & intexebantur. *D. Auſonius* in *Gratiarum actione*. Palmatam tibi mi-

bi misi, in qua divus parens Constantius intextus est, hæc plane, hæc est picta, ut dicitur vestis, non auro magis suo, quam tuis verbis. *Corippus* lib. 1. Num. 15.

Et tulit intextam pretioso murice vestem,
Justinianorum series ubi tota laborum
Nexo (*legend.* neto) auro insignita fuit, gemmisque corusca
Illic barbaricas flexa cervice phalanges,
Occisos reges, subjectasque ordine gentes
Pictor acu tenui multa formaverat arte,
Fecerat & fulvum distare coloribus aurum,
Omnis ut adspiciens seu corpora vera putaret,
Effigies auro, sanguis depingitur ostro;
Ipsum autem in media victorem pinxerat aula,
Effera Wandalici calcantem colla tyranni,
Plaudentem Lybiam, fruges laurumque ferentem,
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto & nudam gestantem pectore mammam,
Altricem imperii &c.

Cornelius Gallus in Elegia, quæ a *Jacobo Lectio* reperta est

Quin etiam argento, puroque intexitur auro
Altera jam castris parta lacerna tuis.
Illic bellantum juvenum studiosa figuras,
Atque audita levi prælia pingit acu.

Claudianus iterum lib. 2. de laud. *Stiliconis*

- - - Gremioque rigentia profert
Dona, graves auro trabeas, insigne Minervæ
Spirat opus, rutilis hic pingitur aula columnis,
Et sacri Mariæ partus Lucina dolores
Solatur, residet fulgente puerpera lecto,
Sollicitæ juxta pallescunt gaudia matris,
Susceptum puerum redemitæ tempora Nymphæ
Auri fonte lavant, teneros de stamine risus
Vagitusque audire putes, jam creverat infans
Ore ferens patrem, Stilicho maturior ævo,
Martia recturo tradit præcepta nepoti;
Parte alia spumis fumantem serica fræna
Eucherius flectebat equum, jaculisque vel arcu
Aurea purpureos tollentes cornua cervos
Aureus ipse ferit &c.

Nonnulli hujusmodi vestes *clavatas* a clavis aureis dictas putant. *Ulpianus* IC. l. 23. de auro arg. mund. leg. *Clavi qui vestibus insuuntur*. Vet. Scholiastes *Juvenal.* ad vers. 480. Sat. VI. *auro--clavas vestes miratur*; dicendum fortasse auriclavas vestes, aut cum *Flavio Vopisco* in *Tacito auriclavatas*. *Æl. Spartianus* in *Bonoso*. Tunicas palliolatas hyacinthinas, subsericas, tunicam auroclavatam, subsericam librilem unam; χρυσόκλαβον dicunt Græci. *Anastasius* Bibliothecarius in *Leone*. 3. Simili modo & super altare sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Mediana, fecit vestem defundato cum periclysi de chrysoclavo, habentem historiam Annuntiationis Domini. Idem in *Benedicto* 3. In Ecclesia beatæ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ ponitur trans Tiberim, fecit vestem in altari majori de chrysoclavo, habentem historiam Assumptionis ejusdem Dei genitricis. In sacris veteres veste auro intexta uti consuevere. *Virgilius Æneid.* lib. quarto

- - - - Et tenui telas discreverat auro.

Et *Appianus* lib. primo de Bello Civili. καὶ ἱερὰν, καὶ ἐπίχρυσον ἐσθῆτα ὡς θυσίᾳ περικείμενον. Sacram, atque auro intextam vestem, ut in sacris, indutum. Quin etiam vestem totam auream memorat *Plinius* lib. XXXIII. cap. 3. superque omnia netur, ac texitur lanæ modo, & sine lana. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius tradit. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis prælii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materia. *Josephus* Antiquit. lib. v. cap. 1. paludamentum aureum memorat. χλαμύδα βασίλειον ἐκ χρυσοῦ μόνου πᾶσαν ὑφασμένην. Paludamentum regium ex auro totum intextum.

Post aurum in textu primo memorantur *hyacinthus*, *purpura*, & *coccinum*; ex quibus Ephod contextum erat. Ple-

rique conveniunt has tres ſpecies confectas fuiſſe ex lana colore hyacinthino, purpureo, & coccineo medicata, probantque ex eo, quod unis ſacerdotibus liceret hujuſmodi veſtibus uti, quæ lino & lana conſtarent, cum ceteris Iſraelitis veſtimenti heterogenei, ſi peniculamenta excipiantur uſus interdictus eſſet ex *Levit.* XIX. 19. *Veſtes, quæ ex duobus texta eſt non indueris*. Ubi *Siphra* ובגד כלאים מה תלמוד לומר לפי שנאמר לא תלבש שעטנז צמר ופשתים יחדיו יכול לא ילבש גיזי צמר ועניבי פשתן תלמוד לומר בגד אין לי אלא בגד מניין לרבות את הבגדים תלמוד לומר שעטנז דבר שהוא שוע טווי ונוז רבי שמעון בן אלעזר אומר נלוז ומליז הוא אביו שבשמים עליו מכלל שנאמר לא יעלה עליך יכול לא יפשיל את הקופה לאחריו תלמוד לומר לא תלבש לא תלבש אין לי אלא שלא ילבש מניין שלא יתכסה תלמוד לומר לא יעלה עליך מותר אתה להציע תחתך אבל אמרו חכמים לא תעשה כן שלא תהוה נימא אחת עולה על בשרו. *Et veſtem heterogeneam*. Quid dicendum erat? cum jam dictum eſſet *Deut.* XXII. 11. *Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt*. Crederem non potuiſſe induere vellera lanæ, & manipulos lini? Idcirco dictum eſt; *Veſtem*. Non probo niſi de veſte; unde probatur ad includendum lanas percuſſas ſine nexione, & textura; Ex eo quod dictum eſt שעטנז, quo includitur quod vis, quod ſit pexum, netum, & textum R. Simeon ben Eliezeris dicit, quod ſi quis induat, perverſus eſt, & ab ſe removet patrem ſuum, qui eſt in cœlis. Quoniam dicit; *Non adſcendet ſuper te* crederem, ne licuiſſe quidem poſt ſe ſibi ſportam ſuſpendere? Idcirco dictum eſt; *non indueris, non indueris*. Unde probatur, non licuiſſe ſe tegere? Ex eo quod dictum eſt; *Non adſcendet ſuper te*. Liceret tibi eam ſub te extendere; At dixerunt ſapientes; ne ita facias; ne filamentum aliquod ſuper ejus carnem adſcendat. *Siphri* 49. 3. לא תלבש שעטנז יכול לא ילבש גיזי צמר ועניבי פשתן תלמוד לומר שעטנז דבר שהוא שוע טווי ונוז רבי שמעון בן אלעזר אומר נלוז ומליז את אביו שבשמים עליו לא תלבש אין לי אלא שלא ילבש מניין שלא יתכסה תלמוד לומר לא יעלה עליך יכול לא יפשלנו לקופה אחריו תלמוד לומר לא תלבש לבישה בכלל ההיא ממה יצאת להקיש אליה ולומר לך מה לבישה מיוחדת שהיא הנאת הגוף יכול ילבש חלוק של צמר על גבי חלוק של פשתן וחלוק של פשתן על גבי חלוק של צמר תלמוד לומר יחדיו חנניה בן גמליאל אומר מניין שלא יסרוק סרק של צמר ושל פשתן לקשור בו את מתניו אף על פי שהרצועה באמצע. תלמוד לומר יחדיו מכל מקום. *Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt*. Crederem, non licuiſſe induere vellera lanæ, & manipulos lini? Idcirco dictum eſt שעטנז; quodvis quod ſit pexum, netum, & textum. R. Simeon ben Eliezeris dicit; eſt perverſus (*ſiquis induat*) & ab ſe removet patrem ſuum, qui eſt in cœlis. *Non indueris*; non probo, niſi quod non induat; unde probatur, quod non liceat ſe tegere? ex eo quod dictum eſt *Non adſcendet ſuper te*. Crederem ne licuiſſe quidem poſt ſe ſibi ſportam ſuſpendere? Idcirco dictum eſt; *non indueris*. Veſtitio erat in genere; cur exiit? ad argumentandum, & tibi dicendum; quod veſtitio ſit res peculiaris, & corporis ornamento inſerviat. Crederem non licuiſſe induere ſubuculam laneam ſuper ſubucula linea, & ſubuculam lineam ſuper ſubucula lanea? Idcirco dictum eſt יחדיו *ſimul*. Chananja ben Gamalielis dicit; unde probatur non licuiſſe pectendo pectere linum & lanam ad alligandum ejus muſculum, quamvis in medio fuerit lorum? Ex eo quod dictum eſt יחדיו *ſimul*; ſemper. *Gemara Hieroſol. Celaim* 31. 4. כתיב לא תלבש שעטנז צמר ופשתים יחדו הייתי אומר אינו אסור אלא מללבוש תלמוד לומר לא יעלה עליך אי לא יעלה עליך הייתי אומר לך יפשיל את קופה לאחריו תלמוד לא תלבש מה מלבוש מיוחד דבר שהוא מהנה את הגוף אף אין לי אלא דבר שהוא מהנה את הגוף וגומר הייתי אומר אפילו פשתן של ים אפילו קיבסע תלמוד לומר צמר ופשתים מה צמר שאין לו שם לווי אף כל דבר שאין לו שם לווי מניין שאין לו שם לווי אמר רבי יהושע בן לוי כתיב ומישע מלך מואב היה נוקד מהו נוקד רועה והשיב למלך ישראל מאה אל כרים ומאה אלף אלים צמר אין לך קרוי צמר אלא צמר אלים בלבד אין מטמא בנגעים אלא צמר ופשתים דכתיב בבגד צמר או בבגד פשתים יכול יהיו מטמאין בין צבועין בין שאינן צבועין תלמוד לומר בבגד צמר או בבגד פשתים מה פשתים כברייתה אף צמר כברייתה אוציא את הצבוע בידי אדם ולא אוציא את הצבוע בידי שמים תלמוד לומר לפשתים ולצמר מה פשתים לבנה אף צמר לבן תנינן תרין כללין ולא דמיין דין לדין תנינן אין אסור משום כלאים אלא צמר ופשתים בין צבועין בין לבנין תנינן אין מטמא בנגעים אלא צמר ופשתים ובלבד לבנים רבי יונה בוצרייה בעא קומי רבי תנא תמן את אסר בין צבועין בין לבנין והכא את אמר ובלבד לבנים אמר ליה שנייא הכא ששנה עליו הכתוב צמר צמר שני פעמים מה פשתן כברייתה אף צמר כברייתה. Scriptum eſt *Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque*

noque

noque contextum eſt. Dicerem non fuiſſe interdictam niſi veſtitionem? Idcirco dictum eſt. *Non adſcendet ſuper te*. Si *non adſcendet ſuper te*; dicerem, licuiſſe poſt ſe ſibi ſportam ſuſpendere? Idcirco dictum eſt; *Non indueris*. Sicut veſtitio eſt res peculiaris, quæ inſeruit corpori, ita ego non includo niſi rem, quæ corpori inſerviat &c. Dicerem vel linum marinum, vel cannabem. Idcirco dictum eſt; *lana & lino*; ſicut lana cui non ſit nomen adjunctum, ita pariter linum, cui non ſit nomen adjunctum. Dicit R. Jehoſua; ſcriptum eſt 2. *Reg*. III. 4. *Porro Meſa rex Moab erat Noked*; quid eſt *Noked*? paſtor; *& ſolvebat regi Iſrael centum millia agnorum, & centum millia arietum lanatorum*. Tibi non eſt appellanda lana, niſi lana arietum duntaxat. Non polluitur lepra; niſi lana & linum. Scriptum enim eſt; *In veſte lanea, aut in veſte linea;* Crederem immundari potuiſſe tam tinctas, quam non tinctas? Idcirco dictum eſt? *Veſte lanea, aut veſte linea;* ſicut linum, quale eſt in ſua creatione ita lana qualis eſt in ſua creatione; excludamne quod eſt tinctum manu hominis, & non excludam quod eſt tinctum opera cœlorum? Idcirco dictum eſt; *lino & lana*; ſicut linum eſt album ita pariter lana eſt alba. Traditio; duæ ſunt regulæ generales, neque altera alteri eſt ſimilis. Traditio. Non eſt vetita nomine Celaim, niſi lana & linum duntaxat ſive tinctum, ſive album. Traditio. Non polluitur lepra, niſi lana, & linum duntaxat album. R. Jona Boſaria quæſivit coram R. Mena, hic tu dicis tam tinctum, quam album; & illic tu dicis duntaxat album. Reſpondit illi diverſum eſt; de quo ipſe textus variat ubi dicitur bis; *lana lana*; ſicut linum quale eſt in ſua creatione, ita pariter lana, qualis eſt in ſua creatione. Hinc conſtat veſtes ſacerdotales, præſertim aureas ſummi ſacerdotis, in quibus permiſſa fuit lex Heterogenei, ex lana & lino fuiſſe contextas. *Gemara Hieroſol.* ibid. אמר רבי זעורא כתיב כתנות בד קדש ילבש בד שהוא עולה יחידי והרי צמר עולה יחידי פירש בקבלה ולא יעלה עליהם צמר בשרתם בשערי הפנימית וביתה הא מבחוץ מותר לעלות עליהם מניין שהן מותרין בכלאים שנאמר ואת המצנפת שש ואת פארי המגבעות שש ואת מכנסי הבד שש משזר ואת האבנט שש משזר תכלת וארגמן ותולעת שני וכתיב פארי פשתים והיו על ראשם ומכנסי פשתים יהיו על מתניהם ולא יחגרו ביזע את דרש שש משש שש מפארי מה שני תולעת דבר שיש בו רוח חיים אף כל דבר שיש בו רוח חיים מה צמר שאין לו שם לווי אף פשתים שאין לה שם לווי רבי יונה עולה בר ישמעאל בשם רבי לעזר צמר ופשתים שטרפן אסור כיצד הוא עושה מביא ליטרה ועוד צמר גמלים ומבטלן. Dicit R. Zangira; ſcriptum eſt *Levit*. XV. 4. *Tunica ſancta linea veſtitus erit*; בר, eſt quod aſſurgit, in unicum calmum; pariterque lana eſt, quæ unica aſſurgit; Explicatur in Cabbala ſc. *Ezech*. XLIV. 17. *Nec adſcendet ſuper eos quidquam laneum, quando miniſtrant in portis atrii interioris, & intrinſecus;* extrinſecus permiſſum erat ut adſcenderet ſuper eos. Unde probatur, quod illis permiſſa eſſent heterogenea? Ex eo quod dictum eſt; *Exod*. XXXIX. *Et cidarim lineam, & ornatus pileorum lineorum, & femoralia linea ex byſſo retorta; & balteum lineum ex byſſo retorta, & veſtem hyacinthinam, & purpuream, & coccineam*. Pariterque ſcriptum eſt *Ezech*. l. c. *Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in ſudore*. Explicandum eſt שש ex שש, & שש ex פארי; & פארי ex פארי; ſicut hyacinthus eſt res, in qua eſt ſpiritus vitalis, ita pariter omne id, in quo eſt ſpiritus vitalis; ſicut lana, quæ non habeat nomen adjunctum, ita pariter linum, quod non habeat nomen adjunctum. R. Jona Ola bar Iſmaelis nomine R. Elieſeris; lana & linum ſi miſceantur, interdicta ſunt. Quomodo facere debet? Afferet libram, & amplius ex lana camelorum, & abolebit. *Miſna Celaim* cap. IX. אין הכהנים לובשין לשמש בבית המקדש אלא צמר ופשתים. Neque Sacerdotes in ſanctuario ad miniſtrandum veſtiuntur, niſi lana & lino. *Joſephus Antiquit*. lib. IV. cap. 8. μηδεὶς ἐξ ὑμῶν καλῶς τὴν ἐξ ἐρίω κ̀ λίνε ςολὴν φορέτω. Τοῖς γάρ ἱερεῦσι μόνοις ταύτην ἀποδέχεσθαι. Nullus ex vobis veſte ex lana, & lino utatur. Hæc enim ſolis ſacerdotibus eſt conceſſa. At lanam pretioſiſſimam fuiſſe credibile eſt, ex qua veſtimenta ſacra contexerentur. Damaſcena *Ezech*. XXVII. 18. celebratur דמשק סחרתך ברב מעשיך כל הון ביין חלבון וצמר צחר. Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diverſarum opum, in vino pingui, in lanis coloris albi. Chaldæus interpretatur ועמר מילת *& in lana Mileſia*; quia Mileſia fuit apud veteres præ ceteris celebrata. Idem Paraphraſta *Eſther* I. 5. אותיב יתהון עלוי ערסן דמלתין דמתחן על דרגשין דנקלי תיהון דדהב טב. *Et accumbere eos fecit ſuper ſtrata Mileſia extenſa ſuper* le-

lectos, quorum postes erant ex auro optimo. Et *Thren*. II. 20. עולמיא רניניא דהוו מלפפין בסינין דמילתא. *Pueri in cunis involuti sindonibus Milesiis*. Ab *Raschi* pallium illud Sinhar *Jos*. v. 11. non solum אבטילא בבלי *Stola Babylonica*, sed etiam דמילתא *Milesia* dicitur, non quod ex lana Milesia contexta esset, sed quod Milesia lana, uti diximus, præ ceteris celebraretur. *Clitus* in libro de *Mileto*. Αἶγας ἐκ Σκύρυ, ἐκ δὲ Μιλήτου πρόβατα. *Capras ex Scyro, & oves ex Mileto*. *Athenæus* lib. XII. Ἐφόρυν δ' οἱ Συβαρῖται κὴ ἱμάτια ἐκ Μιλησίων πεποιημένα. Ferebant Sybaritæ vestes ex Milesiis lanis factas. *Virgilius Georg*. III.

- - - Quamvis Milesia magna
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores

In quem locum *Servius*. Lanæ pretiosissimæ. Nam Miletus civitas Asiæ est, ubi tinguntur lanæ optimæ. *Virgilius iterum Georg*. IV.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia vellera Nymphæ
Siccabant, hyali saturo fucata colore.

Cicero in *Verrem*. Quid a Milesiis lanæ sustuleris. *Plinius* lib. VIII. 37. Lana autem laudatissima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesiæ obtinent. Apulæ breves villo, nec nisi penulis celebres. Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habeat. In Asia vero eodem genere Laodiceæ. Alba Circumpadanis nulla præfertur; nec libra centenos nummos ad hoc ævi excessit ulla. *Tertullianus* de *Pallio* c. 3. Nec de ovibus dico Milesiis, & Selgicis, & Altinis, aut queis Tarentum, vel Bætica cluet, natura colorante. Idem de *habitu muliebri*. Age nunc si ab initio rerum, & Milesii oves tradederent. *Columella* lib. VII. cap. 2. Generis eximii Milesias oves, Calabras, Apulasque nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas. Ne lana inquinaretur, oves pellibus tegebantur. *Varro* de *re rustica* lib. II. Oves pellitas propter lanæ bonitatem, ut sunt Tarentinæ, & Altinates, pellibus integi, ne lana inquinaretur. *Diogenes Laertius*. Ἐν Μεγαροῖσιν ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνοὺς, ἔφη: λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριὸν, ἢ υἱόν. Videns apud Megarenses oves pellibus tectas, eorum vero liberos nudos, dixit: Præstat Megarensium arietem esse, quam filium. Hic mos obtinuit pariter apud Hebræos, uti videre est in *Gemara Schabbath* fol. 54. מכבנין אותו למילת. Circumligant ovem propter *Milat*, sc. ut fieret pretiosa instar Milesiæ. *Chaldæus*, uti supra dictum est, lanam Damascenam, vocat מלת בבינא lanam Milesiam ligatam; Ad hæc *Raschi* שמכבנין קושרין בגד סביבו ביום שנולד שצמרו נקי ומשמרו צמרו שלא יטנף. Ligant vestem circa eam, quo die nascitur, ut lana ejus pura esset, & custodiunt lanam ejus ne inquinaretur.

Alii non ex lana sed ex serico contexta fuisse vestimenta Pontificia contendunt. *Aben Ezra* ad *Exod*. XXV. אמר בו קרימו״ כי הוא ארום רק איננו בצבע הארגמן ובעור תולעת אמרו רבים כי היא משי. Excellentissimus vir Saadias dicit; inest illi kermes, quia est rubrum, sed non colore Argaman, ideoque multi dicunt תולעת esse sericum. *Abarbanel* ad *Exod*. l. c. והרלב״ג כתוב שהיה כל זה צמר צבוע במראות הצבעים ההם ואינו נכון כי הצמר קרא אותו הכתוב עזים אבל תכלת וארגמן ותולעת שני הם כלם משי והתכלת היא המשי שהיא נאה כפי תולדתו כי ואין לו צבע אחר. Ralbag scripsit hæc omnia significare lanam tinctam; sed non recte; scriptura enim vocat *lanam caprarum*. Nam *Techelet*, *Argaman*, & *Tholaat Schani* omnia sericum denotant. Et *Techelet* quidem est sericum tinctum colore, qui mari similis est. *Argaman* est sericum tinctum rubrum; sed *Tholaat Schani* est sericum, quod natura sua elegans est, nec habet gloriam aliunde. Nec pudet Judæos asserere temporibus Abrahami sericum innotuisse. *Bereschit Rabbah* Parascha XL. ויהי בבוא אברהם למצרים ויראו מצרים ושרה היכן היה התנה בתיבת ונעל בפניה כיון דמכסא אמרין ליה הב מכסא אמר אנא יהיב מכסא אמרין ליה מאינך את העין אמר אנא יהיב דמאנין אמר ליה דהב אית טעין אמר אנא יהיב דמי דדהב אמר ליה מטכסין את טעין אמר דמטכסין אנא יהיב מרגלין את טעין אמר אנא יהיב דמרגלין אמרין ליה אי אפשר אלא דפתחא וחמית לך מה כנוה כיון שפתחא הבהיקה כל ארץ מצרים מזוהר. Accidit cum Abraham in Ægyptum proficisceretur, ut cum viderent Ægyptii. At ubi erat Sarah? reposita erat in arca reclusa, Quum accederet ad Telonem, dixerunt ei, da vectigal. Respondit; Ego dabo vectigal, Dixerunt ei; vestimenta portas. Respondit; dabo de vestimentis. Dixerunt ei; aurum portas; Respondit: solvam de auro. Dixerunt ei; Metaxam portas. Respondit: solvam de metaxa.

taxa. Dixerunt ei: Margaritas portas. Reſpondit: ſolvam de Margaritis. Dixerunt illi; hoc fieri non poteſt, ſed aperi, & oſtende nobis, quid ſit in arca. Quum autem aperiretur (arca) ſplendebat tota terra Ægyptus ex ejus ſplendore, ſc. *Saræ*. Veſtes Aſſueri, de quibus fit mentio lib. *Eſter* cap. I. 8. & VI. 8. 9. 10. & VIII. 15. ſericas docet fuiſſe *Targum* c. VI. 10. אמר מלכא לחמן סרהיב ועיל לבית גנזי דמלכא וסב מתמן חד מן כיסויא דארגיונא טבין וסב מתמן לבושא שיראה טבא פרנינן דמטכס באבנין טבין ומרגליין והלין בארבע קרנויה דידיה וזגה דדהבא ורימונא לכל רוחא ורוחא. *Et dixit Rex Hamani: Abi cito ad Theſaurum Regium, & accipe inde unum ex tegumentis purpureis optimis, & accipe inde veſtes ſericas optimas peraginas* (leg. parnadinas) *Et Metaxam cum lapidibus pretioſis, margaritis appenſis in quatuor angulis ejus, & tintinnabulis aureis, & malogranatis undique appenſis*. De Serico *Parnadino*, quod pretioſiſſimum habebatur, fit mentio in *Gemara Schabbath* 102. Apud *Ezechielem* cap. XVI. 10. ואלבשך ואנעלך תחש ואתבשך בשש ואכסך משי. *Et veſtivi te opere phrygiano, & calceavi te melinis, & accinxi te byſſo, & operui te* Meſchi. Et verſ. 13. ומלבושך ששי ומשי. *Et veſtimentum tuum fuit byſſus, &* Meſchi. *Raſchi* vocem משי interpretatur *ſericum* שויאה בלעז *vulgo dicitur Soye*. At *Aquila* משי ἀνθινῷ interpretatur *florido*, ſive palpabili, quaſi משי derivaretur a משש *palpare*. *Symmachus* indumentum, *Hieronymus* ſubtilia habet: Græci τρίχαπτον, quæ vox magnopere torſit S. *Hieronymum*. Cum diligenter (inquit) inquirerem quid ſibi vellet vocabulum *Trichapti*, quod Septuaginta tranſtulerunt, & a nullo Græcorum nec etymologiam poſſem invenire ſermonis: tandem didici a Septuaginta eſſe compoſitum. (Rebus enim novis nova fingenda ſunt nomina.) Quod tantæ ſubtilitatis fuerit veſtimentum, ut pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur. Unde & ego volens tenuitatem exprimere veſtimenti, pro Trichapto ſubtilibus tranſtuli: quod tenui ſtamine atque ſubtegmine textum erat. Sericum non innotuit Romanis niſi *Auguſto* imperante. Primus, quod ſciam, meminit *M. Varro* apud *Nonium* cap. XIV. Num. Aliam cerneres cum ſtola holoſerica. Poſt *Varronem Virg.* I. *Georg.* qui putavit ſericum de arbore, non de verme naſci

> Vellera, quæ foliis depectant tenuia Seres

Sil. Italic. lib. VI. *Punic.*

> - - - Primo Phaetonte retecti
> Seres lanigeris pexebant vellera lucis

Et lib. XVII.

> - - - Monſtrum admirabile Seres
> Lanigeros, cinere Auſonio caneſcere lucos.

L. Seneca Thyeſte Act. 2. in Choro

> Et quocunque loco jacent
> Seres vellere nobiles

Et in *Hippolyto* Act. 2. ſc. I.

> Removete famulæ purpura, atque auro illitas
> Veſtes, procul ſit muricis Tyrii rubor,
> Quæ fila ramis ultimis Seres legant.

Et in *Hercule oetæo*

> Quæ Phebæis ſubditus euris
> Legit Eois Ser arboribus

Claudianus paneg. de conſulatu Olybrii, & Probini

> Jam parat auratas trabeas, curſuſque micantes
> Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres,
> Frondea lanigeræ carpentes vellera ſylvæ

Et de III. Honorii conſulatu in fine

> Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres

Et in Panegeric. de IV. ejus conſulatu

> - - - tribuere colorem
> Phœnices, Seres ſubtemina, pondus Hydaſpes

Feſtus Avienus in orbis terræ deſcriptione

> Et rigor in nervis venit obvius, inde cruenti
> Sunt Thocari, Frurique truces, & inhoſpita Seres
> Arva habitant gregibus permixti oviumque boumque
> Vellera per ſilvas Seres memoralia carpunt

Sidonius Apollinaris Carm. 5. v. 40.

> - - - Tum quæque ſuos provincia fructus
> Expoſuit, fert Indus ebur, Chaldæus amomum
> Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus.

D. Auſon. Epigr. 25.

> Hos ille Serum veſte contexi lubet

Ammianus lib. 23. cap. 11. Cœli apud Seres jucunda temperies, ſalubriſque, aeris facies munda, leviumque ventorum commodiſſimus flatus, & abunde ſilvæ ſublucidæ, a quibus arborum fœtus, aquarum aſperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine

gine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt. *C. Julius Solinus Polyhiſt.* cap. 53. Aquarum aſpergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram ſubtilitatem humore donant ad obſequium, hoc eſt illud ſericum in uſum publicum damno ſeveritatis admiſſum, & quod oſtentare potius corpore, quam veſtire primo fœminis, nunc etiam viris perſuaſit luxuriæ libido. Veſtis *Serica* a *Bombycina* diſtinguitur apud *Ulpian.* l. 23. ff. de auro & arg. leg. Veſtis an veſtimenta legentur, nihil refert, veſtimentorum ſunt omnia linea, laneaque, vel ſerica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, ſubſternendi, injiciendi, incubandivi cauſa parata ſunt. Et apud *Paul. IC.* lib. 2. receptar. ſententiar. tit. 2. aut 7. Veſte legata ea cedunt, quæ ex lana linoque texta ſunt, item ſerica & bombycina, quæ tamen induendi, operiendi, cingendi, ſternendi, injiciendique cauſa parata ſunt, pelles quoque indutoriæ continebuntur. At nullum (puto eſt) diſcrimen inter veſtem ſericam, & bombycinam; Diſcrimen apud veteres natum eſt ex eo, quod crederent ſericum ex foliis arborum, & materiam bombycinam ex vermiculo bombyce dicto derivari. *Juvenalis* Sat. VI. verſ. 260.

Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade, quarum
Delitias, & panniculus bombycinus ornat

Scholiaſtes ad h. l. *pannum bombycinum* interpretatur *ſericum*. Similiter *Propertius* lib. II. eleg. 3. memorat hujuſmodi veſtem

Nec ſiqua Arabia lucet bombyce puella

Et *Martialis* lib. VIII. Epigr. 68.

Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus

Et lib. II. Epigr. 50.

Nec furtiva lucri fieri bombycina poſſunt.

In hujuſmodi veſtibus texendis Cos inſula celebrata eſt. Ariſtoteles lib. V. Animal. cap. 19. ἐκ δὲ τούτου τοῦ ζώου καὶ τὰ βομβύκια ἀναλύουσι· τῶν γυναικῶν τινὲς ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνουσι· πρώτη δὲ λέγεται ὑφᾶναι ἐν κῷ Παμφίλη Λατώου θυγατήρ. *Iſidorus* lib. XIV. Origin. Coos inſula &c. quæ, ut *Varro* teſtis eſt arte lanificii prima in ornamenta fœminarum inclaruit. Et lib. XIX. c. 22. Bombycina eſt a bombyce vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat, quorum textura bombycinum dicitur, conficiturque in inſula Coo. *C. Solinus Polyhiſt.* ex *M. Varrone* cap. 13. Salamis, Sunium, Cos, Ceos ſubtilioris veſtis amicula arte lanificæ ſcientiæ prima in ornatum fœminarum dedit. *Plinius* lib. XI. cap. 22. Telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque fœminarum quæ bombycina appellatur. Prima eas reordiri, rurſuſque texere invenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminas veſtis. In M. S. in *Co* legitur; Cui favet *Sext. Propertius* lib. I. eleg. 2.

Quid juvat ornato procedere vita capillo
Aut tenues Coa veſte movere ſinus?

Idem lib. II. ad Mæcenatem

Sive togis illam fulgentem incedere Cois
Hoc totum a Coa veſte volumen erit.

Idem lib. IV. Eleg. 2.

Indue me Cois, fiam non dura puella

Ovidius lib. III. de arte amandi

Sive erit in Cois, Coa decere puta.

Tibullus lib. I. Eleg. 3.

Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias

Horatius lib. IV. od. 13.

Nec Coæ referent jam tibi purpuræ
Nec clari lapides tempora.

Idem Sat. II.

Ut nudam —— Coas tibi pene videre eſt.

Ex his locis, quæ adducta ſunt, obſervandum eſt, in Co dici textas fuiſſe veſtes bombycinas, non vero bombycas ipſas ibi natas fuiſſe; ſi unum excipias *Plinium*, qui l. c. cap. 23. ita ſcribit. Bombycas & in Co inſula naſci tradunt. Non pro certo affirmat *Plinius*, ſed tantum id tradi dicit. Si enim bombyces in Co naſcebantur; non opus fuiſſet eas *Juſtiniani* tempore ex India acceſſi. Inclaruit igitur Co non bombycum ortu, ſed bombycinarum veſtium texendarum arte, & ſcientia, ut videre eſt ex locis ſupra allegatis. Vermiculi forma jam diu ante *Juſtiniani* regnum ex fama in Europa innotuit. Deſcribitur a *Plinio* l. c. Fieri autem primo papiliones parvos, nudoſque, mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, & adverſus hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas, pedum aſperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab

ab his cogi, subigique unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Postea apprehensum corpori involvi nido volubili. Tunc ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore, & furfurum esca nutriri, atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. Quæ vero cœpta sunt lanificia humore lentescere mox in fila tenuari junceo fuso. Et a *Tertuliano* de *Pallio* cap. 3. Prorsus haud latet bombycem (vermiculi genus est) quæ per aerem aliquando araneorum more scopis idoneus se distendit, dehinc devorat, mox æque reddere, proinde si necaveris, animata jam stamine alvo. Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestificinæ prosecuta, primum tegendo homini, qua necessitas præcessit, dehinc & ornando, imo & inflando qua ambitio successit, varias indumentornm formas promulgavere. *D. Basilius* magnus pariter de eo mentionem facit *Hexam.* homil. 8. Ex quia de volatilibus dicimus, non putamus alienum ea complecti, quæ de verme Indico tradit historia, vel eorum relatio, qui videre potuerunt. Fertur hic corniger vermis converti primum in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bombylius, & nec eam formam figuramque custodit, sed laxis & latioribus foliis videtur pennas assumere, ex his mollia illa seres depectunt vellera, quæ ad usus sibi proprios divites vindicarunt. Diu apud Græcos post *Justinianum* hæc ars textendi serica floruit, traductaque postea a *Rogerio* Rege in Siciliam teste *Ottone Frisingensi* lib. I. cap. 33. de rebus *Friderici*. Rogerius Siculus Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices qui sericos pannos texere solebant, ob Imperatoris ignominiam deduxit, quos in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi edocere suos præcepit.

Rara & pretiosa fuit hæc vestis apud veteres. *Ælius Lampridius* testatur primum *Heliogabulum* veste serica usum fuisse. Primus Romanorum holoserica veste usus fertur quum jam subserica in usu essent. Verumtamen apud Romanos ante tempora *Heliogabali* sericum in usu fuit. *Dion Cassius* lib. LIX. scribit *Augustum* spectaculis vela serica tendi curasse, additque χλιδῆς βαρβάρου ἔργον barbaricæ mollitiei opus. *Tacitus* testatur imperante *Tiberio* legem a Senatu latam, qua serici usus viris interdicebatur. Ne vestis (*inquit*) serica viros fœdaret. *Svetonius Caligulam* sericatum appellat. Et *Dio* l. c. scribit de *Caligula* scribit. ϗ ἐπ' αὐτῷ χλάμυδα σηρικὴν ἁλουργῆ ἐπενέδυ. Chlamidam sericam purpurei coloris induit. Sed *subserica* fortasse tantum fuit; cum maximum esset discrimen inter vestem *holosericam* & *subsericam*; altera ex serico tantum constabat, altera mixtæ erat materiæ, cujus stamen erat linum, subtemen sericum.

Apud veteres hæc vestimenta a mulierculis usitata sunt, & ab hominibus delicatis. *Plinius* loc. sæpius citato. Nec puduit has vestes usurpare etiam viros levitate propterea æstiva, in tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sit etiam vestis. Assyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus. Et cap. 22. Telas aranearum more texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. *Capitolinus* scribit a *M. Antonio Philosopho* cum ceteris ornamentis Imperialibus venditam quoque fuisse vestem *uxoriam sericam & auratam*. *Dion Cassius* mulierculis sericum assignat lib. XLIII. πρὸς ἡμᾶς ἐς τρυφὴν τῶν πάνυ γυναικῶν περιττὴν ἐπιπεφοίτηκεν. Ad nos pervenit muliebriter plane deliciis fluens; ideoque appellat χλιδὴν βάρβαρον barbaricam mollitiem. *Seneca* lib. VII. de *Benef.* cap. 9. Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit, quibus sumtis mulier parum liquido nudam se non esse jurabit; hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant. Idem Epist. 90. Quid si contigisset illi videre nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? *Flavius Vopiscus* in vita *Aureliani*. Vestem holosericam neque ipse in Vestiario suo habuit, neque alteri utendam. Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatteo uteretur; ille respondit; absit ut auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici erat. *Lampridius* in vita *Alexandri Severi*. Vestes sericas raras; holosericas nunquam induit, subsericam nunquam donavit. *Claudianus* lib. x. vers. 140. de *Cleopatræ* luxurioso apparatu

> Candida Sidonio perlucent pectora filo
> Quod Nilotis acus compressum pectore Serum
> Solvit & extenso laxavit stamina velo.

Idem

Idem lib. II. in *Eutropium*

> Vestis odoratæ studium, laus maxima risum
> Per varios movisse sales, minimeque viriles
> Munditiæ, comti vultus, onerique vel ipsa
> Serica - - -

D. *Hieronymus* lib. 2. adversus *Jovinianum*. Nunc lineis & sericis vestibus, & Atrebatum, a Laodiceæ indumentis ornatus incedis.

Legibus serici usus viris fuit interdictus. *Augustus Tacito* & *Flavio Vopisco* testibus usum viris ademit, & ut rem probrosam judicavit. *C. Tacitus* lib. II. Annal. scribit; *decreto cautum a Q. Haterio Consulari*, sub Tiberio principe, *ne viros vestis fœderet*. *Julius Capitolinus* testatur Gordianum id lege lata interdixisse. Luxum & fœmineum cultum *Theodosius Augustus* hac lege coercuit. Temperent universi, cujuscunque sint sexus, dignitatis, artis professionis, & generis ab hujusmodi speciei possessione, quæ soli principi, ejusque domui dedicatur, ne pallia quis tunicasque domi sericas contexat aut faciat, quæ tincta conchylio, nullius alterius permistione contexta sint; proferantur ex ædibus, tradanturque tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchylii, nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant, reddenda ærario holovera vestimenta virilia protinus efferantur, nec est ut quisquam de abjurato pretio conqueratur, quia sufficit calcatæ legis impunitas. Extat quoque constitutio *Johannis Ducæ* lib. I. Jur. Orient. tit. de vestitu. Nequis subditorum utatur vestibus Assyriis, Babylonicis, Italicis, variisque artificiis confectis, sericis, nisi is, quisquis esset, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet, utque his contenti sint, cautum, quas Romanæ scilicet Constantinopolitanæ provinciæ & manus prætexent.

Hactenus de materia vestium summi sacerdotis actum est; nunc de coloribus dicendum erit. Aurum præstantissimum censebatur apud Judæos, quod rufum colorem referebat; Dicitur cap. IV. *Joma* de thuribulo diei expiationum. בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום. Quotidie aurum ejus erat viride, hodie rufum. *Gemara Babyl. Joma* 44. 2. בכל יום היה זהבה ירוק. Quotidie aurum ejus erat viride. Aurum viride memorat *Martialis* lib. XII. Epigr. 15.

> Miratur Scythicas virentis auri
> Flammas Jupiter, & stupet superbus
> Regis delicias.

Virens aurum a repercussu smaragdorum fortasse dictum ירוקי sæpe etiam *flavum* significat. Massecheth *Nedarim* cap. VII. בצלים שירדו עליהם גשמים וצמחו אם היו עלין שלהן שחורין אסורין הוריקו מותרין Cepæ super quas descendit pluvia, si germinent, quandiu earum extremitates nigrescunt, sunt interdictæ, quando flavescunt, permissæ. Ubi *Raschi* inquit שהן כמו כמישים ירוקין הוריקו והכסיפו פניהן Quando flavescunt, tunc *Jaruk* dicuntur, & facies eorum fit pallida. Fulvi coloris est aurum, i. e. de ruso, atque viridi mistus, teste A *Gellio* lib. II. cap. 26. Fulvus videtur de rufo atque viridi mistus, in aliis plus rufi habere; sicuti Poeta verborum diligentissimus, fulvam aquilam dicit, & Jaspidem, fulvos Galeros, *fulvum aurum* & arenam fulvam, & fulvum leonem.

Post aurum in textu occurit תכלת. *Chaldæus* retinet תכלא. *Septuaginta*, *Philo Judæus*, *Josephus*, Aquila Symmachus, Vulgatus, Hieronymus reddunt ὑάκινθον *hyacinthum*. Japhet *nigrum* fuisse putavit teste *Aben Ezra* ad *Exod.* XXV. אמר יפת שהוא כדמות שחרורית כי הוא תכלית כל הצבועים והכל ישובו אליו והוא לא ישוב במעשה אדם לעולם Dixit Japhet esse colorem similem *nigro*, quia perficit omnes colores, & quia omnes in nigrum convertuntur, hic vero nunquam in alium converti poterit arte humana. *Viridem* ibid. putat *Aben Ezra* ואני נמסוך על רז״ל שאמרו שהוא ירוק והוא צמר. Sed ego assentior Doctoribus nostris b. m. qui dicunt fuisse *Viride*, & quidem in lana. Cum quo consentit ibid. *Raschi*. תכלת צמר צבוע בדם חלזון וצבעו ירוק Theceleth est lana sanguine Chilzon infecta, coloris viridis. Ceterum ירוק non semper *viride*, sed aliquando *flavum*, uti supra demonstratum est; & aliquando *cæruleum*, quo sensu accipitur ab *Raschi* loc. citat. qui dicat תכלת tinctum fuisse בדם חלזון sanguine Chilzon, qui cæruleum colorem referebat. *Berachoth* cap. 5. ipse *Raschi* distinguit inter viride & ירוק dicens ירוק הוא וקרוב לצבעו כרתי שקורין פיר״יש Thechelet est *Jarok* & accedit ad colorem Kerati, quem vocant porrinum. Thecheleth non erat igitur viride, sed ad illud accedebat, sicuti cæruleum accedit ad viride. Apud Judæos Thecheleth a viridi distinguitur, uti videre est c. I. *Berachoth*. מאימתי קורין את שמע בשחרית משיכיר בין תכלת ללבן

ללבן רבי אלעזר אומר בין תכלת לכרתי Quando legendum eſt Schama mane? quando diſcerni poteſt intre Thechelet & album. R. Elieſer dicit; quando diſcerni poteſt inter Thechelet & viride. Ubi *Gemara Hieroſol.* מגיד שהתכלת דומה לים והים דומה לעשבים ועשבים דומין לרקיע ורקיע דומה לכסא הכבוד והכסא דומה לספיר דכתיב ואראה והנה על הרקיע אשר על הכרוב כאבן ספיר כמראה דמות כסא. Demonſtrat, quod *Thechelet* ſit ſimile mari, & mare herbis, & herbæ ſimiles firmamento, & firmamentum ſimile throno gloriæ, & thronus ſimilis ſaphiro; ſcriptum eſt enim *Ezechiel* I. 26. *Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni*. *Siphri* 17. 2. וראיתם אותו מגיד הכתוב שכל המקיים מצות ציצית מעלים עליו כאילו הקביל פני שכינה שהתכלת דומה לים וים דומה לרקיע והרקיע דומה לכסא הכבוד שנאמר וממעל לרקיע אשר על ראשיהם. *Et videbitis illud*; demonſtrat textus, quod ſiquis obſervet præceptum Zizith, æque reputatur, ac ſi videret faciem Divinitatis; etenim Thechelet eſt ſimile mari, & mare ſimile firmamento, & firmamentum ſimile throno gloriæ; Dictum eſt enim *Ezech.* l. c. *Et ſuper firmamento, quod erat imminens capiti eorum*. *Peſiktha* 50. 2. רבי מאיר אומר כל המקיים מצות ציצית כאילו מקביל פני שכינה שהתכלת דומה לים וים דומה לרקיע ורקיע דומה לכסא הכבוד שנאמר וממעל לרקיע אשר על ראשיהם כמראה אבן ספיר דמות כסא ועל דמות הכסא וגומר. R. Meir dicit, quisquis obſervat præceptum Zizith æque reputatur, ac ſi videret faciem Divinitatis; etenim Thechelet eſt ſimile mari, & mare ſimile firmamento, & firmamentum ſimile throno gloriæ; dictum eſt enim *Ezech.* loc. cit. *Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi adſpectus lapidis Sapphiri, ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni*. *Gemara Babyl. Menachoth* cap. IV. רבי מאיר אומר מה נשתנה תכלת מכל מיני צבועין מפני שהתכלת דומה לים וים דומה לרקיע ורקיע לכסא הכבוד שנאמר ותחת רגליו כמעשה לבנת הספיר וכעצם השמים לטוהר. R. Meir dicit; in quonam differt Thechelet a ceteris colorum ſpeciebus? Quod Thechelet eſt ſimilis mari, & mare ſimile firmamento, & firmamentum ſimile throno gloriæ; dictum eſt enim *Exod.* XXIV 5. *Sub pedibus ejus tanquam ſapphirini lateres, qualis eſt cæli ſereni aſpectus*. Hinc optime תכלת *Exod.* XXV. reddidit *Arabs* لسماذجونا *quaſi cæleſtis color*; qui a *hyacinthino* nihil differebat; veterum enim *hyacinthus* colore violaceo, & cæruleo fuit qualis eſt hodie ſapphirus. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 9. Multum ab ea diſtat hyacinthus, tamen e vicino deſcendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in hyacintho. Primo quoque aſpectu gratus, evaneſcit antequam ſatiet adeoque non implet oculos, ut pene non attingat, marceſcens celerius nominis ſui flore. *Iſidorus* in *Origin.* lib. XVI. cap. 9. Hyacinthus ex nominis ſui flore vocatur. Hic in Æthiopia reperitur cæruleum colorem habens. *Solinus* cap. XXXIII. De Æthiopia. Inter hæc quæ diximus nitore cæruleo hyacinthus invenitur, lapis pretioſus, ſiquidem inculpabilis reperitur. Cœli colorem referebat. *Hieronymus Ezech.* I. 26. *Aquila* hyacinthum poſuit, qui lapis cœli habet ſimilitudinem. *Ambroſius* in *Apoc.* XXI. 20. Hyacinthus, cujus ſpecies hyacinthino colori nomen impoſuit pretioſiſſimus eſt, cœli ſereni colorem habens, ſicut ſapphirus. *Joſephus* Antiquit. lib. III. cap. 8. τ̃ μὲν ἀέρα βϐλεται δηλᾶν ὁ ὑάκινθος. Aera ſignificare vult hyacinthus. Et mox ὁ ὑάκινθος τὸν πόλον. Hyacinthus polum refert. *Philo* in lib. de congreſſu quærendæ Er. gr. Ἀέρος μὲν ὑάκινθος μέλας γὰρ ὗτος φύσει. Hyacinthus aeris nigricantis naturam refert. Et *de vita Moſis* lib. III. ubi de tunica exteriori Pontificis Maximi, quæ a Moſe כליל תכלת *tota hyacinthina* dicitur, ὗτος ὁ χιτὼν σύμπας ἐςὶν ὑακίνθινος ἀέρος ἐκμαγεῖον. Hæc tunica tota hyacinthina eſt, aeris ſimulacrum. Cum his conſentiunt *Origenes*, *Hieronymus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Ambroſius*, *Theodoretus* &c. His ſimilia habet *Abarbanel* ad *Exod.* XXV. תכלת היא המשי הצבוע בצבע דומת לים *Thechelet* eſt ſericum infectum colore, qui mari ſimilis eſt. *Kimchius*. היא העין שקורין לו בלעז אזורו אוטרימריין. Hic eſt color, quem vernacule appellant, *Azur ultramarinum*. Et *Maimonides* cap. VIII. de *Vaſis Sanctuarii* ותכלת האמורה בכל מקום הוא הצמר הצבוע כעצם שמים שהוא פתוך מן הכוחל *Thecheleth*, de quo ubique fit mentio, eſt lana tincta colore cœli, mixtura ex ſtibio. Et *Hilch. Zizith.* cap. II. תכלת האמורה בתורה בכל מקום היא הצמר הצבוע בפתוך שבכוחל וזו היא דמות הרקיא הנראין לעין השמש בטהרו של רקיע. *Thechelet* de quo mentio fit in lege, ubique ſignificat lanam tinctam miſtura, quæ eſt in ſtibio, & quidem ſimilis eſt firmamento, quem,

admodum ſol apparet in firmamento ſereno. Hinc תרשיש *Ezech.* I. Hieronymus *mare* vertit. *Flucticolorem Martianus* appellavit. Nec flucticolor hyacinthus credebatur abeſſe profunditas. *Hieronymus* iterum ad *Demetriadem* Ep. VII. Ut taceam de inaurium pretio, candore margaritarum, ſmaragdorum virore, ceraunicorum flammis, hyacinthinorum pelago. Hinc Grecis ἁλουργὴς, & ἁλιπόρφυρον a *mari*. Cœli ſereni, & maris color erat cæruleus. *Ovidius* de arte amandi lib. III.

> Aeris ecce color tum cum ſine nubibus aer
> Nec tepidus pluvias concitat auſter aquas.
> Ecce tibi ſimilis, qui quondam Pryxon & Helle
> Diceris Inois eripuiſſe dolis.
> Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis,
> Crediderim Nymphas hac ego veſte tegi.

Cicero Acad. lib. II. Quid mare nonne cæruleum? Idem color erat flori, qui *Hyacinthus* appellatur. *Columella*

> Necnon & niveos & cæruleos hyacinthos.

Iſidorus, uti ſupra dictum eſt. Hyacinthus ex nominis ſui flore vocatur, cæruleum colorem habet. Non ignoro varii colores eſſe hyacinthos. *Thechelet* ex ſanguine Chilzon, qui erat niger. *Maimonides* Hilch. *Zizit* cap. II. החלזון הוא גד שדומה התכלת ודמו שחור כדיו. Chilzon eſt piſcis, cujus color eſt inſtar coloris Thechelet, & ſanguis ejus ater eſt inſtar atramenti. *Vitruvius* lib. VII. cap. 3. inter purpuras nigram quoque commemorat. Quod legitur in Ponto, & Gallia, quod hæ regiones ſint proximæ ad Septentrionem, eſt atrum. Progredientibus inter Septentrionem & Occidentem invenitur lividum. Quod autem legitur ad Æquinoctialem, orientem & occidentem invenitur violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur poteſtate, & ideo hoc rubrum &c. *Geſnerus* in hiſtoria Aquatilium ad l. c. *Vitruvii* notat illud *atrum* eſſe cæruleum. Hic animadvertendum (inquit) purpuram *nigram* ſumi pro violacea exſaturata. Sic enim ſæpe a veteribus ſumi, alibi demonſtravimus. *Indicum* quoque quo nigrius apparet, eo præſtantius. *Plinius* lib. XXXV. cap. 6. Si purpuram facere malunt, cæruleum ſublinunt, mox purpuriſſum ex ovo inducunt. Ad hoc maxima autoritas Indico. Ex India venit harundinum ſpumæ adhæreſcente limo, cum teritur nigrum. At in diluendo mixtura purpuræ cæruleique mirabile reddit. *Auſterus*, & exſaturatus hic color appellabatur. *Plinius* iterum lib. IX. cap. 36. Unde conchyliis pretia, quia virus grave in fuco, color auſterus in glauco, & iraſcentis ſimilis mari. Et lib. XXI. cap. 8. Tertius eſt qui prope conchyliis intelligitur, multis modis, unius in heliotropio, & in aliquo ex his plerumque ſaturatior, alius in malva ad purpuram inclinans, alius in viola ſerotina, conchyliorum vegetiſſima. *Tertullianus* de *Pallio* cap. 3. Quamquam & pavo pluma veſtis, & quidem de cataclitis, immo omni conchylio depreſſior qua colla florent. *Pavonis* colla cærulea ſunt.

Chilzon vivus contundendus erat, quia cum vita ſuccum evomit. *Toſephoth* ad c. VII. Maſſechet *Schabath*. דרך לפוצעו מיד אחר צדה כל זמן שהוא חי. Mos eſt eum contundi ſtatim poſt capturam, quandiu vivit. *Ariſtoteles* Hiſt. Animal. lib. v. cap. 5. hoc idem teſtatur. Σπουδάζουσι δὲ ζῶντας κόπτειν. ἐὰν γὰρ πρότερον ἀποθάνῃ, συνεξεμεῖ τὸ ἄνθος. Dant operam ut vivas contundant. Nam ſi prius quam tutuderis, moriantur, florem ſimul evomunt. *Plinius* lib. IX. cap. 36. Vivas capere contendunt, quia cum vita ſuccum evomunt. *Vivas captas contundunt* legendum videtur. Vid. *Ælianus* de Animalibus libr. XVI. cap. I. In portione *Zebulon Chilzon* capiebatur. *Targum Jonathanis Deuteronom.* XXXIII. 19. Populi multi in monte domus ſanctuarii adorabunt; ibi offerent oblationes veras. Nam ad littus maris magni habitabunt, & oblectabunt ſe ex piſce Tariſa וחלזנא יאחדון ויצבעון מאדמיה תיכלא. Et Chilzona capient atque ex ejus ſanguine tingent hyacinthinum pro filis ſtolarum ſuarum. *Siphri* ad l. c. *Deut.* וספוני טמוני חול ספוני זו חלזון טמוני זו טרית חול זה זכוכית לפי ששבטו של זבולון שתרעם לפני המקום ואומר לפניו רבונו של עולם לאחיו נתת ארצות ולי נתת חלזון אמר שאני מצרכם לידך על ידי חלזון והרי אמר לפניו רבונו של עולם מי מודיעני אמר לו זה סימן יהיה בידיך שכל מי שנוטל ממך לא יהיה בפרגמטיא שלו כלום. Dictum eſt וספוני טמוני חול. Vox סְפוּנֵי deſignat Chilzona, טְמוּנֵי Tarith, חול vitrum. Quia tribus Zabulon conquerebatur coram Domino, dicens in conſpectu illius; Domine mundi, fratribus meis dediſti terras, & mihi dediſti *Chilzona*. Reſpondit illi; ego faciam, ut omnes opus habeant te propter hunc *Chilzona*. Dixit illi, quis mihi hoc indica-

dicabit? Respondit illi hoc erit signum in manu tua; quicunque te furabitur, nihil proderit ei negotiatio sua. *Pesiktba* 92. I. וספוני זה טרית טמוני זו חלזון חול זו זהורית וכל מי שהיה נוטל בננבא לא היה נהנה מפרגמטיא שלו Vox ספוני designat Tharit, טמוני Chilzona, חול coccinum? & quicunque furabitur, non erit utilitas in ejus negotiatione. *Gemara Megillah* 6. I. כולן צריכין לך על ידי חלזון שנאמר וספוני וטמוני חול תני רבי יוסף ספוני זו חלזון טמוני זה טרית חול זה זכוכית לבנה. Omnes opus habebunt te propter Chilzona. Dictum est *Deut.* l. c. וספוני טמוני חול Tradit R. Joseph, ספוני designat Chilzona, טמוני Tharit, חול vitrum album. Ibid. rarissimus dicitur *Chilzon* חלזון זה גופו דומה לים ובירייתו דומה לדג ועולה אחד לשבעים שנה ובדמה צובעין תכלת לפיכך דמיו יקרים. *Chilzon* hujus corpus est simile mari, & in sua creatione similis est pisci, & unus tantum adscendit singulis 70. annis, & ex sanguine ejus coloratur hyacinthinum, unde in gravissimo est pretio. *Chilzon* pretiosissimus habebatur. *Bereschit rabba* sect. 91. in fine ad illud *Genes.* XLIII. 11. קחו מזמרת הארץ *Accipite de rebus laudatissimis terræ* &c. R. Jehosua exponit de rebus, quæ celebratæ sunt in mundo, quales sunt חלזון *Chilzon*. Capiebatur *Chilzon* inter Tyrum, & Cazib. *Siphri* l.c. אמר רבי יוסי פעם אחת הייתי מהלך מכזיב לצור ומצאתי זקן אחד ושלחיו בשלום אמרתי לו פרנסתך במה הוא אמר לי מחלזון אמרתי לו ומי מצוי אמר לי השמים מקום בים שמוטל בהרים וסמומיות מכישות אותו ומת וגימק במקומו אמרתי השמים נזכר הוא שגנוז לצדיקים לעולם הבא. Dicit R. Jose; aliquando ambulabam a Cazib ad Tyrum, & offendi senem, eumque salutavi, eique dixi, unde tibi victus tuus? Respondit mihi ex Chilzona. Et ubi invenitur? Per cœlum, est locus in mari, qui montibus tectus est; & araneæ tegunt illum; & moritur, & liquescit in loco suo; Dixi per cœlum; memoriale est, quod abscondatur justis in seculum venturum. *Pesiktba* l.c. אמר ר' יוסי פעם אחת הייתי מהלך מכזיב לצור ומצאתי זקן אחד ושלאתי בשלומו אמרתי לו פרנסתך במה אמר לי מחלזון אמרתי לו וכי מצוי הוא חלזון אמר לי השמים שיש מקום בים הגדול שמוטל בהרים וכישיות מקיפות אותו ואין לך אדם שהולך לשם שאין סממיות מכישות אותו ומת וגימק במקומו ואמרתי השמים נזכר שהרי גנוז לצדיקים לעתיד לבא. Dicit R. Jose, aliquando ambulabam a Cazib ad Tyrum, & inveni senem, eumque salutavi, illique dixi, unde tibi victus tuus? Respondit mihi ex Chilzone. Illi dixi & ubi invenitur Chilzon? Respondit mihi; est locus in mari magno, qui montibus tectus est, eumque araneæ circumdant; nec ullus est, qui illuc se conferre possit, nisi araneæ, quæ illum tegunt; & moritur, & liquescit in loco suo. Et dixi per cœlum; notum est, quod abscondatur justis in seculum futurum. *Gemara Schabbath* fol. 26. I. ad 2. *Reg.* XXV. 2. dicitur per כרמים illic intelligi מלקטי אפרסמון colligentes balsamum ab Engeddi usque ad Ramata; & per יוגבים intelligi איזהו חלזון מסולמות של צור ועד חופה capientes Chilzon ab scalis Tyri usque ad Chippam. Volunt יוגבים ibi esse quasi יוקבים *torculatores*, quia piscem חלזון solent premere ad sanguinem ejus eliciendum. Ibid. fol. 75. I. הצד חלזון והפוצעו, qui capit Chilzon, & exprimit eum. Ex his quæ adhuc dicta sunt, facile demonstrari potest, Chilzon fuisse illam purpuram Tyriam, quæ præ ceteris celebrata est. *Strabo* πολὺ γὰρ ἐξήτασται πασῶν Τυρία καλλίστη πορφύρα. Longe omnium præstantissima habetur Tyria purpura. Hyacinthina præ ceteris habita. *Plinius* lib. IX. cap. 39. Librum violaceæ purpuræ denariis centum venisse. *Persius* Satyra prima

> Hic aliquis, cui circum humeros
> hyacinthina læna est.

Xenophon Cyrop. lib. IV. refert, quod Panthea inter munera magni pretii obtulerit *lorum* hyacinthini coloris, Abradatæ suo conjugi regi Susianæ. χιτῶνα πορφυροῦν ποδήρη στολίδωτον κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ; Tunicam purpuream colorem, in extrema ora rugatam, & conum hyacinthini coloris. *Macchab.* IV. 23. *Et acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnos.*

תכלת in textu consequitur ארגמן, Chaldæus ארגונא transfert, Arabs ارجوانا *Argiavana*, Septuaginta πορφύραν cum quibus consentit *Josephus*; & *Philo*, *Vulgatus*, *Hieronymus*, & reliqui veteres Interpretes *purpuram*. Purpuræ talares varii. Erat violacea, cærulea, & rubra. *Plinius* lib. IX. cap. 39. Nepos Cornelius, qui D. Augusti principatu obiit. Me inquit, juvene violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum veniebat; nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Amethistus color præ ceteris celebratus in purpura. *Plinius* ibid. c. 38. Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alli-

alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem, nitoremque, qui quæritur, cocci. In permissis viribus alterum altero excitatur, aut astringitur, summa medicaminum in libras vellerum buccini ducenta pelagii cxi. Ita fit ametysti color eximius ille. Et lib. xxxvii. cap. 9. Indicæ absolutum felicis purpuræ colorem habent, ad hancque tingentium officinæ dirigunt vota. Fundit autem eum adspectu leniter blandum, neque in oculos, ut carbunculi, vibrat. Iterum lib. ix. cap. 41. Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rursum absolutus inebriatur Tyrio, ut sit ex utroque nomen improbum, simulque luxuria duplex, & cum confecere conchylia, transire melius in Tyrium putant. Pœnitentia hoc primum debet invenisse, artifice mutante, quod damnabat inde ratione nata, notum quoque factum e vitio portentosis ingeniis, & gemina demonstrata via luxuriæ, ut color alius aperiretur alio suavior ita dictus, leviorque dictus. Idem lib. xxi. cap. 8. Alium in amethysto, qui in viola, & ipse in purpureum, quem janthinum appellavimus. Color purpureus præterea aliquando niger dicitur. *Virgilius* in Amello.

> Est etiam flor in pratis, cui nomen amello
> Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
> Namque uno ingentem tollit de cespite sylvam.
> Aureus ipse, sed in foliis quæ plurima circum
> Fundantur; violæ sublucet purpura nigræ.

Dioscorides cap. 99. bitumen quod nigrum est purpureum appellavit. ἔςι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς ςίλβυσα, probatur purpuræ modo splendens. *Homerus* Iliad ἔλαβε πορφύρεος θάνατος. Omnia splendida, elegantia, venusta, & nitescentia vocantur purpurea, *Horatius* lib. iv. Od. i.

> Tempestivus in domo
> Pauli purpureis ales odoribus
> Commessabere maximi

Idem alibi

> Hic sale purpureo, vivaque nitentia lympha.

Virgiglius.

> Carmina purpurea candidiora nive.

Idem lib. i. *Georg.*

> Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Furius apud *Gellium*

> Ut fulica ipsa levis volitat super æquora classis
> Spiritus eurorum virides dum purpurat undas.

Gellius *purpurat*, sic interpretatur, ut idem sit, *quod nitescere facit*. *Cicero* in *Academic.* quæst. mare appellat *cæruleum* sed quando remis agitur, esse *purpureum* *Virgilius* iterum

> - - - Namque ipse decoram
> Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ
> Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Servius ad h. l. purpureum, pulcrum, floridum vocari dicit.

Catullus, quod *Homerus* in hymnis ἀγλαὸν ὄζον *Catullus purpureum ramum* reddit

> Candida purpureis ramis intexerat oris.

Columella

> - - - - frondes purpurat auro.

Color ruber tamen plerumqne dicitur *purpureus*. *Ovidius* de arte amandi lib. iii.

> Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet.

Virgiglius Georg. lib. iii.

> - - - quamvis Milesia magno
> Vellera mutantur Tyrios incocta rubores.

Purpura rebus omnibus, quæ rubræ sunt comparatur. *Homerus* Iliade.

> - - - - ἄιματι δε χθὼν
> Δεύετο πορφυρέῳ
> Sanguine autem terra madebat purpureo.

Ovidius Amor. lib. i.

> Purpureus tenero pollice tange genas.

Et lib. iii.

> Illic purpureis condetur lingua labellis

Seneca Hypol. art. ii.

> Non ora tingens nitida purpureus rubor

Virgilius Eclog. 5.

> Pro molli viola, pro purpureo narcisso.

Ovidius de arte amandi lib. II.

> Plenaque purpureo subrubet uva mero.

Purpura pro ruboris varietate varie appellata; dicta est saturi coloris, & acuto rubore splendens & quasi fusca. *Plutarchus* in Catone; ἐπεὶ πορφύραν ἑώρα τὴν κατακόρος ἐρυθρὰν, καὶ ὀξεῖαν ἀγαπωμένην αὐτὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. Cum purpuram saturi coloris, & acuto rubore splendentem in pretio videret esse, ipse fuscam & obtusam gerebat. *Cicero* pro *Sextio* *purpuram plebejam*, & *pæne fuscam* vocat. Secundum genus erat rubor floridus,

dus, & acuto lumine ſplendens, de qua *Plinius* lib. xxi. cap. 8. Hos, ſc. colores, animadverto tres eſſe principales; unum in cocco, qui in roſis micat; gratius nihil traditur aſpectu, & in purpuras Tyrias, dibaphaſque ac Laconicas. Et lib. ix. cap. 38. Pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat auſteritatem illam nitoremque, qui quæritur cocci. In cocco itaque requirebatur nitor. Tertium genus genuina purpura Tyria, de qua *Plinius* ibid. Laus ei ſumma, color ſanguinis concreti, nigricanti aſpectu, idemque ſuſpectu re fulgens, unde & *Homero purpureus* dicitur *ſanguis*. Et cap. 36. Liquoris hic minimi eſt in candida veſte. Unde pretioſus ille bibitur nigricantis roſæ colore ſublucens. *Macrobius Saturn.* lib. II. de Auguſto purpuram emturo. Cum de Tyria purpura, quam emi juſſerat, obſcuritate quæreretur, dicente venditore: erige altius, & ſuſpice; his ſalibus uſus eſt. Quid? ergo ut me populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum? Hinc videtur, quod genuinus color purpuræ fuerit rubor ſaturatus, auſterus & nigricans, quæ ſolo murice tingebatur. *Ovidius* Amor. lib. III.

> Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet

Martialis Epigr. lib. iv. ad Baſſum

> Nonniſi vel cocco madida, vel murice tincta
> Veſte nites, & te ſic dare verba putas.

Virgilius lib. IV. Æneid.

> - - - Tyrioque ardebat murice læna.

Hinc Tyria ſæpe appellatur purpura. *Virgilius* iterum Georg. lib. III.

> - - - Quamvis Mileſia magno
> Vellera mutantur Tyrio incocta rubore.

Tibullus Eleg. 6. lib. II.

> Illi ſelectos certent præbere colores,
> Africa puniceum, purpureumque Tyros.

Statius lib. III. Propemptico Metii Celeris

> Quæ pretioſa Tyros, qua purpura ſucco
> Sidoniis iterata vadis

Sarrana a צור *Tyrus*, quoque dicta; apud *Virgilium* Georg. lib. II. *Sarrano oſtro* dormire legitur, & apud *Juvenalem* tunica Jovis *Sarrana* dicitur; ad quæ verba Scholiaſtes vetus. Tunicam Jovis palmatam dixit, Tyria purpura infectam. Et *Servius* ad l. c. *Virgilii Sarrano oſtro*, ideſt Tyria purpura, quæ enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur. *Blattea* aliquando dicitur. *Aurelius Caſſiodor.* lib. I. Epiſt. 2. Cum blatta, quam noſtro cubiculo dare ſingulis annis conſueviſti, venire feſtina. *Diaconi* gloſſa *Blatta*, genus purpureum vermis. *Ælius Lampridius* in Heliogabalo. Paraverat igitur ſunes *blatta & ſerico, & cocco intortos*. *Eutropius* Breviar. libr. VII. Inuſitatæ luxuriæ ſumtuumque ut qui exemplo Caii Caligulæ, calidis & frigidis ſe lavaret unguentis, retibus aureis piſcaretur, quæ blatteis funibus extraheret. *Vopiſcus* in *Aureliano* pallium blatto-ſericum memorat. *Gregorius* Turonenſis lib. I. Hiſt. cap. 38. *blatteam tunicam*; Et *blatta ſerica* l. ult. *Cod. Theodoſ.* de Murileg. Honorius, & Arcadius Augg. l. 10. C. Juſtinianeo de Murileg. Lotas impoſterum ſerico blatte, & metaxa hujuſmodi ſpecies inferri præcipimus, viginti librarum auri condemnatione propoſita iis qui ſcrinium canonum tractant. Et l. 1. C. res væn. non poſſ. purpura, quæ blatta, vel oxiblatta, vel janthina dicitur. Hinc *Blattarii*, qui ſericas tingebant veſtes, & Blattifer, qui veſtes purpura infectas induebat. *Sidonius* Apollinar. lib. ix. Epiſt. ult.

> Blattifer vel quam tribuit ſenatus.

Idem ibid. Epiſt. 13.

> Rutilum toreuma byſſo
> Rutilaſque ferre blattas.

Et carm. v. verſ. 48.

> Attis mel, Phænis palmas, Lacedæmon olivum
> Pontus Caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus.

Δίβαφα a Græcis quoque dicta, a Latinis bis tincta. Plinius lib. ix. cap. 29. Dibapha (ſc. conſule Cicerone) tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores purpuræ tinguntur. *Martialis* vocat vellus bis murice inquinatum. *Ovidius Amor.* lib. III.

> Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet

Seneca in Hercule Oetæo Act. 2.

> Nec Sidonio mollis aheno
> Repetita bibit lana rubores.

Non bis tantum, ſed pluries interdum tincta; *Martialis* lib. II. Epigr. 29.

> Quæque Tyron toties epotavere lacernæ.

Plinius lib. ix. cap. 38. Quinis lana potat horis, rurſuſque mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem. *Claudianus* lib. II. de Laudibus Stilichonis

> - - - mirere libens, ac ſuſcipe cinctus

Quos

Quos tibi divino mecum Tritonia duxit
Pectine, tincta simul reperito murice fila
Contulimus pensis, & eodem nevimus auro.

Erat & aliud purpuræ genus, quod duplici colore, sc. cocco, & Tyrio, qui *Hysginus* dicitur, tingebatur, de quo *Plinius* loquitur lib. IX. cap. 41. Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rursum absolutus (leg. ablutus) inebriatur Tyrio, ut si ex utroque nomen improbum, simulque luxuria duplex, & cum confecere conchylia, transire melius in Tyrium putant. *Et paulo post*. Et genuina demonstrata via luxuriæ, ut color alius operiretur alio, suavior ita fieri, leviorque dictus. Quin & terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum. *Servius* ad lib. VII. *Æneid.*

Ipse quirinali trabea, cinctuque Gabino

Suetonius in libro de genere vestium, dicit tria esse genera trabearum, unum Diis consecratum, quod est tantum de purpura, aliud regium, quod est purpureum, & habet tamen aliquid album, tertium augurale de purpura, & cocco mixtum.

Hebræi omnes conveniunt ארגמן fuisse purpuram rubro colore infectam. *Aben Ezra* ad *Exod.* XXV. ארגמן כדמות אדום. Argaman colore rubro est. *Abarbanel* ad l. c. צבע אדום color ruber. *Maimonides* de Vasis Sanctuarii c. VIII. הארגמן הוא הצמר צבוע אדום. Argaman colore rubro est. Consentiunt etiam Græci, quorum ἀμόργη fuit Hebræorum ארגמן. Suidas in ἀμόργεια scribit esse χρώματος εἶδος ἀπὸ νήσου Ἀμοργοῦντος, speciem coloris ex insula Amorgan; quod confirmatur ab *Etymologo*, *Eustathio*, *Stephano* & aliis; a quibus dicitur hic color fuisse ruber, & purpureus. *Eustathius* Odyss. θ. ἀμόργη πορφύραν σημαίνουσα, amorge purpuram significat. *Etymologus* in voce ἀπομόρξατο scribit ἀμόργινα ἱμάτια esse τὰ πορφυρᾶ & ἀμόργη, εἶδος βοτάνης πορφυρᾶς. Nota est herba ἀργεμώνη Græcis, & argema *Plinio* dicta, cujus flores sunt rubri, punicei coloris. *Dioscorides* lib. II. cap. 208. Ἀργεμώνη ὅλον μὲν ἔστι ὅμοιον ἀργίᾳ μήκωνι τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ ἔχει ὅμοιον. ἄνθος ἐσχισμένον καυλὸν φοινικοῦν. Argemone in totum sylvestri papaveri similis est; folia habet anemones, florem divisum, & caulum puniceum. *Plinius* lib. XXI. cap. 23. Sylvestri amplitudo major, latioribus foliis, flore phœniceo. Hanc errore ducti argemoneum putant, alii rursus papaver.

Argaman erat genuina purpura Tyria; quia Argaman per septuaginta, atque etiam apud autores Novi Testamenti per πορφύραν *purpuram* exponitur, uti videre est *Apocal.* XVII. 4. & XVIII. 12. Quinetiam *Syrus* in N. Testamento πορφύραν vertit ארגונא *Argavana*, i. e. *Argaman*; vid. *Marc.* cap. XV. 17. & *Johan.* XIX. 2. *Philo* & *Josephus* *Argaman* mare significare volunt, quia sanguine cochleæ, quæ ex mari desumebatur purpura tingeretur. *Philo* de congressu quærendæ eruditionis gratia, ὕδατος μὲν ἡ πορφύρα τὸ γὰρ τῆς βαφῆς αἴτιον ἐκ θαλάττης, ἡ ὁμωνυμοῦσα κογχύλη. Aquam vero repræsentat purpura, quia causa hujus tincturæ ex mari petitur, quæ alias conchylia dicitur. *Josephus* Antiquit. lib. III. cap. 8. ἥτε πορφύρα τὴν θάλασσαν, τῷ πεφοινίχθαι τῆς κόχλου τῷ αἵματι. Purpura mare significat, cum ex cochleæ sanguine tingatur. *Hieronymus* in Epist. ad Fabiolam. Purpura mari deputatur, quia ex ejus cochleolis tingitur.

Inter res pretiosissimas *Ezech.* cap. XXVII. 7. numeratur. Daniel Argaman ab Rege Assyriorum indutus fuisse dicitur *Dan.* V. Solis Regibus, & Pontificibus, & Consulibus teste *Plinio* permissa fuit purpura lib. IX. cap. 36. Huic fasces, securesque Romanæ viam faciunt, idemque pro majestate pueritiæ est. Distinguunt ab equite curiam: Diis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat; in triumphali miscetur auro. Hinc a *Cassio* in oratione ad milites πορφύρα ἱερὴ *sacra purpura*, & ab Imperatoribus Theodosio, Arcadio, & Honorio Cod. lib. XI. Tit. VIII. *sacer murex* dicitur. Privatis purpura interdicta; L. III. Cod. *Theod.* & l. IV. Cod. Justin. de *vestibus holocaveris*. Sacerdotibus sacrificantibus permissa purpura. *Cicero* Epist. 9. lib. II. Proinde isti licet faciant, quos volent consules tribunos plebis, denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant. Et Epist. 16. lib. II. Curtius noster dibaphum (*sc. auguratum*) cogitat, sed eum infector moratur. *Ovidius* lib. IV. Fast.

Ille purpurea canus cum veste sacerdos.

Nonnulla hic ex *Plinio* lib. IX. c. 26. de natura purpuræ & muricis ejusque tinctura describemus. Purpuræ (*inquit*) vivunt annis plurimum septenis. Latent sicut murices circa canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuoque attrita lentorem cujusdam ceræ sali-

vant. Simili modo & murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum vestibus in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, unde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Vivas capere contendunt, (leg. Vivas captas contundunt) quia cum vita succum eum evomunt. Et majoribus quidem purpuris detracta concha auferunt; minores trapetis frangunt, ita demum rorem eum excipientes Tyrii. Præcipuus hic Asiæ, in Meninge Africæ, & Getulo littore oceani in Laconica Europæ. Huic fasces, securesque Romanæ viam faciunt, idemque pro majestate pueritiæ est. Distinguit ab equite curiam, Diis advocantur placandis, omnemque vestem illuminat, in triumphali miscetur auro; quapropter excusata & purpuræ sit insania. Sed unde Conchyliis pretia, queis virus grave in fuco, color austerus in glauco, & irascentis similis mari. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascatur perforando reliqua conchylia; tanta duritia aculeo est. Aqua dulci necantur, & sicubi flumine immergitur alioqui captæ diebus quinquagenis vivunt saliva sua. Conchæ omnes celerrime crescunt, præcipue purpuræ: anno magnitudinem implent. Quod si hactenus transcurrat expositio, fraudatam profecto se luxuria credat, nosque indiligentiæ damnet. Quamobrem persequemur & officinas; ut tamquam in vita frugum nascitur ratio, sic omnes qui istis gaudent, præmia vitæ suæ calleant. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera, buccinum minor concha, ad similitudinem ejus buccini, quo sonus editur, unde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterum purpura vocatur, caliculatim procurrente rostro, & caliculi latere introrsus tabulato, qua proferatur lingua. Præterea elevatum est ad turbidinem usque aculeis in orbem septenis fere, qui non sunt buccino, sed utrisque orbes totidem quot habeant annos. Buccinum non nisi petris adhæret, circaque scopulos legitur. Purpuræ nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura pabulo & solo discreta. Lutensi putri limo, & algente enutritum alga vilissimum: utrisque melius Teniense in Tenei maris ora collectum, hoc quoque tamen etiamnum levius atque dilutius: calculosæ appellantur a calculo maris, mire apto conchyliis: & longe optimum purpuris. Dialutense, id est vario soli genere pastum. Capiuntur autem purpuræ parvulis rarisque textu veluti nassis in alto jactis. Inest in iis esca, clusiles, mordacesque conchæ, ceu mitulos videmus; has semineces, sed redditas mari arido hiatu reviviscentes appetunt purpuræ, porrectisque linguis infestant; at illæ aculeo extimulatæ claudunt sese, comprimuntque mordentia: ita pendentes aviditate sua purpuræ tolluntur. *Vitruvius* e regionum, & marium varietate variare murices & purpnras testatur. Quod legitur in Ponto, & Gallia, quod hæ regiones sint proximæ ad septentrionem, est atrum. Progredientibus inter septentrionem & occidentem invenitur lividum. Quod autem legitur ad Æquinoctialem, orientem & occidentem venitur violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur potestate, & ideo hoc rubrum &c.

Capite 38. tingendæ purpuræ ratio a *Plinio* describitur. Capi eas post canis ortum, aut ante vernum tempus utilissimum; quoniam cum foetificavere, fluxos habent succos. Sed id tingentium officinæ ignorant, cum summa vertatur in eo. Eximitor postea vena, quam diximus, cui addi salem necessarium, sextarios ferme in libras centenas. Macerari triduo justum. Quippe major vis tanto quanto recentior. Fervere in plumbo singulisque aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo. Ita despumatis subinde carnibus quas hæsisse venis necesse est, decimo ferme die liquata cortina, vellus elutriatum mergitur in experimentum, & donec spei satis fiat, uritur liquor. Rubens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibit saniem. Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam nitoremque qui quæritur cocci. Ita permixtis viribus alterum altero excitatur aut astringitur. Summa medicaminum in libras vellerum, buccini cc. pelagii cxi. Ita fit amethysti color eximius ille. At Tyrius pelagio simul satiatur immatura viridique cortina. Mox permutatur in buccino. Laus ei summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. Unde & *Homero* purpureus dicitur sanguis.

Non solum murice, sed herbis aliquando purpura tingebatur. *Plinius* lib.

xxi.

xxi. cap. 8. Transalpina Gallia herbis Tyrium, atque Conchylium tingit. Ex Sandice Indica infecta purpura celebratissima præ ceteris fuit apud veteres. *Vopiscus* in *Aureliano*. Meministi fuisse in templo Jovis optimi Maximi Capitolini pallium breve purpureum, lanestre, ad quod cum matronæ, atque ipse Adrianus jungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur ceteræ, divini comparatione fulgoris. Hoc munus Rex Persarum ab Indis interioribus sumptum Aureliano dedisse perhibetur scribens: sumæ purpuram, qualis apud nos est. *Et post pauca*. Dicitur enim Sandix Indica talem purpuram facere, si curetur. De Sandyce mentionem facit *Virgilius* Eclog. iv.

> Ipse sed in pratis aries, jam suave rubenti
> Murice, jam croceo mutabit vellera luto
> Sponte sua Sandyx pascentes vestiet agnos

Sandyx, cinnabaris, dicta est rubia, quod instar Sandycis, cinnabarisque pannos rubro imbuat colore. *Plinius* lib. xxxv. cap. 6. ignoravit rubiam Sandycem dici. Sandycha (*inquit*) quomodo fieret, diximus. Fit & adulterina ex cerussa in fornace cocta. Color esse debet flammeus. Pretium in libras asses quini. Hæc si torreatur æqua parte rubrica admista Sandycem fieri. Quanquam animadverto *Virgilium* existimasse herbam id esse illo versu.

> Sponte sua Sandyx pascentes vestiet agnos.

Virgilius Sandycum pro herba non posuit; sed hoc intellexit, eam fore rerum omnium felicitatem, si sponte sua colores in ovium velleribus nascerentur, & inter pascendam lanæ colorarentur, neque id pastu Sandycis fieri optat, sed vult fore ut sponte lanæ Sandycis colorem contrahant, non detonsæ, sed in ipsis agnorum tergoribus, dum pascantur. *Hesychius* arborem interpretatur fruticis instar, qui cocco similem colorem facit. σάνδυξ δένδρον θαμνῶδες, ὃ τὸ ἄνθος χροιὰν κόκκῳ ἐμφερῆ ἔχει ὡς σωσύβιος. Qualis sit hæc *Hesychii* arbor, Botanicos adhuc latet. Rubia a *Theophrasto* Histor. lib. ix. cap. 14. describitur. τὸ δὲ ἐρευθέδανον καὶ φύλλον ὅμοιον κιττῷ πλὴν στρογγυλότερον. φύεται δ' ἐπὶ τῆς γῆς ὥσπερ ἄγρωστις. φιλεῖ δὲ καὶ καλίσκια χωρία &c. ἔνιαι δὲ ἰδιόμορφοί τινες. ὥσπερ ἥτε τοῦ σκορπίου καλουμένου, καὶ ἡ τοῦ πολυποδίου ἡ μὲν γὰρ ὁμοία σκορπίῳ. καὶ χρησίμη δὲ πρὸς τὴν πληγὴν αὐτοῦ καὶ πρὸς ἄλλ' ἄττα. ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου. δασεῖα, καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι. καθαίρει δὲ κάτω. κἂν περιάψηταί τις ὥς φασιν, ἐμφύεσθαι πολύπουν. ἔχει δὲ φύλλον ὅμοιον τῇ πτερίδι τῇ μεγάλῃ. καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις. πασῶν δὲ τῶν ῥιζῶν, αἱ μὲν πλείω χρόνον, αἱ μὲν ἐλάττω διαμένουσιν. Rubra folio ederæ, rotundiori tamen consistit, nascitur humi, caulis modo graminis. Loca amat umbrosa, ciet urinam. Qua de causa ad lumborum & coxæ dolores ea utuntur. Non desunt & quæ forma quadam peculiari spectentur, ut nepæ vocatæ radix, atque fidiculæ. Altera enim speciem scorpionis repræsentat, & utilis ad ejus ictum, & ad alia quædam habetur; fidiculæ vero hirsuta, & acetabulis cavernosa, ceu polypodum cirri, Purgare inferius apta est. Ubi quis eam contigerit, polypum innasci affirmant. Folium filicis magnæ proximum est. Nascitur in petris. Radicum vero omnium aliæ plus, aliæ minus durant. Memorat & describit quoque *Dioscorides* lib. III. cap. 160. ἐρυθρόδανον ἢ ἐρευθόδανον, ἔνιοι μὲν τεύθριον καλοῦσι. ῥίζα δὲ ἐστιν ἐρυθρὰ, βαφική ἡ μὲν τις ἀγρία, ἡ δὲ σπαρτὴ, ὡς ἐν Θαβάνῃ τῆς Γαλιλαίας (legunt alii Γαλλίας) καὶ Ῥαβαίνῃ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐν Καρίᾳ μεταξὺ τῶν ἐλαίων σπειρόμενον, ὥσπερ ἐν ταῖς ἀρούραις. ὠφελίμως δὲ σπείρεται (vetus addit καὶ κηπεύεται) διὰ τὸ γένεσθαι ἐκ τούτου πλείστην πρόσοδον. Εἰσὶ μὲν αὐτοῦ οἱ καυλοὶ τετράγωνοι, μακροὶ, τραχεῖς, ὅμοιοι τοῖς τῆς ἀπαρίνης, κατὰ πάντα δὲ μείζονος, καὶ ῥωμαλεώτεροι, ἔχοντες ἐκ διαστημάτων τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον γόνυ, ὥσπερ ἀστέρας εἰς κύκλον περικείμενα, καρπὸν στρογγύλον τὰ πρῶτα χλωρὸν, εἶτα ἐρυθρὸν, εἶτα πεπαινόμενον μέλανα. ῥίζα λεπτὴ, μακρὰ, ἐρυθρὰ, διουρητική. ὅθεν ἰκτερικοῖς μετὰ μελικράτου πινομένη βοηθεῖ ὀσχιαδικοῖς τε καὶ παραλελυμένοις. ἄγει δὲ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αἷμα. Rubia, Græcis Erythrodanum, sive Ereuthodanum, aliquibus teuthrion vocatur. Radix est rubra tingendo idonea, una quidem sylvestris est, sativa altera, ut in Thebaica Galilææ (Galliæ) & Ravennæ in Italia, sed & in Caria inter oleas seritur, velut in arvis; utiliter autem colitur, quod multo polleat quæstu, ex eaque amplissimus redditus percipiatur. Sunt ei caules quadranguli, longi, asperi, quales aparinæ, sed omni ex parte majores, atque robustiores, foliis in orbem per intervalla; nempe circa singula genicula, stellæ modo decussatim radiantis, semine rotundo, inter initia viridi, mox rubro, ac postremo cum emarcuerit, nigro. Radix est tenuis, longa, ru-

bra, ciendæ urinæ vi prædita, qua de causa arquatis auxiliatur, pota cum aqua mulsa. Itemque ischiadicis ac paralyticis, crassam porro ac copiosam urinam pellit, ac interdum etiam sanguinem. *Plinius* lib. XIX. cap. 3. Inprimis rubia tingendis lanis & coriis necessaria. Laudatissima Italica, & maxime suburbana, & omnes pene provinciæ scatent ea. Sponte provenit, seriturque similitudine erviliæ. Verum spinosus ei caulis; geniculatus hic est, quinis circa articulos in orbe foliis. Semen ejus rubrum est.

Sequitur in textu תולעת שני *Tholaath Schani*; *Chaldæus* vertit צבע זהורי *lanam coccineam*; septuaginta κόκκινον, *coccinum*, & κόκκινον διπλοῦν *coccinum duplum*; *Vulgatus coccum bis tinctum*. *Josephus* aliquando κόκκον, & aliquando φοινικοῦν. *Arabs* صباغ القرمز *colorem alkermes*. *Aquila* διάφανον. *Symmachus* διάβαφον. Coccinum, quod esset rubro colore, sæpe purpureum dicitur. Eadem vestis, qua Christus a Judæis fuit indutus, quam *Matthæus* cap. XXVII. vers. 28. appellat χλαμύδα κοκκίνην *clamidem coccineam*, a *Marco* XV. 17. & a *Joanne* XIX. 11. πορφύρα, & ἱμάτιον πορφυροῦν *purpura, & vestimentum purpureum* appellatur. Constat, coccineum colorem fuisse rubrum, rubore florido, & acuto lumine splendentem instar micantis rosæ. *Plinius* lib. XXI. cap. 8. Unum in cocco qui in rosis micat. At purpura rubra fuit instar nigricantis rosæ, aut sanguinis concreti, ut mixta fuerit ex austera aliqua nigritia, & nitente rubore.

Coccineus color cocco tingebatur. *Horatius* lib. II. Sat. 16. *cocco tinctam vestem*, & *Martialis* lib. VI. Epist. ad Bassum *cocco madidam* appellavit. *Plinius* lib. XXII. cap. 2. Jam vero infici vestes scimus admirabili fuco. Atque ut sileamus, Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ granis, coccum (*leg.* Lusitaniæ cocci granum) Imperatoriis dicatum paludamentis. Coccus est fructus rotundus instar lentis, qui crescit circa fruticem ilicis; succus ejus facillime corrumpitur, & in vermem mutatur, qui aufugit, nisi morte præveniatur; Hinc κόκκος dicitur *vermiculus*, Græce σκώληξ; & Lexicon Græc. Lat. *Cyrilli* κόκκος βάμμα *vermicula*. *Plinius* lib. XXIV. c. 2. Est autem genus (*cocci*) ex eo in Attica fere, & Asia nascens, celerrime in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant. *Pausanias* in Phocicis. τὴν δὲ θάμνον ταύτην Ἴωνες μὲν καὶ τὸ ἄλλα ἑλληνικὸν κόκκον Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφισὶν ὀνομάζουσιν ὗς. ἔστι αὐτὴ μέγεθος μὲν ἡ κόκκος κατὰ τὸν ῥάμνον καλούμενον, φύλλα δὲ μελάντερα μὲν καὶ μαλακώτερα ἢ ἡ σχοῖνος. τὰ μέντοι ἄλλα ἐοικότα ἔχει τῇ σχοίνῳ. ὁ δὲ αὐτῆς καρπὸς ὅμοιος τῷ καρπῷ τῆς στρύχνου. μέγεθος ὀρόβου. γίνεται δὲ τοι ἐν τῷ καρπῷ τῆς κόκκου βραχὺ ζῷον τοῦτο εἰ ἀφίκοιτο, ἐς τὸν ἀέρα πεπανθέντος τοῦ καρποῦ, πέτεται αὐτίκα, καὶ ἐοικὸς κώνωπι φαίνοιτο ἄν. νῦν δὲ πρότερον πρὶν τὸ ζῷον κινηθῆναι. συλλέγουσι τῆς κόκκου τὸν καρπὸν καὶ ἐστὶ ἐρίοις ἡ βαφὴ τὸ αἷμα τοῦ ζῴου. Fruticem hunc Jones, & reliqui Græci coccum, Galatæ, qui super Phrygiam sunt, patria voce *hys* nominant. Crescit ad magnitudinem Rhamni, folio nigriore, & molliore quam lentiscus, in reliquis lentisco similis, ejus fructus solani fructui similis ervi magnitudine. Gignitur in cocci fructu pusillum animal; id si maturo fructu in aerem exilierit; statim volucre fit, culici simile. Sed antequam concipiatur animal, cocci fructum legunt. Adhibetur sanguis animantis ad tingendam lanam. Hoc animal Arabice قرمز *Kermes* appellatur. *Sariph*. Alkermes, nomen animalis incidentis super ilicem, quæ est species quercus mediocris. *Alcmanus*. Alkermes color Armenius, qui exprimitur e vermibus, in quorum visceribus latet. Alii in *Abenbitare*. Alkermes est animal, quod in spinosa planta generatur, & in arbusto, ex quo sulphurata fiunt ad ignem accendendum, mediæ magnitudinis inter herbam, & fruticem, ramis multis sed tenuibus. Hoc autem animal instar lentis est initio, valde parvum, sed augere non desinit, donec ciceris magnitudinem assequatur. Cocci granum *Plinius* κοσκύλιον vocat; κοσκυλλεῖν proprie est *minutias excrescentes præsecare*. *Hesychius* exponit τὰ τῶν βυρσῶν περικόμματα *pellium minutal*. Idem. κοσκυλμάτια τῶν βυρσῶν τὰ σμικρότατα περικόμματα Coriorum minima minutaque præsegmina. Describitur a *Plinio* lib. XVI. cap. 8. Omnes tamen has ejus dotes illex solo provocat cocco. Granum hoc, primoque ceu scapus fruticis parvæ aquifoliæ ilicis, cusculium vocant, pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Gignitur & in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia. A Cl. *Bodæo Stapel* in suo commentario ad *Theophrasti* lib. III. cap. 16. hic locus sic emendatur. *In antiquo nostro Veneto legitur:* Omnes tamen has ejus dotes ilex solo provocat cocco. Granum hoc, pri-

moque ceu ſpectes frutices parvos aquifoliæ ilicis, quiſquilium vocant: penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donati &c. *In vetuſtiſſimo Thuanina Bibliothecæ ſcriptum eſt Codice*. Granum hic primoque ceu ſcaptes fruticis parvi aquifoliæ ilicis. Corrigunt *Turnebus*, & *Salmaſius*. Granum hoc primoque ceu ſcabies fruticis parvi, aquifoliæ ilicis coſcylium vocant. *Quiſquilium* in antiquo legitur. *Quiſquiliæ Feſto* quicquid ſurculorum foliorumque cadit ex minutis arboribus. *Cæcilius*

> --- Quiſquilias volantes, venti ſpolia memoraſti modo.

Nævius in togularia.

> --- Ac deturba te ſaxo, quiſquiliæ, non homo.

Dioſcorides lib. IV. cap. 48. Κόκκος βαφική, θάμνος ἐστὶ μικρὸς, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκειται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ, οἵ τινες ἐκλεγόμενοι συντίθενται ἀρίστη μὲν ἐστιν ἡ Γαλατικὴ καὶ ἡ Ἀρμενιακὴ, ἔπειτα ἡ ἐν Ἀσίᾳ δ' ἡ Κιλίκιος. ἐσχάτη μὲν πασῶν ἡ ἐν Ἱσπανίᾳ. Et ad finem capitis. γίνεται μὲν ἡ ἐν Κιλικίᾳ ἐν τοῖς δρυσὶν ὁμοίως κοχλίᾳ μικρῷ ἣν αἱ τῇ δὲ γυναῖκες τῷ στόματι ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσιν. Coccus, quo tingitur, frutex eſt, parvus ex cremiorum genere, cui grana ſeu lentes adhærent, quæ quidem exemta, decerptaque reponunt. Optimum gignitur in Galatia, & Armenia, denique in Aſia, & Cilicia, omnium poſtremum, quod in Hiſpania provenit &c. Naſcitur porro in Cilicia in quercubus, exilis cocleæ ſimilitudine, quod illius regionis fœminæ coccum vocant, & ore legant: *Serapio* cap. 311. Chermes eſt arbuſtum quod adminiſtratur ad accendendum ignem, & eſt medium inter arborem & herbam, cujus rami ſunt multum ſubtiles, ſuper quos ſunt grana rotunda, ſimilia lenticulæ, quæ colliguntur, & reponuntur, & conſervantur, & conficiuntur ad tingendum &c. Et melius granum eſt illud, quod defertur ex terris, quæ dicuntur Galates, & Andabaſi, & ex Armenia, & ſecundum eſt illud de Siana, & deterius omnibus eſt ab Hiſpania. *Petronius* Hiſpanicum coccum, quod a ceteris vituperatur.

> Heſpericum coccum laudabat miles; eadem
> Quæſitus tellure nitor certaverat oſtro.

Fortaſſe de cocco Luſitaniæ, quæ Hiſpaniæ provincia fuit, locutus eſt *Petronius*, qui maxime a *Plinio* lib. IX. cap. 41. Coccum Galatiæ rubens granum circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. *Theophraſtus* quoque lib. III. cap. 16. meminit plantæ, quæ coccum producit. Ὁ δὲ πρῖνος φύλλον μὲν ἔχει δρυμῶδες, ἔλαττον δὲ ἐπακανθίζον. τὸν δὲ φλοιὸν, λειότερον δρυός; αὐτὸ δὲ τὸ δένδρον μέγα, καθάπερ ἡ δρῦς ἐὰν ἔχει τόπον καὶ ἔδαφος. ξύλον δὲ πυκνὸν, καὶ ἰσχυρὸν. βαθύῤῥιζον δὲ ἐπιεικῶς καὶ πολύῤῥιζον. καρπὸν δὲ ἔχει βαλανώδη. μικρὰ δὲ ἡ βάλανος περικαταλαμβάνει δὲ ὁ νέος τὸν ἔνον, ὀψὲ γὰρ πεπαίνει. διὸ καὶ διαφορεῖν τινὲς φασι. φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινα φοινικοῦν. Ilex folio roboris eſt; verum minori, aculeatoque, cortice leviori, quam robur. Arbor ipſa magna aſſurgit, modo roboris, ſi locum ſolumque adipiſcatur idoneum: radix alta admodum, atque multiplex. Fructus glandoſus, ſed glans ipſa puſilla eſt. Veterem novus occupat; nam ſero matureſcit. Quamobrem biſera hæc a nonnullis exiſtimata eſt. Fert præter glandem, granum quoddam puniceum. Videtur hæc arbor innotuiſſe etiam *Straboni* lib. III. Geographiæ, ubi meminit χαμαιζήλου δρυὸς *parvæ ac humilis quercus*, τρέφεται δὲ βαλάνῳ δρυΐνῃ φυομένῃ κατὰ θαλάσσης, χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυὶ, ἃ δρότατον δ' ἐκφερούσῃ καρπόν. ἥπερ καὶ ἐν τῇ γῇ πολλὴ φύεται κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ῥίζας μὲν ἔχουσα μεγάλας, ὡς ἂν τελείας δρυὸς ἐξῃρημένη δὲ ἐκ θάμνου ταπεινῆς ἧττον. τοσοῦτον δ' ἐκφέρει καρπὸν, ὥστε μετὰ τὴν ἀκμὴν πλήρη τὴν παραλίαν εἶναι, τήντε ἐντὸς καὶ τὴν ἐκτὸς στηλῶν ἣν ἐκβάλλουσιν αἱ πλήμμαι. ἡ ἐντὸς στηλῶν ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεται, λέγει δὲ ὁ Πολύβιος καὶ μεχρὶ τῆς Λατίνης ἐκπέμπειν τὴν βάλανον ταύτην εἰ μὴ ἄρα φησὶ ἡ σαρδὼ φέρει καὶ ἡ πλησιόχωρος ταύτῃ. Veſcuntur glande quercum (Thynni) quæ ad mare naſcitur, magna radice, ut quercus perfectæ. A terra minus attollitur, quam humilis aliqua frutex, tantum autem fert fructus, ut poſt maturitatem, littus maris intra extraque columnas oppleatur, eo alluvie ejecto: ſemper tamen minor invenitur, quæ infra columnas naſcitur. Polybius tradit, hanc glandem ab Hiſpanis etiam in Latium uſque mitti, niſi forte Sardia eam generet, & vicina loca. *Polybii* locum *Athenæus* refert lib. VII. Πολύβιος δ' ὁ Μεγαλοπολίτης ἐν τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ ἱστοριῶν περὶ τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Λυσιτανίας χώρας διαλεγόμενος φησὶν. ὅτι τὴν βάλανοι εἰσὶ κατὰ βάθος ἐν τῇ αὐτόθι θαλάττῃ πεφυτευμέναι, ὧν τὸν καρπὸν σιτουμένοις τοῖς θύννοις πιαίνεσθαι. Polybius Megalopolitanus lib. 34. Hiſtor. de Luſitania Hiſpaniæ regione tractans, ſcribit in profundo maris, quo alluitur, glandiferas quercus

cus gigni, quarum fructu Thynni veſcuntur, & pingueſcunt.

Nonnulli putarunt coccinum & hyſginum eundem eſſe colorem, ſed tota antiquitas diſtinxit inter coccum & hyſginum. *Plinius* lib. IX. cap. 41. Quin & terrena miſcere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hyſginum. Coccum Galatiæ rubens granum, ut dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. Si cocco tinctum Tyria purpura tingebatur (ut ait Cl. *Bodæus Stapel* ad l. c. *Theophraſti*) color hyſginus inter purpureum & coccinum fuerit oportet: ut autem ex coccino purpura ſupertincta fiebat hyſginum; ſic purpureus color aliquando parabatur ex creta infecta, rubra radice quam ἐρυθρόδαμον vocant ex hyſgino. *Vitruvius*: Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubra radice, & hyſgino. *Paulus* quoque Juriſconſultus hyſginum a cocco diſtinguit. Vetus Epigramma Myrixi nondum editum

> Τὰ κόκκῳ βαφθέντα, καὶ ὑσγίνοιο θέεισα
> Καὶ τὰς ναρδολιπεῖς ἀλλοτρίους πλοκάμους.
> Veſtes meſſorias tinctas ex hyſgino & cocco
> Alienoſque tortos crines nardo pingunt.

Cum inter purpureum & coccinum hic color ſit, non mirum alios pro cocco, alios pro purpura hyſginum uſurpaſſe. *Heſychius*: βυσὸς χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον. Hyſginum magis ad purpuram quam ad coccum inclinabat. *Suidas*: ὕσγινος βάμματος εἶδος τὰ κόκκοιο βαφέντα, καὶ ὑσγίνοιο θέεισερα. Sunt, qui ὑσγινοβαφῆ hyſgino tincta, violacei coloris eſſe volunt. Sunt alii, qui hyacinthum eſſe volunt ὕσγην. Sed errant utrique. Conſtat enim hyſginum purpureum rubrum, aut cocci fere colorem habere, quod probatur ex loco jam citato Heſychii: βυσὸς χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον. βύσινα πορφυρᾶ Byſtos color, qui pro Hyſgino uſurpatur, Byſſina purpurea dicuntur. *Nicander* in Theriacis de ariſtolochia herba loquens, ἄνθεα δ' ὑσγίνῳ ἐνερεύθεται Floribus hyſgino rubris. Ariſtolochiæ flores purpureos eſſe botanici omnes aſſerunt. Ad hunc locum Scholiaſtes. ὕσγινον φυτόν ἐστι ξανθὸν τῷ χρώματι ὅθεν ὑσγινοβαφῆ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ βεβαμμένα Hyſginum planta eſt ruffo colore, unde hyſgino tincta dicuntur, quæ hoc colore ſunt infecta. Hyſginum vel purpureum, vel proxime ad purpureum accedit teſte *Plinio* lib. XXXV. 6. ubi ſcribit laudari Puteolanum purpuriſſum potius quam Tyrium, aut Getulicum. Cauſa eſt (*inquit*) quod hyſgino maxime inficitur, cogiturque rubiam ſorbere.

Ælianus lib. IV. cap. 46. Animal. refert in India inveniri quædam animalia prælongis pedibus, quæ canthari magnitudinem referrent, ex quibus tingeretur illa purpura, quæ Perſarum Regi mittebatur. καί τοί γε λέγεται τῆς ἐσθῆτος δοκεῖ θαυμαστοί, καὶ ἀντικειμένη γε τοῖς Περσῶν ἐπιχωρίοις κρατεῖ κατὰ πολύ, καὶ ἐκπλήττει, ὡς φησὶ Κτησίας. ἐπεὶ καὶ τῶν ᾀδομένων τῶν Σαρδιανικῶν ὀξυτέρα τέ ἐστι καὶ τηλαυγεστέρα. Et eam mirantur Perſæ, & patriis ſuis veſtibus anteponunt pulchritudine, & pretio ut ait Cteſias; nam vel celebribus illis Sardianis floridior, & ſplendidior eſt.

תולעת שני ſæpe citatur in Scriptura, ſc. *Exod.* XXV. 26. 35. 36. 37. 39. *Levit.* XIV. *Num.* IV. & XIX. Aliquando legitur. תולעת שני, ut *Lev.* XIV. Sæpe etiam ſolum תולעת ſine adjuncto שני deprehenditur. Ut *Eſai.* I. XVIII. & *Nahum* II. IV. Aliquando שני abſque תולעת legitur, uti *Geneſ.* XXXVIII. *Joſ.* II. II. *Sam.* I. *Eſai.* I. 18. *Jerem.* IV. 30. *Cantic.* IV. 3. *Proverb.* XXXI. 21. Sed quocumque modo legatur, ſive תולעת שני ſive שני תולעת, ſive תולעת, ſive שני eundem colorem deſignat. Sæpiſſime in Scriptura per תולעת vermis ſignificatur, ut *Exod.* XV. 20. *Deuteron.* XXV. 39. *Eſai.* XIV. 2. & LXVI. 24. *Jonæ* IV. 7. *Tob.* XXVIII. 6. *Pſal.* XXII. 6. Præter vermem deſignabat תולערז *colorem* quod non ſolum probari poteſt ex locis, ubi ſit mentio de re Veſtiaria ſacra de Tabernaculo &c. ut *Exod.* XXV. & XXVI. & XXXVIII. XXXIX. *Levit.* XIV. *Numer.* IV. 19. Sed etiam ex *Eſai.* I. 18. אם יראימו כתולעת. *Si rubra fuerint* (*peccata veſtra*) ut *Tholaath*; & *Nahum* II. 4. אנשי חיל מתלעים *viri fortes coccinati*, i. e. coccino veſtiti. Ubi *Raſchi*. לבושים בבגרים צבועים בתולעת שני veſtiti veſtibus tinctis cocco. Bellatores decere colorem rubrum, ſanguineum purpureum, aut coccineum docet *Philoſtratus* in epiſtolis de *Lacedæmoniis*. Οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικοβαφεῖς ἐνδύοντο θώρακας, ἢ ἵνα ἐκπλήττωσι τοὺς πολεμίους τῷ φοβερῷ τῆς χροιᾶς, ἢ ἵνα ἀγνῶσι τὸ αἷμα τῇ κοινωνίᾳ τῆς βαφῆς. Lacedæmonii puniceis induuntur thoracibus, ut aut hoſti timorem incuterent terribilitate coloris, aut ut ſanguinem non agnoſcerent ob ſimilitudinem coloris. Vid. *Cragius*, *Meurſius* in Miſcell. Lacon. lib. II. cap. 19. *Bayſius* de re veſtiaria &c.

Qualis fuerit color *Tholaath*, nunc dicendum erit. *Abarbanel* in Legem Parascha *Thruma* nativum hunc existimat colorem. הוא משי שהוא נארה כפי תולרתי ואין לו צבע אחר. Et *Tholaath Schani* est sericum sua natura elegantissimum, nec habet alium colorem. *Aben Ezra* ad *Exod*. XXV. 4. הוא ארום רק איננו מצבע הארגמן ובעבור תולעת שני אמר רבים כי הוא משי Rubrum est, sed non ut color Argaman. Ideoque multi dicunt *Tholaath Schani* esse sericum. Fuisse rubrum exsertis verbis docet. *Es*. cap. I. 18. אם יראימו כתולעת כצמר יהיו. *Si rubra fuerint* (*peccata vestra*) *ut Tholaat*, *erunt* (*alba*) *instar lanæ*. Non solum rubrum, sed etiam coccineum designavit colorem. Septuaginta enim reddunt κόκκινον & φοινικῶν, *Vulgatus* coccinum. *Josephus* aliquando φοίνικα puniceum appellat Antiq. lib. III. cap. 8. & aliquando κόκκον de bello Jud. lib. IV. cap. 6. Coccinum & phœniceum idem designat. *Philo* quoque de vita Mosis lib. III. & de congressu erudit. gratia κόκκινον. Idem *Arabs* sensit interpretando قرمز Kermes, & cum articulo القرمز Alkermes, quod Arabibus nihil aliud est quam coccinum. In novo Testamento quoque ubique *Tholaath* per κόκκινον exprimitur, sicuti *Thecheleth* per ὑάκινθον, & *Argaman* per πορφύραν, Nam in veteri Testamento, ubi deprehenditur ארגמן ותולעת שני Spiritus Sanctus in Novo habet πορφύραν καὶ κόκκινον *Apocal*. XVII. 4. & XVIII. 16. *Paulus* ad Hebræos IX. 19. ubi docet Mosen sumsisse κόκκινον καὶ ὕσσωπον respicit ad *Exod*. XXIV. 6. & ad *Levit*. XIV. 49. ubi in Hebræo legitur שני תולעת ואזוב. Altera voce שני, cui aliquando תולעת præponitur, aliquando postponitur, & quæ aliquando separatim invenitur, uti supra dictum est, coccinum exprimitur. Reperitur etiam in plurali numero שנים ut *Esai*. cap. I. 18. *Prov*. XXXI. 21. Septuaginta fere semper שני & שנים de *duobus* ac *duplicibus* explicarunt, & interpretantur non tantum per διανενησμένον, κεκλωσμένον, κλωστόν, sed per διπλῶν & διστάς. Idcirco תולעת שני *Exod*. XXV. 5. exprimunt per κόκκινον διπλῶν. Et *Exod*. XXVI. 6. κόκκινον διπλῶν διανενησμένον. Et ibid. XXVI. 31. & XXVII. 17. Et *Levit*. XIV. κεκλωσμένον κόκκινον Ibid. vers. 19. κόκκινον κλωστόν. Non solum transtulerunt per κλωστόν, κεκλωσμένον, aut διανενησμένον, sed addiderunt τὸ διπλῶν, ut *Exod*. XXXV. 6. κόκκινον διπλῶν διανησμένον *coccinum duplum retortum*. *Schani* non *duplicia*, multo minus *retortum*, aut *netum*, quale est κλωστόν, aut διανενησμένον significat, quod non per שני sed per vocem משזר exprimitur, ut *Exod*. XXXIX. 24. תולעת שני משזר *vermiculum cocci retortum*. Quod probatur ex *Esai*. cap. I. 18. אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו. *Si peccata vestra fuerunt sicut Schanim* (i. e. rubra instar coccini, nam de colore ארום *rubro* ibi agitur) *alba fient sicut nix*. Et ex *Cantic*. IV. 3. כחוט השני שפתותיך *Ut filum* Schani *sunt labia tua*. Sc. rubra sicut coccinum. Rubentia labia instar purpuræ aut coccini laudantur in virginibus. *Ovidius* Amor. lib. III.

> Illic purpureis condetur lingua labellis.

Septuaginta quoque שני *Genes*. XXXVIII. 27. 30. Jos. II. 18. 21. 2. *Sam*. 24. *Jerem*. IV. 30. *Cantic*. IV. 3. ubi reperitur absque *Tholaath*, uti *Vulgatus* reddunt κόκκινον coccinum.

Color hic coccineus fuit pretiosissimus. *Plinius* lib. XXII. c. II. Imperatoriis enim dicatum erat paludamentis. *Isidorus:* Paludamentum pallium fuit Imperatorum, cocco, purpura, & auro distinctum. *Ælius Lampridius* in *Alexandro Severo*. Chlamyde coccinea usus est. Hoc solum Imperatorium habuit, quod lacernam coccineam accipiebat. *Martialis* testatur calceum coccineum fuisse Patriciorum ornamentum.

> Coccina non læsum cingit aluta pedem.

Isidorus in Origin. lib. XIX. scribit coccinum plerumque purpuræ intextum fuisse. Trabeam esse speciem togæ ex purpura & cocco, qua operti Romanorum reges initio procedebant. Magnates cocco sive purpura induebantur. *Martialis*

> Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta
> Veste nites, & te sic dare verba putas.

Juvenalis

> - - - Cave hunc quem coccina læna
> Vitari jubet, & comitum longissimus ordo

Martialis iterum

> Cum sibi redire de patruelibus fundis
> Ducent, acclamat coccinatos Euclides.

Idem

> Qui coccinatos non putat viros esse
> Amethystiasque mulierum vocat vestes.

Coc-

Coccinum pretiosum munas habebatur. Idem

Coccina famosæ donas, & Janthina moechæ.

Sacerdotum erat ornamentum. Augurum enim vestimentum erat de cocco & purpura. *Dionysius Halicarn.* lib. VI. scribit Salios gestasse Τηβέννας non solum περιπορφύρους, sed etiam φοινικοπαρύφους, Phœniceis, coccineis trabibus distinctas -- *Tertullianus* de pallio cap. IV. Cum latioris purpuræ ambitio & Galatici ruboris (qui erat coccus) superjectio Saturnum commendat. Conchylium purpuram & coccinum inter res pretiosissimas habita esse testatur *Quintilianus* Instit. Orat. lib. I. cap. 3. Quid non adultus concupiscet, qui *in purpuris* repis? Nondum prima verba exprimit, & jam *coccum* intelligit, jam *Conchylium* poscit. Habentur in hoc loco *purpura* i. e. ארגמן, *coccum* i. e. תולעת שני, & *Conchylium* i. e. תכלת.

Hæc vestimenta מעשה ארג *opere* textoris facta erant. Septuaginta reddunt ἔργον ὑφαντόν. *Chaldæus* עובדי מחי. Arabs صناعة نساج *Textoris opificium*. ארג *texere* significat, uti constat ex 1. *Sam.* XXI. 19. 1. *Paral.* XII. 33. & XX. 5. *Esai.* LIX. 5. *Jobi* VII. 6. 2. *Reg.* XXIII. 7. &c.

Vestes sacerdotales sine ulla sutura fiebant, sed tantum texebantur. Si enim post textas, acu assuebantur, cur dicendum erat (postquam dictum est confici debuisse vestes sacras ex lana & lino) faciendas esse opere textoris? Satis fuisset dixisse fieri debuisse ex lana & lino; Consentiunt omnes Judæi vestes sacras sine ulla sutura factas fuisse. *Josephus* lib. III. cap. 7. ubi de pallio Pontificis ἔστι δ᾽ ὁ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων, ὡς τε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων εἶναι, καὶ τῶν παρὰ πλευρὸν φάρσος δ᾽ ἐν ἐπιμήκει ὑφασμένον. Hæc tunica non constat duabus plagulis, ut suturas habeat in humeris, est vero tela in longitudinem texta. *Babyl.* ad Cod. *Joma* c. 8. בגדים שגוררין כברייתן מכליהן ומשרריך מהן כלום מאי היא ריש לקיש אמ׳ אלו מעשה מחט מטיבי בגדי כהונה אין עושין מעשה מחט אלא מעשה אורג שנ׳ מעשה אורג אמר אביי לא נצרכה אלא לבית יד שלהם כהתניא בית יד של בגדי כהונה נארגת בפני עצמה ונדבקת עם הבגד ומגעת עד פיסת היד. Vestimenta quæ integra in tela texuntur, ita ut si tantillum sit residui, quid est illud? Rasch Lakisch dicit esse opus acus. Sed objicitur. Vestes sacerdotum non fiunt opere acus, sed opere textoris; uti dicitur: *opus textoris*. Dicit Abai eo non opus esse, nisi tantum de manica; quemadmodum traditur: Manica vestium Sacerdotum seorsim texitur, & vesti annectitur; pertingitque usque ad volam manus. *Raschi* ad *Exod.* מעשה אורג ולא במחט. Opus textoris, non autem acu factum. Hujusmodi fuit Tunica Christi, quam memorat *Johannes* cap. XIX. 22. & 24. ἦν μὲν ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου. *Erat tunica illa inconsutilis a summo contexta tota.* *Syrus* ita reddit ܟܘܬܝܢܗ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܠܐ ܚܝܛܐ ܡܢ ܠܥܠ ܐܪܓܐ ܟܠܗ *Tunica autem erat sine sutura a summo tota texta.* *Arabs* expressius القميص فبغير خيط من فوق بل منسوجا كلة *Camisia erat sine acu a summo, sed tota texta.* Evangelistæ mentem optime expressit *Theophanes Cerameus* Homil. in Passionem Domini XXVII. Ἄῤῥαφος μὲν ἦν ἐκ τοῦ ἄνωθεν ἐπειδὴ τοῖς μὲν Γαλιλαίοις σύνηθες ἦν τοὺς χιτῶνας ποιεῖν δυσὶ φαρσίοις ἄνωθεν κατὰ τὸν ὦμον συνεζευγμένας ῥαφῇ. τὸν μὲν χιτῶνα τοῦτον ἐν ὕφασμα δεῖ λαμβάνειν ἄῤῥαφον. Inconsutilis porro superne erat, quoniam mos Galilæis erat tunicas ex laciniis duabus in humeris sutura commissis. Hanc vero tunicam oportet intelligere uno contextu fuisse, ideoque inconsutilem. *Chrysostomus* Homil. LXXXV. in *Johannem*. τινὲς αὐτὸ τὸ εἶδος τοῦ χιτωνίσκου φασὶ τὸν Εὐαγγελιστὴν ἱστορεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ἐν Παλαιστίνῃ δύο ῥάκη συμβάλλοντες, οὕτως ὑφαίνουσι τὰ ἱμάτια, δηλῶν ὁ Ἰωάννης, ὅτι τοιοῦτος ἦν ὁ χιτωνίσκος, φησὶν, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντός. Quidam putant ipsam Tunicæ formam a *Johanne* narrari. Nam quia solent in Palæstina duos pannos committentes vestimenta texere; *Johannes* ut significaret talem fuisse hanc tunicam, ait fuisse *desuper contextam*. Hæc textura dicebatur a Græcis ἀνακρούειν, & ἀνακρουστὸν ὑφαίνειν; & vestimenta ita contexta ἀνακρουστά. *Isidorus Pelusiota* Epist. LXXIV. lib. I. καθ᾽ οὓς καὶ μάλιστα, τὸ τοιοῦτον φιλεῖ γίνεσθαι ἱμάτιον, τέχνῃ τινὶ ὡς αἱ στηθοδεσμίδες, ἀνακρουστὸν ὑφαινόμενον. Apud quos vel maxime indumentum ejusmodi solet fieri, & arte quadam ut fit in fasciis pectoralibus, sursum texendo. De arte texendi vestes inconsutiles vide summum Virum *Johannem Braunium* cap. XVI. de *vestitu* Sacerdotum Hebræorum.

Textilia hæc vestimenta grata fuisse dicuntur Diis & decora. *Plato* de Legibus lib. XII. χρώματα μὲν λευκὰ πρέποντ᾽ ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν ὑφῇ.

Colo-

Colores albi Diis decori ſunt, tum in ceteris, tum in textili. *Cicerone* interprete. Et ibid. ὑφὴν μὲν μὴ πλέον ἔργυ γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον. Textile nec operoſius, quam mulieris opus menſtruum. Eodem interprete. *Pauſanias* Eliacor. poſteriori ſcribit Sacerdotem Soſipolis habuiſſe ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον ἐφελκυσμένη ὕφος λευκόν. In capite & facie velum textile album. Idem ibid. docet Junonis peplum opus textile fuiſſe. Πεποίηνται μὲν ταῖς γυναιξὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ οἴκημα ἑκκαίδεκα καλυμέναις, ἔνθα τὸν πέπλον ὑφαίνυσι τῇ Ἥρα. In ipſo enim foro, fœminis, quæ ſedecim vocantur, domus eſt, in qua Junoni peplum texunt.

Ultima ſpecies, ex qua texebantur veſtimenta ſummi ſacerdotis, erat שש. De hujus vocis ſignificatu diſſentiunt Interpretes. Nonnulli per שש *xylinum* ſeu goſſipion deſignari contendunt. Xylinum fuiſſe goſſipion docet *Plinius* lib. XIX. cap. I. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta Xylina. Parvus eſt, ſimilemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla ſunt eis candore mollitiave præferenda. Veſtes inde ſacerdotibus Ægypti gratiſſimæ. In Arabia in Tylo inſula hanc arborem naſci teſtatur *Theophraſtus* lib. IV. cap. 9. Ἐν Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ κεῖται δὲ αὐτὴ ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ &c. φέρειν δὲ τὴν νῆσον καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰ ἐριοφόρα πολλά. ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρὸν καρπὸν μὲν ὐδένα φέρειν, ἐν ᾧ μὲν τὸ ἔριον, ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν συμμεμυκός. ὅταν δὲ ὡραῖον ᾖ ἐκπετάννυσθαι καὶ ἐξαίρειν τὸ ἔριον, ἐξ ὗ τὰς σινδόνας ὑφαίνυσιν, τὰς μὲν εὐτελεῖς, τὰς δὲ πολυτελεστάτας. γίνεται δὲ τῦτο καὶ ἐν Ἰνδοῖς ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἐν Ἀραβίᾳ. In Tylo autem inſula, quæ in ſinu Arabico eſt &c. Lanigeras quoque arbores multas eandem inſulam ferre proditum eſt, has folia vitigena gerere, verum minora; fructum nullum. Id in quo lana continetur, mali amplitudine cerni, vere naſci compreſſum, cum tempeſtivæ maturitatis ſit, aperiri; & lanam excipi, qua telas texunt, alias viles, alias pretioſas. Hoc idem & in India (ſicut dictum eſt) & in Arabia fieri aſſeverant. In foliis conſentit *Plinius* cum *Theophraſto* lib. XII. cap. 10. His folia infœcunda, quæ ni minora eſſent, vitium poterant videri. Atque Hebræi Maſſechet *Kilaim* cap. VII. ר׳ מאיר אומר אף צמר גפן אסור R. Meir dicit, etiam lana vitium prohibita eſt. Ubi *Maimonides*. ואמר נפן יקרא בלשון ערב קוטון lana vitis Arabice dicitur *Coton*. *Bartenora* ad l. c. צמר צפן מוך שקורין קוטון. Lana vitis eſt much, quod vocant *Coton*. *Plinius* idcirco hujuſmodi arbores inter Aminæarum vitium genera recenſet lib. XIV. cap. 2. Quintum genus lanatæ, ne Seres miremur aut Indos, adeo lanugo eam veſtit. Arborum harum lanigerarum varia fuerunt genera. Quædam lanuginem circa fruticem habebant. *Plinius* lib. XII. cap. 21. Arbores vocant goſſampinos, fertiliore etiam Tylo minore, quæ diſtat X. M. paſ. Juba circa fruticem lanugines eſſe tradit, linteaque ex Indicis præſtantiora. Aliæ vero fructum ferunt ſimilem barbatæ nucis, ex cujus interiore bombyce lanugo netur. *Plinius* lib. XIX. cap. I. *Pollux* lib. VII. cap. 17. τῦ δένδρυ καρπὸς ἐπιφύεται, καρύῳ μάλιστα προσεοικὼς, τειπλῶ τὴν διαφυσιν, ἧς διαστήσης, ἐπειδὰν ἐυανθῆ τὸ ὥσπερ κάρυον, ἔνδοθεν ἐξαιρεῖται, τὸ ὥσπερ ἔριον. Arbori fructus enaſcitur, nuci ſimilis, triplici cortice munitus, qui diremta poſtquam inſtar nucis floruerit, interius quid inſtar lanæ reperitur, quod eximitur. Quædam producunt cucurbitas amplitudine mali cotonei. *Plinius* lib. XII. cap. 10. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus veſtes pretioſo linteo faciunt. Ab his diverſas memorat alias arbores lanigeras *Arrianus* in Indicis. σιτέεσθαι μὲν τῶν δενδρέων τὸ φλόιον. καλέεσθαι μὲν τὰ δένδρα, ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ τάλα. καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν, καθάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσιν, ὅιαπερ τολύπας. Arborum corticibus veſcuntur; vocantur autem eorum arbores Tala Indorum lingua. Innaſcitur iis quemadmodum in ſummitatibus palmarum, glomera, i. e. pila lanigera. Memorat has arbores *Strabo* lib. XV. ἐκ τύτυ μὲν Νέαρχός φησι τὰς εὐητρίυς ὑφαίνεσθαι σινδόνας. τὰς δὲ Μακέδονας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι, καὶ τῆς σαγματοσάγης (vel καὶ τοῖς σάγμασι σαγῆς ut emendavit clar. *Salmaſius*) Ex qua Nearchus ait ſindonas ſubtilis, & reticulati operis texi, & Macedonas eo pro tomento uſos, ac clitellas eo farſiſſe.

Septuaginta שש βύσσον, & *Vulgatus* Byſſum reddiderunt, ſequuti *Chaldæum*, qui בוץ *buz*, & בוצא *buza* habet, quod nihil aliud eſt, quam byſſus. Quærendum nunc &, quid fuerit *byſſus*. Sunt qui lanam *byſſum* vocatam credant, alii πιννικὸν, quod valde lanæ eſſet ſimilis ex autoritate *Ariſtotelis*,

lis, quod dicat αἱ πίνναι φύονται ἐκ τῦ βυσσῦ. Cum magna sit differentia inter βύσσον & βυσσὸν. Illud enim ὀξυτόνως genus lini, aut colorem, hoc vero βαρυτόνως profunditatem significat, ut *Suidas* animadvertit. Alii sericum, ut *Strabo* lib. XV. τοιαῦτα δὲ καὶ σηρικὰ ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσυ. Serica etiam ejusdem generis esse, bysso scilicet ex corticibus quibusdam excarminata. Alii per שש gossypium intellexerunt adducti autoritate *Pollucis*, quod lib. VII. c. 17. gossypium, & sericum comprehendat sub bysso. Sed hæc inscriptio non est facta ab ipso *Polluce*, qui eodem capite distinguit inter βύσσον, ἔριον ξύλον & sericum, scribitque byssum esse speciem lini Indici. βύσσος λίνυ τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. Ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλυ τι ἔργον γίγνεται ἐξ ὃ τὴν ἐσθῆτα λινῶ ὄντες μᾶλλον φαίη προσεοικέναι πλὴν τὸ πάχυς ἐσὶ παχυτέρα. Byssos lini quædam species apud Indos. Nunc autem apud Ægyptios ex arbore lana quædam, ex qua vestem confectam, lino maxime similem esse, sola densitate excepto; spissior enim est. Linum igitur erat byssus, & Eliaca inter ceteras celebrata. *Plinius* lib. XIX. cap. I. Huic lino (*asbestino*) principatus in toto orbe. Proximus byssino, mulierum maxime deliciis circa Elin in Achaja genito. *Pausanias* Eliac. lib. I. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τῇ Ἠλείᾳ τήν τε βύσσον, ὅτι ἐνταῦθα μόνον, ἑτέρωθι μὲν οὐδαμῦ τῆς Ἑλλάδος φύεται. Et paulo post. Ἡ δὲ βύσσος ἡ ἐν τῇ Ἤλει, λεπτότητος μὲν ἕνεκα οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων ἐσι δὲ οὐχ ὁμοίως ξανθή. Inter Elei miracula etiam byssus est. Hic tantum nusquam alibi in Græcia nascitur. Bissus Elei est tenuissima; non cedit Hebræorum, non tamen est æque flava. Idem Eliac. poster. Ἡ δὲ Ἠλεία χώρα τά δὲ ἄλλα ἐσιν ἐς καρπὸς καὶ τὴν βύσσον οὐχ ἥκιστα ἐκτρέφειν ἀγαθή. τὴν μὲν δὴ κανναβίδα καὶ λίνον καὶ τὴν βύσσον σπείρυσιν. Est autem ager Eliacus ut & ceterarum rerum, ita & byssi ferax. Cannabem quidem, linum, & byssum serunt. Idem in Achaicis. βίος μὲν αὐτῶν ταῖς πολλαῖς ἐσιν ὑπὸ τῆς ἐν Ἤλιδι φυομένης κεκρυφάλυς τε γὰρ ἀπ' αὐτῆς καὶ ἐσθῆτα ὑφαίνυσι τὴν ἄλλην. Earum plures Eliacæ bysso dant operam texentes reticula & alias vestes. *Stephanus* ex *Xenophonte* notavit ex lino retia venatoria confecta fuisse. *Xenophon* lib. de venatione. τὰς μὲν ἄρκυας φασιανῦ, ἢ καρχηδονίυ λεπτῦ λίνυ. Retia ex Phasiano, aut Carthaginensi lino tenui fieri debent. *Plinius* lib. XIX. cap. I. Eadem & plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus insidias, quam nobismetipsis lino tendimus. Sed Cumanæ plagæ concidunt apros, & hæ cassesve ferri aciem vincunt. Vidimusque jam tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis transirent, uno portante multitudinem, qua saltus cingerentur. Nec id maxime mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare. Videatur *Nemesianus* in Cynogetico, *Gratius*, & *Opianus*. *Esaias* cap. XIX. 9. docet Ægyptios pariter retia sua ex lino fecisse. ובשו עובדי פשתים שריקות ואורגים חורי *Et pudefient Opifices linorum subtilium, & textores retium*. Ubi Raschi שריקות פשתים שסורקין אותן ואורגין מהם מצודות דגים שהן עשויות חורין חורין. Scherikoth est linum, quod pectunt, & ex quo conficiunt retia piscium, quæ ita facta sunt, ut habeant multa foramina. Cum quo consentit *Kimchius* ad l. c.

Accedit Judæorum Interpretum autoritas, qui testantur שש & בד fuisse linum. *Aben Ezra* ad *Exod.* XXV. שש הוא הבד מין ממיני פשתים ימצא במצרים לבדו רק הוא לבן ואינו צבוע *Schesch* est idem quod *Bad*, species quedam lini, quod nascitur in Ægypto tantum, tenue est & album & non tingitur. *Maimonides* de vasis Sanctuarii cap. VIII. בכל מקום שנ׳ בתורה שש או בד הוא הפשתן והוא הבוץ. Ubicunque in lege dicitur *Schesch* aut *Bad* intelligitur Pischtan, id est byssus. *Ezechiel* cap. XLIV. 17. testatur vestimenta sacra ex פשתן loco בד & שש, uti legitur *Exod.* fuisse confecta. והיה בבואם אל שערי החצר הפנימית בגדי פשתים ילבשו ולא יעלה עליהם צמר בשרתם וגו׳ פארי פשתים יהיו על ראשם ומכנסי פשתים יהיו על מתניהם. *Et erit quum intrabunt atrium interius ut vestiantur vestibus pischtim, nec lana tegentur inter ministrandum &c. Pileos pischtim habebunt super caput, & feminalia pischtium circa lumbos.*

Linea quoque plerunque fuisse sacerdotum Ethnicorum vestimenta sacra constat ex innumeris monimentis. *Apulejus* Apologia prima de lineo texto. Purissimum est verbis divinis velamentum, quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, jam inde Orphei, & Pythagoræ scitis, profanis vestibus est; sed etiam mundissima lini seges inter optimas fruges terræ exorta non modo indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur. *Philostratus*. καὶ ἐσθῆται

τῶ βύσσω φησὶν ὁ Ἀπολλώνιος, ἐπειδὴ ἔοικε φαιῶ τρίβωνι, καὶ ἐς Ἄιγυπτον μὲν ἐξ Ἰνδῶν ἐς πολλὰ τῶν ἱερῶν φοιτᾷ ἡ βύσσος. Vestes fieri e bysso tradit Apollonius. Similis enim est pallio fusco; ex India in Ægyptum adfertur, ut vestes ex ea fierent, & sacra operirentur. *C. Suetonius* in Othone. Sacra etiam Isidis sæpe in lintea religiosaque veste propalam celebrasse. *Lucanus* lib. IX.

Et tectum lino spargam per vulgus Osyrim.

Tibullus lib. I. Eleg. 3.

Ut mea votivas persolvens Delia noctes,
Ante sacras lino tecta fores sedeat

Ovidius lib. II. Amor.

Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isin
Quæsieris.

Idem lib. I. de Ponto Eleg. I.

Vidi ego linigeræ unum violasse fatentem
Isidis, Isiacos aute sedere focos.

Juvenalis Sat. VI.

Ergo hic præcipuum, summumque meretur honorem
Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo,
Plangentis populi currit derisor Anubis.

Martialis lib. XIV. Epigr. 29.

Linigeri fugiunt calui, sistrataque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.

Claudianus de IV. Honorii consulatu.

- - - Sic nuncia Memphis
In vulgus proferre solet, penetralibus exit
Effigies, brevis illa quidem, sed pluribus infra
Liniger imposita suspirat veste sacerdos.

Plutarchus lib. de Iside, & Osiride: φερεὶν δὲ τὰ λίνι διὰ τὴν χρόαν ἣν τὸ λίνον ἀνθοῦν ἀνίησι τῇ περιεχούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν. ἡ μὲν ἀληθὴς αἰτία μία πάντων ἐστί. καθαρῷ γὰρ (ἦ φησὶν ὁ Πλάτων) οὐ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ --- τὸ δὲ λῖνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου τῆς γῆς, καὶ καρπὸν ἐδώδιμον ἀναδίδωσι, λιτὴν μὲν παρέχει, καὶ καθαρὰν ἐσθῆτα, καὶ τὸ σκέποντι μὴ βαρύνουσαν ἁρμόσον μὲν πρὸς πᾶσαν ὥραν, ἥκιστα δὲ φθειροποιὸν, ὥς λέγουσι. Quidam dicunt eos linum gerere ob colorem, quem flos lini habet, similem nitori ætheris, mundum ambientis. Vera autem causa est, quod purum a non puro tangi nefas est, ut ait Plato --- Linum porro e terra nascitur immortali, fructum fert esui aptum, vestem exhibet tenue ac puram, quæ gerentem non gravat, & est apta omnibus anni temporibus, minimeque, ut ajunt, pediculos gignit.

Postremo in textura Ephod occurrit vox משזר *Moschzar*, aut שש משזר *Schesch Moschzar*. Hæc vox occurrit primum *Exod.* XXVIII. 6. & XXXIX. 2. de Ephod. Deinde de cingulo Ephod XXVIII. 8. & XXXIX. 5. Et de pectorali XXVIII. 15. & XXXIX. 8. Et in multis partibus tabernaculi, ut de יריעות *Exod.* XXVI. 1. & de velo ibid. vers. 31. & cap. XXXVI. 37. & מסך לפתח האהל *Exod.* XXVI. 36. & XXXVIII. 16. & קלעים *Exod.* XXVII. 9. & XXX. 8. 9. 16. & החצר *Exod.* XXVII. 18. ubi de malogranatis pallii apertis, ubi deficit שש annotante Masora, quæ ibi censet quoque legendum esse שש משזר Judæi Interpretes contendunt ex שש משזר sextuplicia fuisse singula lina. *Babyl. Joma* 71. תנו רבנן דברים שנאמר בהם שש חוטן כפול ששה משזר שמנה מעיל שנים עשר פרכת עשרים וארבעה חשן ואפור עשרים ושמנה כפול ששה מנא לן דאמר קרא ויעשו את הכתנת שש ואת מצנפת שש ואת פארי המגבעות שש ואת מכנסי הבד שש משזר חמשה קראי כתיבי חד לגופיה דכותנא ניהוו וחד שיהלא חוטן כפול ששה וחד שיהיו שזורין וחד לשאר בגדים שלא נאמר בהם שש משזר וחד לעכב וגומר משזר שמונה מנא לן דכתיב ועשו על שולי המעיל רימוני תכלת וארגמן ותולעת שני משזר ויליף משזר משזר מפרכת מה להלן עשרים וארבעה אף כאן עשרים וארבעה דהוא כל חד וחד תמיני ונילף מחשן ואפור מה להלן עשרים ושמנה אף כאן עשרים ושמנה דנין דבר שלא נאמר בו זהב מדבר שלא נאמר בו זהב לאפוקי חשן ואפור שנאמר בהן זהב אדרבה דנין בגד מבגד לאפוקי פרכת דאו להוא אלא דנין מאבנט ודנין בגד ודבר שלא נאמר בו זהב מבגד ודבר שלא נאמר בו זהב ואין דנין דבר שאין בו זהב מדבר שיש בו זהב רב מרי אמר תעשנו כתיב תעשנו לזה ולא לאחר רב אשי אמר ועשית כתיב שיהיו כל עשויות שוות והיכי נעביד תלתא דעשרה עשרה הוו להו תלתין נעביד תרי דתשעה תשעה וחד העשרה אמר קרא ועשית שיהיו כל עשויותיו שוות מעיל שנים עשר מנא לן דכתיב ועשית את מעיל האפוד כליל תכלי ויליף תכלת תכלת מפרכת מה להלן ששה אף כאן ששה ונילף משוליו ורימוניו מה להלן שמנה אף כאן שמונה דנין כלי מכלי ואין דנין כלי מתכשיט כלי אדרבה דנין גופו מגופו ואין דנין גופו מעלמא היינו דאמרינן לשאר בגדים שלא נאמר בהן שש פרכת עשרים וארבעה ארבעה ארבעה דשיתא שיתא לא דינא ולא דיינא חשן

חשן ואפוד עשרים ושמנה מנא לן רכתיב ועשית חשן משפט מעשה חשב כמעשה אפוד תעשנו זהב תכלת ארגמן תולעת שני ושש משזר ארבעה דשיתא שיתא עשרים וארבעה זהב ארבעה הא עשרים ושמנה ואימא זהב נמי ששה אמר רבי אחא בר יעקב אמר קרא וקצץ פתילים פתיל פתילים הרי כאן ארבעה רב אשי אמר אמר קרא לעשות בתוך תכלת ובתוך הארגמן היכי נעביד נעביד ארבעה דתרי תרי הוו להו תמניא נעביד תרי דתרי תרי וחד וחד ועשית שיהיו כל עשיות שוות

Tradunt Sapientes nostri; in rebus ubi dicitur שש fila sena retorquenda sunt; משזר octona. Pallium filo duodecimo constat; velum viginti quatuor. Pectorale & Ephod viginti octo. Sena fila fuisse retorta unde probatur? Ex eo quod textus dicit *Exod.* XXVIII. *Et facient tunicam* שש *& tiaram* שש *& ornamenta pileorum* שש, feminalia linea שש משזר. Quinque loca in Scriptura reperiuntur; unus propter vestimentum ipsum, quod deberet esse ex lino, unus ut essent fila sena, unus ut essent retorta; unus propter cetera vestimenta, de quibus שש non exprimitur, & unus ad impediendum &c. Unde dicimus octona retorta? Ex eo quod scriptum est *Exod.* XXXIX. *Et facient fimbrias pallii malogranata ex hyacinthino, purpura, & coccino retorta.* Retortum ex retorto, quod erat in velo, docetur: sicut illic constabat quatuor & viginti filis, hic quoque quatuor & viginti filis, quia quodlibet filum octo filis constabat. Sed docendum est ex pectorali & Ephod; sicut illic sunt octo & viginti fila, hic quoque octo & viginti fila. At judicandum est de re in qua non est aurum, ab re in qua non est aurum, ad excludendum pectorale & Ephod, quæ constant ex auro. Multo magis judicandum est de vestimento ex alio vestimento, ad excludendum tentorium, & velum tentorii. Sed explicandus est balteus, vestes, & res, de qua non dicitur aurum, ab alia veste, & re de qua etiam non dicitur aurum. Non autem explicanda est res in qua non est aurum, ab re, in qua sit aurum. R. Mare dicit; legimus. *Facies illud.* At *facies illud* de hoc quidem scriptum est, non de alio. R. Ase dicit; scriptum est: *Et facies*; ut omnia opera sibi essent similia. Sed quomodo faciemus? Sumamus ter decem, habebis triginta. Sumamus bis novem, & semel decem. Textus dicit. *Et facies*; ut omnia opera essent similia. Pallium duodeno filo constitisse unde probatur? Ex eo quod scriptum est *Et facies pallium Ephod totum hyacinthinum.* Explicandum est hyacinthinum ex hyacinthino velo, Sed quid ibi reperies? Dicam; sicut illic sex, ita pariter hic sex. Igitur explicandum est ex fimbriis & malogranatis. Sicut ibi octo, ita pariter hic octo. Explicanda est vestis ab veste, non autem vestis ex ornamentis vestium. Multo magis explicanda est res ipsa ab re ipsa, non autem res ipsa ab genere. Et hoc est, quod diximus de reliquis rebus, in quibus nulla reperitur byssus. Quantum ad vela, quod constiterint viginti quatuor filis, quater scilicet senis, nemo est qui dubitet. Sed unde probatur Pectorale & Ephod viginti octo constitisse? Ex eo quod scriptum est. *Et facias pectorale judicii, opus pectoralis facies ut opus Ephod, ex auro, hyacinthino, & purpura, & coccino, & bysso retorta.* Quater sena facient viginti quatuor, & quatuor fila aurea, facient viginti octo, sed dicam ego sex etiam fuisse fila aurea. Ad hæc respondet R. Acha bar Jacobi Textus dicit *Exod.* XXXIX. *Et scindes filamenta*, filum ex filis binis, ecce erunt quatuor fila aurea. R. Ase dicit textus dicit. *Erunt inter hyacinthinum, & inter purpuram.* Quomodo hoc fiet? Sumamus quatuor fila, quæ ex binis constant; habebimus octo fila. Sumamus duo, quæ binis constant, & duo, quæ unico tantum constant. Sed legimus, *facies*; ut omnia opera sibi essent similia. *Maimonides* de Vasis Sanctuarii cap. VIII. כל מקום שנאמר בתורה שש או שש משזר צריך שיהיה החוט כפול שש ומקום שנאמר בד אם יהיה חוט אחד לבדו כשר ומצוה מן המובחר שיהיה כפול ששה ומקום שנאמר בו משזר בלבד צריך שיהיה חוטן שמנה. Ubicunque dicitur in Lege שש, aut שש משזר, sexdupla ut fila sint retorta necesse est. Ubi autem dicitur בד legitimum est, si unico filo tantum constet. Sed præceptum de optimo requirit ut sit ex filo sexduplo. Et ubi dicitur, משזר tantum, necesse est, ut sit ex octo filis retortis. Ex cap. 9. docet pallium factum fuisse ex filis duodecim duplicatis. המעיל כלו תכלת וחוטיו כפולין שנים עשר. Pallium totum est hyacinthinum, & fila ejus retorta sunt ex duodecim filis. Et paulo post de fimbriis pallii. מביא תכלת וארגמן ותולעת שני כל מן משלשתן שזור שמנה שנאמר בשוליו משזר נמצאו חוטי השולים עשרים ושמנה. Sumit hyacinthinum purpuram & coccinum, omnes tres illas species retortas octonis filis; quia dicitur de fimbriis, משזר sic reperiuntur in fimbriis octo & vinginti fila. Et paucis interjectis. לוקח חוט אחד זהב

טהור ונותנו עם ששה חוטין של תכלת וכופל השבעה חוטין כאחת וכן הוא עושה חוט זהב עם ששה של ארגמן וחוט אחר עם ששה של תולעת שני וחוט עם ששה של פשתים נמצאו ארבעה חוטים זהב ונמצאו כל החוטים שמנה ועשרים שנאמר וירקעו את פחי הזהב וגומר לעשות בתוך תכלת ובתוך הארגמן ובתוך תולעת שני ובתוך השש מלמד שחוט זהב כפול בהוכן Sumunt filum aureum unum ex auro puro, & jungunt illud cum ſex filis hyacinthinis, & torquent ſeptem in unum. Sic etiam miſcent filum aureum cum ſex purpureis, & unum cum ſex coccineis, & unum cum ſex filis lineis; ita reperiuntur quatuor fila aurea; atque ſic depreheduntur in totum octo & viginti; ſicut dicitur *Exod.* xxxix. *Et extenderunt bracteas auri, & inſerebant inter hyacinthinum, & inter purpuram inter coccinum, & inter byſſinum.* Unde docemur filum auri fuiſſe inter ea. *Raſchi* ad *Exod.* xxviii.7. חמשה מינין הללו שזורין בכל חוט וחוט היו מרדדין את הזהב כמין טסים דקים פתילים מהם וטווין אותו חוט של זהב עם שש חוטין של תכלת עם שש חוטין של ארגמן וכן בתולעת שני וכן בשש שכל המינין חוטן כפול ששה וחוט זהב עם כל אחד ואחד כן שוזר את כלם כאחד נמצא חוטן כפול עשרים ושמנה. Quinque iſtæ ſpecies ſingulæ torquentur ſeorſum in filum unum. Extendunt enim bracteas aureas inſtar laminæ tenuis, & ſcindunt ex iis fila quædam nentque filum auri cum ſex filis hyacinthini, & filum auri cum ſex filis purpuræ, & ſic agunt cum coccino cum byſſo, ut ſingula ſpecies conſtet ſex filis, filumque auri miſcent cum ſingula ſpecie, deinde torquent omnia iſta fila in unum, atque ſic deprehenduntur octo & viginti fila in unum contorta. *Deinde addit.* וכן מפורש במסכת יומא ולמד מן המקרא הזה וירקעו את פחי הזהב וקצץ פתילים לעשות את פתילי הזהב בתוך התכלת ובתוך הארגמן וגומר Atque ſic exponitur in codice *Joma*, doceturque ex hoc textu. *Et extendent bracteas auri, & ſcindent fila ut miſcerent illa cum filis hyacinthinis, & cum filis purpuræ &c.* Sed hæc interpretatio probanda non videtur, quia שש in locis adductis non numerum ſex ſed materiam ſignificat, ſc. linum, aut byſſum; ideoque שש משזר ſignificare videtur non ſexduplo retortum, ſed byſſum retortam; quo ſenſu accipitur a *Chaldæo* בוצא שזיר byſſus retorta, a Græcis βύσσος κεκλωσμένη, & a *Vulgatus byſſus retorta. Plinius* lib. xix. cap. i. memorat plagas, quarum ſingula ſtamina centeno quinquageno filo conſtabant, & thoracem Amaſis, cujus ſingula fila tot conſtabat filis, quot dies in anno numerantur. Sed Cumanæ (*inquit*) plagæ concidunt apros, & hæ caſſeſve ferri aciem vincunt. Vidimuſque jam tantæ tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromis tranſirent, uno portante multitudinem, qua ſaltus cingerentur. Nec id maxime mirum, ſed ſingula earum ſtamina conſtare, ſicut paulo ante Julio Lupo, qui in præfectura Ægypti obiit. Mirentur hoc, ignorantes in Ægyptii quondam Regis, quem Amaſin vocant, thorace in Rhodiorum inſula oſtendi in templo Minervæ cccLv. filis ſingula fila conſtare. Hinc *polymita*, quæ plurimis liciis conſtarent; Ideo *Plinius*: plurimis liciis texere, quæ polymita appellant. Ex his ἑξάμιτον, ſex liciorum, & dimita, & trimita; bilices & trilices. *Apulejus* lib. ii. Florid. Habebat tunicam interulam tenuiſſimo textu, triplici licio. *Virgilius*

> Loricam conſertam hamis, auroque trilici.

Hæc veſtimenta texenda erant מעשה חשב, *opere polymito*. De Ephod jam dictum eſt *Exod.* xxviii. 6. & xxxix. 2. 3. ועשית את אפד זהב תכלת וארגמן תולעת שני ושש משזר מעשה חשב. *Et facies Ephod ex auro, hyacinthino, purpura, coco, & byſſo opere choſcheb.* De cingulo Ephod *Exod.* xxviii. 8. וחשב אפדתו אשר עליו כמעשהו ממנו יהיה זהב וגומר. De pectorali ibid. cap xv. ועשית חשן משפט מעשה חשב כמעשה אפד. Pariter de פרכת *Ex.* xxvi. i. dicitur; חשב. Et de Cherubinis *Exod.* xxxvi. 8. Græci aliquando habent ἔργον ὑφαντὸν ποικιλτοῦ ut *Exod.* xxviii. 6. Et verſ. 15. ἔργον ποικιλτοῦ ὑφαντὸν ποικιλίᾳ. Et verſ. 3. ἔργον ὑφαντῶν. Et cap. xxviii. 8. חשב אפדתו reddunt ὕφασμα τῶν ἐπωμίδων, nulla facta mentione τοῦ ποικιλτοῦ. Sic *Exod.* cap. xxvi. de velis Tabernaculi ἐργασίᾳ ὑφάντου, & verſ. 31. ἔργον ὑφαντὸν. *Vulgatus; variatum opere plumario, & opus polymitum, & opere polymitario.* Chaldæus עובד אומן. *Arabs* صناعة حاذق *Opus acuti viri*. מעשה חשב erit opus artificioſiſſimum ex voce חשב *meditari*. Hinc machinæ inventæ ab Uzzia Rege 2. *Paral.* xxvi. 15. dicuntur חשבנות מחשבת חושב *Excogitata cogitatione cogitantis*. Hoc artificium in figuris & varietate colorum conſtitiſſe probari poteſt per Græcam vocem τὸ ποικιλτὸν; eſt enim ποικίλλειν variare. Deprehendes apud Græcos ποικίλην ἐσθῆτα, ποικίλον περιβόλαιον, & ποικίλοι χιτῶνες. Sic veſtes ab colorum varietate ποικίλα ἱμάτια, & ποικιλόχρωμα. Gloſſarium

rium vetus: πολύμιτος, i. e. veſtis filis verſicoloribus contexta: præterea veſtes certis quibuſdam figuris diſtinctæ ποικίλοι dicebantur, & quæ Latinis *veſtis picta*, aut *toga picta*, Græcis ποικίλη ἐσθὴς, & ποικίλον περιβόλαιον dicebatur, *Herodianus* lib. v. ἐσθῆτα χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένην veſtem auro & purpura variatam. *Vulgatus* Hebræorum מעשה חשב, & Græcorum ποικιλτὸν *Opus polymitum* reddit. *Polymitum* eſt id quod plura habet licia. *Plinius* lib. VIII. cap. 48. Plurimis vero liciis texere, quæ πολύμιτα appellant, Alexandria inſtituit. *Polymitum* præter multa licia, veſtem varietate colorum, atque figurarum diſtinctam deſignat. *Iſidorus* Orig. lib. XIX. cap. 22. Polymita multicoloris. Polymitus enim textus multorum colorum eſt. Sic veteres Gloſſæ Babylonicum φιλὴν πολύμιτον reddunt. Et Heſychius ποικιλτὴν τέχνην ſcribit πολυμεταρικὴν eſſe. Et ποκιλτὸν erit *Polymitum*, & ποικιλτὴς *Polimytarius*. Additur deinde a *Vulgato plumarium*, quo ποικίλον pariter deſignatur; eſt enim *plumare* ποικίλλειν. In vetere Gloſſario; *plumarius* κπλοβάφος, aut potius ψιλοβάφος. Et juxta Gloſſas βασιλικῶν: πλουμία ſunt ποικιλτὰ ὑφάσματα. Sic opera Babylonica, quæ proprie ποικιλτὰ ſive picta ſunt, de quibus ſcribit *Publius Syrrus*, a quo *Plumata* appellantur.

Plumata amictus auro Babylonico.

Lucanus

- - - Aut auro plumata nitet.

Hieronymus epiſtol. 130. Choſcheb *plumatum* vocat. In *Exodo* (*inquit*) ceteriſque locis, ubi deſcribuntur veſtis plumaria, aut contexta, opus Cherubim, id eſt varium atque depictum eſſe deſcribitur. *Vopiſcus* in vita *Carini*. Quid Tyrio & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles? Antiquitus Romanis nota *plumaria* ars. *Nonnius*. Plumarium (a plumando.) Varro Cato de liberis educandis. Etenim nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene judicare, quid ſit bene pictum a plumario, aut textore in pulvinaribus plagis. Ab Græcis recentioribus latina voce vocatur teſte *Euſtathio* πλουμία, & πλουμιστά. Tunica Thamaris 2. Reg. XII. a *Procopio Gazeo* opus πλουμαρικὸν appellatur. Χιτὼν ἀστραγαλωτός. Σύμμαχος χειριδωτός. Ἀκύλας καρπωτὸ ἀντὶ τοῦ καρποὺς ἐνυφασμένους ἔχων οἱ νῦν μὲν αὐτὸν καλοῦσι πλουμαρικόν. *Tunica talaris*. *Symmacho* manicata. *Aquila* καρπωτὸ, quia fructus habet intextos, hodie dicitur *plumata*. Hæc veſtis dicta proculdubio *plumaria*, *plumata* a plumis avium variis coloribus, *Prudentius*

- - - Hunc videas laſcivas præpete curſu
Venantem tunicas, avium quoque verſicolorum,
Indumenta novis texentem plumea pennis.

Fullerus Miſcel. lib. I. cap. 20. de plumatis operibus Mexicanorum Imperatoris hæc ſcribit. Ea vero ex plumis talia erant, quod nec in cera, nec in rebus ſericis acupictis, mirabiliora fieri poſſent. *Et alibi*. Ex plumis fabrefacta tam mirabilia habuimus, ut ſcriptis demonſtrari non poſſent; nec eorum excellentia comprehendi videatur.

In ornatu veſtium ſacrarum *Exod.* XXVIII. 18. memoratur מעשה רקם, ubi de balteo; ואבנט תעשה מעשה רקם *Et balteum facies opere Rokem. Ex opere Rokem* tegumenta portæ tentorii *Exod.* XXVI. 37. XXVII. 16. Et XXXVIII. 18. *Judic.* v. 30. inter optima ſpolia numerantur רקמה, & רקמתים. Et *Ezech.* XVI. 10. ואלבישך רקמה *Et veſtivi te Rikema*; & verſ. 13. 18. veſtimenta, & operamenta Idolorum dicuntur רקמה. *Pſal.* XLIV. 14. ſponſa Chriſti dicitur veſtita לרקמות. Græci τὸ רקם reddunt ἔργον ποικιλτὸν. *Vulgatus: opere plumarii*, & *arte plumaria Exod.* XXVIII. 39. *Judic.* v. 30. reddit *veſtes diverſorum colorum*. *Ezech.* XVI. 10. diſcoloria. Et verſ. 18. *multicoloria*. Et verſ. 13. ibid. *polymitum & multicoloria*. Et cap. XXVII. 24. *polymitum*. Et cap. XXVI. 16. *varia*. Et *Pſal.* XLIV. 17. *varietates*. *Chaldæus* עבד ציר *opus picturatum*. *Arabs* صناعة رقم *Opus Rochem*, Italice *ricamato*, *acupictum*. Sic maculæ pardi *Jerem.* XIII. 23. שלטי רקמתיה dicuntur, pro quo in Hebræo legitur הברברותיו.

Differebant חשב & רקם, eo quod חשב textum nulla adhibita acu credatur רקם autem acupictum ſit. *Babyl. Joma* 72. 2. רוקם מעשה מחט לפיכך פרצוף אחד חושב מעשה אורג לפיכך שני פרצופות. Rokem opus ex acu, ideoque figuram unam habet, Choſcheb autem eſt opus textoris, ideoque duas habet figuras. *Raſchi* ad *Exod.* XXVI. רקימה מעשה מחט. Rokema opus acus. Et ad verſ. 36. רוקם הצורות עשויות מעשה מחט. Rokem, cujus figuræ fiunt opere acus. *Choſcheb* præterea, duas habebat figuras, uti dictum eſt. *Aben Ezra* ad *Exod.* XXXVI. 1. מעשה חשב אמרו חכמים כי מעשה חושב שנים פרצופים ורוקם פרצוף אחד ונכון הוא על דרך הפשט. *Opus Choſcheb*: tradunt

dunt sapientes nostri ab utraque parte habere figuram, sed Rokem ab una tantum, quod quidem ex sensu literali elicitur. *Tosaphta Schekalim* cap. ultimo ר׳ נחמיה אומר מעשה חושב שני פרצופות מעשה רוקם פרצוף אחד. R. Nehemia dicit: *Opus Choschebeb* habebat figuras ab utraque parte; & *opus Rokem* ab una tantum parte. *Maimonides* de vasis Sanctuarii cap. VIII. כל מקום שנ׳ בתורה מעשה רוקם הוא שתהיינה הצורות הנעשות בארינה נראות מצד אחד פני ארינה ומעשה חושב הוא שתהיה הצורה נראית משני צדדין פנים ואחר. Ubicunque in lege dicitur *opus Rokem*, id intelligendum est, quod picturæ, quæ fiunt in tela, ab unico latere telæ conspiciantur. At *opus Choschebeb*, quod figuræ conspiciantur ab utroque latere, ante & pone. At diversa erat figura, quæ ab hoc latere, a figura, quæ ab altero conspiciebatur latere. *Gemara Hierosolymitana Schekalim* 51. 2. כתוב אחד אומר מעשה רוקם וכתוב אחד אומר מעשה חושב מעשה רוקם פרצוף אחד מעשה חושב שני פרצופות ר׳ יודה ור׳ נחמיה חד אמר מעשה רוקם ארי מיכן וארי מיכן מעשה חושב ארי מיכן והלק מיכן וחורנה אמר מעשה רוקם ארי מיכן והלק מיכן מעשה חושב ארי מיכן ונשר מיכן In altero textu dicitur; *Opus Rochem*; & in altero dicitur; *Opus Choschebeb*. In opere *Rochem* figura conspicitur in uno tantum latere; & in *Opere Choschebeb* figuræ ab utroque latere conspiciuntur. R. Jehuda, & R. Nehemia; Alter dicit; *Opus Rokem*, Leo in hoc, & Leo in illo latere. *Opus Choschebeb*: Leo in uno latere, & læve in altero latere. Et alter dicit, *Opus Rokem*; Leo in hoc latere, & leve in altero latere. *Opus Choschebeb*. Leo in hoc latere, & Aquila in altero latere. *Raschi* ad *Exod.* XXVI. 1. ad verba מעשה חשב תעשה אתם. *Opere Choschebeb facies illos*, sc. Cherubimos. כרובים היו מציירין בהם בארינתן ולא ברקימה שהוא מעשה מחט אלא בארינה בשני כותלים פרוצף אחד מכאן ארי מצד זה ונשר מצד זה כמו שאורגין הנורות של משי שקורין בלע״ז פיי״שישא. Cherubimi figuras habent per texturam, non ante Phrygionum, quia hoc est opus acus, sed per texturam, & quidem ab utraque parte, & figuram ab illo latere, veluti Leonem ab hac parte, & Aquilam ab illa parte, ut texi solent cingula serica, quæ vocant barbare פיי״שישא.

Utraque ars fuit antiquissima. De vestibus versicoloribus per texturam ubi figuræ pariter pingebantur, primum dicendum. Hæ figuræ intextæ *Aristeneto* epist. 27. lib. 1. αἱ ἀπὸ καρκίνδος γραφαὶ picturæ per textorem appellantur. *Vitruvius* lib. x. cap. 1. Connexum staminis corpora subtemem, non modo a tegendo tueri, sed etiam ornatus adjicere honestatem. *Pollux* lib. VII. cap. IV. χιτὼν ἐςὶν ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα. Est tunica habens animalia & flores intextos. *Asterius* Amaseæ Episcopus homil. de Lazaro; ἀλλά τινα καινὴν ὑφαντικὴν ἐξευρόντες περίεργον, ἥτις τῇ πλοκῇ τοῦ στήματος πρὸς τὴν κρόκην τῆς γραφικῆς μιμεῖται τὴν δύναμιν καὶ πάντων ζώων τοῖς πέπλοις τὰς μορφὰς ἐνσημαίνεται τὴν ἄνθινην, καὶ μυρίοις εἰδώλοις πεποικιλμένην φιλοτεχνοῦσιν ἐσθῆτα ἑαυτοῖς τε καὶ γυναιξὶ καὶ παισίν. Aliquam autem novam texturam curiosam invenientes, quæ connexu staminis, & subteminis pingendi artem imitatur, qua omnium animalium formas pingebant floribus mille figuris arte variabant vestes sibi. *Euripides* Phœniss.

Ἔ ἒ ὡι γαυρὸς, ὡς φοβερὸς
Εἰσιδεῖν, γίγαντι
Γεγενέτᾳ προσόμοιος
Ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσι.
Heu quam superbus, quam terribilis
Aspectu, Giganti
Terrigenæ similis
Syderis instar vultu splendens in picta veste.

Ammianus lib. XIV. Ut longiores fimbriæ, quæ perspicue luceant, varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes. *Curtius* lib. III. de Rege Persarum. Pallam habuit auro distinctam, aurei accipitres velut rostro inter se corruentes. *L. Apulejus* lib. II. Milesiarum. Ex humeris dependebat pone tergum, talorum tenus, pretiosa Chlamyda, quaqua tamen viseres colore vario circumnotatis insignita animalibus; hinc dracones Indici, inde Gryphes Hyperborei. Animalibus contexta fuisse vela Tabernaculi jam supra vidimus, & *Josephus* lib. III. Antiquit cap. 5. textatur. ὕφος ἦν πορφύρας φοινίκας σὺν ὑακίνθῳ καὶ βύσσῳ πεποιημένον πολλῶν αὐτῷ συναν-θούντων καὶ ποικίλων ὁπόσα μὴ ζώων ἐξετυποῦν-το μορφάς. Contextum erat ex purpura, cocco hyacinthino, & bysso, variis floribus pictum aliisque ornamentis decoratum præter animantium formas. *Et de velo extrinseco hæc habet*. ὡραῖον μὲν τὸ φάρσος ἄνθεσι παντοίοις ὅσα γῆθεν ἀνέρχεται διαπεποικιλμένον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι ἐνυφασμένον, ἃ κόσμος εἶναι ἔμελλον, πλὴν ζώων μορφῆς. Fuit autem hæc tela omnis generis floribus, quos terra fert,

fert, variata, omnibusque aliis ornamentis contexta, præter animalium formas. Propter contexta animalia a *Plauto* in Pseudolo *Belluata* appellantur

Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

Et *Hesychius* ποικιλτὸν ὑμένον reddidit ζωγραφητόν. Viros pariter fuisse intextos testatur *Trebellius Pollio* de triginta Tyrannis. Illæ tunicæ & limbi, & penulæ matronales, quæ Alexandri magni effigiem de liciis variantibus monstrabant. *Ausonius* ad *Gratianum*. Palmatam, inquis, tibi misi, in qua D. Constantinus parens noster intextus est. Literæ sæpe vestibus intexebantur. *Suidas* de τελβωνοφόρῳ, ὁ φορῶν στολὴν ἔχουσαν σημεῖα ὡς γράμματα. Gerens stolam habentem signa ut literas. *Boetius* lib. I. de consolatione de vestibus Philosophiæ. Harum in extremo margine Π, in supremo Θ legebatur intextum, atque inter utrasque literas in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore elemento ad superius esset ascensus. *Plinius* lib. XXXV. cap. 9. de Zeuxi. Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentaret. *Vopiscus* in vita *Carini*. Inscriptum est adhuc in Choraulæ pallio Tyrianthino, quo ille velut spolio nobilitatis exultat, Messalæ nomen & uxoris. Aliquando floribus pictæ erant vestes. *Aquila* τὸ משי *Ezech.* XVI. 10. ἀνθινὸν reddidit. Apud *Plutarchum* in Problematicis Græcis Herculis sacerdos στολὴν ἀνθινὴν *stolam floridam* induisse dicitur. Apud *Dionem* lib. LIX. dicitur Caligula ἐσθῆτιν ἀνθηραῖς *vestibus floridis* triumphasse. Floridæ vestes fœminarum propriæ. *Artemidorus* lib. II cap. 3. γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει. Mulieri autem florida, & variata vestis convenit. Meretrici attribuit *Suidas* in voce ἑταῖρος. Ἑταιρῶν ἀνθινῶν· νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἄνθινα φέρειν. Lex fuit Athenis, ut meretrices gestarent vestes floridas. Flores crocei aliquando erant. *Euripides* Hecuba

Ἐν δαιδαλέοισι ποικίλλ'
ουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.
In artificiosis variegans
Croceo flore decoris tapetibus.

Toga picta, quæ & *tunica palmata*, quod palmis intexta esset, Romanis usitata. *Festus Pompejus* lib. XIV. Picta quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocata est, eaque erat sine pictura, ejus rei argumentum est - - - pictura in æde Vertumni & Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera C. Papirius cursor triumphantes ita picti sunt: Tunica autem palmata a latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc a genere picturæ appellatur. *Macrobius* lib. I. Saturn. cap. 6. Tullus Hostilius Horti filius, tertius Romanorum rex, debellatis Hetruscis, sellam curulem, lictoresque, & togam pictam, quæ insignia magistratuum Romanorum erant, primus ut Romæ haberentur instituit. *Vopiscus* in Aureliano. Cape pro rebus gestis tunicam palmatam, sellam eburneam, nam te hodie consulem designo. *Julius Capitolinus* in Gordianis. Palmatam tunicam & togam pictam, primus Romanorum privatus suam habuit. *Livius* decad. I. lib. 10. Cui Deorum hominumve indignum videri debet, eis viris, quos vos sella curuli, toga picta, prætexta, tunica palmata, & toga insuper picta, & corona triumphali, laureaque honorastis, quorum domus spoliis hostium affixis, insignes inter alios feceritis, pontificalia insignia adjicere. *Plinius* lib. II. cap. 36. Trabeis usos accipio reges, pictas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natæ. *Tertullianus* de Idololatria cap. 18. Igitur purpura illa, & aurum cervicis ornamentum, eodem more apud Ægyptios & Babylonios insignia erant dignitatis, quo more vel prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, & coronæ aureæ sacerdotum provincialium, sed non eadem conditione. *Servius* ad vers. 332. lib. II. *Æneid.* Romanorum Imperatorum insigne fuit sella curulis, sicut etiam palmata toga dicitur, quam merebantur ii, qui de hostibus palmam reportassent. Idem ad *Eclog.* X. Triumphantes omnia habent Jovis insignia, sceptrum, & palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam merebantur. *Isidorus* lib. XIX. cap. 24. Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii qui reportabant de hostibus palmas, victoriam, ut togis palmis intextas haberent. Harum vestium textura Babylon maxime celebrata est. *Plinius* lib. VIII. cap. 48. Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit & nomen imposuit. *Et paulo post*. Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertium octingentis millibus venisse jam tunc posuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadragies sestertio nuper stetere. *Plautus* in Sticho

- - - - Quisnam obsecro
Tum Babylonica peristromata, consutaque tapetia
Advexit minimum bonæ rei?

Lu-

Lucretius lib. IV.

Somno devincti credant extollere vestem,
Totius humorem siccatum ut corpore fundant,
Tunc Babylonica magnifico splendore rigantur.

Martialis lib. VIII. Epigr. 29.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbe
Texta Semiramia quæ variantur acu.

Plutarchus in vita M. Catonis scribit ei hæreditario jure obvenisse βαβυλώνιον πρόβλημα *Babylonicis coloribus variegatam vestem*, jussisse autem eum, ut statim illa venderetur. Ars hujusmodi vestium texendarum elegantissime ab *Ovidio* Metamorph. lib. VI. describitur.

Tela jugo juncta est: stamen secernit arundo:
Inseritur medium radiis subtemen acutis:
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum
Percusso feriunt insecti pectine dentes.

Nunc dicendum de his vestibus, quæ *acu pictæ* dicebantur, id est acu non textu fiebant; *Opera Phrygionica*, & *Phrygionia* appellabantur. *Plinius* lib. VIII. cap. 48. Pictas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natæ. Acu facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellatæ sunt. *Varro* apud *Nonnium*. Phrygio qui pulvinare poterat pingere Solios defigebat. *Plautus* in Menchmris

Pallam illam quam dederat dudum ad Phrygionem ut deferas
Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur quæ volo.

Lucanus lib. x. vers. 142.

Quod Nilotis acus compressum pectine serum
Solvit & extenso laxavit stamina filo.

Nonnius

Phrygio fui primo, beneque id opus
Solvi, reliqui acus aciasque hero,
Atque heræ nostræ.

Valerius Flaccus lib. 2. Argonaut.

Illic servati genitori conscia sacra
Pressit acu.

Martialis x. Epigr. 6.

Quando eques & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis

Idem in Epigrammate, cui lemma *Cubicularia Polymita*

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa est
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Tertullianus de habitu muliebri. Age nunc si ab initio rerum, & Milesii oves tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrii tingerent, & Phryges insuerent, & Babylonii intexerent. Acu pictos fuisse viros, prælia, acies &c. testatur *Corippus* lib. I. Num. 15.

Et tulit intextam pretioso murice vestem
Justinianorum series ubi tota laborum
Nexo auro insignita fuit, gemmisque corusca,
Illic barbaricas flexa cervice phalanges,
Occisos reges, subjectasque ordine gentes
Pictor acu tenui multa formaverat arte,
Fecerat & fulvum distare coloribus aurum
Omnis ut aspiciens seu corpora vera putaret,
Effigies auro, sanguis depingitur ostro.
Ipsum autem in media victorem pinxerat aula,
Effera Wandalici calcantem colla tyranni,
Plaudentem Lybiam, fruges laurumque ferentem.
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto & nudam gestantem pectore mammam.

Cornelius Gallus

Quin etiam argento, puroque intexitur auro
Altera jam castris parta lacerna tuis.
Illic bellantum juvenum studiosa figuras,
Atque audita levi prælia pingit acu.

Hæc opera Phrygionica Græcis βελονοποίκιλα dici possent. Est enim βελονοποικιλτὴς *acu pictor*. Hesychius ὁ τῇ ῥαφίδι ὕφη ποιῶν καὶ ζωγραφῶν, qui acu texturas facit, & pingit. Eadem & ῥαφιδευτὰ dicuntur; est enim ῥαφὶς *acus*.

Sed redeundum est aliquando ad Ephod, unde jandiu digressi sumus. Post materiam ex qua constabat, commemoratur in textu fuisse illi assuta duo humeralia. שתי כתפת חברת יהיה לו אל שני קצתיו וחבר. *Duo humeralia juncta erunt illi in duabus extremitatibus, & jungentur*. Targum תרתן כתפין מלפפן יהון

יהון ליה על תרין סטרוהי ייתלפף. *Duo humeralia adjungentur illi ad ejus duas extremitates, & jungentur.* Ubi *Raſchi.* שתי כתפות וגו' הסינר מלמטה וחשב האפד היא החגורה וצמידה לו מלמעלה דוגמת סינר הנשים ומגבו של כהן היו מחוברות בחשב שתי חתיכות כמין שתי רצועות רחבות אחת כנגד כל כתף וכתף וזוקפן על שתי כתפותיו עד שנקפלו לפניו כנגד החזה על ידי חבורן לטבעות החשן נאחזין מלפניו כנגד לבו שאין מפולת כמו שמפירש בענין והיו זקופות והולכו' כנגד כתפיו ושתי אבני שהם קבועות בהן אחת בכל אחת אל שני קצותיו אל רחבו של אפוד שלא היה רחבו אלא כנגד גבו של כהן וגבהו עד כנגד האצילים שקורין קור'ס שנ' לא יחגרו ביזע אין חוגרין במקום זיעה לא למעלה מאציליהם ולא למטה ממתניהם אלא כנגד אציליהם וחובר האפוד עם אותן שתי כתפות האפוד יחבר אותם במחט למטה בחשב ולא עמו אלא אורגם לבד ואחר כך מחברם. *Duo humeralia* &c. ſuccinctorium ad inferiorem partem; *Et cingulum Ephod*, hoc erat cingulum, & conjungebatur ad ſuperiorem partem ad ſimilitudinem ſuccinctorii muliebris. Et ab tergo ſacerdotis annectebantur in cingulo duo fruſta ſimilia duabus corrigiis latis, ſingula contra ſingulos humeros, quæ attollebantur ad ejus humeralia, donec duplicarentur in parte ejus anteriori contra pectus per conjunctionem annulis pectoralis, quibus apprehendebatur ad anteriorem partem e regione cordis, ne caderet, ut explicabitur in ejus loco; & illa attollebantur, & extendebantur contra ejus humeros, & duos lapides Schoam, qui in illis infixi erant, ſingulus in ſingulo. *Ad ejus duas extremitates.* Ad latitudinem Ephod; ejus enim latitudo reſpondebat tergo ſacerdotis; & ejus altitudo extendebatur contra ſpatium axillarum, quas vocant קור'ס. Dictum eſt enim *Ezech.* XLIV. 18. *Et non accingentur in ſudore.* Ne accingantur in loco ſudoris; Non ſupra axillas, neque infra lumbos, ſed contra axillas. *Et jungetur* Ephod cum his duobus humeralibus; Ephod annectebatur illis acu inferius in cingulo, non vero cum illo; ſed ſeorſim texebatur, & deinde annectebatur. *Abarbanel* ad h. l. שתי כתפת חברת יהיה לו אל שני קציתיו וחבר רוצה לומר שיעשה לאפוד שתי כתפות ויעשו אותם בעצמן נפרדות ממנו ואחכ תופרין אותן בראשי האפוד באופן שיהיו על כתפות הכהן ועל זה אמר שתי כתפות חוברות יהיה לו על שני קצותיו. *Duo humeralia juncta erunt illi in duabus ejus extremitatibus, & jungetur.* Sc. quod fecerint Ephod duo humeralia, & quod ea fecerint ſeorſim, ita ut ab eo ſeparata fuerint, poſtea autem quod ea aſſuerint extremitatibus Ephod, at eſſent ſupra humeros ſacerdotis; ideoque dicitur: *duo humeralia juncta erunt illi ad duas ejus extremitates.* Judæi Interpretes uno ore teſtantur duo humeralia Ephod aſſuta non ſimul cum eo contexta fuiſſe; ſed contrarium probari poteſt ex textu חבורות יהיה לו אל שני קצות וחבר. *Juncta erunt illi in duabus extremitatibus, & cohærebunt.*

Tertia pars Ephod erat חשב האפודה *cingulum Ephod*, de quo dicitur in textu וחשב אפודתו אשר עליו כמעשהו ממנו יהיה זהב תכלת וארגמן ותולעת שני ושש משזר. *Et cingulum humeralis, quod erit ſuper illud, ſicut opus illius, ex ipſo erat, ex auro, hiacinthino, purpura, coccino, & byſſo retorta.* *Targum.* והמיין יהי תקוניה די עלוהי כעבודיה מיניה יהי דהבא תכלא וצבע זהורי ובוץ שזיר. *Et cingulum ornatus ejus quod erit ſuper illud, ſicut opus illius ex illo erit, ex auro, hyacinthino, purpura, & coccino, & byſſo retorta.* *Targum Uzielidis, & Hieroſolymitanum* cum his conſentit וחשב והמיין טיכוסיה דעליו הי כעובדיה מניה יהי דדהבא תיכלא וארגוונא וצבע זהורי ובוץ שזיר. Et חשב *& cingulum ornatus ejus, quod ſuper illud eſt, ſicut opus ejus ex ipſo erit, ex auro hyacintho, purpura, cocco, & byſſo retorta.* Et *Perſa* وبندي دروافي او اكه ابر او جون عملي او ارو باشد باو عاا كبوحو ارغوان فا خرموزدو كتافي تاخته *Cingulum autem pectoralis ejus, quod eſt ſuper illud, ſicut opus ejus, ex ipſo erit, ex auro, cæruleo, purpura, & coccineo, & byſſo torta.* *Raſchi* ad h. l. וחשב אפדתו וחגור שעל ידו הוא מאפדו ומתקנתו לכאן ומקשטו אשר עליו למעלה בשפת הסינר היא המצורה כמעשהו כארינת הסינר ומעשה חשב ומחמשת מינין כך אריגת החשב מעשה חשב ומחמשת מינין. *Et cingulum ejus humeralis. Et cingulum humeralis*: ejus cauſa cingebatur Ephod; erat ad decorem, & ornatum ſacerdotis, & erat ejus ornamentum, quod erat ſuper illud; ad partem ſuperiorem; in limbo ſuccinctorii accingebatur. *Sicut opus ejus.* Sicut textura ſuccinctorii. Opus artificioſiſſimum textoris & ex quinque ſpeciebus; ita pariter textura cinguli erat opus artificioſiſſimum, & ex quinque ſpeciebus. *Maimonides* de vaſis Sanctuarii cap. VIII. ויש לו כמו שתי ידות יוצאות ממנו' באריג לכאן שחוגרין אותו בהם והם הנקראים חשב האפוד. Habebat *Ephod* quaſi duas manicas, quæ egrediebantur ex eo

quaſi

quasi per texturam ex utroque latere, quibus eum cingebant, & has *manicas* vocat *cingulum Ephod*. *Abarbanel* ad l. c. *Exod.* רוצה לומר שיעשה חשב האפוד והוא כדמות אבנט שתים יוצא משני צדדי האפוד והיה חוגר אותו כנגד לבו. Vult dicere factum fuisse cingulum Ephod; erat autem instar baltei, qui egrediebatur ex eo ab utroque latere, & cingebat se eo ad cor suum. Hinc constat sensum textus non fuisse septuaginta assecutos, qui ita illum reddiderunt. ϗ τὸ ὕφασμα τῶν ἐπωμίδων ὅ ἐςιν ἐπ' αὐτῶ, ϗ τὸν ποιήσιν ἐξ αὐτῶ, ἔςαι ἐκ χρυσίυ &c. *Et textura humeralium, quæ super eo, ex ipso fieri debet auro &c.*

Cum ipso humerali contextum fuisse cingulum docemur ex eo quod dictum est in textu ממנו יהיה *ex ipso erit*. Ubi *Raschii* ממנו יהיה עמו היה ארוג ולא יארגנו לבד ויחברנו. *Ex ipso erit.* Cum ipso texebatur, non vero texetur seorsim, & annectetur. *Abarbanel* ibid. ובא הכתוב לומר שלא יעשו החשב בלבד ואחר כך יחברו אותו אל האפוד כמו שהיו הכתפות אבל ממנו יהיה רוצה לומר שיהיה ארוג החשב עם האפוד ואותם הדברים עצמם. Pergit autem S. Scriptura, & dicit cingulum non debuisse fieri separatim, & postea annecti τῶ Ephod quemadmodum humeralia; sed *ex ipso erit*; id est textum erit cingulum cum ipso Ephod. Quod idem est.

In utroque humero, ubi duo succinctoria, anterius, & posterius nectebantur, duo erant lapides pretiosi, de quibus in textu ita scriptum est. ולקחת את שתי אבני שהם ופתחת עליהם שמות בני ישראל ששה משמותם על האבן האחת ואת שמות הששה הנותרים על האבן השנית כתולדותם מעשה חרש אבן פתוחי חתם תפתח את שתי האבנים על שמות בני ישראל מסבות משבצות זהב תעשה אתם ושמת את שתי האבנים על כתפת האפוד אבני זכרון לבני ישראל ונשא אהרן את שמותם לפני יהוה על שתי כתפיו זכרן. *Et sumes duos lapides Schoam, & insculpes illis nomina filiorum Israel sex nomina supra lapidem unum, & sex nomina reliqua supra lapidem alterum secundum suas ætates. Opus sculptoris lapidum erit, & sculptura sigilli sculpes in duobus lapidibus nomina filiorum Israel, fundis aureis includes eos. Et pones duos lapides super humeralia Ephod. Lapides memoriales filiis Israel. Et portabit Aaron nomina eorum coram Deo in duobus humeralibus ad recordationem.* *Targum Onkelosi* ותסב ית תרתין אבני בורלא ותגלוף עליהן שמהת בני ישראל שיתא משמהתהון על אבנא חדא וית שמהת שתא דאישתארו על אבנא תנייתא כתולדתהון עובד אומן אבן טבא כתוב מפרש כגלף דעזקא יגלוף ית תרתין אבניא על שמהת בני ישראל משקען מרמצן דדהב תעביד יתהון ותשוי ית תרתין אבניא על כתפי אפודא אבני דכרנא לבני ישראל ויטול אהרן ית שמהתהון קדם יי על תרין כתפוהי לדכרנא. *Et accipies duos lapides berylli, & insculpes super illos nomina filiorum Israel; sex nomina in lapide uno, & sex reliqua nomina super lapide altero secundum suas nativitates. Opus artificis lapidis pretiosi, sculptura expressa juxta sculpturam annuli sculpes duos lapides secundum nomina filiorum Israel; & profundis palis aureis includes eos. Et pones duos lapides super humeralia Ephod. Lapides memoriales filiis Israel, & portabit Aaron nomina eorum coram Deo in duobus humeralibus ad recordationem.*

Memoratur lapis שהם hoc loco & *Genes.* II. 12. *Exod.* XXV. 7. Ibid. XXV. 27. & XXXIX. 6. *Jobi* XXVIII. 16. I. *Paral.* XXIX. 2. Et *Ezech.* XXVIII. 13. *Onkelos* uti supra visum est, reddit בורלא, *beryllum*. *Jonathan* pariter בורלא, cum quo consentit *Hierosolymitanum*. *Arabs* بلور *Belur Persa* ita interpretantur وستاي مر دوستكهاي شهموكي ابر ايشان نامهاي بسراي بسرال. *Accipe quoque duos lapides unychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel.* Septuaginta βηρύλλιον. Paraphraste *Cantic.* מריבג. *Targum Hierosolym.* שהם *Genes.* II. 12. interpretatur ברולהא quod Chaldæo est ac Hebræum ברלח At *Schoam* non potest esse, *Bedolah*, cum ibidem a Mose distinguatur. *Syrus* in multis locis habet ܒܪܘܠܟܐ *Berolcha*. Judæi plerique teste *Abarbanele* קריסטאל *Crystal*. *Rabboth Schemoth* פראלוקין fortasse פארולין, aut בארולין pro βήρυλλος. Septuaginta incerti sunt; hoc loco habent σμάραγδος I. *Paral.* XXIX. 2. retinent σοάμ; nonnunquam inter virides gemmas recensent, ut *Genes.* l. c. πράσινος. Et *Exod.* XXV. 27. repetunt σμάραγδον. In lapidibus humeralis habent βηρύλλιον. *Ezech.* XXVIII. 13. σάπφειρον *Jobi* XXVIII. 16. ὄνυξ. *Exod.* XXVII. 7. & XXXV. 9. σάρδιος. Probabilius est fuisse Sardonychem juxta sententiam *Vulgati*, *Josephi*, & *Hieronymi* qui in Epistola ad Fabiolam. *Josephus* (*inquit*) Sardonychas vocat, cum Hebræo *Aquilaque* consentiens. Quod probatur ex *Genes.* II. 12. ubi dicitur ex terra *Havila* asportari ברלח ושהם *Bedolach & Schoam*. Hæc terra fuit irrigata fluvio *Pischon*, qui, ut ex Mose constat, erat

bra-

brachium Euphratis, qui Sardonycas producebat teste *Plutarcho* in libello de fluminibus, & *Stobæo* serm. 98. ubi scribit huic fluvio adhærere montem *Δείμυλλον καλέμενον, ἐν ᾧ γεννᾶται λίθος σαρδόνυχι προίμιος*. Drimillum dictum, in quo nascitur lapis Sardonychi similis *Paraphrasis Chaldæa Hest.* cap. I. 5. testatur pariter in ripis Euphratis magna copia effossas fuisse margaritas, beryllos, & sardonychas. חפר בספר פרת ואשכח תמן שית מאה ותמנן אחמיתין דנחשא מליין דהב טב יוהרין ובורלין וסרלכין. Fodit in Euphratis ripa, & ibi reperit sexcentas, & octoginta sex arcas æreas plenas optimi auri, margaritarum beryllorum, & sardonychum. *Sandalechin* est vox corupta ex Græco sardonychas, prout *Rabboth Schemoth* etiam habet שררנגין *Sardanegin*, quod propius accedit ad sardonyches. In massechet *Sanedr.* VII. legitur ואהה משרו לדרום להביא לו סנדלפונים. Et misit aliquem in meridiem, ut afferret ei sandalphunim. Cl. *Bochartus* legit סנדלכין *Sandalachin* id est sardonyches. In editione *Amsteldamensi* legitur סנדלפונים *Sandalphunim*. Ubi glossa explicat סנדלפון שום אבן טב *Sandalphum* est nomen lapidis pretiosi. *Gemara* אחד משורו לצפון ואחד לדרום להביא לו סנדלפונים טובים ואבנים טובות ומרגליות Unum miserunt in septentrionem, & unum miserunt in meridiem ut afferrent bonos *Sandalphunim*, & lapides pretiosos & margaritas.

Sardonychas in magno pretio habitæ apud veteres. *Job.* cap. XXVIII. 16. *Non potest taxari insigni auro Ophir, Scobam pretioso Saphiro*. *Genes.* cap. II. 11. *Ibi invenitur bdellium, & lapis schoam*. *Ezech.* XXVIII. 13. *In deliciis paradisi Dei fuisti, omnis lapis pretiosus, operimentum tuum. Sardius, Topazius, & Jaspis, Crysolitus, Schoam, & Beryllus*. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 6. Claudius Cæsar smaragdos induebat, & sardonychas. Primus autem Romanorum sardonyche usus est prior Africanus, ut tradit Demonstratus, ut inde Romanis hanc gemmam fuisse celeberrimam. Quamobrem ei proximum dabimus locum. Sardonyches olim ut ex nomine ipso apparet intelligebantur candore in Sarda, hoc est velut carnibus ungue hominis imposito, & utroque translucido. Talesque esse Indicas tradunt Ismenias, Demonstratus, Zenothemis, Sotachus: Hi quidem duo reliquas omnes quæ non transluceant cœcas appellantes quæ nunc nomen abstulere. *Josephus* Antiquit. lib. VII. docet coronam Regis Ammonitarum, de qua fit mentio 2. *Sam.* XII. 30. habuisse *ἐν μέσῳ πολυτελῆ λίθον σαρδόνυχα* in medio pretiosam sardonychem. Stobæus l. c. *ᾧ οἱ βασιλεῖς ἐν τοῖς βασιλείαις* (sive ut alii volunt *ἐν τοῖς βασιλέ οις*) *χρῶνται*, quo reges utuntur in s.is regiis, sc. ornamentis. *Martialis* lib. V. Epig. II. inter Smaragdos Adamantes, & Jaspidas numerat.

> Sardonychas, Smaragdos, Adamantes, Jaspides uno
> Portat in articulo stella, Severe meus.

Ab *Juvenale* Sat. XIII. *gemma princeps* appellatur

> - - - - - - gemmaque princeps

Et Sat. VII. Sardonyches, loculis custoditur eburnis.

> - - - - - - Conducta Paulus agebat
> Sardonyche, atque ideo pluris quam Gallus agebat

Vid. *Persius* Sat. VI.

Polycratis gemmam illam tantopere celebratam fuisse sardonychem testatur *Plinius* l. c. cap. I. Sardonichem eam gemmam fuisse constat: ostenduntque Romæ, si credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo Augustæ dono inclusam. Quamvis *Herodotus* doceat hanc Polycratis gemmam fuisse smaragdum. Sardonyches omnes non fuisse pretiosos docet *Plinius* ibid. cap. 6. Sardonyches olim ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in Sarda, hoc est velut carnibus ungue hominis imposito, & utroque translucido. Talesque esse Indicas tradunt, Ismenias, Demonstratus, Zenothemis, Sotachus: hi quidem duo reliquas omnes, quæ non transluceant, cœcas appellantes, quæ nunc nomen abstulere. Nullo sardarum vestigio Arabicæ sunt, cœperuntque pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi, radice nigra, aut cæruleum imitante, & unguem: creditum etiam candido pingi, nec sine quadam spe purpuræ candore in minium transeunte. Has Indis non habitas in honore Zenothemis scribit: tantæ alias magnitudinis, ut inde capulos factitarent. Etenim constat ibi torrentibus detegi. Et placuisse in nostro orbe initio, quoniam solæ prope gemmarum scalptæ ceram non auferrent. Persuasimus deinde & Indis, ut ipsi quoque iis gauderent. Utiturque perforatis utique vulgus tamen in collo. Et hoc est nunc Indicarum argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in recessu gemmæ aut in dejectu reni-

renitente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimi coloris. Et hoc in Indicis cereum, aut corneum invenitur; etiam circuli albi: quædam in iis, cœleſtis arquus anhelatio eſt. Superficies vero locuſtarum maris cruſtis rubentior. Jam melleæ aut feculentæ (hoc enim nomen eſt vitio) improbantur, & ſi zona alba fundat ſe, non colligat. Simili modo, ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter. Nihil enim in ſua ſede alieno interpellari placet. Sunt & Armeniacæ ut ceteræ improbandæ, ſed pallida zona.

In iſtis duobus lapidibus inſculpta fuiſſe nomina filiorum Iſrael juxta generationes ſuas in textu dicuntur. ולקחת את שתי אבני שהם ופתחת עליהם שמות בני ישראל ששה משמתם על האבן האחת ואת שמות הששה הנותרים על האבן השנית כתולדתם. *Et ſumes duos lapides Schoam & inſculpes illis nomina filiorum Iſrael. Sex nomina ſupra lapidem unum, & ſex nomina reliqua ſupra lapidem alterum, ſecundum ſuas ætates*. Nonnulli volunt omnes majores natu inſculptos fuiſſe dextero lapidi, & reliquos ſiniſtro juxta hanc tabulam

גר	ראובן
אשר	שמעון
יששכר	לוי
זבולן	יהודה
יוסף	דן
בנימין	נפתלי

Ita ſentit *Raſchi* ad l. c. כתולדתם כסדר שנולדו ראובן שמעון לוי ויהודה דן ונפתלי על האחת ועל השנית גד אשר יששכר וזבולן יוסף ובנימין מלא שכן הוא כתוב במקום תולדתו עשרים וחמש אותיות בכל אחת ואחת *Juxta nativitates ſuas*; juxta ordinem, quo nati erant; *Ruben*, *Levi*, *Iſſachar*, *Nephtali*, *Gad*, *Joſeph* in lapide uno; & in altero *Simeon*, *Jehuda*, *Zebulon*, *Dan*, *Aſſer*, *Binjamin* plene, ita enim invenimus ſcriptum in loco nativitatis ſuæ; quinque & viginti literæ erant in ſingulo lapide. *Joſephus Antiq.* lib. III. cap. 8. ἐγγέγραπται μὲν τούτοις τῶν Ἰακώβου παίδων ὀνόματα γράμμασιν ἐπιχωρίοις γλώσσῃ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ ἓξ τῶν λίθων ἑκατέρωθεν. οἱ πρεσβύτεροι δ' εἰσὶ κατ' ὦμον τὸν δεξιόν. His inſcripta erant filiorum Jacobi nomina literis vernaculis noſtræ linguæ in utroque lapide ſena. Majores natu dexterum humerum obtinebant. Alii vero volunt nomina filiorum Leæ primum ſcripta fuiſſe, ut *Ruben*, *Simeon*, *Levi*, *Jehuda*, *Iſacar*, & *Zabulon*, poſtea nomina filiorum Ancillarum, & filiorum quidem Bilhæ ut *Dan*, & *Nephtali* ante nomina filiorum Zilpæ *Gad*, & *Aſer*, & tandem filiorum Rachelis, ut *Joſeph*, & *Benjamin* hoc modo

שמעון	ראובן
יהודה	לוי
זבולן	יששכר
דן	נפתלי
אשר	גד
בנימן	יהוסף

Gemara Babylonica ad Maſſechet *Sotah* cap. VII. מאי והחציו אמר רב כהנא כדרך שחלוקין כאן כך חלוקין באבני אפוד מתיבי שני אבנים טובות היו לו לכהן גדול על כתפיו אחת מכאן ואחת מכאן ושמות של שנים עשר שבטים כתוב עליהם ששה על אבן זו וששה על אבן זו שנ' ששה משמותם על האבן האחת ואת שמות הששה הנותרים על האבן השנית כתולדותם שנית כתולדותם ולא ראשונה כתולדותם מפני שיהודה מוקדם וחמשים אותיות היו עשרים וחמש על אבן זו וכה' על אבן זו ר' חנינה בן גמליאל אומר לא כדרך שחלוקין בחומש הפקודים חלוקים באבני אפוד אלא כדרך שחלוקין בחומש שני בני לאה כסדרן בני רחל אחד מכאן ואחד מכאן ובני שפחות באמצע ואלה מה אני מקיים כתולדותם בשמותם שקרא להם אביהם ולא בשמות שקרא להם משה ראובן ולא ראובני שמעון ולא שמעוני דן ולא דני גד ולא גדי תיובתא דרב כהנא תיובתא והלא מאי והחציו תנא חציו של מול הר גריזים מרובה מהחציו של מול הר עיבל מפני שלוי למטה בצרי להו הכי קאמר אעפ שלוי למטה בני יוסף עמהם שנ וידברו בני יוסף אל יהושע לאמר מדוע נתת לי חבל אחד וגו' ויאמר להם יהושע אם עם רב אתה עלה לך היערה אמר להם לכו והחביאו עצמכם ביערים שלא תשלוט בכם עין רעה אמר ליה זרעיה דיוסף לא שלטא ביה עינא בישא דכתיב בן פרת יוסף בן פרת עלי עין ואמר ר' אבהו אל תקרי על עין אלא עולי עין ר' יוסי ברבי חנינא אמר מהכא וידגו לרוב בקרב הארץ מה דגים שבים מים מכסים עליהם ואין העין שולטת בהם אף זרעו של יהוסף אין העין שולטת בהם הני חמשים אותיות חמשים הני חדה הוו אמר ר' יצחק הוסיפו ליוסף אות אחת שנ' עדות ביהוסף שמו בצאתו על ארץ מצרים מתקיף ר' נחמן בר יצחק כתולדותם בעינן אלא כל התורה כולה בנימן כתיב והכא בנימין שלם שנ' ואביו קרא לו בנימין Quid *Joſ.* VIII. 13. והחציו *Et alterum dimidium ejus?* R. Cahana cenſet, quod eo ordine, quo hoc loco diviſæ ſunt duodecim tribus, diviſæ fuerint in lapidibus Ephod. Oppoſitio. Duos lapides pretioſos

ſos lubuit ſacerdos ſummus ſuper humeros, unum in dextero, & alterum in ſiniſtro, ac nomina duodecim tribuum in iis fuerunt expreſſa ſex in uno, & ſex in altero; dictum eſt enim *Exod.* XXVIII. 10. *Sex nomina ſupra lapidem unum, & ſex nomina reliqua ſupra lapidem alterum, ſecundum ſuas nativitates.* Nempe in poſteriori habita eſt ratio nativitatis, in primo vero neutiquam, quippe Jehuda antepoſitus eſt. Erant quinquaginta literæ ſc. viginti quinque in hoc, & totidem in altero lapide. R. Chanina ben Gamaliel dicit, non quomodo recenſentur *nomina* XII. *tribuum* ſub initium libri *Numer.* ita & recenſita fuerunt in lapidibus Ephod, ſed eo modo, quo in *Exod.* numerantur; nimirum filii Leæ ſuo ordine; Rachelis autem filiorum alter principium, alter finem, & nati ex ancillis medium locum occupabant. At quomodo illud confirmabitur quod dictum eſt, *ſecundum ſuas nativitates?* Dicendum, nominibus, quibus eorum pater appellavit, non vero nominibus, quibus Moſe inſignivit; ſc. Ruben, non Rubeni, Simeon non Simeoni, Dan, non Dani, Gad, non Gadi. Hæc eſt objectio contra R. Cahanæ ſententiam, & magna eſt objectio. Verum quid ſignificat והחציו *& alterum dimidium ejus?* Docetur, dimidiam partem, quæ in monte Garizim conſiſtebat, fuiſſe majorem dimidia parte, quæ montem Ebal occupaverat; etenim tribus Levi in parte inferiori erat. Imo contra; quia tribus Levi in parte inferiori erat, pauciores numero fuere. Sic enim dixit; & tribus Levi in parte inferiori erat, filii Joſeph erant cum ea; Dictum eſt enim *Joſ.* XVII. 14. *Quapropter alloquuti filii Joſeph, Joſuam dicendo, Quare dediſti mihi partem unicam &c. Et reſpondit eis Joſue; Si populus multus es, aſcende in ſylvam.* Nimirum hoc illis ait. Ite & abſcondite vos in ſylvis, ne faſcinet vos oculus malignus. Reſponderunt illi; in ſemen Joſephi oculo maligno nulla vis eſt; Dictum eſt enim *Geneſ. Ramus fœcundus Joſeph, ramus fœcundus ſuper oculum.* R. Abhu dicit; non legendum eſt עלי עין *prope oculum*, ſed עולי עין (i. e. *ſupergrediuntur oculum*) R. Joſe bar R. Chanina dicit; ex hoc confirmatur quod dictum eſt *Geneſ.* XLVIII. 16. *Et multiplicentur ut piſces in medio terræ*; nempe ut piſces, qui in mari ſunt, ab aqua occultantur, nec oculus iis noxam infert; ſic & ſemini Joſephi oculus nocere haud poteſt. Ecce quinquaginta erant literæ; Erant quinquaginta minus una. Dicit R. Iſaac, additam fuiſſe Joſepho literam unam; dictum eſt enim, Pſal. LXXXI. 6. *Teſtimonium Jehoſeph impoſuit, cum proceſſiſſet contra terram Ægypti.* Objecit R. Nachman bar Iſaach, dicens nomina fuiſſe inſcripta juxta nativitates ſuas. In tota ſcriptura בנימן ſcriptum eſt, hoc vero loco בנימין plene; dictum eſt enim *Geneſ.* XXX. 18. *ſed pater ejus vocavit eum* בנימין *Hieroſ.* Sotha 21. 4. מה תל׳ והחציו אלא מלמד שמעוטין בהר גריזים ומרובים בהר עיבל למה שאין שבטו של לוי כולו שם שאם היה כל שבט לוי כולו שם היו שוין ר׳ שמואל בר נחמן בשם ר׳ יונתן אילו היה כל שבטו של לוי שם לא היו שוין למה שכבר נפלו משבטו של שמעון עשרים וארבעה אלף בשיטים א״ר יוסי בי ר׳ בון אילו היה כל שבטו של לוי שם היו שוין למה שלא בא משבט ראובן וגד אלא ארבעים אלף חלוצי צבא כהנא אמר כשם שהן חולקין כאן כך הן חולקין בתחילה החומש אית תניי תני כשם שהן חולקין כאן כך הן חולקין ברגלים בני לאה מיכן ובני רחל מיכן חד מיכן וחד מיכן ובני השפחות באמצע א״ר מתניה טעמא דהדין תניה שמע אלי יעקב עבדי וישראל מקורא מה התקרה הזו עובייה דהן גבי קוטנה דההן ועופיה דהן גבי קוטנה דההן אית תניי תני כשם שהן חולקין כאן כך הן חולקין באבני אפוד כתולדותם כדי שיהו עשרים וחמשה מיכן ועשרים וחמשה מיכן והלא אין אלא ארבעים ותשעה אמר רבי יוחנן בנימין כתולדותם מלא א״ר יודה בר זבידא יהוסף מלא עדות ביהוסף שמו והלא אין אלא עשרים ושלשה מיכן ועשרים ושבעה מיכן א״ר יוחנן בנימן היו חציו בן מיכן ימין מיכן א״ר זבדיא ויאות מי כתיב ששה שמותם לא אלא משמותם משמותם ולא כל שמותם הראשונים נכתבין מימינו של כהן גדול משמאלו של קורא והאחרונים נכתבין משמאלו של כהן גדול מימינו של קורא הראשונים אינן נכתבין על סדר שיהודה מלך האחרונים נכתבין על סדר. Cur ſcriptum eſt; *& dimidium ejus?* Ad docendum, quod pauciores erant in monte Garizim, & plures in monte Ebal. Cur? Quia non erat in eo loco tota tribus Levi; ſi enim ibi tota fuiſſet tribus Levi, pares fuiſſent. R. Iſmael bar Nachman nomine R. Jonathan; vel ſi tota ibi fuiſſe tribus Levi, tamen non fuiſſent pares; Cur? Quia jam ceciderunt de tribu Simeon quatuor & viginti millia in Sithim. Dicit R. Joſe diſcipulus R. Bon, ſi ibi tota fuiſſet tribus Levi, fuiſſent pares; qua de cauſa? Quia non venerunt de tribu Ruben & Gad niſi quadraginta millia arma-

armatorum. Cahana dicit, ſicut hic diviſæ erant, ita pariter eodem modo diviſæ erant in principio *Num.* Eſt qui docens tradit; ſicut hic diviſæ erant, ita quoque eodem modo diviſæ erant in vexillis. Filii Leæ in hoc latere, & de filiis Rachel unus in hoc, & alter in altero, & filii ancillarum in medio. Dicit R. Mathania, hac de cauſa, quod dictum eſt; *Auſculta mihi Jacob ſerve meus, & Iſrael, quem ego voco. Iſai.* XLVIII. 12. Sicut in contignatione ponitur tignum craſſum prope parvum, & deinde craſſum prope parvum: Eſt qui tradit, ſicut hic diviſæ erant, eodem modo diviſæ erant in lapidibus Ephod; *ſecundum nativitates ſuas*; ut eſſent vigintiquinque literæ in hoc latere, totidemque in altero. At ecce non erant niſi novem & quadraginta. Dicit R. Jochanan nomen Benjamin in ordine nativitatum plene ſcriptum erat; Dicit R. Juda bar Zebida; & recte; nomen Joſeph plene ſcriptum erat; dictum eſt *Pſalm.* LXXXI. 6. *Teſtimonium Jehoſeph impoſuit.* At ecce erant tres & viginti in uno latere, & in altero ſeptem & viginti. Dicit R. Jochanan, nomen Benjamin dimidiatum erat; Ben in hoc latere, & Jamin in altero latere. Et recte; Dicit R. Zebida nonne ſcriptum eſt *ſex nomina eorum?* minime; ſed *ex nominibus eorum*; *ex nominibus eorum*; non vero integra eorum nomina. Priora ſcripta erant in dextero humero ſummi ſacerdotis ad ſiniſtram legentis. Et poſteriora ſcripta erant in ſiniſtro humero ſummi ſacerdotis ad dexteram legentis. Priora non erant ſcripta juxta ordinem, quia Jehuda erat rex, at poſteriora ſcripta erant juxta ordinem. Reſpiciunt hi Judæi Interpretes ad *Deut.* cap. XXVII. 12. & 13. & ad *Exod.* cap. In priori textu legitur. *Hi ſtabunt ad benedicendum populum ſuper montem Garizim, Jordane tranſmiſſo, Simeon, Levi, Judas, Iſſachar, Joſeph, & Benjamin. Et e regione iſti ſtabunt ad maledicendum in monte Hebal Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, Dan & Nephtali.* Hoc modo ſtabant

קללה	ברכָה
ראובן	שמעון
נר	לוי
אשר	יהורה
זבולן	יששכר
רן	יוסף
נפתלי	בנימן

Exodi cap. I. hoc modo

בנימן	ראובן
רן	שמעין
נפתלי	לוי
גר	יהורה
אשר	יששכר
יוסף	זבולן

In his lapidibus inciſa fuiſſe nomina XII. Tribuum in textu aſſeritur, מעשה חרש אבן פתוחי חתם תפתח את שתי האבנים על שמת בני ישראל. *Opus ſculptoris ſigilli ſculpes duos lapides ſecundum nomina filiorum Iſrael.* Ubi *Raſchi*. מעשה חרש אבן מעשה אומן של אבנים חרש זה רבוק הוא לתיבה של אחריו לפיכך הוא נקוד פתח בסופו וכן חרש עצים נטה קו חרש של עצים וכן חרש ברזל מעצר כל אלה רביקין ופתוחים פתוחי חותם כתרגומו כתב מפרש כגלף רעזקא חרוצות האותיות בתוכן כמו שחורצין חותמי טבעות שהם לחתום הנרות כתב נכר ומפורש. *Opus ſculptoris lapidis*, opus artificis lapidum; hæc ſculptura fiebat adhæſione ad vocem ad partem poſticam, ideoque punctatur cum Patach in fine; ita pariter ſculptor lignorum inclinabat lineam; ſculptor lignorum, & ſimiliter ſculptor ferri ab latere, hi omnes applicabant & cælabant cælaturas cælatoris; juxta ejus *Targum*: *ſculptura clara*; juxta ſculpturam annuli incidantur literæ in illis, ſicut incidunt inciſores ſigillorum ad incidendum epiſtolam, ſcriptura nota & manifeſta. Sigillorum ſculptura maxime celebratur apud veteres. *Plinius* lib. XXXVII. c. I. Poſt hunc annulum regia fama eſt gemmæ Pyrrhi illius, qui adverſus Romanos bellum geſſit. Namque habuiſſe traditur achaten, in qua novem Muſæ, & Apollo citharam tenens ſpectarentur, non arte, ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus maculis, ut muſis quoque ſingulis ſua redderentur inſignia. Nec deinde alia quæ tradatur magnopere gemmarum claritas extat apud autores, præterquam Iſmeniam choraulem multis fulgentibuſque uti ſolitum, comitante fabula vanitatem ejus, indicato in Cypro ſex aureis denariis ſmaragdo in qua fuerat ſculpta Amymone, juſſiſſe numerari. Et cum duo relati eſſent, imminuto pretio, male mehercules curatum dixiſſe. Multum enim detractum gemmæ dignitati. Hic videtur inſtituiſſe, ut omnes muſicæ artis hac quoque oſtentatione cenſerentur, velut

velut Dionyſodorus æqualis ejus, & æmulus, ut ſic quoque par videretur. Tertius, qui eodem tempore fuit inter Muſicos, Nicomachus, multas gemmas habuiſſe traditur; ſed nulla peritia electas; forte quidam his exemplis initio voluminis oblatis adverſus iſtos, qui ſibi hanc oſtentationem arrogant, ut palam ſit eos tibicinum gloria tumere. Iſmeniæ ætate multos poſt annos apparet ſcalpi etiam ſmaragdos ſolitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma ſe ab alio ſculpi, quam a Pyrgotele, non dubie clariſſimo artis ejus. Poſt eum Apollonides, & Cronius in gloria fuere, quique divi Auguſti imaginem ſimilem expreſſit, qua poſtea principes ſignabant. Dioſcorides. Sylla dictator traditione Jugurthæ ſemper ſignavit. Et apud autores & Intercatienſem illum, cujus patrem Scipio Æmilianus ex provocatione interfecerat, pugnæ ejus effigie ſignaſſe, vulgato Stilonis Præconini ſale, quidnam fuiſſe facturum eum, ſi Scipio a patre ejus interemtus eſſet. Divus Auguſtus inter initia ſphinge ſignavit. Duas in matris annulis jam indiſcretæ ſimilitudinis invenerat. Altera per bella civilia, abſente eo, amici ſignavere epiſtolas, & edicta, quæ ratio temporum nomine ejus reddi poſtulabat, non infauſto lepore accipientium, ænigmata afferre eam Sphingem. Quinetiam Mæcenatis rana, per collationem pecuniarum in magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad evitanda convicia Sphingis, Alexandri Magni imagine ſignavit. Gemmas plures, quod peregrino appellabant nomine dactylothecam, primus omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scaurus. Diuque nulla alia fuit, donec Pompejus Magnus eam, quæ Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio diceret, ut M. Varro aliique ejuſdem ætatis autores confirmant multum prælatam Scauri. Hoc exemplo Cæſar dictator ſex dactylothecas in Veneris genetricis conſecravit, Marcellus Octavia genitus in Palatina Apollinis æde unam.

Iſti lapides aureis fundis incluſi erant, ut in textu dictum eſt מסבת משבצות זהב תעשה אתם. *Fundis aureis includes illos*. *Targum* משקען מרמצן דדהב תעביה יתהן, *in profunda pala aurea includes eos*. Ubi *Raſchi* מוסבות משבצות מוקנות האבנים במשבצות זהב שעושה מושב האבן בזהב כמין נומא למדת האבן ומשקעה במשבצת נמצאת מהשבצת סובבת את האבן סביב ומחבחר המשבצת באפוד *Fundis*; Lapides circumdabantur fundis aureis; Fiebat ſitus lapidis in auro inſtar foveæ ad lapidis menſuram, & immergebatur in funda; deprehendebatur funda in circuitu lapidem circumdediſſe; & τῷ Ephod funda annectebatur. Has fundas ſive fibulas aureas *Joſephus* lib. VI. cap. 6. de bello teſtatur figura aſpidum ornatas fuiſſe. δύο δ' αὐτὴν ἐνπόρπων ἀσπιδίσκαι χρυσαῖ, κατεκέκλειντο δ' ἐν ταύταις καλλιστοί τε καὶ μέγιστοι σαρδώνυχες, τοὺς ἐπωνύμους τῶν τοῦ ἔθνους φυλῶν ἐπιγραμμέναι. Duabus autem fibulis aureis aſpidum ſpecie vinciebantur, quibus incluſi erant optimi maximique Sardonyches, ſcripta tribuum gentis nomina ferentes. Hujuſmodi fibulæ in uſu fuerunt apud Veteres, quibus veſtes annecterentur. *Ammianus Marcellinus* lib. XIV. Sudant ſub ponderibus lacernarum, quas in colli exerta ſingulus (*corrigendum* fibulis) ipſis adnectant. *Luctatius Placidius* ad verſ. 658. lib. VII. Thebaidos Papinianæ. Ad luxuriam retulit pulchritudinem fibulæ, erat enim foraminibus multis exornata, quas vulgo interraſa; appellant. Chlamidibus & penulis appendebantur. Conſtitutio *Leonis Auguſti*. Fibulis in Chlamidibus his quoque utantur (*privati*) quæ ſolæ auro & arte pretioſæ ſunt. Fibula militare præmium fuit. *Trebellius Pollio* in *Claudio*. Ut Claudio extra donum daret fibulas argenteas inauratas duas, & fibulam auream. *Livius* I. Decad. lib. VII. Puerum annulo aureo, tunica laticlavia, Hiſpano ſagulo, & aurea fibula ornatum donat. *Flavius Vopiſcus* in Aureliano. Conceſſit militibus fibularum aurearum uſum. *Plinius* lib. XXXIII. cap. I. Sed in militia quoque in tantum adolevit hæc luxuria, ut M. Bruti in Philippicis Epiſtolæ reperiantur frementes, fibulas tribunitias ex auro geri. *Corippus* lib. II. Num. 4.

> Aurea juncturas morſu præſtinxit adunco
> Fibula & auratis gemmæ nituere catenis.

Virgilius lib. V. Æneid.

> - - - - lato quem circumplectitur auro
> Balteus, & teriti ſubnectit fibula veſtem.

Ornamenta virorum, & præcipue fœminarum fibulæ fuere. *Virgilius* Æneid. lib. IV. de Didone

> Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem

Ovidius lib. VIII. Metamorph.

> Raſilis hic ſummam mordebat fibula veſtem.

Vir-

Virgilius iterum Æneid. lib. VII. de Camillas

- - - ut fibula crinem
Auro internectat.

Statius lib. VI. Thebaid.

Emicat, & torto chlamydem dissibulat auro.

Idem lib. VII. Thebaid.

Carbaseique sinus, & fibula rasilis auro
Tænariam fulva mordebat Jaspide vestem.

Nilus Scholasticus lib. IV. Antholog. cap. 10. Epig. 3. ad Dianam venatricem.

Πόρπη τε χρυσοῖο πετυγμένη ἡ δὲ πρὸς ἄκρην
Ιγνύην φοῖνιξ πέπλος ἐλυσσόμενος
Et fibula auro facta, & ad summum
Poplitem ruber peplus factus.

Homerus in Hymno Veneris

Κόσμον μὲν οἱ πρῶτον ἀπὸ χροὸς εἷλε φαεινὸν
Πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας, καλυκάς τε κ̀ ὅρμες.
Ornamentum quidem illi primum a corpore abstulit lucidum,
Fibulasque, flexibiles helicasque, calycasque, & monilia.

Idem Iliad. XVIII. vers. 401.

Τῇσι παρ' ἐννάετες χάλκευον δαίδαλα πολλὰ
Πόρπας τη γναμπτάς θ' ἕλικας.
Apud istas per novennium fabricant artificiosa multa
Fibulasque, flexibilesque helicas.

Plinius l. c. Fabricam etiam deum fibulas, & alia muliebris cultus, sicut inaures in principio factitavisse, sine mentione annulorum: Musici & comædi in pene gestabant fibulas ne coirent. Vetus Scholiastes *Juvenalis* ad vers. 73. Sat. VI. Nam omnes pueri vocales fibulas in naturis habent, ne coeant. Et ad vers. 377. Fibulam dicit circellos, quos Tragædi, sive Comædi in penem habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant. *Philostratus Lemnius* in Imagin. Cupidinem puerum *fibulatum* depingit. *Martialis* lib. VII. Epigr. 81.

- - - penem tam grandis fibula vestit.

Idem lib. XIV. Epigr. 215.

- - - Comædis & cytharædis
Fibula quid præstat?

Pergit textus, memoratque duas catenas aureas, quibus pectorale τῷ Ephod adhærebat. ושתי שרשת זהב טהור מגבלת תעשה אתם מעשה עבת ונתתה את שרשת העבתת על המשבצרת. *Et duas catenas auri puri æquabiles facies illis, opere tortili, & aptabis catenas tortiles fundis*. Targum. ותרתין תיכין דדהב דכי מתחמן תעביד יתהון עובד גדילי ותתן ירת תיכיא גדילתא על מרמצתא. *Et duas catenas auri puri terminatas facies illis, opere tortili, & dabis catenas tortiles in fundas*. Ubi *Raschi* ועשית משבצות מיעות משבצות שתים ולא פירש לך עתה בפרשה זו אלא מקצת צרכן ובפרשת החושן גומר לך פירושן שרשורת זהב שלש לאורה מגבלורת לסוף גבול החשן תעשה אותם מעשה עבות מעשה קליעת חוטין ולא מעשה נקבים וכפלי׳ כאותן שעושין לבורות אלא כאותן שעושין לעדרשקאות שקורין אנססיירס ונתרת ארת שרשרורת של עבותות העשויות מעשה עבורת על משבצות הללו ולא זה הוא מקום צוואת עשייתן של שרשרות ולא צוואת קביעתן ואין תעשה האומר כאן לשון צווי ואין ונתרת האומר כאן לשון צווי אלא לשון עתיד כי בפרשת החשן חוזר ומצוה על עשייתן ועל קביעותן ולא נכתב כאן אלא להוריע מקצרת צורך המשבצורת שצוה לעשות עם האפד וכתב לך זאת לומר לך המשבצורת הללו יזוקקו לך לכשתעשה שרשרות מגבלות על החשן תתנם על המשבצות הללו. *Et facies fundas*; ad minimum fundæ duæ erant; Neque tibi modo exponitur in hac Parascha nisi pars aliqua necessaria, & in Parascha Pectoralis tibi explanatio perficitur. *Catenas auri*; tres catenas. Terminatas; in limbo Pectoralis facies illas. *Opere tortili*. Opere plexili ex filis, non vero opere perforato, neque duplicabantur ad similitudinem illarum, quæ fiebant in cisternis, sed ad formam illarum, quæ fiebant pro lavacris quæ אנססירס appellantur. *Et dabis* שרשרות crassas, factas opere tortili in fundas illas. At hic non est locus, ubi catenarum opus præcipiatur, & earum infixio; Neque illud *facies* hoc loco memoratum, pariterque illud *dabis* hic memoratum habent significatum præcipiendi; Neque hoc loco scribitur, nisi ad significandum partem aliquam necessariam fundarum, quas fieri præcipitur una cum Ephod, tibique hoc scribitur ad dicendum tibi, quod istæ fundæ conjungerentur, postquam factæ erant catenæ æquabiles super pectorali, inderentur in has fundas: *Abarbanel* has catanas scribit factas fuisse בארינה *per texturam*. Septuaginta ἔργον πλοκῆς *opus plexile*. *Bartenora* instar funium fuisse testatur. ואפשר לפרש מגבלות על מעשה השרשרות שלא תהיינה עשיות חוליות חוליות על צורות השלשאלות של ברזל אשר יאמרו בהם השבוים אך יהיו קלועים בחוטי זהב עד שתהינה עבות מגבלות כדרך מעשה גבלות. Potest etiam ex-

explicari de catenis, quod non constiterint ex pluribus articulis ad formam catenarum ferrearum, quibus vinciuntur captivi, sed plexæ erant ex filis aureis, ut densæ essent instar funium. *Abarbanel* vero vult instas catenas fuisse appellatas מגלות, quod spatium aliquod terminarent inter fundas aureas, & annulos Ephod. ואמר מגבלות תעשה אתם להגיד שיגביל המרחק שיש בין המשבצות ובין טבעות האפוד. Et dixit; *facies* eas מגבלות ad indicandum quod terminarent distantiam quæ est inter fundas & annulos Ephod.

Mirifica profecto est Ephod descriptio apud *Suidam* in voce Ephod. Ἐφοὺδ τὸ μὲν ὄνομα Ἑβραϊκὸν, ἑρμηνευόμενον δήλωσιν, ἢ λύτρωσιν σημαῖνον· τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ σπιθαμιαῖον ἦν. ὕφασμα δίκην περιστηθίου ἐκ χρυσονήμου τέχνης ποικίλης πεποιημένον. καὶ ἐν μὲν τῷ μέσῳ εἶχεν ὥσπερ ἀστέρα ὁλόχρυσον. ἑκατέρωθεν μὲν αὐτοῦ, δύο σμαράγδους ἔχοντας ἀνὰ ἓξ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τῶν σμαράγδων, λίθον ἀδάμαντα. ἡνίκα γοῦν ἔμελλεν ὁ ἱερεὺς ἐρωτᾷν τὸν Θεὸν περί τινος κεφαλαίου, ἐδέσμει αὐτὸ ἐν τῇ ἐπωμίδι, κατὰ μέσον τοῦ στέρνου. καὶ ἐπετίθει τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὑποκάτωθεν, καὶ εὑρίσκετο ἐν ταῖς παλάμαις αὐτοῦ ἐξηπλωμένον ὥσπερ πυξίον. καὶ ἀποβλέπων εἰς τὸ ἐφοὺδ ἠρώτα τὸν Θεὸν τὸ ἐρώτημα. καὶ εἰ μὲν ἀρεστὸν ἦν τῷ Θεῷ τὸ ἐρώτημα, εὐθέως ἔστραπτεν ὁ ἀδάμας λίθος, καὶ ἐφεγγοβόλει ἀκτῖνας ἐκπέμπων. εἰ δὲ οὐκ ἦν ἀρεστὸν, ἔμενεν ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει ὁ λίθος. εἰ μὲν ἔμελλεν ὁ Θεὸς εἰς μάχαιραν παραδιδόναι τὸν λαὸν, ἐγένετο αἱματώδης. εἰ δὲ θανατικὸν ἔμελλεν, ἐγένετο μέλας. *Ephud*. Hoc nomen quidem Hebræum est, & significat doctrinam & redemtionem. Forma autem ejus erat instar spithamæ. Tela erat instar pectoralis ex aureis filis arte variegatoris factum. Et in medio habuit quidem veluti stellam totam auream, & utrinque duos smaragdos, quorum uterque sex de duodecim tribubus Israelis insculptas habebat, & inter duos smaragdos lapidem adamantem. Quum autem sacerdos Deum de re aliqua interrogaturus esset, illud alligavit Epomidi in medio pectoris. Et manus ei supponebat, ut inveniret in palmis suis explanatum tanquam de buxea tabula. Et inspiciens in Ephodum, rogabat Deum super quæstione. Si autem res, de qua quærebatur, Deo grata erat, lapis in suo statu remanebat. Si Deus forte populum gladio tradere voluisset, factus est sanguineus, si mortalitatem immissurus esset, niger factus est. *Suidas* in describendo Ephod male descripsit pectorale.

Reliquum est, ut aliquid dicamus de Ephod Gideonis, Samuelis, Davidis &c. *Judic.* VIII. 26. quod Gedeon ex præda Madian, sc. ex auro purpura confecisse dicitur Ephod. ויהי משקל נזמי הזהב אשר שאל אלף ושבע מאות זהב לבד מן השהרנים והנטיפות ובגדי הארגמן שעל מלכי מדין ולבד מן הענקות אשר בצוארי גמליהם ויעש אותו גדעון לאפד ויצג אתו בעירו בעפרה ויזנו כל ישראל אחריו שם ויהי לגדעון ולביתו למוקש. *Et fuit pondus postalatarum inaurium mille septingenti aurei sicli absque ornamentis & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian uti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in civitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israel in eo, & factum Gedeoni, & omni domui ejus in ruinam.* Judæi Interpretes asserunt Ephod a Gedeone factum fuisse in memoriam victoriæ quam contra Madianitas consecutus fuerat. *Raschi* in h. l. ויעש אותו לאפוד להיות לזכרון על תשועה גדולה לראות. *Fecitque illud Ephod*; ut esset in monimentum facti magni ad videndum. *Kimchi* ibid. לאפוד עשה אותו כמין חגורה או מלבוש זהב והציג אותו בערו שיהיה לזכרון התשועה הגדולה והוא עשה אותו לטובה ואחריו מותו זנו בני ישראל אחריו ועשו אותו אלוה מדברי רז״ל במשתחוה לאפוד עצמו כמה דאת אמר ויעש אותו גדעון לאפוד *Ephod fecit illud*, instar amiculi, aut vestimenti aurei; *Et posuit illud in civitate sua*; ut esset in monimentum facti magni; & ipse fecit boni causa; *Et post ejus mortem fornicati sunt filii Israel post illud*; & fecerunt illud idolum; & juxta verba nostrorum sapientem sui. Adorarunt ipsum Ephod; uti tu dicis. *Et fecit ipsum Gedeon in Ephod*. *Ralbag* ibid. והנה עשה גדעון מהזהב הזה אפוד והוא בדמיון החגורה וידמה שעשה זה להזכיר הנס הזה והנה טעו אחריו כל ישראל לעשות ממנו עבודה זרה וידמה שלא היה זה הטעות בימיו ודבר זה היה לגדעון ולביתו למוקש. Ed ecce fecit Gedeon ex hoc auro Ephod & erat amiculo simile, & videtur hoc factum fuisse in monimentum hujus miraculi; & ecce errarunt post illud omnis Israel, & ex eo fecerunt Idololatriam; & videtur non contigisse in ejus diebus hic error; *& hoc fuit Gedeoni & domui suæ in ruinam*. Cujusmodi fuerit Ephod, quod Mica dicitur fecisse *Judic.* XVII. & XVIII. ignoratur. Vestem sacerdotalem, qua Mica sacrificabat, fuisse necesse est.

Samuel dicitur I. *Sam.* II. 18. præcinctus Ephod ושמואל משרת את פני יהוה

יהוה נער חנור אפוד בד . *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini puer accinctus Ephod lineo . Targum* ושמואל
משמש קדם יהוה עולימא כדרוט דבוץ
Et Samuel ministrabat coram Domino puer præcinctus Cheirodota byssina. Ubi *Kimchi* חנור אפוד בד תרגום יונתן כדרוט
הבוץ ותרגם כי כן הלבשנה בנות המלך
הבתולות מעילין כרדוטין ותרגם ומעיל
קטן כמשמעו זעיר דומה לי כי המעיל
נעשה במכונות שונות יש מעיל לעטיפ׳
וכן מעיל שמואל שנ׳ והוא עוטה מעיל
וכן היה מעיל כהן גדול הבגד העליון
שהיה עוטה אותו והמעיל שהיה
בנות המלך לובשות היה מלבוש עשוי
בתכונת מלבושי הנשים וכן האפוד עשוי
בתכונות שונות של כהן גדול היה עשוי
בתכונה הכתובה בתורה ואפוד של פשתן
היו חוגרים אותו העובדים את יי׳ והיו
משתנים בו יהיו משאר בני אדם
ואותו היו חוגרים בין כהן בין לוי בין
ישראל כמו שכתוב בכהנים ויומת ביום
ההוא שמנים וחמשת איש נושא אפוד בד
וכן בשמואל שהיה לוי חגור אפוד בד
וכן דוד כשהיה בעבודת האל לפני הארון
חגור אפוד בד כמו שכתוב ודוד חגור אפד
בד . *Accinctus Ephod lineo*. Targum Jonathan ; *Cheirodata byssina* . Et interpretatur ; quod ita vestirentur filiæ regiæ virgines; quod induerent Cheirodathas ; & interpretatio est . Et pallium parvum juxta sensum literalem, breve: mihi videtur pallium factum esse variis rationibus . Erat pallium ad obtegendum , & hujusmodi erat pallium Samuelis ; dictum est enim . *Et se obvelavit pallio*: similiter pallium summi sacerdotis erat vestis superior, qua se obvelabat, & pallium, quod induebant filiæ regis, erat vestis facta juxta rationem vestimentorum fœminarum. Similiter Ephod factum erat variis rationibus & pallium summi sacerdotis factum erat ad decorem , quod discribitur in lege . Et Ephod lineum sibi præcingebant viri illi qui ministrabant Deo ; illique distincti erant ab ceteris hominibus, illudque sibi præcingebant tam sacerdos, quam Levita, & Israelita; uti scriptum est de sacerdotibus 1. *Sam.* XXII. 18. *Et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo*. Similiter dictum est de Samuele ; *Accinctus Ephod lineo*: de Davide quoque scriptum est 2. *Sam.* VI. 14. *Porro David erat accinctus Ephod lineo* . *Ralbag* ad l. c.
והנה היה שמואל משרת את יי׳ מקטנותו
היה חגור אפוד בד לשמו שהוא נבדל
לעבודת השם כמו הענין בכהני נוב עיר
הכהנים שהיו שם שמנים וחמשה איש
נושאי אפוד בד . Et ecce Samuel ministrabat coram Domino. Et ecce in sua pueritia erat præcinctus Ephod lineo: eo quod separatus esset ad ministrandum Deo; sicuti dictum est de sacerdotibus Nob civitatis sacerdotum, quod ibi essent octoginta quinque portantes Ephod lineum . 1. *Sam.* XXII. 18. quoque dictum est, quod jussu Saulis trucidati fuerint in Nobe octoginta quinque sacerdotes portantes Ephod lineum. וימת ביום ההוא
שמנה וחמשים איש נשא אפוד בד . *Et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo . Targum*. וקטל ביומא
ההוא תמנן וחמשא גברין דכשרין למלבש
אפוד דבוץ . *Et occidit in die illa octoginta quinque viros, qui digni erant, qui induerent Ephod lineum. Kimchi* in h. l. נשא
אפוד בד כתרגומו דכשרין למילבש אפוד דבוץ
נראה לפירושו כי הוא הרג יותר משמונים
וחמשה אבל השמונים וחמשה היו ראויין
ללבוש אפוד בד כי נראה כי הגדולים
בעבורי יי׳ לבושים זה המלבוש וכן דוד
לבשו ביום שהעלה הארון . *Vestitos Ephod lineo:* juxta ejus Targum; *dignos qui induerent Ephod lineum*. Videtur juxta ejus interpretationem, quod occiderit plures quam octoginta quinque viros; sed quinque & octoginta digni fuerint, qui induerent Ephod lineum ; quia videtur , quod qui excellerent inter illos qui ministrabant Deo , hanc vestem induerent; sicut David rex induit eo die , quo transtulit arcam . *Ralbag* in l. c. נושא
אפוד בד רוצה לומר שהיו נכבדים וראויים
לזה הלבוש כי זה הלבוש היו לובשים
הנכבדים וכל שכן מי שהיו מהם מיוחדים
לעבודת השם כמו שזכרנו בענין אפוד
שמואל . *Vestitos Ephod lineo*; i. e. quod dignitate præstarent , & digni essent , qui hoc vestimentum induerent ; quia hoc vestimentum induebant, qui dignitate excellebant multo magis, qui inter illos excellebant in ministerio Dei, sicut meminimus in Ephod Samuelis. David quoque 2. *Sam.* VI. 14. dicitur præcinctus Ephod lineo . ודוד חגור אפוד
בד . *Porro David erat accinctus Ephod lineo*. Ubi *Targum* ודוד אפיר כדרוט דבוץ . *Et David erat præcinctus Cheirodatha linea*. Ubi *Kimchi* אפוד בד חגור באפוד בד
נראה כל זה המלבוש לכבוד היו לובשים
אותו וכן אמר הכתוב שמונים וחמשה
נושאי אפוד בד ולא היה מבגדים כהונה
לפיכך היה מותר כל אדם ללובשו ואף על
פי שאינו כהן ובדברי הימים מכורבל במעיל
בוץ והוא המעיל היא האפוד וכן תרגם
יונתן אותו בלשון הזה תרגם אפוד בד
כדרוט דבוץ ותרגם כי כן תלבשנה בנות
המלכים המעילים כרדוטין אבל אפוד ומעיל
הכתובים בתורה הם כל אחד בגד בפני
עצמו אין זה כמו זה שמבואר בתורה
Ephod lineo ; præcinctus Ephod lineo ; videtur , quod ad decus hoc vestimen-

tum

tum induerent; atque ita dictum eſt in ſcriptura 1. *Sam.* XXII. 18. *Octoginta quinque viros veſtitos Ephod lineo.* Neque erat ex veſtimentis ſacerdotii: ideoque cuique licitum erat illud induere, quamvis non eſſet ſacerdos. Et 1. *Paral.* XV. 17. *Erat indutus pallio byſſino.* Et hoc pallium erat Ephod; & juxta Targum Jonathanis alio ſenſu Ephod lineum interpretatur *Cheirodotha byſſina*; & interpretatur, quod filiæ regum induerent pallia Cheirodotis. Sed Ephod & pallium deſcripta in lege erant veſtimenta inter ſe diverſa; hoc diverſum erat ab altero, ut explicatum eſt in lege. *Raſchi* in h. l. אפוד בד מעיל בוץ פורצייֿנט בלעֿז ויונתן תירגם כרדוט וכן תירגם יונתן מעילים דתמר אחות אבשלום כרדוטין. *Ephod lineo*; pallio byſſino; barbare פורצֿנט. Et Jonathan interpretatur Cheirodotha. Et ſimiliter Jonathan interpretatur pallia Thamar ſororis Abſalonis Cheirodothas. Ex ſententia horum interpretum diverſum erat Ephod, quod Samuel, octoginta quinque ſacerdotes, quos Saul trucidavit, & David geſtaſſe dicuntur ab Ephod ſummi ſacerdotis. Primo quod Ephod in his locis memoratum erat lineum; Ephod vero ſummi ſacerdotis conſtabat hyacinthino, purpura, coccino, byſſo retorta, & auro. 2. hæc Ephod fuerunt veſtes aliquæ elegantes, byſſinæ, quas viri dignitate præſtantes geſtare ſolebant; Atque ita ſentiunt ſeptuaginta, qui 2. *Sam.* VI. 15. pro *Ephod bad* habent. καὶ ὁ Δαβὶδ ἐνδεδυκὼς στολὴν ἔξαλλον. *Et David indutus erat Stola eximia. Jonathan* interpretatur כרדוט דבוץ *Cheirodotham byſſinam*. כרדוט eſt Græcum χειροδωτὸν, quod tunicam manicatam deſignat.

De Ephod ſatis ſuperque, de Pectorali nunc dicendum, quod Hebræis dicitur חשן, & aliquando חשן המשפט, Chaldæo חשן דינא *Choſchen dina*. Septuaginta λόγιον τῶν κρίσεων. *Vulgatus Rationale judicii. Joſephus* λόγιον. Arabs بدنةالحكومة *Indumentum Judicii*. Ex eadem materia qua Ephod conſtabat; ex eodem artificio factum eſt. Uti dictum ועשית חשן משפט מעשה חשב כמעשה אפוד תעשנו זהב תכלת וארגמן ותולעת שני ושש משזר תעשה אותו. *Et facies pectorale judicii opus artificioſiſſimum, ſicut opus Ephod, ex auro, hyacinthino, purpura, coccino, & byſſo retorta facies illud. Targum.* ותעבד חשן דינא עובד אומן כעובד אפודא תעבדיינה דהבא תכלא וארגונא וצבע זהורי ובוץ שזיר תעביר יתיה. *Et facies pectorale judicii opus artificis ſicut opus Ephod, facies ex auro, hyacinthino, purpura, coccino, & byſſo retorta facies illud. Targum Jonathanis.* ותעביד חושן דינא דביה דמהודע דיניהון דישראל דאתכסי מן דיינייה וסדרי נצחן קרביהון ולמכפרא על דיינייא עובד אומן די עובד אפודא תעבדינה דדהבא תיכלא וארגונא וצבע זהורי ובוץ שזיר תעביד יתיה. *Et facies pectorale judicii in quo cognoſcitur judicium ipſorum Iſraelitarum, quod tectum eſt a judicibus, & ſeries victoriarum præliorum eorum, & ad expiandum judices, opus artificis ſicut opus Ephod facies ipſum, ex auro, hyacintho, purpura, cocco, & byſſo retorta facies illud.*

In longitudine & latitudine erat unius ſpithamæ in forma quadrata. *Exod.* ibid. רבוע יהיה כפול זרת ארכו זרת רחבו. *Quadratum erit duplicatum, longitudine ſpithamæ, & latitudine ſpithamæ. Targum.* מרובע יהי עיף זרתא אורכיה וזרתא פותיה *Quadratum erit duplicatum, longitudine ſpithamæ, ſpithamæ latitudine. Targum Jonathanis.* רבוע מרובע יהי עיף זרתא אורכיה וזרתא פותייה. *Quadratum erit duplicatum, longitudine ſpithamæ; & ſpithamæ latitudine.* Ubi *Raſchi*. זרת ארכו וזרת רחבו כפול ומוטל לו לפניו כנגד לבו שנאמר והיו על לב אהרן תלוי בכתפות האפוד הבאות מאחריו על כתפיו ונקפלות ומורדות לפניו מעט והחשן תלוי בהן בשרשרת וטבעות כמו שמפורש בענין *Spithamæ longitudine, & ſpithamæ latitudine*, duplicatum ad partem anteriorem contra cor ſuum; dictum eſt enim. *Et erunt ſuper corde Aaron:* appenſum humeralibus Ephod, quæ ab ejus tergo deducebantur ſuper ejus humeros, & duplicabantur, in iis appenſum erat in fundis, & annulis; uti loco ſuo exponetur. *Maimonides* de vaſis ſanctuarii cap. VIII. ארכו אמה ורחבו זרת וכופלין לשנים נמצא זרת על זרת מרובע. Ejus longitudo eſt cubitus, & latitudo ejus ſpithama, duplicatur in duo, & ſic reperitur, quadratum ſpithamæ. *Joſephus* lib. III. cap. 8. pectorale appellat περίτμημα σπιθαμῆς τὸ μέγεθος fruſtrum magnitudine ſpithamæ. זרת ſpithimam ſignificare demonſtratur ex *Ezech.* XLIII. verſ. 13. collato cum verſ. 17. ubi זרת explicatur per חצי אמה *dimidim cubiti*. *Kimchi* quoque in libro Radicum dicit זרת ſignificare tres palmos

Cetera, quæ pertinent ad pectorale prius illuſtrabimus, & poſthæc de ejus lapidibus differemus. Primum de catenis & poſtea de ejus annulis agemus. ועשית על החשן שרשת גבלת מעשה עבות זהב טהור ועשית על החשן שתי טבעות זהב ונתת את שתי הטבעות על שני קצות

החשן ונתת את שתי עבותות הזהב על שתי הטבעות אל קצות החשן ואת שתי קצות שתי העבותות תתן על שתי המשבצות ונתתה על כתפות האפוד אל מול פניו ועשית שתי טבעות זהב ושמת אתם על שני קצות החשן על שפתו אשר אל עבר האפד ביתה ועשית שתי טבעות זהב ונתת אתם על כתפות האפד מלמטה ממול פניו לעמת מחברתו ממעל לחשב האפד וירכסו את החשן מטבעתו אל טבעות האפוד בפתיל תכלת להיות על חשב האפוד ולא יזח החשן מעל האפוד

Et facies pectorali catenas æquabiles opere plexili ex auro puro. Et facies pectorali duos annulos aureos, & pones eos ad duas extremitates pectoralis. Et dabis duas catenas aureas in duos annulos ad duas extremitates pectoralis, & duas istas extremitates dabis in duas fundas, & adaptabis eas humeralibus Ephod extrorsum. Et facies duos annulos aureos, & pones in duabus extremitatibus pectoralis super limbum ejus e regione Ephod introrsus. Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duobus humeralibus Ephod interne contra faciem ejus e regione juncturæ supra cingulum Ephod. Et adducent pectorale ab ejus annulis ad annulos Ephod vitta hyacinthina, ut sit super cingulum Ephod; ne removeatur pectorale ab Ephod. Targum.

ותעביד על חושנא תיכין מתחמן עובד גדילו דהב דכי ותעביד על חושנא תרתין עיזקן דדהב ותתן ית תרתין עיזקתא על תרין סיטרי חושנא ותתן ית תרתין גדילין דדהב על תרתין עזקתא בסיטרי חושנא וית תרתין גדילין דעל תרין סיטרוהי התתן על תרתין מרמצתא ותתן על כתפי אפודא לקביל אפוהי ותעביד תרתין עזקן דדהב ותשוי יתהון על תרין סיטרי חושנא על סיפתיה די לעברא דאפודא לגיו ותעביד תרתין עזקן דדהב ותתן יתהון על תרין כתפי אפודא מלרע מלקביל אפוהי לקביל ביה לופי מעילוי להמיין איפודא ויחדון ית חושנא מעיזקתיה לעיזקתא דאיפודא בחוטא דתכלתא למהוי על המיין איפוד ולא יתפרק חושנא מעילוי איפודא. *Et facies in pectorali catenas definitas opere intricato ex auro puro. Et facies super pectorale duos annulos auri puri, & dabis duos annulos ad duas extremitates pectoralis. Et duas catenas aureas in duos annulos in extremitatibus pectoralis, & duas catenas, quæ sunt super duabus extremitatibus dabis in duas fundas, & pones in humeralibus Ephod omnino e regione ejus. Et facies duos annulos aureos, & pones eos ad duas extremitates pectoralis super limbum ejus in ora Ephod interiore. Et facies duos annulos aureos, & pones eos ad duas extremitates Ephod inferne contra faciem ejus e regione loci junctura supra cingulum Ephod. Et conjungent pectorale ab annulis suis ad annulos Ephod retorto filo hyacinthino, ut adhæreat supra cingulum Ephod, ut non removeatur pectorale ab Ephod.* Consentit cum *Onkeloso* Targum *Uzielidis*, & *Hierosolymitanum*.

ותעביד על חושנא שישלן מתחמן עובד קליעה דדהב דכי ותעביד על חושנא תרתין עזקן דדהב דכי ותתן ית תרתין עזקתא על תרין סטרי חושנא ותתן ית תרתין קליען דדהב על תרתין עזקתא בסטרי חושנא וית תרתין קליען דעל תרין סטרוי תיתן על תרתין מרמצתא ותתן על כתפי אפדא לאקביל אנפוי ותעביד תרתין עזקן דדהב דתיתן יתהון על תרין סטרי חושנא על שיפמיה דלעברא לאפודא לגיו ותעביד תרתין עזקן דדהב ותתן יתהון על תרין כתפי אפודא מלרע מקביל אפוי כל קביל ביה לופי מעילוי להמיין אפודא ויכטסון ית חושנא מעזקתיה לעזקת איפודא בשזיר חוטא דתכלא למהוי אדיק על המיין אפודא ולא יתפרק חושנא מעילוי אפודא

Et facies in pectorali catenas definitas, opere intricato, ex auro puro. Et facies in pectorali duos annulos ex auro puro, & pones illos duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis; & dabis duas catenas aureas in duos annulos in extremitatibus pectoralis; & duas istas catenas quæ erunt in duabus extremitatibus ejus, inseres in duas fundas, & pones in humeralibus Ephod omnino e regione ejus. Et facies duos annulos aureos, & dabis eos in duas extremitates pectoralis super limbum ejus, in ora Ephod interiore. Et facies duos annulos aureos, & dabis eos ad duas extremitates Ephod contra faciem ejus, e regione loci juncturæ, supra cingulum Ephod. Et conjungent pectorale ab annulis suis ad annulos Ephod retorto filo hyacinthino, ut adhæreat super cingulum Ephod, & non removeatur pectorale ab Ephod. Ubi *Raschi*.

על החשן בשביל החושן לקבעם בטבעותיו כמו שמפורש למטה בענין שרשרת לשון שרשי אילן המאחזין לאילן להאחז ולהתקע בארץ אף אלו יהיו מאחזין לחשן שבהם והיה תלוי באפוד והן שתי שרשרות האמורים למעלה בענין המשבצות ואף שרשרת פתר מנחם בן שרוק לשון שרשים ואמר שהר״ש יתרה כמ״ם שבשלשם ומ״ם שבריקם ואינו רואה את דבריו אלא שרשרת בלשון עברית כשלשלת בלשון משנה גבלות הוא מגבלות האמור למעלה שתתקעם בטבעות שיהיו בגבול החשן וכל גבול לשון קצה אסומי״ל בלע״ז מעשה עבות מעשה קליעה על החשן לצורך החשן כדי לקבעם בו ולא יתכן לומר שתהא תחלת עשייתן עליו שאם כן מה תוא שחזר ואומר ונתת את שתי הטבעות והלא כבר נתונים בו היה לו לכתוב בתחלת המקרא ועשית על קצות החשן שתי טבעות זהב ואף בשרשרת צריך אתה

אתה לפתור כן ועל שני קצות החשן לשתי פאות שכנגד הצואר לימנית ולשמאלית הבאים מול כתפות האפוד ונתת את שתי עבותות הזהב והן הן שרשרת הכתובות למעלה ולא פירש מקום קביען בחשן עכשיו מפרש לך שיהא תוחב אותן בטבעות והרע לך שהן הן הראשונות שהרי בפרשת אלה פקודי לא הוכפלו ואת שתי קצות של שתי עבותות שני ראשיהם של כל אחת תתן על שתי המשבצות הן הן הכתובות למעלה בין פרשת החשן ופרשת האפוד ולא פירש את צרכן ואת מקומן עכשיו מפרש שיתקע בהן ראשי הטבעות התחובות בטבעות החשן לימין ולשמאל אצל הצואר שני ראשי שרשרת הימנית תוקע במשבצות של ימין וכן בשל שמאל שני ראשי שרשרת השמאלית ונתת המשבצות על כתיפות האפוד אחת בזו ואחת בזו נמצאו כתפות האפוד מחזיקין את החשן שלא יפול ובהן הוא תלוי ועדין שפת החשן התחתונה הולכת ובאה ונוקשת על כריסו ואינה דבוקה לו יפה לכך הוצרך עוד שתי הטבעות לאחתיתו כמו שמפרש והולך אל מול פניו של אפוד שלא יתן המשבצות בעבר הכתפות שכלפי המעיל אלא בעבר העליון שכלפי החוץ והוא קרוי מול פניו של אפוד כי אותו עבר אינו קרוי פנים על שני קצות החשן הן שתי פאותיו התחתונות לימין ולשמאל על שפתו אשר אל עבר אפוד ביתה הרי לך שני סימנין האחד שיתנם בשני קצות של תחתיתו שהוא כנגד האפוד שעליונו אינו כנגד האפוד שהרי סמוך לצואר הוא האפוד נתון על מתניו ועוד נתן סימן שלא יקבעם בעבר החשן שכלפי החוץ אלא בעבר שכלפי פנים שנאמר ביתה ואותו העבר הוא לצד האפוד שחשב האפוד חוגרו לכהן ונקפל הסינר לפני הכהן על מתניו וקצרת כריסו מכאן ומכאן עד כנגד קצות החשן וקצותיו שוכבין עליו על שתי כתפות האפוד מלמטה שהמשבצות ניתנו בראשי כתפות האפוד העליונים הבאים על כתפיו כנגד גרונו ונקפלות ויורדות לפניו והטבעות צוה ליתן בראשן השני שהוא מחובר לאפוד והוא שנאמר לעמת מחברתו סמוך למקום חבורן באפוד למעלה מן החגורה מעט שהמחברת לעמת החגורה ואלו נתונים מעט בגובה זקיפת הכתפות הראשונה ממעל לחשב האפוד והן כנגד סוף החשן ונותן פתיל תכלת באותן טבעות והטבעות החשן ורוכסו באותו פתיל לימין ולשמאל שלא יהא תחתית החשן הולך לפנים וחוזר לאחור ונוקש על כריסו ונמצא מיושב על המעיל יפה ממול פניו בעבר החיצון וירכסו לשון חבור וגו' להיות על חשב האפוד להיות החשן דבוק אל חשב האפוד ולא יזח לשון ניתוק ולשון ערבי כדברי דונס בן לברט. In *pectorali*; cauſa pectoralis, ut infigatur in ſuis annulis, ut infra loco ſuo explicatur. שרשרת refertur ad radices arboris quæ apprehendunt arborem, ut retineatur, & infigatur in terra; ſimiliter iſtæ apprehendebant pectorale, quibus הָיָה Ephod appendebatur; & iſtæ ſunt duæ catenæ ſupra memoratæ, ubi facta eſt mentio fundarum. Menachen ben Saruch quoque שרשרת interpretatur ex ſignificatu radicum, dicitque *Reſch* ſuperfluum eſſe, ſicut *Mem* in שלשם & *Mem* in בריקם. Non probantur mihi ejus verba; ſed שרשרת in lingua Hebraica reſpondet שלשלת in ſenſu Miſnico. נבלות ſunt מנבלות ſupra memoratæ, quæ inſeruntur in annulos, qui erant in ora pectoralis; Et נבול deſignat ſemper extremitatem, אסומייל barbare; מעשה עבות. *opere intricato*. *In pectorali*, cauſa pectoralis, ut in eo inſerantur; neque dicendum eſt a principio in eo fuiſſe factos; ſi ita eſſet, cur iterum dicendum erat; *& dabis duos annulos*? Nonne jam inſerti erant? Scribendum erat in principio textus. Et facies in extremitatibus pectoralis duos annulos aureos. Hoc idem tibi dicendum eſt de catenis. *Et in duabus extremitatibus pectoralis*. In duobus lateribus, quæ erant e regione colli ad dexteram & ſiniſtram, quæ deducebantur contra humeralia Ephod. *Et dabis duos annulos aureos*. Iſtæ ſunt catenæ ſupra deſcriptæ; neque tum deſcriptus eſt locus, ubi infingerentur in pectorali; nunc tibi explicatur, quod infingerentur in annulos; & ſcito illas eſſe primas; quia in Paraſcha enumeratorum non repetuntur. *Et duas extremitates* duarum catenarum; ſingula duo capita habebat: *Dabis in duas fundas*: quæ ſupra deſcribuntur inter Paraſcham pectoralis, & Paraſcham Ephod; neque eorum opus, neque locus explicatur; nunc vero exponitur, quod in eas inſererentur capita catenarum, quæ infingebantur in annulos pectoralis ad dextram & ſiniſtram e regione colli; duo capita catenæ dextræ inſerebantur in fundam dexteram, & ſic in ſiniſtro duo capita catenæ ſiniſtræ. *Et dabis* fundas in humeralia Ephod alteram in hoc, & alteram in altero. Deprehenduntur humeralia Ephod apprehendiſſe pectorale ne caderet, illiſque appenſum erat. At ora inferior pectoralis concuſſa & commota fuiſſet ſuper ejus ventrem, neque optime illi adhæſiſſet; idcirco neceſſarii erant inferne duo annuli, ſicut ulterius explicatur. *Extrorſus*; ſc. ad partem Ephod exteriorem. Ne ponantur fundæ in latere humeralium e regione pallii, ſed in latere ſuperiori extrorſus; quod vocatur מול פניו Ephod; quia latus quod non videtur, non dicitur פנים. *In duabus extremitatibus pectoralis*. Hæc ſunt duo ejus latera inferiora ad dexteram,

& finiftram . *Super oras ejus e regione Ephod introrfus*. Ecce tibi duo figna , alterum, quod infererentur in duas extremitates inferiores , quæ erant e regione Ephod; nam fuperiores non erant e regione Ephod, fed prope collum; & Ephod induebatur fuper lumbos ; & præterea alterum erat fignum , quod non infigerentur in latere pectoralis extrorfus, fed introrfus: dictum eft enim ביתה *introrfus*. Et hoc latus refpiciebat Ephod ; quia cingulum Ephod præcingebat facerdotem , & duplicabatur præcinctorium e regione facerdotis fupra ejus lumbos, & extremitatis ejus ventris hinc inde ufque ad fpatium quod erat contra extremitates pectoralis, ejufque extremitates incubabant in duobus humeralibus Ephod inferne; etenim fundæ ftatuebantur in capitibus humeralium Ephod , fuperiora ducebantur fuper ejus humeros e regione ejus gutturis, & duplicabantur , & defcendebant ad anteriorem ejus partem . Et præcipitur , quod annuli inderentur in fecundis capitibus , quibus τῷ Ephod annectebantur; hoc eft quod dictum eft לעמת מחברתו prope locum eorum juncturæ cum Ephod paulo fupra cingulum , quia junctura fiebat ope cinguli; & illa ponebantur in fummitate paulo elevata humeralium dictum eft enim ; *fupra cingulum Ephod*. Et erant e regione oræ pectoralis; & filum hyacinthinum in illos annulos inferebatur , & in annulos pectoralis; & conjungent hoc ipfo filo ad dexteram, & finiftram , ne pars inferior pectoralis huc illuc moveatur , & collidatur fuper ejus ventrem , & deprehendetur optime conftitiffe fuper pallio. *Extrorfus* in latere exteriori וירכסו ex fignificatu jungendi &c. ut fit fuper cingulum Ephod ; ut pectorale adhæreat cingulo Ephod . ולא יזח *& non moveatur* , ex fignificatu difrumpendi . Ex his docemur primum pectorale quatuor annulos habuiffe , fingulum in fingulis annulis . Duo inferiores integre non confpiciebantur , fed erant introrfus e regione Ephod fc. inter Ephod & pectorale . Duobus fuperioribus infixæ erant duæ catenæ, quibus adnecterentur fundis aureis. Hæ catenæ funt ille ipfæ, quæ memoratæ funt verf. 14. ubi actum eft de Ephod , quæ ad pectorale pertinebant , quibus τῷ Ephod adnecterentur. Catenæ infixæ erant fuis extremitatibus annulis fuperioribus pectoralis , & fundis aureis in humeralibus adnectebantur , ita ut pectorale per catenas fundis aureis dependeret ; etenim extremitates fuperiores catenarum fundis aureis in humeralibus infixæ erant , ex quibus pectorale pendebat , per fuperiores fuos annulos , quibus adnexæ erant catenarum extremitates inferiores . Pectoralis annuli inferiores annulis humeralium circa Ephod cingulum hyacinthinis vittis alligabantur , ne pectorale dimoveretur ab Ephod; etenim qui removeret pectorale ab Ephod vapulabat. *Babyl.* Joma 72. ואמר רבי אחא המזיח מעל האפוד המסיר בדי ארון לוקה . Dicit R. Acha; fiquis removeat pectorale ab Ephod , aut vectes ab arca, vapulat . Confentit in defcribendo pectorali *Maimonides* cum *Rafchi* cap. VIII. de vafis fanctuarii. ועושה על ארבע זויות של חושן ארבע טבעות זהב ונותן בשתי הטבעות של מעלה שהחשן נתלה בהן שתי עבותות הזהב והם הנקראים שרשת ונותן בשתי טבעות שלמטה שהן כנגר הרדים שני פתילי תכלת ועושה בכל כתף שתי טבעות אחד מלמעלה בראש הכתף ואחת מלמטה לכתף מן ההשב ונותן שתי עבותות זהב בשתי טבעות של מעלה והם הנקראים שרשרת ואחר כך מכניס קצות העבותות של חשן בטבעות של מעלה בכתפות האפוד ומכניס שני פתילי התכלת שבשולי החשן בשתי הטבעות של מעלה מחשב האפוד ומורידין את השרשרת שבטבעות כתיפות האפוד עד טבעות החושן העליונות כדי שידבקו זה בזה ולא יזח החושן מעל האפוד וכל המזיח חושן מעל האפוד ומפרק חיבורן דרך קילקול לוקה נמצא כשלובש האפור עם החושן יהיה החושן על לבו בשורה והאפוד מאחריו וחשב האפוד קשור על לבו תחת החשן ושתי כתופות האפור על שתי כתיפיו ושתי עבותות זהב יורדות מעל כתיפיו מכאן ומכאן מכתפות האפוד עד טבעות החושן ושני חוטי תכלא טרוכסין מתחת אצילי ידיו משתי טבעות החושן התחתונות עד שתי כתפות האפוד התחתונות שהם למעלה מן החשב . Et fiebant ad quatuor angulos pectoralis quatuor annuli aurei & inferebantur in duos annulos fuperiores , quibus appendebatur pectorale duæ catenæ aureæ , quæ in lege שרשרת appellantur , & indebantur in duos annulos inferiores qui erant e regione mammarum , duo funiculi hyacinthini . Fiebant in utroque humerali duo annuli , unus in fuperiori humeralis parte , & alter in inferiori fupra cingulum . Et ftatuebantur in duobus annulis fuperioribus duæ catenæ aureæ , quæ שרשרת dicuntur. Deinde inferebantur extremitates catenarum pectoralis in duos annulos fuperiores humeralium Ephod ; & innectebantur duo funiculi hyacinthini , qui erant in ora pectoralis in duos annulos , qui erant fupra cingulum Ephod , & demit-

mittebantur catenæ, quæ erant in annulis humeralium Ephod in annulos ſuperiores pectoralis, ut una conjungerentur, ne pectorale ab Ephod dimoveretur. Siquis enim pectorale ab Ephod dimoveret, & eorum conjunctionem abrumperet vitiandi cauſa, vapulabat. Deprehenditur, quod quando induebat Ephod cum pectorali, pectorale ſuper ipſo corde poſitum erat, & Ephod ab tergo; & cingulum Ephod ſub pectorali ſuper corde erat alligatum; & duo humeralia Ephod erant ſuper duobus ejus humeris, & duæ catenæ aureæ deſcendebant ab ejus humeris hinc inde ex humeralibus Ephod uſque ad annulos pectoralis; & duo funiculi hyacinthini ſubter axillas ab duobus annulis inferioribus pectoralis alligabantur ad duo humeralia inferiora Ephod, quæ erant ſupra cingulum Ephod.

Lapidibus XI. pretioſis pectorale ornatum erat juxta numerum tribuum Iſraelis in quatuor ordines diſtributis, de quibus *Exod.* l. c. verſ. 17. ſcriptum eſt. ומלאת בו מלאת אבן. *Et implebis illud impletione lapidis. Targum.* ותשלים ביה אשלמת אבנא טבא. *Et complebis illud completione lapidis pretioſi.* Ubi *Raſchi* ומלאת בו על שם שהאבנים ממלאות גומות המשבצות להן קורא אותו בלשון מלואים משובצים זהב יהיו הטורים במלואותם מוקפים משבצות זהב בעומק שעור שיתמלא בעובי האבן זהו לשון במלואותם כשעור מלוי עביין של אבנים יהיה עומק המשבצות לא פחות ולא יותר. *Et implebis illud*; quia lapides implebant foveas fundarum, ideo exprimit eos verbo impletionis. Fundæ aureæ; ordines in ſuis impletionibus implebant fundas aureas in profunditate juxta menſuram, quæ impleret in craſſitie lapidem; & hic eſt ſenſus *in ſuis impletionibus* juxta menſuram craſſitiei lapidum erat profunditas fundarum non major, neque minor. *Abarbanel* vero in h. l. putat, quod omnes lapides ita impleverint pectorale, ut quaſi unus tantum lapis viderentur, propterea quod Moſe loquatur de impletione lapidis in ſingulari numero, non autem lapidum in plùrali; fortaſſe duodecim iſtæ fundæ ex unica maſſa auri conſtabant.

In iſtis lapidibus inſculpta erant nomina filiorum Iſrael; uti dicitur v. XXI. והאבנים תהיין על שמות בני ישראל שתים עשרה על שמתם חותם איש על שמו תהיין לשני עשר שבט. *Et lapides erunt ſecundum nomina filiorum Iſrael duodecim, ſecundum nomina eorum, ſculptura ſigilli, quiſque ſecundum nomen ſuum erit, pro duodecim tribubus, Targum* ואבניא יהוין על שמהת בני ישראל תרתי עסרי על שמהתהון כתב מפרש כגלוף דעיזקא גבר על שמיה יהוין לתרי עסר שבטין. *Et lapides erunt ſecundum nomina filiorum Iſrael duodecim, ſecundum nomina eorum, ſcriptura expreſſa, ſicut ſculptura ſigilli, quiſque ſecundum nomen ſuum erit, pro duodecim tribubus.*

Ordo, quo hæc nomina lapidibus fuerint inſculpta, non exprimitur in textu, ſed tantum dicitur; *Quiſque ſecundum nomen ſuum*: cum expreſſus ſit ordo, uti vidimus, in lapidibus humeralis, ubi dicitur כתולדותם *ſecundum generationes earum*. Qua de cauſa non conveniunt inter ſe Judæi Interpretes in ordine nominum, quæ lapidibus pectoralis inſcripta erant. *Abarbanel* in *Paraſcha Thezave* contendit nomina in pectorali fuiſſe diſpoſita ſecundum vexilla tribuum Iſraelis *Num.* cap. II. והנה באפוד צוה שיהיו שמות השבטים בשני אבנים מפני שהיתה הכוונה האלהית שהיו שמות השבטים בשתי כתפות הכהן כדי שבנשיאות כפיו יתפלל עליהם ויברכם ומפני זה היו ששה משמותם בכתף אחד וששה משמותם בכתף האחר ולא היה בעבור בד׳ טורים מסודרים אבל בחשן שהיה מקום לטורים צוה יתברך שישימו אבנים בארבעה טורים כנגד ארבעה דגלים שנחלקו בהם השבטים במדבר כי היו בכל דגל שלשה שבטים כמו שיתבאר בסדר במדבר סיני וכן בחשן היו שלשה אבנים בכל טור כנגד שלשה השבטים ההם ולזה נטו חכמים ז״ל במדרש ולכן אחשוב אני שלא היו מסודרים שמות השבטים בחשן כמו שנולדו אלא כמו שהיו דגלים כי היו בטור האחד יהודה יששכר וזבולן כמו שהיה בדגל מזרחי ובטור השני ראובן שמעון וגד כמו שהיה בדגל תימנה ובטור השלישי אפרים ומנשה ובנימין כמו שהיה בדגל ימה ובטור הרביעי דן אשר ונפתלי כמו שהיה בדגל צפונה ומפני שלא נכתבו ולא הונחו בחשן כסדר תולדותם אלא כסדר הדגלים לכן לא נאמר בחשן כתולדותם כמו שנ׳ באפוד. Ecce in Ephod erat mandatum, ut nomina duodecim tribuum in duobus lapidibus ſculperentur, quia Deus voluit ut nomina tribuum eſſent in duobus lapidibus humeralium ſacerdotis, ut in elevatione manuum pro eis oraret, & benediceret; ideoque ſex nomina eorum erant in unoquoque humero, non autem erant in quatuor ordinibus diſpoſita. Sed quia in pectorali locus erat ordinibus, juſſit Deus ut lapides diſponerentur quatuor ordinibus, ſecundum quatuor vexilla, quibus diſtinguebanban-

bantur tribus in deserto : erant enim in unoquoque vexillo tres tribus, quemadmodum constat, sectione *Bemidbar Sinai*. Sic in pectorali erant tres lapides in singulo ordine, pro tribus istis ordinibus. Et etiam propendent sapientes nostri b. m. in suis expositionibus. Ideo ego existimo nomina tribuum non fuisse disposita in pectorali eo ordine, quo nati erant, sed quo vexilla erant disposita. Erant autem in primo ordine *Jehuda*, *Ischaschar*, & *Zabulon*, prout erant in vexillo orientali. In secundo ordine erant *Ruben*, *Schimeon*, & *Gad*, ut erant in vexillo occidentali. In tertio ordine erant, *Ephraim*, *Menasseh*, & *Benjamin*, ut in vexillo meridionali. Et in quarto ordine erant *Dan*, *Ascher*, & *Nephtali*; ut in vexillo aquilonari. Et quia non scribuntur, nec disponuntur in pectorali secundum ordinem nativitatis, sed secundum ordinem vexillorum, ideo in pectorali non dicitur *secundum generationes eorum*, uti dicitur in Ephod. Hoc ordine secundum sententiam *Abarbanelis* scripta erant.

זבולן	יששכר	יהודה
גד	שמעון	ראובן
בנימין	מנשה	אפרים
נפתלי	אשר	דן

At reliqui interpretes Judæi contendunt in lapidibus pectoralis nomina filiorum Jacob inscripta fuisse eo ordine, quo fuerant insculpta in lapidibus humeralis, sc. juxta nativitates eorum. Targum Uzielidis. סדרא קדמאה סמוקתא ירקתא וברקתא סדרא חד ועליהון חקיק ומפרש שמהת שבטיא ראובן שמעון ולוי והטור ושום סדרא תניינא איזמורד וספירונן וכרדכוכין ועליהון חקוק ומפרש שמהת תלתא שבטייא יהודה דן ונפתלי והטור ושום סדרא תליתאה קנבירינון וערקין ועין עיגל ועליהון חקיק ומפרש שמהת תלתא שבטיא גד ואשר ויששכר והטור ושום סדרא רביעאה כרום ימא רבא ובירליוות חלא ומרגניית אפנטורין ועליהון חקיק ומפרש שמהת תלתא שבטייא זבולן יוסף ובנימין משקען ברהב יהון באשלמותהון. *Ordo primus erit, Samaktha, Jarketha, & Beraktha ordo unus & super illos insculpta expresse nomina tribuum* Ruben, Simeon, & Levi. *Et nomen ordinis secundi, Ismurad, & Sanperinum, & Cardechubin & super eos insculpta expresse nomina trium tribuum*, Juda, Dan, & Nephtali. *Et nomen ordinis tertii, Kankirinun, & Arkin, & Een Ela & super eos insculpta expresse nomina trium tribuum*, Gad, Aser, & Ischaschar. *Et nomen ordinis quarti, Krum Jama Raba, & Bereliotb Chala, & Marganith, & Apanturin & super hos insculpta expresse nomina trium tribuum*, Zebulon, Joseph, & Benjamin; *inclusi auro erunt in suis impletionibus*.

Secundum mentem Uzielidis hoc modo insculpta in lapidibus Pectoralis tribuum nomina deprehenduntur.

לוי	שמעון	ראובן
נפתלי	דן	יהודה
יששכר	אשר	גד
בנימין	יוסף	זבולן

Hic ordo testimonio *Josephi* confirmatur Antiq. lib. III. cap. 8. *γράμματα μὲν ἐπιτέτμητο πᾶσι τῶν Ἰακώβου υἱῶν, οὓς φυλάρχους νομίζομεν, ἑκάστου τῶν λίθων ὀνόματι τετιμημένου κατὰ τάξιν, ἣν ἕκαστον αὐτῶν γενήσεσθαι συμβέβηκεν.* Omnibus autem (*lapidibus*) inscripta erant nomina Jacobi filiorum, quos principes tribuum vocamus, singulo quidem lapidi nomen secundum ordinem, quo singulus natus erat. *Raschi* איש על שמו *quisquis secundum nomen suum* hæc habet. כסדר תולדותם סדר האבנים אודם לראובן פטדה לשמעון וכן כלם. Secundum ordinem generationum eorum, pro ordine lapidum, ut אודם inscriptum sit nomen Ruben, פטדה nomen Simeonis, & sic reliqua omnia.

In Targum Hierosolymitano aliquod deprehenditur discrimen in distribuendis nominibus ותשלום עמיה אשלימו דאבנא ארבע סדרין דאבן טבא סדרא קמיתא סמקתא וירקתא וברקתא כתב מפרש עליהון שם שבטין תלתא ראובן שמעון לוי וסדרא תנינא כדכרנא וסמפורינא ועין ענלא-כתב מפרש עליהון שם שבטין תלתא יהודה יששכר זבולון וסדרא תליתאה זוזין וברולין וזמרגדין כתב מפרש עליהון שם שבטין תלתא דן נפתלי וגד וסדרא רביעאה כרום ימא ברולחא ומרגליתא כתב מפרש עליהן אם שבטין תלתא אשר יוסף ובנימין משקעין דהב יהוון באשלמותהון. Et implebis cum ipso impletione lapidis quatuor ordines lapidis pretiosi; ordo primus erit *Semkatha, & Irkatha, & Berâktha*; scri-

ptum expreſſe ſuper illis erit nomen tribuum trium, Ruben, Simeon, & Levi. Et ordo ſecundus; *Cadcarna, & Samperina, & Een Ela*. Scriptum expreſſe *ſuper eos* erit *nomen trium tribuum*, Juda, Iſchaſchar, & Zebulon. Et ordo tertius; *Zuzin, & Berulin, & Semaragdin*; ſcriptum expreſſe *ſuper eos* erit *nomen tribuum trium* Dan, Nephtali, & Gad. Et ordo quartus; *Krum Jama, Bedolcha, & Margalita*; ſcriptum expreſſe *ſuper eos* erit *nomen* tribuum trium, Aſſer, Joſeph, & Binjamin. Juxta Targum Hieroſolymitanum hic erit ordo nominum in lapidibus.

לוי	שמעון	ראובן
זבלון	יששכר	יהודה
גד	נפתלי	דן
בנימין	יוסף	אשר

Conſentit cum Hieroſolymitano Targum Jonathanis ad Cantic. v. 14. ראובן גליף על אהמר שמעון גליף על עקיק לוי גליף על ברקן ועפרן יהודה גליף על כחלי יששכר גליף על אזמורד זבולן גליף על גיהר דן גליף על בירלא נפתלי גליף על אהפור גד גליף על טבאג אשר גליף על פרוזג יוסף גליף על מריבג בנימן גליף על אפנטור. *Ruben inſculptus erat in Achmar, Simeon in Akik, Levi in Barkan Veaphran, Juda in Cachale, Iſaſchar in Iſmorad, Zabulon in Gibar, Dan in Birla, Nephtali in Iſpor, Gad in Tabag, Aſer in Peroſag, Joſeph in Meribag, Benjamin in Apantur.*

Præterea aſſerunt Judæi ſcripta fuiſſe in his lapidibus nomina Abraham, Iſaach, & Jacob. *Hieroſ. Joma* 44. 3. והא לית ח״ת בשבטים ולא צ״די ולא קו״ף בשבטים אברהם יצחק יעקב עליהן והא לית ט״ית בשבטים כל אלה שבטי ישראל היה חקוק עליהן. At ecce deerat *Chet* in tribubus, neque erat Tzade, neque Koph in tribubus: Abraham, Iſaach, & Jacob illis inſcriptum erat. At deerat Teth in tribubus. Omnes iſtæ tribus Iſrael illis inſculptum erat. *Babyl. Joma* 73. 2. והא כתב בהו צד״י אמר רבי שמואל בר יצחק אברהם יצחק ויעקב כתיב שם והא לא כתיב טי״ת אמר רב אחא בר יעקב שבטי ישורון כתוב שם At illis non erat ſcriptum Tzad; Dicit R. Samuel bar Iſaach; Abraham, Iſaach, & Jacob illis inſcripti erat. Non erat illis inſcriptum Theth. Dicit R. Acha bar Jacob; Tribus Iſrael in illis ſcriptæ erat. *Maimonides* de vaſis ſanctuarii cap. VIII. ומפתח על האבנים שמות השבטים כתולדותם ונמצא כותב על האודם ראובן ועל ישפה בנימין וכותב בתחילה למעלה מראובן אברהם יצחק ויעקב וכותב למטה מבנימין שבטי יה כדי שיהיו כל האותיות מצויות שם Incidebatur in lapidibus nomina tribuum juxta earum nativitates; deprehendebatur inſcriptum in principio *Ruben* in pyropo, *Binjamin* in Jaſpide: Supra *Ruben* autem inſcriptum erat *Abraham, Iſaac, Jacob*, & infra *Binjamin* ſcriptum erat tribus Dei, ſc. ut in pectorali literæ omnes reperirentur. R. *Becbai* contendit אברהם יצחק ויעקב שבטי ישורון literas ita diſtributas fuiſſe per omnes lapides, ut in ſingulo ſex literæ reperirentur, ut cuilibet tribui tot literæ ex hiſce additæ fuerint, ut ex his numerus ſenarius componeretur, excepto בנימין, quæ vox ſex literas continebat. Idem ſentit *Baal Atturim Exod.* XXVIII. 17. בכל אבן היה שש אותיות כי שמות שלשה האבות ושבטי ישורון מצטרף עם כל אחד ואחד עד תיהיה שש אותיות כמו ראובן וא׳ שמעון ב׳ לוי רה״ם יהודה י׳ דיצחק יששכר א׳ זבולן ח׳ דן ק׳ יעק נפתלי ב׳ גד שבטי אשר ישו׳ יוסף ר״ן בנימין לא יהיה צריך צירוף כי היה בו ששה אותיות. In omnibus lapidibus erant ſex literæ, quia nomina trium patrum (*Abraham, Iſaac, & Jacob*) & *tribus Jeſchuran* juncta erant in omni (*lapide*) ut eſsent ſex literæ; ראובן א׳ ex nomine Abrahami, שמעון ב׳ לוי רה״ם ex nomina Iſaac יהודה י׳ יששכר צ׳ זבולן ח׳ דן ק׳ יעק נפתלי ב׳ גד שבטי אשר ישו׳ יוסף רן & בנימין non opus habebat additamento, quia ſex literas continet. Hoc modo ſcribebantur

לוי רה״ם	שמעון ב׳	ראובן א׳
זבולן ח׳	יששכר א׳	יהודה י׳
גד שבטי	נפתלי ב׳	דן ק׳ יעק
בנימין	יוסף רן	אשר ישו׳

Judæi Interpretes fabulantur fuiſſe hos lapides cælatos non arte vulgari, ſed vermiculo שמיר Samir; de quo multa *Babyl. Sotab* cap. IX. פיסקא בטל השמיר ת״ר שמיר שבו בנה שלמה בית המקדש שנ׳ והבית בהבנותו אבן שלמה מסע נבנה וגו׳ דברים ככתבן דברי רבי יהודה אל״ר נחמיה וכי אפשר לומר כן והלא כבר נאמר כל אלה אבנים יקרות כמדות גזית ומגוררות במגרה מבי׳

מבי' ומחוץ אלא מאי לא נשמע בבית בהבנותו שהיה מתקנן מבחוץ ומכניסן מבפנים אמר רבי נחמן נראין דברי רבי יהודה באבני מקדש ונראין דברי רבי נהמיה באבני ביתו ולר' נחמיה שמיר למה לי לאבני אפוד כדתניא אבנים הללו אין כותבים עליהם בדיו משום שנ' פתוחי חותם ואין מסרטין עליהם בניזמל' שנ' במלואותם הא כיצד כותבין עליהם בדיו ומביא שמיר ומראה להם מבחוץ והן מתבקעות מאליה כתאנה שמתבקעת בימות החמה ואינה חסרה כלום וכבקעה ז שמתבקעה בימות הגשמים ואינה חסרה כלום ת"ר שמיר זה ברייתו כשעורה ומששת ימי בראשית נברא ואין כל דבר קשה יכול לעמוד בפניו וכיצד מצניעין אותו כורכי' אותו בספוגין של צמר ומניחין אותו באיטוני של אבר מלאה סובין שעורים. Commentatio: *Periit Schamir*. Tradiderunt ſapientes; ſc. ille Schamir; quo uſus eſt Salomo in condendo Templo; dictum eſt enim. 1. *Reg*. VI. 7. *Domus autem cum ædificabatur lapide integro, ut fuerat advectus ædificabatur &c.* Verba prout ſcripta ſunt. Verba R. Jehudæ. Dicit illi R. Nehemia. Quomodo hoc poteſt dici? Nonne jam dictum eſt VII. 9. *Omnia hæc e lapidibus pretioſis, ſecundum dimenſiones cæſi lapidis, ſectis ſerra intrinſecus, & extrinſecus?* Verum quiſnam eſt ſenſus verborum, quæ dicuntur VI. 7. *Non exauditum eſt in illa domo cum ædificabatur?* Foris præparavit, atque ſic (*perfectos*) intulit. Dicit R. Nachman, probabilia videntur verba R. Jehudæ in eo quod pertinet ad lapides Templi. Sed quod ſpectat ad lapides domus (ſc. palatii) probabilia ſunt verba R. Nehemiæ. Juxta ſententiam R. Nehemia, Schamir ad quid inſerviebat in lapidibus Ephod? Juxta traditionem; In iſtis lapidibus nihil atramento inſcriptum fuit; dictum eſt enim *Exod*. XXVIII. *Sculpturis ſigilli*. Neque ſcalpro fuit inciſum. Dictum eſt enim ibid. verſ. 20. *In plenitudinibus ſuis*. Quomodo? Atramento in illis ſeribebantur (literæ) & adducebatur Schamir, & extrinſecus admovebatur. Sua ſponte diffindebantur ficus in modum, quæ in diebus æſtivis diffinditur, nec quicquam ei decedit; aut ſicut vallis aliqua pluvioſo tempore hiat, nec quicquam deperdit. Tradiderunt ſapientes; Schamir eſt creatura in magnitudine grani hordeacei; & in ſexiduo creationis creatus fuit, neque res ulla vel duriſſima contra eum conſiſtit. Quomodo autem aſſervatur? Involvitur ſpongiis laneis, & reconditur in pyxidem plumbeam, plenam furfure hordeaceo. *Hieroſol. Sotab* 24. 2.

תני אמר רבי יודה מה טיבו של שמיר הזה ברייה היא מששת ימי בראשית אין היו מראין אותו לאבנים מתפתחות לפניו ובו בנה שלמה בית העולמים הדא היא דכתיב והבית בהבנותו אבן שלימה מסע נבנה ומקבות והגרזן וכל כלי ברזל לא נשמע בבית בהבנותו רבי נחמיה אומר מגוררות היו הדא היא דכתיב כל אלה אבנים יקרות במידות גזית מגוררות במגירה מבית ומחוץ אומר מעתה מבפנים לא היה עושה כלום אלא מתקן מבחוץ ומכניס לפנים רבי אומר נראין דברי רבי יודה באבני בית המקדש ודברי רבי נחמיה באבני ביתו של שלמה ואין כל דבר יכול לעמוד בו אפילו נתון על גבי האבן או לתוך טס של מתכת מיד היה בוקע ויורד מה היו עושין לו להעמידו היו כורכין אותו מוכין של צמר ונותנין אותו לתוך טני של אבר מלא סובין של שעורים. Traditio: Dicit R. Juda; Ad quid inſervit Schamir? Iſte creatus eſt in ſex diebus creationis, & quando ponitur in conſpectu lapidum, coram illo diffinduntur; & ejus ope ædificavit Salomo domum ſeculorum. Hinc ſcriptum eſt. *Domus autem cum ædificabatur, lapide integro, ut fuerat advectus, ædificabatur, & malleus, & ſecuris, & omnia inſtrumenta ferrea non ſunt audita in domo, cum ædificaretur*. R. Nehemia dicit. Secti erant ſc. lapides; hoc eſt quod dicitur. *Omnia hæc e lapidibus pretioſis ſecundum dimenſiones cæſi lapidis, ſectis ſerra: intriſecus & extrinſecus*. Dic nunc: intus non ita factum eſt; ſed foris præparabantur, & inferebantur. Rabi dicit; probabilia ſunt verba R. Jehudæ in lapidibus domus ſanctuarii, & verba R. Nehemiæ in lapidibus domus Salomonis. Nihil conſiſtere poterat in eo, quamvis ſtatueretur ſuper lapide, aut intra laminam æneam, ſtatim diffindebatur, & deſcendebat. Quomodo faciebant ut aſſervaretur? Involvebatur in molli lana, & reponebatur in vaſe plumbeo pleno furfure hordeaceo. Vid. de commentitio *Schamir* Cod. *Cholin* cap. III. *Gittim* cap. VII. *Pirke Avoth* cap. V. *Kimchi* ad 1. *Reg*. VI. 7. *Buxtorf*. Lexic. *Bochart*. Animal. Tom. II. lib. 4. cap. 11. & *Raſchi*, qui ad *Iſai*. V. 7. ſcribit: ego vero dico שמיר ſignificare תולע חזק vermiculum fortem, qui diffindit lapides. Eo uſus fuit Salomon ad ædificationem Templi ſancti, juxta id quod dicitur, ſicut dicitur *Ezech*. III. 9. כשמיר חזק שמיר; *ſicut Schamir fortior eſt rupe*. *Schamir Iſai*. V. 6. & X. 17. & *Ezech*. III. 9. ſignificat lapidem duriſſimum, qui *Smiris* a Græcis appellatus σμίεις, & σμιέλης, cujus pulvis adhibe-

hibetur ad poliendas & cælandas gemmas. Hoc pulvere gemmæ pectoralis gemmariorum arte celatæ sunt: unde fabula de verme *Schamir*. *Dioscorides* lib. v. cap. 157. Smyris lapis est, quo annularii scalptores lapides expurgant.

Reliquum est ut de singulis pectoralis lapidibus disseratur, qui vers. 17. memorantur hoc ordine אדם פטדה וברקת הטור האחד *Odem*, *Pitdah*, & *Barechet in ordine primo*. הטור השני נפך ספיר ויהלום. *Secundus ordo*, *Nophech Saphir*, & *Jahalom*. והטור השלישי לשם שבו ואחלמה. *Tertius ordo*, *Leschem*, *Shebo*, & *Achlama*. והטור הרביעי תרשיש שהם וישפה. *Et quartus ordo*, *Tarschisch*, *Schoam*, & *Jaspeh*. *Targum Onkelosi*. סידרא קדמא סמקן ירקן וברקן סידרא חד וסדרא תניינא איזמרגדין שבזין וסבהלום וסדרא תליתאה קנבירי טרקיא ועין עיגלא וסדרא רביעאה כרום ימא ובורלא ופנטירו. *Ordo primus Semakan*, *Irkan*, & *Barkan*: *ordo unus*, & *ordo secundus Ismaragdin*, *Schebzin*, & *Sabchalom*, & *ordo tertius*, *Kanbire*, *Tarkia*, & *Een Egla*. *Et ordo quartus*, *Crum Jama*, & *Burla*, & *Pantiri*, Magna varietas in Targumim deprehenditur in nominibus lapidum. *Targum Uzielidis* ad *Exod.* XXVIII. סדרא קדמאה סמיקתא ירקתא וברקתא סידרא חד ונומר וסדרא תנינא איזמורד וכדכורין ונומר סדרא תליתאה קנכרינון זערקין ועין עינלא ונומר סדרא רביעאה כרום ימא רבא וברליוררת חלא ומרנניית אפנטורין Ordo primus, *Semaktha*, (quem *Onkelos* סמקן *semakan*, & Rabboth שרדנגין *Sardanegin* appellant) *Sarketha*, & *Beraktha* &c. (quem *Onkelos* ברקן *Barkan*, & Rabboth דיוקינתין *Diakinthin* vocant) *ordo unus*. *Et ordo secundus*, *Ismurad* (quem *Onkelos* appellat איזמרגדין *Ismaragdin*) *Samperinun* (qui ab *Onkeloso* dicitur שבזין *Schabzin*) *Cardechuchin* (quem *Onkelosus* סבהלום *Sabchalon*, Rabbot אזמרגדין *Ismaragdin* appellat) *ordo tertius Kankirinum* (quem *Onkelosus* כרום ימא *Crum Jama*, & Rabboth קנבירי בורלין) *Arkin* (quem *Onkelosus* *Kanbire* & Rabboth אבאטים vocant) *Een Egla* (qui ob *Onkeloso* טרקיא, Rabboth ■ימיסין *Himisin* dicitur) *ordo quartus*; *Crum Jama Rabba* (qui ab *Onkeloso* עין ענלא *Een Egla*, & a Rabboth קרומטסין *Kerumtassin* appellatur) & *Beriloth chala* (quem *Onkelosus* בורלא Rabboth פראלוקין *Pralukin* vocant) & *Marganith*, *Apanturin* (quem *Onkelosus* פנטירי *Pantiri*, & Rabboth מרגליטו vocant) Eædem occurrunt tenebræ in Targum Hierosolymitano. סדרא קמיתא סמקתא וירקתא וברקתא ונומר וסדרא תנינא כדרכנא וסמפורינא ועין ענלא וסדרא תליתאה זוזין וברולין וזמרגדין ונומר וסדרא רביעאה כרום ימא רבא בדולחא ומרגליתא *Ordo primus*, *Semaktha*, & *Jeraktha* & *Beraktha* &c. *Ordo secundus*, *Cadcarna*, & *Sanperinun*, & *Een Egla* &c. *Ordo tertius*, *Zuzin*, & *Berulin*, & *Semaragdin* &c. *Ordo quartus*, *Crum Jama Rabba*, *Bedolacha*, & *Margalita*. Aliter quoque vocantur a Paraphraste *Cantic.* cap. v. 14. אחמר עקיק ברקן ועפרן כחל אזמורד ניהר בירלא אספור טבאג פרוזג מריבג אפנטור *Achmar Akik*, *Barkan Veaphran*, *Cachale*, *Ismorad*, *Gibar*, *Birla*, *Ispor*, *Tabag*, *Perosag*, *Meribag*, *Apantur*. Quis in tantis tenebris lucem aliquam comparare sibi possit in lapidibus hisce illustrandis? Optime igitur *Aben Ezra* ad *Exod.* cap. XXVIII. אין לנו דרך בבירות להיות אבני המלאוים כי הנאון תרגם כרצונו כי אין לו קבלה שיסמוך עליה. Nobis nulla est certa ratio interpretandi lapides impletionum, quoniam excellentissimus vir (*Saadias*) eos explicat pro lubitu, qui nullam habuerit traditionem, cui nitetur. Et *S. Hieronymus* ad *Ezech.* XXVIII. 13. In *Ezechiele*, & in *Exodo*, & in *Apocalypsi*, & in *Esaia* sibi omnes lapides, & lapidum ordines comparati, magnam & legenti, & differenti facient quæstionem. Ut tamen aliquid lucis his lapidibus impertiatur, doctorum interpretum sententias in medium afferemus, quibus aliquo modo possint illustrari.

Prima, quæ inter gemmas occurrit, est אדם *Odem*, de quo fit mentio quoque *Ezech.* XXVIII. 13. אדם Hebræis est *rubrum*; hinc *Num.* XIX. 2. פרה אדמה *Vacca rufa*. Et *Esai.* I. XVIII. אם יאדימו כתולע. *Si fuerint rubra* (peccata) *instar coccini*. Qua de causa nonnulli Judæorum Interpretes hunc lapidem Rubinum reddidere, a rubore sic appellatum. *Abarbanel* gemmam, quæ vulgo dicitur *Granata*, esse putavit האדם הוא הנקראת גראנאטה בלעז הדומה לרימון שגרגיריו אדומים והיה כנגד ראובן בכל ישראל כי היה כחו וראשית אונו. Lapis אדם *Odem* id est, qui vulgo *Granata* dicitur. Similis est malogranato, cujus grana sunt rubra. Erat autem Rubeni destinatus, qui erat primogenitus filiorum Israelis, quia erat virtus & initium roboris ejus. At verisimile non fuisse *Granatam*, quæ non est gemma magni pretii, in lapidibus pectoralis. *Josephus* σαρδώνυξ habet, cum quo facere videtur. *Rabboth Schemoth* Parascha XXVIII. ubi אדם appellatur שרדנגין *Sardanegin*; & fortasse legendum

שרדנין *Sardanin*, quod esset idem ac Græcorum σάρδιον *Sardonium*, in quo consentiunt *Septuaginta*, *Vulgatus*, *Epiphanius*, *Hieronymus*, ceterique Interpretes. *Sardius* enim erat lapis ruber. *Isidorus* Orig. lib. XVI. cap. 8. Sardius rubrum habet colorem. *Theophrastus* de lapidibus, τῦ γὰρ Σαρδίυ, τὸ μὲν διαφανὲς, ἐρυθρότερον δὲ καλεῖται θῆλυ. τὸ δὲ διαφανὲς μὲν, μελάντερον δὲ κ̀ ἄρσεν. Sardius pellucidus est; is qui clarius rubet, vocatur fœmina, pellucidior autem & saturatior, mas dicitur. Hinc *Orpheus* in Achate, & *Epiphanius* σάρδια θ' αἱματόεντα Sardium sanguineum dicunt. *Plinius* quoque lib. XXXVII. cap. 6. Sardium *rubrum* appellat. Chaldæi pariter idem intelligunt, qui pro אדם habent סמקן *Semakan*, & סמוקתא *Semaktha*, & Hierosolymitanum סמקתא *Semakta*, quibus vocibus *rubrum* significatur. *Prov.* XXII. 31. לא תחמי חמרא די סמוק *Ne aspicias vinum cum rubescit*. Et *Uzielides Num.* XIX. 2. תורתא סמוקתא *Vacca rufa*. Paraphrastes Chaldæus ad rubrum colorem respexisse videtur cap. V. 14. ubi אדם habet אחמר *Achmar*, sicut Arabs أحمر Achmar. Notum est חמר sive חמרא Vinum rubrum significare. *Rabboth Bemidbar* Parasch. 2. hunc lapidem rubrum fuisse docet, ubi lapides pectoralis cum vexillis XII. tribuum confert, docetque vexillum Ruben fuisse rubrum ראובן אבנו אודם ומפה שלו צבוע אדום ומצוייר עליו דודאים. Ruben insculptus est lapidi Odem, & vexillum ejus rubrum est, & depictos habuit dodaim. *Epiphanius* in libello de duodecim gemmis in veste Aharonis docet hunc lapidem fuisse *Sardium*, & quidem *rubrum*. πρῶτος λίθος σάρδιος ὁ βαβυλώνιος ὕτω καλύμενος ἐςὶ μὲν πυρωπὸς τῷ εἴδει κ̀ αἱματοειδής. σαρδίῳ τῷ ἰχθύϊ τεταριχευμένῳ ἐοικώς. διὸ κ̀ σάρδιος λέγεται, ἀπὸ τῦ εἴδους λαβὼν τὸ ἐπώνυμον; ἐν βαβυλῶνι δὲ τῇ πρὸς Ἀσσυρίαν γίνεται ἐςὶ δὲ διαυγὴς ὁ λίθος. Primus lapis est Sardius, Babylonius dictus. Est autem igneus, & speciem sanguinis refert. Sardio pisci sali condito similis; qua de causa etiam Sardius dicitur. Nascitur autem in Babylonia prope Assyriam. Est etiam lapis pellucidus. *Sardium* esse lapidem rubrum probatur etiam ex cap. IV. 3. *Apocalipseos*, ubi facies Dei dicitur similis lapidi *Sardio*, quod a veteribus explicatur de facie Dei irata, quæ dicitur πυροειδὲς ardens instar ignis: διὰ τὸ φοβερὸν τῦ Θεῦ πυροειδὲς γὰρ τὸ σάρδιον propter terrorem Dei, cum *Sardius* sit igneus. *Sardius* præterea dictus est ab Hebræo שרד *Sered*, quod rubrum colorem designat. *Isai.* XLIV. 13. חרש עצים נטה קו יתארהו בשרד. *Faber lignarius extendit lineam*, *delineat Sered*. Multi tamen volunt ita dictum a Sardinia, ubi invenitur. *Plinius* l. c. Ipsa gemma vulgaris, & primum sardibus reperta. *Hesychius* in voce Nησαίη. λίθος, ἔνιοι τὴν σάρδιον διὰ τὸ ἐν σαρδόνι γίνεσθαι. Lapis, quem quidam sardonium vocant, quia in Sardinia nascitur. *Isidorus* lib. XVI. cap. 7. Sardius dictus est, quod primus repertus sit a Sardibus. Sed hæc facile refelluntur, cum reperiatur potius circa Babyloniam, & in India, Arabia, circa Leucada Epiri, & in Ægypto, in Bohemia, Silesia, aliisque regionibus. Varia sunt *Sardorum* genera, & varii coloris. *Plinius* l. c. Ipsa gemma vulgaris, & primum sardibus reperta. Sed laudatissima circa Babyloniam cum lapidicinæ quædam aperirentur, hærens in saxi corde. Hocque modo metallum apud Persas defecisse traditur. Sed inveniuntur compluribus aliis locis, sicut in Ephyra ex Asso. In India trium generum, rubrum, & quod Demium vocant a pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur. Indicæ perlucent, crassiores sunt Arabicæ. Inveniuntur & circa Leucada Epiri, & circa Ægyptum, quæ bractea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatius fulgent. Fœminæ pinguiores sunt, & crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. Hac certe apud Menandrum & Philemonem fabulæ superbiunt. Nec ullæ translucentium tardius suffuso humore hebetantur, oleoque magis, quam alio liquore. Damnantur ex his melleæ, & validius testaceæ. *Sardius* præterea teste eodem *Plinio* facile scalpi poterat. Omnia autem (*inquit*) hæc genera scalpturæ contumaciter resistunt, partemque ceræ in signo tenent. E diverso ad hæc Sarda utilissima, quæ nomen cum Sardonyche communicavit.

Lapis secundus est פטדה *Pitdah*, de quo facit mentionem *Job.* XXVIII. 19. פטדת כוש *Pitdath Cusch*; Et *Ezech.* XXXVIII. 13. Paraphrastes ad Cantic. V, 14. habet עקיק *Akik*; cujus significatus ingoratur. *Onkelosus* טרקיא *Tarkia*, vulgo *Turquois*. פטדה Interpretes omnes Septuaginta, *Vulgatus*, *Josephus*, *Hieronymus* &c. *Topazium* reddunt; quem rubrum fuisse vult *Epiphanius* in libello de XII. lapidibus. λίθος τοπάζιον, ἐρυθρὸς τῷ εἴδει ὑπὲρ τὸν ἄνθρακα. Topazius colore rubet magis quam carbunculus,

At

At *Topazium* veterum autores omnes viridem fuisse testantur. *Plinius* XXXVII. 8. Egregia etiam nunc topazio gloria est, suo virenti genere. *Isidorus* Orig. lib. XVI. 7. Topazion ex virenti genere est omnique colore resplendens. Ab Arabe dicitur أخضر *Achsar viridis*, a Syro ܙܪܓܐ *Zeraga subviride*, & igneo colore splendens. Idcirco vitri colorem referre dicitur Topazius, eaque de causa a Græcis dictus ὑαλοειδέες, & ὑάλῳ παρεμφερὴς i. e. vitrei coloris & vitro similis. *Orpheus* περὶ λίθων, ubi de Topazio

> Ἐσθλὸν δ' αὐτ' τοῖσι καὶ ὑαλοειδέες εἶναι
>
> Κλείονται θνητοῖσι θυηπολέεσσι τοπάζιοι.

Est autem ὕαλον vitrum viride. *Servius* ad *virg. Georg.* lib. VI.

> - - - - - Milesia vellera Nymphæ
>
> Carpebant hyali saturo fucata colore

Hyali pro hyalino, colore vitreo, viridi, nymphis apto. Sed in virore suo Topazius aliquid ex auri colore trahebat. *Alexander Polyhistor* apud *Stephanum* ὅμοιον τῇ χροᾷ τῇ τοῦ νέου ἐλαίου. Similis est colore oleo recenti. Oleum enim recens flavedinem auri, & vitri virorem, retinet. *Strabo* lib. XVI. λίθος δ' ἐστὶ διαφανὴς χρυσοειδὴς ἀπολάμπων φέγγος ὅσον μεθημέραν μὲν οὐ ῥᾴδιον ἰδεῖν ἐστί. Est autem lapis pellucidus auro similis, splendore tanto refulgens, ut interdiu videri non possit. *Psellus* περὶ λίθων δυνάμεως. Τοπάζιον λίθος ἐστὶ διαφανὴς, ὑέλῳ παρεμφερὴς. φύεται μὲν εἰς τὸν Ἀραβικὸν λεγομένον κόλπον ἔν τινι πελαγίᾳ νήσῳ, καὶ ἡμέρας μὲν οὐχ ὁρᾶται, κρύπτει γὰρ αὐτοῦ τὸ φέγγος ἥλιος, νυκτὸς δὲ διαλάμπει πόῤῥωθεν, καὶ τραχὺς μὲν εὑρίσκεται καὶ ἀνώμαλος τεχνικοῖς δὲ ὀργάνοις λεαίνεται. οὗτος μαινομένους ἀποκαθίστησι τριβεὶς, καὶ ποθεὶς. δρᾷ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ περίαπτος. Topazius est lapis pellucidus, vitro similis. Nascitur autem in Arabico, ut dicunt, sinu, in insula quadam maxima, & quandiu dies est, videri non potest; sol enim ejus splendorem occultat, at noctu procul relucet; & inæqualis, sed instrumentis mechanicis lævigatur. Hic furibundos in pristinum statum reducit, si teratur, & potetur, quæ omnia etiam exsequitur, si alligatur. Hinc natus error, ut lapidarii recentiores crederent *Topazium* esse Chrysolithum.

Accedit autoritas Judæorum interpretum, qui פטדה *Pitdah* viridem fuisse lapidem testantur; Eaque de causa Chaldæis, & *Hierosolymitano* ירקן *Jarkan*, ירקטא *Jarketha* dicitur ab ירק viride. *Abarbanel* ad h. l. הפטדה כנגד שמעון והיה אבן ירוקה. Pitdah Simeoni dicatus est, eratque lapis viridis. *Rabboth Bemidbar* Parascha 2. vexillum Simeonis viride fuisse docet. שמעון פטדה ומפה שלו צבוע ירק ומצוייר עליו שכם Simeon sculptus erat in Pitdah, & illius vexillum erat viride, habebatque pro signo depictum Sichamum.

Invenitur Topazius in Arabia, eaque de causa Job. l. c. פטדת כוש *Pitdath Cusch* dicitur. At *Cusch* est Arabia autore *Bocharto* in *Phaleg*. Optimos Topazios in Arabia reperiri autores omnes testantur. *Diodorus Siculus* lib. III. scribit in sinu Arabico esse insulam *Ophiodem*, in qua reperitur *Topazius*. παρακομισθέντι δὲ τοὺς τόπους κεῖται νῆσος πελαγία μὲν τῷ διαστήματι τὸ δὲ μῆκος εἰς ὀγδοήκοντα σταδίους περιεκτείνουσα, καλουμένη δὲ ὀφιώδης ἡ τὸ μὲν παλαιὸν ὑπῆρχε πλήρης παντοδαπῶν καὶ φοβερῶν ἑρπετῶν, ἀφ' ὧν καὶ ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας. ἐν δὲ τοῖς μεταγενεστέροις χρόνοις ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν βασιλέων οὕτως ἐξημερώθη φιλοτίμως, ὡς μηδὲ ἔτι κατ' αὐτὴν ὁρᾶσθαι τῶν πρoϋπαρξάντων ζώων. οὐ παραλειπτέον δ' ἡμῖν οὐδὲ τὴν αἰτίαν τῆς περὶ ἡμέρων φιλοτιμίας. εὑρίσκεται γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ τὸ καλούμενον τοπάζιον, ὅπερ ἐστὶ λίθος διαφαινόμενος, ἐπιτερπὴς, ὑάλῳ παρεμφερὴς, καὶ θαυμαστὴν ἔγχρυσον πρόσοψιν παρεχόμενος. Ultra hæc loca insula est; in longitudinem octoginta stadiorum extensa Ophiodes dicta. Olim plena fuit omnium generum horrendis serpentibus, a quibus & nomen sumsit. Postea autem a regibus Alexandriæ plane ab ejusmodi animalibus repurgata est, ut nullum amplius in ea conspicerentur. Non autem prætermittenda causa, ob quam ita repurgata est: invenitur scilicet in ista insula lapis, quem vocant topazium, qui est lapis pellucidus, vitro similis, & mirificum auri aspectum præbens. *Photius* in sua Bibliotheca ex *Agatharchide* Polyhistore περὶ θερμῶν ὑδάτων αὐτοφυῶν, ubi agitur de mari rubro, & insulis, quæ Arabicæ existimantur. ὃν παραπλεύσαντι νῆσος ἔκκειται τῇ μὲν θέσει πελαγία, μῆκος ἔχουσα σταδίων ὡς ὀγδοήκοντα, ἣν καλοῦσιν ὀφιώδη, πρότερον μὲν γέμουσαν παντοίων ἑρπετῶν, ἐφ' ἡμῶν δ' ἐλευθέραν τούτων. ἐν δὲ ταύτῃ γίνεται τῇ νήσῳ, φησὶ, καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἐστὶ δὲ τοῦτο, λίθος διαφαινόμενος, ὑάλῳ προσεμφερὴς, ἡδεῖαν ἐν χρυσῷ θεωρίαν ἀποδιδούς. Quem ubi prænavigaris, insula exporrigitur in pelago sita, longitudine stadiorum octoginta, Ophiodes dicta. Nam omnis generis serpentibus quondam referta erat, sed

ſed ætate noſtra litera eſt. In hac lapis naſcitur, Topazius dictus. Eſt autem lapis pellucidus, vitro ſimilis, & jucundum auri aſpectum præbet. *Pſellus* l. c. φύεται ἐς τὸν Ἀραβικὸν λεγόμενον κόλπον ἔν τινι πελαγίᾳ νήσῳ. Plinius l. c. Id accidit, in Arabiæ inſula, quæ Chitis vocatur; in qua Troglodytæ prædones cum diutius fame & tempeſtate preſſi, herbas radiceſque effoderent, eruerunt topazion. Hæc Archelai ſententia eſt. Juba topazion inſulam in rubro mari a continente ſtadiis ccc. abeſſe tradit nebuloſam, & ideo quæſitam ſæpe a navigantibus, ex ea cauſa nomen accepiſſe. *Strabo* lib. XVI. Μετὰ δὲ τὸν κόλπον Ὀφιώδης καλουμένη νῆσος ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἣν ἐλευθέρωσε τῶν ἑρπετῶν ὁ βασιλεὺς, ἅμα καὶ διὰ τὰς φθορὰς τῶν προσορμιζομένων ἀνθρώπων τῶν θηρίων, καὶ διὰ τὰ τοπάζια. Poſt ſinum (*Arabicum*) eſt Ophiodes inſula ab eventu appellata, quam rex a ſerpentibus liberavit, cum multi applicantes a ſerpentibus interficerentur propter topazia.

Multæ ſunt ejus ſpecies. *Plinius* l. c. Recentiſſimi autores & circa Thebaidis Alabaſtrum oppidum naſci dicunt. Et duo ejus genera faciunt, praſoidem, atque chryſopteron ſimilem chryſopraſio. Ejus enim tota ſimilitudo ad ſuccum porri dirigitur. Eſt autem ampliſſima gemmarum. Eadem ſola nobilium limam ſentit, ceteræ ſaxo, & cote poliuntur. Hæc & uſu atteritur. Magnitudine ceteras gemmas ſuperabant topazii; idcirco viles. *Plinius* ibid. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater ſequentis Potolemæi, a Philemone præfecto regis, ac mire placuiſſe, & inde factam ſtatuam. Arſinoe Ptolemæi Philadelphi uxori quatuor cubitorum ſacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. *Boetius* lib. II. de gemmis cap. 64. Cauſa eſt quantitas, & magnitudo, quæ illum vilem efficit. *Abarbanel* l. c. אינה בחשובה כארם non eſt pretioſa ut Sardius. Sed a *Jobo* l. c. inter gemmas pretioſas numeratur *Topazius Arabicus*; & Epiphanius aſſerit, quod Regina, cui Thebani attulerunt Topazium, eum διαδήματι μέσον τοῦ μετώπου περιέθετο diademati impoſuit in medio frontis.

Tertius lapis eſt ברקת Bareketh, de quo fit etiam mentio *Ezech.* XXVIII. 10. *Syrus* retinuit Hebræum ܒܪܩܐ *Borco*, *Arabs* اصفر *flavum*. *Jonathan*, & *Targum Hieroſolymitanum* ברקתא *Berokthа*, *Onchelos* ברקן *Barkan*. Paraphraſtes *Chaldæus* ברקן ועפרן *Barkan Veaſran*. Sunt qui putant Chaldæos per has voces intellexiſſe *ſmaragdum*. At conſtat *Onkeloſum*, & *Jonathanem* per ברקן non intellexiſſe ſmaragdum; nam quartum lapidem נפך *Nophech* reddunt איזמרגדין *Iſmaragdin*, & איזמורד *Iſmured*. *Simmachus ceraunium*, teſte *Hieronymo* ad Fabiolam. *Abarbanel* habet קרבונקלו *Carbunculo*. *Rabboth.* דייקינתין; ſcribendum fortaſſe הייקינתין *Hyakinthin*, ſc. *Hyacinthum*. Maxima pars interpretum, Septuaginta, *Joſephus*, *Hieronymus*, aliique ſmaragdum reddunt; qui ברקת *Bareketh* ideo dictus, quod reliquas gemmas ſplendore ſuperet; Etenim juxta *Athenæum* Smaragdus nomen ſuum habet a fulgore lib. III. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 5. dicit; Smaragdi ſplendor non *mutatur ſole non umbra*, *non lucernis*, *ſed ſemper eſt radians*. Idcirco ei *fulgorem* attribuit. Hinc *Orpheus* περὶ λίθων in Achate ſcribit ἀγλήεντα μάραγδον ſplendentem maragdum. *Martialis*

> Gemmatum Scythicis ut lucet in
> in ignibus aurum.

Ovidius Metamor. II.

> In ſolis Phoebus claris lucente ſmaragdis

Plinius ut probet l. c. ſmaragdorum ſplendorem hanc refert hiſtoriam. Tumulo reguli Hermiæ juxta Cetarias, marmoreo leoni inditos fuiſſe oculos ex ſmaragdo, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi inſtrumenta refugerent thynni. Optime igitur per ברקת *Bareketh* exprimitur ſmaragdus, quod ברק Barak ſignificet *ſplendere*, *coruſcare*, ut *Ezech.* XXI. 10. Et Arabice برق *ſplenduit*, *fulguravit*, & *fulminavit*; Hinc ברקת *Bareketh* eſt gemma fulgidiſſima, qua deſignatur ſmaragdus, quæ præ-ceteris fulgeat.

Smaragdorum colores varii ſunt juxta varia genera, ſed virides tamen omnes perhibentur. *Rabboth Bemidbar* Paraſcha 2. huic lapidi tres attribuit colores, quales dicuntur fuiſſe in vexillo Levi. לוי ברקת ומפרה שלו צבוע שלישי לבן ושלישי שחור וג׳ ארום ומצוייר עליו אורים ותומים. Nomen Levi inſcriptum eſt lapidi Bareketh, & vexillum ejus erat tertia parte album, tertia parte nigrum, & tertia parte rubrum. Et eo depictum erat Urim & Thummim. Apud Arabas quoque vox برقة quæ eſt eadem ac Hebræorum ברק, varium deſignat colorem. Hinc بوقا *oculus* propter varios colores *album* & *nigrum*, ut docet *Gigæus*; جرقان *locuſta verſicolor*, *varia*. جرقشب *variis coloribus* pin-

pinxit. *Isidorus* origin. lib. XVII. cap. 7. omnium gemmarum virentium ſmaragdus principatum habet, cui veteres tertium poſt margaritas & uniones tribuunt dignitatem. Smaragdus a nimia viriditate dicitur. Omne enim ſatis viride ſmaragdus dicitur. Nullus enim gemmis vel herbiş major hoc auſteritas eſt, nam herbas virentes frondeſque exuperat, inficiens circa ſe viriditate repercuſſum aerem. *Pſellus* l. c. praſineum colorem attribuit ſmaragdis, ut ſemper aliquid glauci habeat: ἡ σμάραγδος πρασοειδής ἐστι, καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα καί τοι καὶ γλαυκοῦ, παρεμφαίνουσα χρώματος. *Epiphanius* l. c. λίθος σμάραγδος οὗτος καλεῖται καὶ πράσινος, ἐστι δὲ καὶ χλωρὸς τῷ εἴδει, καὶ διαφορά τις ἐν αὐτοῖς τινὲς αὐτοὺς Νερωνιανοὺς καλοῦσιν ἄλλοι μὲν Δομετιανοὺς καὶ ὁ μὲν Νερωνιανὸς πικρὸν ἐστι τῷ εἴδει, σφόδρα χλωρίζων, διειδὴς καὶ στίλβων. Lapis ſmaragdus vocatur etiam Praſinus; eſt autem viridi colore; ſed inter ſe aliquo modo differunt. Quidam autem vocant eos Neronianos, alii Domitianos. Et Neronianus quidem parvus eſt, valde virens, pellucidus & ſplendens. *Apocal.* dictum eſt, *Iridem ſimilem ſmaragdo*, quia in Iride color magis conſpicuus eſt viridis. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 5. Tertia autoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis. Nullius coloris aſpectus jucundior eſt. Nam herbas quoque virentes frondeſque avide ſpectamus. Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent nec ſatiant. Quin & ab intentione alia obſcurata, aſpectu ſmaragdi recreatur acies. Sculpentibuſque gemimas non alio gratior oculorum refectio eſt, ita viridi lenitate laſſitudinem mulcent. Præterea longinqua amplificantur viſu, inficientes circa ſe repercuſſum aera, non ſole mutati, non umbra, non lucernis, ſemperque ſenſim radiantes, & viſum admittentes, ad craſſitudinem ſui facilitate translucida, quod etiam in aquis non fit. Itidem plerunque & concavi ut viſum colligant. Quapropter decreto hominum iis parcitur, ſcalpi vetitis: Quanquam Scythicorum, Ægyptiorumque tanta durities eſt, ut nequeant vulnerari. Quorum vero corpus extenſum eſt eadem qua ſpecula ratione ſupini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas ſpectabat ſmaragdo. Genera eorum duodecim. Nobiliſſimi Scythici ab ea gente, in qua reperiuntur, appellati. Nulli major auſteritas, nec minus vitii. Et quoniam ſmaragdi a gemmis diſtant, tantum Scythici a ceteris ſmaragdis. Proximam laudem habent, ſicut & ſedem, Bactriani quos in commiſſuris ſaxorum colligere dicuntur eteſiis flautibus. Tunc enim tellure internitent, quia iis ventis arenæ moventur. Sed hos minores multo Scythicis eſſe tradunt. Tertium locum Ægyptii habent, qui eruuntur circa Copton oppidum Thebaidis in collibus, & cautibus. Reliqua genera in metallis ærariis inveniuntur. Quapropter principatum ex iis Cyprii obtinent, doſque eorum eſt nec in colore liquido, nec diluto, verum ex humido pinguique, quaque perſpiciatur imitante translucidum mare: pariterque translucet, & nitet, hoc eſt colorem expellit, & aciem recipit. Ferunt in ea inſula tumulo reguli Hermiæ juxta Cetarias, marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi inſtrumenta refugerent thynni, diu mirantibus novitatem piſcatoribus, donec mutavere oculis gemmas. Sed & vitia demonſtrari oportet reperta. Sunt quidem omnium eadem; quædam tamen nationum peculiaria, ſicut in homine. Ergo Cyprii varie glauci, magiſque ac minus in eodem ſmaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicæ auſteritatis non ſemper cuſtodiunt. Ad hoc quibuſdam incurrit umbra, ſurduſque fit colos, qui improbatur, etiam dilutior. Hincque genera diſtinguuntur. Et ſunt aliqui obſcuri, quos vocant cæcos, alii denſi nec e liquido translucidi: quidam varia nubecula improbati. Aliud eſt hoc quam umbra de qua diximus. Nubecula enim albicantis eſt vitium, cum viridis non pertranſit aſpectus, ſed aut intus occurrit, aut excipit in fine viſum candor. Hæc coloris vitia: illa corporis, capillamentum, ſal, plumbago. Ab iis Æthiopici laudantur a Copto dierum trium itinere, ut auror eſt Juba, acriter virides, ſed non facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere poſuit Hermineos & Perſicos: illos extumeſcentes pinguiter; Perſicos vero non translucidos, ſed jucundi tenoris viſum implere, quem non admittant, felinis, pantherarumque oculis ſimiles. Namque & illos radiari, nec perſpici. Eoſdem in ſole hebetari, umbris refulgere, & longius quam ceteros nitere. Omnium horum etiamnum vitium, quod fellis colorem, aut aeris habent. In ſole dilucidi quidem ac liquidi, ſed non virides. Hæc vitia & Atticis maxime ſentiuntur in argentariis metallis re-

repertis in loco, qui Thoricos vocatur, ſemper minus pingues, & e longinquo ſpecioſiores. Frequens & iis plumbum, hoc eſt, ut in ſole plumbei videantur. Illudque peculiare, quod quidem ex iis ſeneſcunt, paulatim viriditate evanida, & ſole læduntur. Poſt hos Medici plurimum viriditatis habent, interdum & e ſapphiro. Ii ſunt fluctuoſi, & rerum imagines complexi, ut verbi gratia, papaverum, aut avium, pinnarumque vel catulorum, aut ſimilium. Qui non omnino virides naſcantur, vino & oleo meliores fiunt, neque eſt aliorum magnitudo amplior. Carchedonii neſcio an in totum exoleverint, poſtquam metalla æris ibi defecerunt, & ſemper tamen viliſſimi fuere minimique. Iidem fragiles, ſed colore inerti, & virentium in caudis pavonum columbarumque collo plumis ſimiles, ad inclinationem magis, aut minus lucidi. Venoſi quidem ſquammoſique. Peculiare erat in his vitium ſarcion appellatum, hoc eſt quædam gemmæ caro. Mons juxta Carchedonem, in quo legebantur, Smaragdites vocatus eſt; Juba eſt autor ſmaragdum, quem cholan vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi, & lapidem, quem Alabaſtriten Ægyptii vocant. Complures vero e proximis Laconicos in Taygeto monte erui Medicis ſimiles, & alios in Sicilia. *Pſellus*. γενᾷ δὲ, ταύτην καὶ Αἰθιοπία, καὶ Αἴγυπτος καὶ Πέρσις, καὶ τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς. Progenerat autem eam (ſmaragdum) Æthiopia, & Ægyptus, & Perſia, & quidam Atticæ montes.

Smaragdos maximos inveniri teſtatur *Plinius* l. c. Theophraſtus tradit in Ægyptiorum commentariis reperiri, regi eorum a rege Babylonio miſſum ſmaragdum munere IIII. cubitorum longitudine, & trium latitudine. Et fuiſſe apud eos in Jovis delubro obeliſcum e quatuor ſmaragdis XL. cubitorum longitudine, latitudine vero in una parte quatuor, & in altera duorum. Se autem ſcribente eſſe in Tyro Herculis templo ſtantem pilam e ſmaragdo, niſi potius pſeudoſmaragdus ſit. Nam & hoc genus reperiri, & in Cypro inventum ex dimidia parte ſmaragdum, ex dimidia jaſpidem, nondum humore in totum transfigurato. Apion cognominatus Pliſtonices ſcriptum reliquit, eſſe etiam nunc in labyrintho Ægypti coloſſum Serapin e ſmaragdo novem cubitorum. Vid. *Theophraſtus* περὶ λίθων.

Quartus lapis eſt נפך Nophech, de quo meminit etiam *Ezech.* XXVI. 16. I. *Paralip.* XXIX. 2. *Iſai.* LIV. II. *Onkelos* habet אזמרגדין *Iſmaragdin*, & *Jonathan* איזמורד *Iſmured*. *Arabs* كحلي *cachle* Paraphraſtes *Cantic.* v. 14. כחלי *cachale*, quod Gemaricis eſt שיש ומרמרא Maſſechet *Succah* v. ubi gloſſa: שיש ſignificat *marmor album*, & כוחלא *viride*. Septuaginta, *Joſephus*, & *Epiphanius* habent ἄνθραξ, *Vulgatus & Hieronymus carbunculus*; *Targum Hieroſolymitanum* כרכרנא *cadcarna*; quod videtur legendum כרכדנא *carchadana*, i. e. *Carchedonius*, qui carbunculum ſignificat, teſte *Plinio*, qui hanc gemmam dictam vult Charchedonium ab urbe Carthagine lib. XXXVII. cap. 7. Principatum habent Carbunculi a ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id a quibuſdam apyroti vocati. Horum genera Indici, & Garamantici, quos & Carchedonios vocavere, propter opulentiam Carthaginis magnæ. Ex hoc *Plinii* loco eruitur, carbunculum dictum fuiſſe *Carchedonium*, non quod naſceretur circa urbem Carthaginem, ſed propter urbis opulentiam, quod ejus mercatores carbunculos coemerent. Hinc deceptus eſt *Epiphanius*, qui putarit carbunculum naſci circa Carthaginem. γίνεται ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης ἥτις Ἀφρική καλεῖται. Naſcitur in Carthagine Lybiæ, quæ Africa dicitur. Et in fine ejuſdem capitis. ἐστὶ δὲ ὁ χαλκηδόνιος καλούμενος παραπλήσιος τούτῳ, ὅτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἐξέρχεται. Eſt enim gemma dicta Carchedonius (non Calchedonius) huic non abſimilis, quoniam ibidem loci reperitur. Hoc in loco ab eo diſtinguitur Anthrax a *Carchedonio*, cum Carchedonius ſit ipſe ἄνθραξ. In India teſte *Pſello* naſcebatur *Carbunculus* ὁ ἄνθραξ ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν. A Carthagine ad ceteras gentes translatum fuiſſe Carbunculum teſtatur *Theophraſtus* περὶ λίθων. δ' οὗτος ἐκ Καρχηδόνος καὶ Μασσαλίας. Fertur huc Carthagine, & Maſſilia; Hinc Carbunculum Græcis dictum *Carchedonius*, & Hebræis כרכדנא *Carchadna*, & כרכדונין *Carchedonin*. Derivatur נפך a radice פוך, eaque de cauſa aliquando ſine נ reperitur, ut I. *Paral.* l. c. & *Iſai.* l. c. ubi פוך a *Raſchi* exponitur נופך, & a Græcis ἄνθραξ, ſc. *Carbunculus*. פוך ſignificabat *ſtibium*, quo oculi inungebantur; ut 2. *Reg.* IX. 30. ותשם בפוך עיניה, & *poſuit oculos ſuos in ſtibio*. Græci. ἐστιβίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς. Stibium rubri erat coloris; hinc נפך erit lapis ruber. Carbunculum rubri coloris fuiſſe teſtantur omnes autores. *Theophraſtus* περὶ λίθων. ἄλλο δὲ τι γένος ἐστὶ λίθων ὥσπερ ἐναντίων πεφυκός, ἄκαυστον ὅλως, ἄνθραξ

θραξ καλούμενος. ἐξ οὗ καὶ τὰς σφραγῖδας γλύφουσιν. ἐρυθρὸν μὲν τῷ χρώματι, πρὸς δὲ τὸν ἥλιον τιθέμενον, ἄνθρακος καιομένου ποιεῖ χρόαν τιμιώτατον ὡς ἔπος, μικρὸν γὰρ σφόδρα τετταράκοντα χρυσῶν. ἄγεται δ' οὗτος ἐκ Καρχηδόνος, καὶ Μασσαλίας. οὐ καίεται δ' ὁ περὶ Μίλητον γωνιοειδὴς ὤν, ἐν ὤπερ καὶ τὰ ἑξάγωνα καλοῦσι δ' ἄνθρακα καὶ τοῦτον. ὃ καὶ θαυμαστόν ἐστιν. ὅμοιον γὰρ τρόπον τινὰ καὶ τὸ τοῦ ἀδάμαντος. Aliud autem eſt quoddam genus lapidum, quaſi e contrariis genitum, incombuſtibile penitus; carbunculus appellatur; e quo & ſigilla ſculpunt; rubeus quidem colore, ſoli autem expoſitus, ardentis carbonis facit colorem, pretioſiſſimum, ut ita dictum: Nam valde parvus quadraginta aureis æſtimatur; fertur ex Carthagine & Maſſilia. Non ardet autem, qui circa Miletum invenitur, anguloſus, inter quos ſunt & ſexanguli. Vocant autem & hunc carbunculum; quod mirum eſt; ſimilis quodammodo ratio eſt adamanti. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 7. Principatum habent Carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id a quibuſdam apyroti vocati. *Epiphanius* puniceum colorem, qui accedit ad igneum, Carbunculo attribuit. λίθος ἄνθραξ, οὗτος εἶδος ξυφοίνικον (alii legunt φοίνικον, alii ὀξυφοίνικον) ἔχει. Carbunculus lapis colorem habet phœniceum, *aut* acute phœniceum. *Et paulo poſt*. ὀλίγον μὲν ὁ κεραύνιος λίθος αὐτῷ ἔοικε, καλοῦσι δὲ τὸν κεραύνιον, οἰνωπόν. Carbunculo aliquomodo ſimilis eſt lapis Ceraunius, quem vocant Oenopum. *Rabboth Bemidbar* τῷ יהודה נפך aſſignat colorem cœli. יהודה נפך וצבע מפה שלו דמותו כמין שמים ומצוייר עליו אריה. Jehuda ſculptus eſt in Nophech; & color vexilli ejus ſimilis eſt cœlo, depictum habet leonem. Cœlum plerunque cœruleo colore depingitur, qui Saphiro convenit, qui a lapide *Nophech* diſtinctus erat. Fortaſſe intellexit colorem, qui in cœlo conſpicitur oriente, aut occidente ſole, rutilantem, & ardentem inſtar carbonis, uti dictum eſt *Matth.* XVI. 2. ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία, πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός. *Veſpera jam accedente dicitis; ſerenum erit; quia cœlum igneſcit.* Verbum πυῤῥάζειν a *Syro* redditur ܡܣܡܩ ܓܝܪ ܫܡܝܐ; *Rubet enim cœlum*. Ex his conſtat ἄνθρακα veterum nihil aliud eſſe quam Rubinum, ut obſervavit *Boetius* lib. II. de lapidibus cap. 10. Rubinus eſt gemma diaphana rutilans, rubenſque, exigua portiuncula cærulei coloris, ac limam reſpuens. Rubedo ipſius non eſt puri minii, vel cinabaris, ſed ſanguinis potius, cocci laccæ Indicæ, aut Kermeſini; quo tamen minus cœrulei, modo aliquid in extremo igniculo appareat, eo nobilior.

Plinius l. c. varias Carbunculorum ſpecies recenſet. Horum genera (*inquit*) Indici, & Garamantici, quos & Carchedonios vocavere, propter opulentiam Carthaginis magnæ. Adjiciunt Æthiopicos, & Alabandicos in Orthoſia caute naſcentes, ſed qui perficiantur Alabandis. Præterea in omni genere maſculi appellantur acriores, at fœminæ languidius refulgentes. In maſculis quoque obſervant liquidioris alios flammæ, nigrioris alios, & quoſdam lucidius, ac magis ceteris in ſole flagrantes. Optimos vero amethyſtizontas, hoc eſt quorum extremus igniculus in amethyſti violam exeat; proximus illis, quos vocant ſyrtitas, pinnato fulgure radiantes. Inveniri autem ubicunque maximi ſolis repercuſſu. Satyrus Indicos non eſſe claros dicit, ac plerumque ſordidos, ac ſemper fulgoris retorridi. Ætyhiopicos pingues, lucemque non emittentes, ſed convoluto igne flagrare. Calliſtratus fulgorem carbunculi debere candidum eſſe poſuit, extremo viſu nubilantem, & ſi ita attollatur, exardeſcentem, ob id a pleriſque hunc carbunculum candidum vocari. Qui languidius & lividius ex Indicis lucent, lithizontas appellari. Carchedonios multo minores eſſe. Indicos etiam minus ſextarii unius menſura cavari. Archelaus Carchedonios nigrioris aſpectus eſſe, ſed igne vel ſole, & inclinatione acrius quam ceteros excitari. Eoſdem umbrante tecto purpureos videri, ſub cœlo flammeos, contra radios ſolis & ſcintillare, ceras ſignantibus his liqueſcere quamvis in opaco. Multi Indicos Carchedoniis candidiores eſſe, & e diverſo inclinatione hebetari ſcripſere, etiamnum in Carchedoniis maribus ſtellas intus ardere, fœminas univerſum fulgorem fundere extra ſe, Alabandicos ceteris nigriores eſſe ſcabroſque. Naſcuntur & in Thracia coloris ejuſdem ignem minime ſentientes. Theopraſtus autor eſt, & in Orchomeno Arcadiæ inveniri, & in Chio. Illos nigriores, e quibus & ſpecula fieri. Eſſe & Troezenios varios intervenientibus maculis albis. Item Corinthios & pallidiore candidos. Maſſilia quoque importari Bocchus & Olyſſippone ſcripſit magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec eſt aliud difficilius, quam diſcernere hæc genera: tanta eſt in eis occaſio artis, ſubditis per quæ translucere cogantur. Ajunt ab Æthiopibus hebetiores in aceto

to maceratos quatuordecim diebus nitescere totidem mensibus durante fulgore. Adulterantur vitro simillimæ, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ fictitiæ, mollior enim materia & fragilis, & centrosa scobe deprehenduntur, & pondere, quod minus est vitreis, aliquando ex pustulis argenti modo relucentibus. Est & Anthracitis appellata, in Thesprotia fossilis, carbonibus similis. Falsum arbitror, quod & in Liguria nasci tradiderunt, nisi forte tunc nascebantur. Esse in iis & præcinctæ candida vena traduntur, harumque igneus color ut superiorum est. Peculiare quidem quod jactati in ignem velut intermortui extinguuntur. Contra aquis perfusæ exardescunt.

Quintus lapis est ספיר Saphir de quo etiam fit mentio *Exod.* XXIV. *Cantic.* V. 14. *Job.* XXVIII. 5. 16. *Isai.* LIV. II. *Lament.* IV. 7. *Ezech.* I. 26. XI. & XXVIII. 13. Syrus habet ܣܦܝܠܐ *Saphila* lapis. *Josephus* Ἴασπις cum Jaspis sit ultimus, ab ipso Mose ישפה appellatus. *Arabs* مها Maha & *Exod.* XXIV. 9. بلور *Belur*, i. e. *Beryllus*. Alius erat lapis Beryllus. *Jonathan* אזמורד *Ismorad*, smaragdus, de quo jam dictum est in tertio lapide ברקת. *Onkelos* שבזיק *Schabzin* & *Jonathan* Lament. IV. 7. שבזיזא *Schabziza*; quid significet, ignoratur. Græci σάπφειρος, *Vulgatus*, & *Hieronymus* *Saphirus*; cum quo conveniunt Targum Hierosolymitanum; Jonathanis, & Rabboth, in quibus legitur ספירונין *Saphirunin*, סמפירינא *Sampurina*, & סמפירינון & *Samperinum*.

Plerique de Saphiro conveniunt, at dissentiunt de ejus qualitate, & colore. Alii credunt fuisse gemmam albi coloris. *Aben Ezra* ad *Exod.* XXIV. 10. putavit Jonathanen credidisse saphirum fuisse lapidem album, quod eo loci dicatur כמעשה לבנת הספיר. Non potest negari inveniri Saphiros albos, qui fœminæ censentur. *Aben Ezra* probare conatur Saphiros fuisse rubros ex *Thren.* cap. IV. זכו נזיריה משלג צחו מחלב אדמו עצם מפנינים ספיר גזרתם. *Puriores erant Naziræi illius nive; nitidiores lacte, rubebant magis quam carbunculi, saphirina polities eorum.* *Aben Ezra* utrumque rubrum credidit *Exod.* cap. XXIV. *Philo Judæus* Saphirum prasinum, id est viridem fuisse scribit lib. I. Legis Alleg. ὁ δὲ σάπφειρος πράσινος λίθος ἐςίν. Saphirus autem est lapis prasinus.

At saphirum fuisse cœruleum ex scriptura, & aliis autoribus luculentissime probatur. Saphiro attribuitur color cœli *Exod.* XXIV. 10. *Aspexerunt Deum Israel, & sub pedibus ejus velut opus pavimentum saphiri* (כמעשה לבנת הספיר) & *tanquam ipsa substantia cœli sereni.* Et *Ezech.* I. 26. Expansum Cœli dicitur simile lapidi Saphiro. *Superne ad expansum illud, quod erat super caput illorum quasi species lapidis saphiri similitudo solii erat.* Color cœli cœruleus est. *Theophrastus* libello de Gemmis dicit Saphirum πορφυρίζειν purpurascere. *Plinius*. Cæruleæ & Saphiri raroque cum purpura: *Epiphanius*. λίθος σάπφειρος πορφυρίζων, ὡς βλάττης πορφύρας τῆς μελαίνης τὸ εἶδος. Saphirus lapis purpurascit instar blattæ, sive purpuræ nigræ. Cyano Saphirus dicitur similis, ut habet *Theophrastus* κυανῷ τῷ ἄῤῥενι Cyano masculo. Et *Plinius*; Quæ sunt ex iis cyanei coloris mares æstimantur. *Dionysius* de situ orbis Saphirum κυανὴν *Cyaneam* appellat. Κύανος, sive Cyanus est purpureus i. e. cæruleus, ut notant *Eustathius*, *Hesychius*, & ceteri Grammatici Græci. Hinc apud *Homerum* Iliad. Λ. κυάνεος δράκων draco Cæruleus dicitur.

Præterea memoratur in Scriptura Saphirus aureo pulvere adspersa; uti dictum est *Job.* XXVIII. 6. ספיר אבניה ועפרת זהב לו. *Lapides ejus sunt Saphiri, & pulvis ejus est aureus.* Quod observatum est ab Historiæ naturalis Scriptoribus. *Theophrastus* ἡ σάπφειρος αὕτη δ' ἐστὶ χρυσόπαςος. Saphirus est quasi auro compacta. *Plinius*. Saphirus enim ex aureis punctis collucet. *Dionysius* l. c. Saphirum cyaneam, & auream appellat.

Χρυσέης κυανῆς τε καλὸν πλάσμα σαπφείροιο.

Solinus c. XX. Et Cyaneus lapis e Scythia optimus, si cærulo coruscabit; cujus gnari in marem & fœminam genus dividunt; fœminis nitor purus est; mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis pulvisculus variat. *Epiphanius*. πολλὰ δὲ γένη τούτου ὑπάρχουσιν. ἐςὶ γὰρ ὁ βασιλικὸς χρυσοςίγης. οὐ πάνυ μὲν οὗτος θαυμαζόμενος ὡς ὁ διόλου πορφυρίζων. Varia quidem sunt ejus genera. Regius quidem aureis punctis notatus est; sed is non est in tanta admiratione, ut ille qui plane purpurascit.

Rabboth Bemidbar docet colorem vexilli Ischaschar, qui Saphiro insculptus fuerat fuisse nigrum, & in eo depictum fuisse solem & lunam. יששכר ספיר נמפה שלו צבוע שחור דומה לכחול ומצוייר עליו שמש וירח עש ומבני יששכר יודעי בינה לעתים. Iscaschar sapphiro insculptus erat, & color ejus erat schachor instar marmoris, & depictum habebat solem & lunam; sicuti dictum est I. *Paral.* XII.

XII. 22. *Et filii Iſchaſcharis noſcentes ſcientiam temporum*. In hoc loco שחור videtur denotare colorem cæruleum non autem nigrum; uti probari poteſt ex *Theophraſto* l. c. ἣν καλοῦσιν σάπφειρον. αὕτη γὰρ μέλαινα· οὐκ ἄγαν πόῤῥω τοῦ κυανοῦ τοῦ ἄῤῥενος: quem vocant Saphirum: is enim niger eſt, nec multum diſtat a Cyano maſculo. Sic & *Epiphanius* l. c. ſcribit Saphirum purpuraſcere inſtar πορφύρης μελαίνης purpuræ nigræ.

Sextus lapis eſt יהלם, *Jahalom*, qui occurrit etiam *Ezech.* cap. XXVIII. 13. Septuaginta, *Hieronymus*, & *Epiphanius* habent *Jaſpis*, qui in pectorali extremum locum obtinet. *Rabboth* אזמרגדין *Iſmaragdin*, de quo in lapide ברקת dictum eſt e *Jonathan* כרכוכין corrupta pro כרכדונין *Carchedonin*, i. e. Carbunculus, de quo jam dictum eſt. Sic *Arabs* بهرمان *Baharman Rubinus*, *verus carbunculus*. Sed jam demonſtratum eſt נפך *Nophech* eſſe Carbunculum. *Targum Hieroſolymitanum* עין עגלא *Een Egla*, *oculus vituli*, quo nomine *Onkelos* appellat תרשיש, qui eſt lapis decimus. *Abarbanel*, *Aben Ezra* aliique *Adamantem* reddunt. Nonnulli a pectorali Adamantes rejiciunt, eo quod illius non ſit facta mentio in *Apocal.* cap. XXI. Tamen veriſimile non eſt Adamantem gemmarum omnium pretioſiſſimum in pectorali defuiſſe. Alii vero contendunt in Sacra Scriptura Adamantem vocatum fuiſſe אנך *Anach*, non autem יהלם. Quater אנך in *Amoſo* c. VII. 7. memoratur, & a Septuaginta exponitur per ἀδάμαντα *Adamantem*, quomodo *Symmachus* teſte Hieronymo; Et hoc nomine appellatus eſt ab *Orpheo* περὶ λίθων, ubi de Gallactite.

> Τοῦρα παγγνέες ἀνακτίην ἀδάμαντα
> Κλεῖον
> Hunc & *Anactiten* veteres adamantem vocabant.

Plinius lib. XXXVII. 4. Adamas & venena irrita facit, & lymphationes abigit, metuſque vanos expellit mente, & ob id quidam Anachiten vocavere. At Hebræis teſte *Kimchio* אנך eſt *plumbum*, aut ſtannum, qui docet Arabibus איך idem eſſe quod Hebræis בדיל; ita ſane انك *anak plumbum*, *ſtannum* ex *Ibn Marupb* habet *Golius* in ſuo Lexico. Qua de re Theodotion אנך reddit τηκόμενον *fuſcum*; & *Aquila* pro אנך habet ἀλάφωσιν, quod *Hieronymo* eſt *Stagnatura*. *Amoſus* ibi loquitur de aliquo inſtrumento, quo artifices utuntur in condendis muris. *Hieronymus* habet trullam cementarii; ab aliis exponitur *libella*, aut *perpendiculus*. Arabibus teſte *Raſchi* ad h. l. אנך *anach* חוט קו *linea*, ſeu *filum*, quo uti ſolent in ædificandis ædibus.

Probabile eſt per יהלם Adamantem ſignificari; primum, quod Adamas vocetur אלמס, quæ vox facile efformari potuit ab יהלם abjecta litera י, quam hoc loco redundare docet *Aben Ezra*; & deinde cum perpetuo mutentur literæ א ה י &, fieri potuit ut pro יהלם ſcriberetur אלם *Alam*, & *Alma*, & tandem *Almas*. יהלם appellari אלמס docet *Aben Ezra* ad *Exod.* XXVIII. וחכם גדול ספרדי אמר כי יהלם הוא הנקרא אלמס שהוא שובר כל האבנים ונוקב הדהולות. Sapiens Hiſpanus dixit, quod *Jahalom* dictus ſit *Abnas*, quia confringit omnes lapides, & perforat margaritas. *Carolus Cluſius* Exotic. lib. VII. cap. 47. de Adamante. *Almas* dicitur Arabibus, quos plerique omnes Mauritani ſecuti ſunt.

Deinde, quod Adamas juxta veterum ſententiam tanta ſit duritie, ut omnes lapides perfringat. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 4. Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinque diſſultet, incudeſque ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inennarabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, & nunquam incaleſcens. Unde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. *Et paulo poſt*. Siquidem illa invicta vis duarum violentiſſimæ naturæ ferri igniſque contemtrix, hircino rumpitur ſanguine, nec aliter quam recenti calidoque macerata, & ſic quoque multis ictibus, tunc etiam, præterquam eximias incudes malleoſque ferreos frangens. *Pſelluſs.* ὁ Ἀδάμας χροιὰν μὲν οὗτος ἔχει ὑελίζουσαν καὶ στιλπνὴν, κραταιός ἐστιν, καὶ δύσθραυστος. Adamas vitreum & ſplendidum habet colorem, ſoliduſque & fractu difficilis. Quæ mirum in modum conveniunt τῷ *Jahalom*; יהלם enim dicitur a radice הלם *halam*, quod ſignificat *confringere*, *contundere*. Hinc הלמות *Halmuth malleus* Judic. V. 22. & 26. *Iſai.* XLII. 7. Dicitur igitur יהלם a verbo הלם, quia ſc. ſua duritie (uti ſupra ſenſit *Aben Ezra*) omnes lapides confringit, & margaritas perforat. Idem ſentit *Abarbanel* ad l. c. *Exod.* qui poſtquam dixit יהלם eſſe דיאמאנטי *Diamanti* addit. והיה אבן הולמת כל אבנים ומשברתן והיה לא תשבר לרוב חומה ויובשת. Eſt lapis confringens omnes lapides, ſed ipſe non confringitur propter nimum calorem & ſiccitatem. Eadem ſenſit Onkelos qui יהלם reddit סבהלום; vox hæc eſt compoſita & סבה *cauſa*, & הלום *conterens*; ut ſit cauſa, ſive inſtru-

ſtrumentum conterens, quod omnia conterat.

Variæ ſunt Adamantum ſpecies, ut teſtatur *Plinius* lib. XXXVII. 4. Maximum in rebus humanis non ſolum inter gemmas, pretium habet Adamas, diu nonniſi regibus, & iis admodum paucis cognitus, unus modo in metallis repertus, perquam raro comes auri, nec niſi auro naſci videbatur. Veteres eum in Æthiopum tantum metallis inveniri exiſtimavere, inter delubrum Mercurii, atque inſulam Meroen, dixeruntque non amplioris cucumeris ſemine, aut colore diſſimilem inveniri. Nunc genera ejus ſex noſcuntur. Indici non in auro naſcentis, ſed quadam cryſtalli cognatione. Siquidem & colore translucido non differt, & laterum ſexangulo levore turbinatus in mucronem, aut duabus contrariis partibus, quo magis miremur, ut ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus jungantur, magnitudine vero etiam avellanæ nuclei. Similis eſt huic quidem Arabicus, minor tantum, ſimiliter & naſcens, ceterum pallore gentis, & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus hi deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinque diſſultet, incudeſque etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inennarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, & nunquam incaleſcens. Unde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Unum ex his vocant cenchron, quod eſt milii magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro repertum, & hic eſt cucumis ſemini par. Poſt hos Cyprius vocatur in Cypro repertus, vergens in æreum colorem, ſed in medicina, ut dicemus, efficaciſſimus. Poſt hunc eſt Sydarites ferrei ſplendoris, pondere ante ceteros, ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari poteſt, quod & Cyprio evenit, breviterque ut degeneres nominis tantum autoritatem habent totis voluminibus.

Septimus lapis eſt לשם *Leſchem*. *Arabs* habet جزع *Geza*. *Syrus* ܩܢܩܢܘܢ *Kankanun*. *Targum Hieroſolymitanum* זוזין Zuzin. *Latinus Ligurium*. Paraphraſtes *Cant.* v. 14. ברלא *Birla* i. e. beryllus. Septuaginta, *Vulgatus*, *Joſephus*, *Epiphanius Hieronymus*, aliique habent λιγύριον, λιγύρον, & λιγύριον, i. e. *Lyncurium*. *Jonathan* h. l. habet קנבירינון *Kanchirinum*, cum quo videtur *Syrus* convenire per vocem *Kankanum*. Hæc vox corrupta videtur, & legendum fortaſſe לנבירינון *Lynchirinun*, i. e. *Lyncurium*. *Onkelos* קנבירי, fortaſſe hic quoque legendum לנבירי *Lynchire*, i. e. *Lynchurius*.

Variæ ſunt ſententiæ in ſtatuendo *Lyncurio*. *Theophraſtus Lyncurium* in libello de lapidibus putavit eſſe optimum ſuccinum. ἕλκει γὰρ ὥσπερ καὶ ἤλεκτρον. οἱ δὲ φασιν οὐ μόνον κάρφη καὶ ξύλον ἀλλὰ καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον, ἐὰν ᾖ λεπτός. Trahit ſicut ſuccinum; quidam ajunt non ſolum feſtucas, & lignum, ſed etiam æs & ferrum, ſi tenue ſit. *Plinius* l. c. cap. 3. De Lyncurio proxime dici cogit autorum pertinacia. Quippe etiam ſi non electrum id eſſet lyncurium tamen gemmam eſſe contendunt. Fieri autem ex urina quidem lyncis, ſed egeſtam terra protinus beſtia operiente eam, quoniam invideat hominum uſui. Eſſe autem, qualem in igneis ſuccinis colorem ſculpique. Nec folia tantum aut ſtramenta, ad ſe rapere, ſed æris etiam ac ferri laminas, quod Diocles quidem, & Theophraſtus credidit. Ego falſum id totum arbitror, nec viſam in ævo noſtro gemmam ullam ea appellatione. Nunquam ſuccinum habitum eſt inter gemmas pretioſas: Alii ab urina lyncis naſci Lyncurium putavere. *Ælianus* de Animal. lib. IV. cap. 17. Καὶ ἡ λύγξ μὲν ἀποκρύπτει τὸ οὖρον. ὅταν γὰρ παγῇ λίθος γίνεται, καὶ γλυφαῖς ἐπιτήδειος ἐστι καὶ τοῖς γυναικαίοις κόσμοις συμμάχεται φασι διὰ τῆς γλυφῆς. Et lynx ſuam urinam in terra occultat, quæ ubi concreverit, fit lapis, ad ornatum muliebrem, & ad ſculpturam. *Theophraſtus* l. c. ἔστι δὲ διαφανὴ τε σφόδρα καὶ πυῤῥά. βελτίω δὲ τὰ τῶν ἀργῶν, ἢ τὰ τῶν ἀῤῥένων, ἢ τὰ τῶν θηλέων, ὡς καὶ τῆς τροφῆς διαφερούσης, καὶ τοῦ πονεῖν, ἢ μὴ πονεῖν, καὶ τῆς τοῦ σώματος ὅλως φύσεως, ἢ τὸ μὲν ξηρότερον τὸ δ' ὑγρότερον. εὑρίσκουσι δ' ἀνορύττοντες οἱ ἔμπειροι. κατακρύπτεται γὰρ καὶ ἐπαμᾶται γῆν ὅταν οὐρήσῃ. Porro autem pellucida ſunt valde & ignea: meliora autem e feris, quam & cicuribus, & e maribus, quam e fœmellis: utpote & nutrimenti differentis; & aut laborare, aut non laborare, & omnino totius corporis naturæ, quatenus hoc ſiccius, illud humidius: Inveniunt autem foſſores periti. Abſcondit enim, & aggregat arenam cum minxeris. *Plinius* lib. VIII. cap. 38. Lyncum humor ita redditus ubi gignuntur, glaciatur, creſcit in gemmas carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes, lyncurium vocatus, atque ob id ſuccino pleriſque ita generari prodito. *Et lib.* XXXVII. Demonſtratus lyncurion id vocat, & fieri ex urina lyncum beſtiarum, e maribus ful-

fulvum, & igneum, e fœminis languidius atque candidum. Alii dixerunt Langurium & eſſe in Italia Langurias. *Plinius* ut ſupra vidimus hanc fabulam rejecit; Ita quoque ſentit *Epiphanius*. λίθος λιγύελον. τούτου δὲ τὴν εὕρεσιν οὐδαμῶς ἔγνωμεν οὔτε παρὰ φυσιολόγοις, οὔτε παρὰ τισιν ἀρχαίοις τοῖς περὶ τούτων μεμνημένοις. De lapidis ligurii inventione nec apud Phyſiologos, nec apud veteres, qui harum rerum meminerunt, quicquam reperimus. Fortaſſe ita dictus, non quod ex lyncis urina, ſed quod in Liguria naſceretur. *Theophraſtus* in Liguria effodi dixit. *Sudines* teſtatur arborem eſſe, quæ lyncurium gignat in Liguria. *Metrodorus* idem ſentit teſte *Plinio* lib. XXXVII. cap. 3. & *Strabo* lib. II. ubi de Liguria. πλεονάζει μὲν καὶ τὸ λιγγύριον (ſive λιγκύριον) παρ᾽ αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. Abundat ibi etiam lyncurius, a quibuſdam electrum appellatus. Theophraſtus præterea ſcribit Lyncurium fuiſſe gemmam aptam ſculpturæ. αὕτη τε δὴ περιττὴ τῇ δυνάμει, καὶ τὸ λιγγύριον, καὶ γὰρ ἐκ τούτου γλύφεται, καὶ ἐστι στερεωτάτη καθάπερ λίθος. Hæc autem præſtans viribus, uti & Lyncurium, namque ex ipſo ſculpuntur ſigilla. Eſtque ſolidiſſimum inſtar lapidis.

Epiphanius לשם hyacinthum eſſe putavit: Καὶ ὅτι τῇ τῶν λίθων τούτων ὀνομασίᾳ, οὐκ ἐμνήσθησαν καὶ ὑακίνθου, καί τοι γε προὔχοντος καὶ ἐντίμου ὄντος λίθου ὥστε εἰς νοῦν ἡμᾶς λαβεῖν, μήποτε τὸ λιγύριον τοῦτο καλεῖ ἡ θεία γραφή. Et quia in recenſiore lapidum illorum S. Scriptura non meminit etiam hyacinthi, qui tamen eſt præcipuus, & pretioſus lapis, nobis venit in mentem, num forte S. Scriptura hunc lapidem λιγύριον ita vocaverit. *Hieronymus* eadem ſentit Epiſtola ad Fabiolam.

Sed incertum eſt quali fuerit colore præditus, cum multa Hyacinthorum genera deprehendantur, ut teſtatur *Plinius* lib. XXXVII. cap. 9. Hyacinthos (inquit) Æthiopia mittit, & chryſolitos aureo colore. Præferuntur iis Indicæ. Et ſi variæ non ſint, Bactrianæ. Deterrimæ autem Arabicæ, quoniam turbidæ ſunt, & variæ, & fulgoris interpellati, nubilo macularum, etiamquæ lympidæ contigere, veluti ſcobe ſua refertæ. Optimæ vero ſunt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur, perſpicue. Ceteris ſubjicitur aurichalchum. Tametſi jam expertes gemmarum uſu appellantur aliqui & chryſelectri in colorem electri declinantes, matutinus aſpectus jucundior. Veteres cœruleum lapidem plerumque perhyacinthum intellexerunt. *Plinius* l. c. Ille euricans in amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in hyacintho. *Solinus* in Æthiopia. Inter ea quæ diximus nitore cæruleo hyacinthus invenitur, lapis pretioſus, ſiquidem inculpabilis invenitur. *Iſidorus* lib. XVI. cap. 9. Hyacinthus ex nominis ſui flore vocatur. Hic in Æthiopia invenitur, cœruleum colorem habens. Ideo *Epiphanio* πορφυρίζων dicitur, & Græci κυανοῦς ὑακίνθους dicunt. Supra demonſtratum eſt cyaneum colorem eſſe cœruleum. Hujuſmodi colorem lapidi לשם aſſignat *Rabbot Bemidbar*. דן לשם וצבע מפה שלו דומה לספיר ומצוייר עליו נחש על שם יהי דן נחש. Dan ſculptus eſt in lapide *Leſchem*, & color vexilli ejus erat ſimilis ſapphiro, & in eo pictus erat ſerpens; quia dictum eſt *Gen.* XLIX. 17. *Dan erit ſicut ſerpens*. *Abarbanel* ad h. l. habet מאטישטה *Matiſta*, i. e. *Amethyſtus*. Sane Amethyſtus tam ſimilis eſt hyacintho, ut inter ejus ſpecies numeretur.

Epiphanius quinque hyacinthorum ſpecies colorum varietate differentes numerat. ὑάκινθος οὐ τὰς μὲν ἰδέας ἔχει διαφόρους ὅσῳ γὰρ εὑρίσκεται ὁ λίθος βαθὺς τῇ χροιᾷ τοσοῦτον ἀναγκαιότερος ἐστι τῶν ἄλλων; ἔοικε δὲ ὑάκινθος τῇ ἐρέᾳ ἡ ὑποπυρρίζων πως. διὸ καὶ ἡ θεία γραφὴ ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας τὰ ἱερατικὰ ἐνδύματα κοσμῆσθαι φησί. καὶ ὁ μὲν πρῶτος λίθος καλεῖται θαλασσίτης. ὁ δὲ δεύτερος ῥοδονός. ὁ τρίτος νάτιβος. ὁ τέτταρτος λέγεται χανναῖος. ὁ δὲ πέμπτος περίλευκος. Hyacinthus diverſas habet formas, quo enim lapis reperitur colore profundior, eo ceteris præſtantior eſt. Similis eſt colori lanæ, quæ purpuraſcit aliquatenus. Quapropter divina ſcriptura tradit veſtes ſacerdotales hyacintho & purpura ornatas fuiſſe. Et primus quidem lapis vocatur marinus, ſecundus roſeus, tertius nativus (exponente *Salmaſio* inſtar *Natef*; eſt enim νάτιβος Arabum Natef, inſtar paſtelli rubri) Quartus Channinæus, quintus perileucus. Optimum ex hyacinthis inditum fuiſſe in pectorali Pontificis credibile eſt, qualem ſc. deſcribit *Boetius* lib. II. cap. 30. Primo genere continentur, qui ignis inſtar rutilant, ac cocci colorem referunt, minii nativi, aut ſanguinis bilioſi inſtar. Tales vero lyncurios agnovit *Theophraſtus* ſcribens, διαφανὴ τε σφόδρα καὶ πυῤῥά. Et *Plinius*: Lyncum humor areſcit in gemmas carbunculis ſimiles, igneo colore fulgentes. Talem gemmam in-

tellexit *Rabboth Schemoth*, ubi pro לשם habet כוחלין *Cochalin*. Est autem כוחל lapis pretiosus Carbunculo similis, ideoque Carbunculus a Rabinis כוחל appellatur.

Octavus lapis est שבו *Schebo*. Paraphrastes v. 14. habet אספור *Espor*, i. e. *Saphirus*, de quo jam dictum est. *Onkelos* טרקיא *Tarkeja*, i. e. Turquois. Jonathan ערקין, *Arkin*, legendum fortasse טרקין *Tarkin*, quod designabit *Turkois*. *Josephus* ἀμέθυσος. Targum Hierosolymitanum ברולין *Berulin* i. e. Beryllus. *Johannes* quoque *Apoc.* XXI. inter lapides pretiosos recenset βήρυλλον, in quo fortasse respexit ad nostrum שבו. *Abarbanel* מגניטא *Magneta*; sed *Magnes* inter gemmas non recensetur.

Septuaginta, *Vulgatus*, *Hieronymus*, *Epiphanius* aliique reddunt *Achatem*, cum quibus consentit *Rabboth Schemoth*, qui habet אבאטים *Abatim*, sed legendum אכאטים *Achatim*, i. e. *Achates*.

Achates est lapis pulcherrimus, in quo natura omnia depinxit; qua de causa variis est nominibus insignitus teste *Plinio* lib. XXXVII. cap. X. Achates in magna fuit autoritate, nunc in nulla est: reperta primum in Sicilia juxta flumen ejusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine; numerosa varietatibus diversis mutantibus cognomina ejus. Vocatur enim phassachates, cerachates, sardachates, hæmachates, leucachates, dendrachates, velut arbuscula insignis, antachates, cum uritur myrrham redolens, coralloachates guttis aureis sapphiri modo distincta, qualis copiosissima in Creta, sacra appellata &c. Reddunt enim species fluminum, nemorum & jumentorum etiam esseda, & staticula, & equorum ornamenta. Celeberrium Achates Pyrrhi Regis, in qua spectabantur non arte sed natura fingente novem Musæ & Apollo de qua *Plinius* lib. XXXVII. cap. I. Post hunc annulum regia fama est gemmæ Pyrrhi illius, qui adversus Romanos bellum gessit. Namque habuisse traditur Achaten in qua novem Musæ, & Apollo cytharam tenens spectaretur, non arte sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderentur insignia. *Orpheus* varios ejus colores in suo libello de lapidibus maxime celebravit

Καὶ πολυειδέα πῖνε μετ᾽ ἀκρήτε βρομίοιο,
Μορφὴν παντοίην ἐπιειμένον ἐσθλὸν Ἀχάτην.
Πολλά μοὶ ὖν ῥέα γ᾽ ἐςὶν Ἀχάτου χρώματ᾽ ἰδέσθαι,
Ἐν γάρ οἱ δήεις ὑάλωπιν ἴασπιν
Σάρδια θ᾽ αἱματόεντα κ᾽ αἰγλήεντα σμάραγδον.
Ἐν δ᾽ ὅγε πιλτοπάρηος, ἀτὰρ καὶ χαλκὸν ἐν αὐτῷ
Δήεις, κ᾽ χροιὴν ἐαροτρέφεος μήλοιο.
Ἀλλ᾽ οἶος πάντων προφερέστατος εἴκε μὶν εὕροις
Εἶδος ἔχοντα δαφοινὸν ἀμαιμακέτοιο λέοντος.

Et multiformem bibe cum mero vino,
Forma omnis generis indutum bonum Achatem.
Multos quidem facile est Achatis colores videre.
In ipso enim invenis vitreum Jaspidem,
Sardium sanguinolentum, & splendentem smaragdum.
Inde ille minio coloratus, postea & ferrum in ipsa
Invenis, & colorem verni pomi.
Sed solus omnium utilissimus, si ipsum invenias
Formam habentem fulvi indomiti Leonis &c.

Videtur Achates propter varios istos colores & puncta ita dicta esse ab עקוד *Akud* quod significat *punctatum*, aut punctis, & maculis notatum, quales fuerunt hirci Jacobi *Genes.* XXI. 35. שבו lapidem fuisse variorum colorum docet *Rabboth Bemidbar* l. c. sed albi, & nigri coloris præsertim, ut *Perilevcus*, aut *Levchates* videretur, qualis erat Achates præstantissima, uti videre est apud *Boetium* lib. II. שבו צבוע מפרה שלו לא לבן ולא שחור אלא מעורב שחור ולבן ומצוייר עליו מחנה על שם גד גדוד יגודנו. Gad insculpans erat lapidi *Schebo*, & color vexilli ejus nec albus nec niger erat, sed mistus ex nigro, & albo, & depicta habebat castra, quia dicitur *Genes.* *Gad turma turmatim populabitur eum*. De hoc Achate loquutus est *Epiphanius* cap. VIII. λίθος Ἀχάτης οὗτος ὑπελήφθη, εἶναι περίλευκος καλούμενος, ὅς ὑπὸ τὸν ὑάκινθον λέγεται. Gemma Achates; hunc suspicati sunt quidem eam, esse, quæ dicitur *perilevcos*, quæ in hyacinthi mentione dicta est.

Variæ pro locorum varietate erant Achates. *Plinius* l. c. Et in India inventæ contra eadem pollent, & aliis magnis miraculis &c. Phrygiæ vires non habent. Thebis Ægyptiis repertæ carent rubentibus venis & albis. Et hæc quoque contra scorpiones validæ. Eademque autoritas & Cypriis est. Sunt etiam, qui maxime probent vitream perspicuitatem in his. Reperiuntur & in Thracia circa

ca Oetam, & in Parnaſo & in Lesbo ac Meſſene, ſimiles limitum floribus, & Rhodo. Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli ſimiles potentiam habere contra ſcorpiones dicuntur.

Olim magni æſtimatas fuiſſe Achatas conſtat ex Theophraſto. *καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ ἀχάτης, ὁ ἀπὸ τοῦ ἀχάτου τοῦ ἐν Σικελίᾳ καὶ πωλεῖται τίμιος. ἐν Λαμψάκῳ δὲ ποτ' ἐν τοῖς χρυσίοις εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς Τύρον, σφραγίδιον γλυφερὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ διὰ τὸ περιττόν.* Pulcher autem lapis eſt & Achates, ex Achate fluvio Siciliæ, & venditur magno pretio. Ac Lampſaci aliquando aurofodinis inventa fuit mirabilis gemma, ex qua miſſa Tyram, ſigillum ſculptile miſſum regi propter excellentiam.

Nonus lapis eſt אחלמה *Achlama*. *Aben Ezra* & *Abarbanel* hanc gemmam a verbo חלם *chalam*, *ſomniare* dictam eſſe putant, quod geſtantibus ſomnia inducat. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 7. meminit gemmam, quæ ſomnia inducebat. Eumeces in Bactris naſcitur ſilici ſimilis, & capiti ſuppoſita viſa nocturna oraculi modo reddit.

Targum Hieroſolymitanum זמרגדין *Smaragdin*, i. e. *Smaragdus*, de quo dictum eſt in ברקת. Paraphraſte Cantic. v. 14. טבאן; incertum quid ſit. *Jonathan & Onkelos* pro אחלמה habent עין עגלא *Een Egla* i. e. *oculus vituli*; quos ſequutus eſt *Syrus* ܥܝܢ ܥܓܠܐ *Een Egla*. Fortaſſe hæc gemma eſt illa, quam *Plinius* vocat *oculum Beli* lib. XXXVII. cap. 10. Beli oculus albicans pupillam tingit nigram e medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter ſuam ſpeciem ſacratiſſimo Aſſyriorum Deo dicatur. Aut *Leucophthalmus*, de quo *Plinius* ibid. meminit. *Leucophthalmus* (*inquit*) oculi ſpeciem candidam, nigrumque continet. Aut *Lycophthalmus*, de quo mentionem idem facit cap. XI. Lycophthalmos quatuor eſt colorum, ex rutilo, & ſanguineo, in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia ſimilis. Aut fortaſſe onychem Indicam aut Arabicam intelligunt, nam hæc oculum repræſentat docente *Plinio* cap. 6. Indicum (*inquit*) onychem plures habere varietates, igneam, nigram corneam, cigentibus candidis venis, oculi modo, intervenientibus quorundam oculis obliquis venis. *Joſephus* reddit *ἀχάτην*.

Septuaginta, *Epiphanius*, *Vulgatus*, *Hieronymus* aliiſque reddunt *ἀμέθυστον*. *Rabboth Schemoth* חמויסין? quæ vox corrupta eſt, & legendum חמטיסין *Hamithiſin* pro *ἀμέθυστος*. *Joannes* quoque Apoc. cap. XXI. Amethyſtum memorat.

Amethyſtus eſt violacei coloris, & vinum referre videtur, uti docet *Theophraſtus*. *τὸ δ' ἀμέθυστον οἰνωπὸν τῇ χρόᾳ* Amethyſtus vini colorem refert. *Plinius* non ſolum colorem, ſed etiam virtutes & natale ſolum deſcribit lib. XXXVII. cap. 9. Principatum amethyſti Indicæ tenent. Sed in Arabiæ quoque parte, quæ finitima Syriæ petrææ vocatur, ut in Armenia minore & in Ægypto, & in Gallia (*Agricola* lib. IV. de foſſil. legit Galatia) reperiuntur; ſordidiſſimæ autem, viliſſimæque in Thaſo, & Cypro. Cauſam nominis afferunt, quod uſque ad vini colorem accendens, priuſquam eum deguſtet, in violam deſinat, fulgorque quidem in illa purpura non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, ſculpturis faciles. Indicæ abſolutum felicis purpuræ colorem habent, ad hancque tingentium officinæ dirigunt vota. Fundit antem eum aſpectum leniter blandum, nec in oculos, ut carbunculi, vibrat. Alterum earum genus deſcendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi Sacon vocant; talem gemmam Sacodion. Dilutior ex eodem ſaphirus vocatur. Eadem paranites, in contermino Arabiæ gentis nomine. Quartum genus colorem vini habet. Quintum ad viciniam Cryſtalli deſcendit, albicante purpuræ dejectu. Hoc & minime probatur, quando præcellens debet eſſe in ſuſpectu, velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leviter roſeus nitor. Tales aliqui malunt pederotas vocari, alii anterotas, multi veneris gemmam, quod maxime videtur decere, & ſpecie, & colore extremo gemmæ. *Et paulo poſt*. Multum ab eo diſtat hyacinthos, tamen e vicino deſcendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in hyacintho. Primo quoque aſpectu gratus, evaneſcit antequam ſatiet, adeoque non implet oculos, ut pene non attingat, marceſcens celerius nominis ſui flore. *Epiphanius* quoque cap. 9. Amethiſtum deſcribit: *λίθος, Ἀμέθυστος, οὗτος κατὰ τὴν αὐτοῦ περιφέρειαν φλογίζων ἐστὶ βαθέως. ἡ μὲν αὐτὴ ἐστι λευκοτέρα ἐκ τοῦ μέσου, οἰνωπὸν ἀποπέμπουσα εἶδος. ἡ δὲ μορφὴ αὐτοῦ διάφορος. τάχα δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ὄρεσι γίνεται τῆς Λυβίας ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι ὑακίνθῳ καθάρῳ παραπλήσιος. ὁ δ' ἀμφικόχλῳ. γίνεται ἐν ταῖς ὄχθαις τῆς αὐτῆς Λυβίας*: Amethyſtus circumferentiam habet profundo ceu colore flammæ ardentem; Ipſa vero circumferentia in me-

medio albior est, & vini colorem vibrat. Forma ejus est varia; forte autem & ipsa in montibus Lybiæ nascitur. Quædam ex eis puro hyacintho est similis, altera vero purpuræ, nascitürque in litore, & præruptis locis maris ejusdem Lybiæ. Quamvis varia sint Amethystorum genera, omnia tamen violaceum colorem referunt, teste *Psello*: Ἀμέθυστος ὑακινθώδης μὲν ἐστι τὴν χροιὰν. Amethystus hyacinthini coloris est. *Rabboth Bemidbar* אחלמה, seu Amethystum vini rubri colorem referre docet. נפתלי אחלמה וצבע מפה שלו דומה ליין צלול שאין ארמתו עזה ומצוייר עליו אילה על שום נפתלי אילה שלוחה In Achlama insculptus Nephtali, & color vexilli ejus erat similis vino claro, cujus rubor non est saturatus; & depictam habuit cervam; quia dicitur. *Nephtali est cerva emissa*. Convenit cum *Theophrasto*, *Plinio*, & *Epiphanio*, qui Amethystum appellant οἰνωπὸν, vini colorem referentem.

Decimus lapis est תרשיש *Tarschisch*, de quo fit mentio quoque *Ezech.* I. 16. & x. 9. & XXVIII. 14. *Cantic.* v. 14. & *Deut.* x. 6. *Theodotion* & *Symmachus* teste *Hieronymo* in *Dan.* cap. x. 6. retinent *Tarsis*, & similiter Septuaginta *Ezech.* I. 16. & *Cantic.* v. 14. & *Dan.* x. 6. habent θαρσεῖς. At *Ezech.* x. 9. & XXVIII. 13. exponunt ἄνθρακα *carbunculum*. *Onkelos* & *Targum Hierosolymitanum* habent כרום ימא *Kerum Jama* *Jonathan* כרום ימא רבא *Kerum Jama Rabba*. *Rabboth Schemoth* קרומטסין *Kerumtassin*; & legendum fortassis קרום ימין, aut כרום ימין *Kerum Jamin*, quod idem erit כרום ימא *Kerum Jama*. *Saadias* ad *Dan.* cap. x. 6. scribit Judæos intelligere per *Kerum Jama* lapidem album instar spumæ maris הוא דמות גלי הים בעה תרוממנה עליו יראה בראש הגלים כמראה אבן תרשיש לבנה וזה שאני כתרגמינן תרשיש כרום ימא. Hic similis est fluctibus maris, nam quo tempore fluctus ejus valde elati sunt, conspicitur in altiore parte fluctuum aliquid instar lapidis *Tarschisch* albi; & hinc est quod interpretemur *Tarschisch Kerum Jama*. כרום ימא erit *fuligo maris*; כרום enim significat *fuliginem* aut *virorem*, eaque de causa *Kerum Jama* erit lapis, qui colorem maris, i. e. ejus viriditatem referet. Quod Beryllo mire convenit, qui *viriditatem puri maris imitatur* teste *Plinio* lib. XXXVII. cap. 5. ideoque θαλασσοβαφὴς *colorem maris habens* dicitur ab *Epiphanio*. Judæi quoque hunc lapidem exponunt beryllum. *Abarbanel* scribit פירלה corrupte pro beryllo. *Jonathan* quoque, qui alibi habet כרום ימא tamen *Cantic.* v. 14. exponit פרוזג *Perozag*; sed hæc vox ex Græco corrupta est legendumque פרוזז *Perozas*, aut פרזוז Prazos, id est *Prasus*, qui non multum differt a *beryllo*. Est enim *Prazius*, sive *Prasus* lapis viridis teste *Plinio* lib. XXXVII. cap. 8. Fortasse *Targum*, *Jonathan*, *Onkelos* & *Rabboth*. per כרום ימא intelligunt *Opalum*; cum כרום designet non solum virorem maris sed quemlibet colorem varium & mutabilem, qualis conspicitur in pavonibus & in columbæ collo, unde & *versicolores* dicuntur. De ejusmodi ave dicitur *Massecheth Berachoth* cap. I. גוף אחד יש בכרכי הים כרום שמו וכיון שחמה זורחה מתהפך לכמה גורנין. Est quædam avis in civitatibus maritimus, quæ vocantur *Kerum*, quod, quando sol lucet, colores sæpissime mutet. Hæc avis mire *Opalum* repræsentat, qui colores fere omnes refert, & sæpissime mutat. Non male præterea hæc gemma *Kerum Jama fuligo maris* vocatur, eo quod ipsum mare, ubi solis radiis percutitur, ejusmodi varios, & mutabiles colores repræsentet. At cum *Opalus* sit mollis, nec scalpturæ idoneus, credibile non est inter gemmas pectoralis locum obtinuisse.

Raschi ad *Deut.* x. 6. hyacinthum cæruleum putavit. תרשיש היה אבן יקרה בעין תכלת והוא רמז לשמים אשר הם מנשמיות רק ויקר ומראה תכלת. *Tarschisch* est lapis pretiosus colore hyacinthino, quo designantur cœli, qui constant corpore tenui & pretioso, colore hyacinthino. Cum quo consentit *Aben Ezra* ad *Cantic.* v. 14. ad vocem תרשיש *sunt qui* dicunt, eum esse בעין השמים *colore cœli*.

Septuaginta, *Josephus*, *Vulgatus*, *Epiphanius*, *Hieronymus* aliique habent χρυσόλιθον *Chrysolitum* quem commemorat quoque *Johannes Apoc.* XXI. 20.

Nunc videndum quæ gemma fuerit Chrysolytus, deinde utrum quæ de *Chrysolito* dicuntur lapidi *Tarschisch* conveniant. *Plinius* lib. XXXVII. cap. 9. Chrysolithus (*inquit*) est gemma aureo colore translucens. Æthiopia mittit & Chrysolytos aureo colore translucentes. *Iterum*. Optimæ Chrysolithi sunt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. *Et cap.* II. Colos appellarit Chrysolithum aureus, *Epiphanius*, λίθος χρυσόλιθος. τοῦτον τινες χρυσόφυλλον κεκλήκασι χρυσίζων μὲν ἐστιν. Lapis Chrysolithus. Hinc nonnulli Chrysophyllum vocarunt; est enim aureus.

Verisimile est nomen Chrysolithi esse ge-

generale, ut omnis lapis, cui aliquis sit color aureus, Chrysolithus dictus fuerit; etenim illæ, quæ electri colorem referunt, *Chryselectri* appellantur, si candida vena interveniat, *Leucochrysos* dicitur. Verumtamen, quæ aureo colore præcipue translucent, & quibus alius color non sit immixtus, quales sunt Indicæ, & Bactrianæ, κατ' ἐξοχὴν Chrysolithi dictæ sunt. Talem fuisse lapidem תרשיש probari potest ex *Dan.* x. vers. 5. & 6. *Et sublatis oculis meis vidi, quod ecce vir unus erat indutus vestibus lineis, & lumbi ejus cincti erant auro Uphaz*, וגויתו כתרשיש & *& corpus ejus erat ut Tarsis. Et vultus ejus similis fulguri, & oculi ejus similes facibus ardentibus, & brachia & pedes ejus similes æri terso.* Quando *Daniel* dicit וגויתו כתרשיש *& corpus ejus erat ut Tarsis*; nihil aliud intelligit, quam corpus ejus fuisse instar optimi & fulgidissimi auri; quod probari potest ex eo quod dixerit; *& lumbi ejus cincti erant insigni auro Uphaz*. Idem quoque probatur ex *Cantic.* v. 14. ידיו גלילי זהב ממלאים בתרשיש. *Manus ejus sunt globuli aurei, ornati Tarschisch*. Hic iterum *aurum* & *Tarsis* junguntur. Hinc probatur per *Tarschisch* intelligendam esse *Chrysolythum*, quæ tota est aurea.

Gemmam hanc *Tharschisch* cl. *Bochartus* in *Phaleg* lib. III. cap. 7. dictam fuisse contendit ab urbe תרשיש in Hispania a Phœnicibus ædificata, *Pliniique* testimonio probare conatur, qui lib. XXXVII. cap. 9. ita scribit. Bocchus auctor est, & in Hispania repertas *Chrysolithos*, quo in loco Chrystallum dicit, ad libramentum aquæ puteis effossis inde erutam. At Chrysolithus, sive Tarsis minime potest, intelligi de illa Hispanica, quæ post obitum Josuæ & expulsiones Chananæorum, qui in Hispania Tarsis urbem condiderunt, multis annis post pectorale gemmis suis decoratum. Nihilominus Chrysolithus a Mose *Tarsis* potuit appellari ab aliquo loco, sive regio sit, sive civitas תרשיש. Constat 1. *Reg.* x. 10. 22. & 2. *Paral.* IX. 21. & 1. *Reg.* XXII. 49. & 2. *Paral.* 20. 26. & 28. & ex aliis locis fuisse civitatem *Tarsis* in Oceano Indico, ad quam ad navigabant naves profectæ ex Eziongebere in mari rubro, Ophyræ, i.e. Taprobanæ, ut videtur, proximæ, ut ipse *Bochartus* ibid. observavit. Hæc *Tarsis* ante Mosen nota fuit, ex qua Phœnices Mercatores, optimas Chrysolitos afferre potuerunt. Nam Indicas Hispanicis Chrysolithis fuisse pretiosiores idem *Plinius* l. c. affirmat. Æthiopia mittit & chrysolithos aureo calore translucentes. *Et mox*. Præferuntur iis Indicæ, & si variæ non sint, Bactrianæ.

Undecimus lapis est שהם *Schoam*, de quo fit etiam mentio *Genes.* II. 12. & *Exod.* XXV. 7. & XXVIII. 10. & ib. XXV. 27. & XXXIX. 6. *Job.* XXVIII. 16. 1. *Paral.* XXIX. 2. & *Ezech.* XXVIII. 13. *Rabboth Schemoth* habet פראלוקין *Pralukin*; legendum fortasse פארולין *Parulin*, aut בארולין *Barulin*, pro βήρυλλος. *Onkelos* בורלא *Burla*. *Jonathan* ברליות חלא *Beriliath chala* Arabs بلور *Belur*. Paraphrastes *Cantic.* v. 14. מריבג *Meribag*. Fortasse legendum ברילז *Berilas* Targum Hierosolymitanum בדולחא *Bedolacha*, quod Chaldæo idem est ac Hebræum *Bedolach Genes.* II. 12. At Schoam non potest esse *Bedolach*, cum ibid. a Mose distinguantur. Fortasse legendum ברולחא *Berolacha*; *Syrus* in pluribus locis legit ܒܪܘܠܟܐ *Berolacha*, sc. Beryllus, qui inter genera chrystallorum recensetur; Hinc Abarbanel habet קרישטאל *Crystal*. Igitur juxta sententiam plerorumque Judæorum שהם erit *Beryllus*. *Philo* tamen in vita Mosis lib. III. habet σμαράγδους. Septuaginta incerti sunt; aliquando vocem שהם retinent ut 1. *Paral.* XXIX. 2. ubi σοάμ. *Genes.* II. 22. legunt πράσινος. *Exod.* XXVIII. 10. σμάραγδος. sicut vers. 27. ejusdem capitis, & cap. XXIX. 6. *Ezech.* XXVIII. 14. σάπφειρον, ut *Job.* XXVIII. 16. At *Exod.* XXV. 9. & XXVII. 7. exponunt σάρδιος. *Josephus*, *Hieronymus*, *Vulgatus* aliique habent *Sardonychem*. Sic & *Aquila* teste *Hieronymo* ad Fabiolam. Josephus (*inquit*) Sardonychas vocat cum Hebræo, Aquilaque consentiens. *Josephus*, septuaginta, *Vulgatus* & *Hieronymus* per *Onychem* & *Sardicum* nihil aliud intellexerunt, quam *Sardonychem*, cum alibi hunc lapidem *Sardonychem* appellent. De *Josepho* certum est; nam שהם vertit ὀνύχιον ubi de pectorali agitur, at ubi agitur de gemmis humeralis habet σαρδόνυχες tribus in locis, ut *Antiq.* lib. III. cap. 8. & 9. & de *Bello Jud.* lib. VI. cap. 6. Probabile est, Josephum, reliquosque autores, qui habent *Onychem*, aut *Sardium* pro שהם credidisse *Onybium*, *Sardium*, & *Sardonychem* esse unum eundemque lapidem; quod eo facilius fieri potuit, quod *Sardonyx* sit mixtus & *Sardio* & *Onyche*; hincque *Onyx* ex Sardonyx vulgo *Nicolus* dicitur. *Abarbanel* docet שהם vocari *Nicolum* æque ac Chrystallum ושהם הוא ניקלא בלעז או קרישטאלי *Schoam* est Nikla barbare, aut Chrystallus.

Su-

Supra, cum actum est de lapidibus Humeralis, dictum est *Schoam* asportari ex terra *Havila*, uti dictum est *Genes.* cap. II. 12. ubi dicitur ex terra Havila asportari ברולח ושהם *bedolach*, & *Schoham*. Chavila teste *Bocharto* in *Phaleg* lib. II. cap. 28. sita erat versus mare rubrum prope Sabæos, cujus metropolis est די סהים *Du Sabim*; quæ videtur sic dicta a שהם *Schoham*, i. e. Sardonyche. Similiter juxta testimonium Ptolomæi lib. VII. cap. I. Mons quidam, qui hujus gemmæ causa Sardonyx appellatur. Σαρδόνυξ ὄρος, ἐν ᾧ ὁμώνυμος λίθος. Sardonyx mons, in quo est lapis ejusdem nominis.

Sardonyx teste Plinio lib. XXXVII. cap. 7. Sic dicta est, quod ex duabus gemmis *Sarda* & *Onycha* composita sit. Sardonyches (*inquit*) ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur, candore in Sarda; hoc est veluti carnibus ungue hominis imposito & utroque translucido, Onychis ab ungue dicta est, ut ipse *Plinius* ibidem testatur. Sudines dicit in gemma esse candorem unguis humani similitudine &c. Zenothemis Indicam Onychem plures habere varietates, igneam, nigram, carneam cingentibus candidis venis, (*aut ut legit Salmasius*, *Zonis*) oculi modo, intervenientibus quarumdam oculis obliquis venis. *Et paulo post*. Sotacus Arabicas onychas nigras inveniri candidis zonis; veram autem onychem plurimis, variisque cum lacteis zonis habere venas omnium in transitu colore inenarrabili, & in unum redeunt concentum suavitate grata.

Plura erant Sardonychum genera, uti testatur *Plinius* l. c. Aliæ *cæcæ* appellabantur, quia sc. non translucebant. Arabicæ radicem habebant nigram. Aliæ cæruleum imitantur non sine spe purpuræ ob candorem in minium transeuntem. Propter ejusmodi radicem nigram, (ad quam respexit Moses, cum dicat ex terra Chavila venire שהם) videtur ab Orientalibus dicta fuisse שהם Schoham, quasi diceretur gemma nigra. Hinc *Rabboth Bemidbar* docet vexillum Josephi, qui insculptus fuit lapidi *Schoham* fuisse valde nigrum. יוסף שהם וצבע מפה שלו שחר עד מאד ומצוייר לשני נשיאים אפרים ומנשה מצרים על שם שהיו תולדותם במצרים ועל מפה של אפרים היה מצוייר שור על שם בכור שורו זה יהושע שהיה משפט אפרים ועל מפה שבט מנשה היה מצוייר ראם על שם וקרני ראם קרניו על שם גרעון בן יואש שהיה משבט מנשה. Joseph lapidi Schoam insculptus erat, & vexillum ejus erat valde nigrum, depictosque habuit duos principes, Ephraim & Manasse Ægyptios, quia in Ægypto nati sunt: vexillum Ephraim depictum habebat taurum quia dicitur *Deut.* XXXIII. 17. *Primogeniti bovis illius*. Is autem erat Jehosua ex tribu Ephraim: & vexillum tribus Menasse depictum habebat monocerotem; quia dicitur *Deut.* ibid. *Et cornua Monoceroti sunt cornua*. Propter Gideonem filium Joasi, qui erat ex tribu Menasse. *Rabboth* videtur intellexisse שהם esse Sardonychem Arabicam, cujus radix erat nigra. *Psellus* varias memorat Sardonychas; alia dicit, μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν. ἐστι δὲ μονόχρος. Median habet lineam albam; & est unius coloris. Alia διεζωσμένη zona cincta est; & alia ποικίλη variegata. *Johannes* quoque *Apoc.* inter duodecim lapides etiam numerat τὸν σαρδονύχα *Sardonychem*, qua denotari videtur שהם *Schoham*, si respexit ad XII. gemmas pectoralis.

Duodecimus & ultimus lapis est ישפה *Jaspeh*, qui memoratur quoque *Exod.* XXXIX. 13. *Ezech.* XXVIII. 13. Hæc gemma varie ab Interpretibus exponitur. *Targum Hierosolymitanum* habet מרגליתא *Margalita*, id est *Margarita*. *Rabboth Schemoth* מרגליתות *Margalithoth*. *Jonathan* מרגניית *Marganith*; ubi legendum מרגלייה *Margalith*. Non solum habet *Marganith*, sed addit אפנטורים *Apanturim*. Probabile est מרגניית אפנטורים esse *gemmam Pantheram*, quæ cum Jaspide convenit. Et *Cantic.* V. 14. habet tantum אפנטור *Apantor*: Septuaginta, *Josephus*, *Hieronymus*, *Epiphanius*, aliique habent ὀνύχιον.

Hebræorum doctissimi exponunt *Jaspidem*. *Abarbanel* scribit hunc lapidem vulgo dici גשפי Gaspi, nomenque Benjamin illi insculptum fuisse, quod diu duret eo quod dictum sit de Benjamin *Deut.* XXXIII. 12. *Dilectus Domini habitet secure cum eo*. Probabile est *Onkelosum* & *Jonathanem* per אפנטור *Apantur* & אפנטורין *Apanturin* intellexisse quandam Jaspidis speciem variis signis, punctis, & coloribus insignitam. Sæpe enim Jaspis reperitur variis coloribus signisque notata instar Pantheræ, aut Leonis pellis, ut facile Jaspis dici potuerit *Panthera*.

Jaspis viridis est, & ad smaragdum accedit, ut docet *Plinius* lib. XXXVII. 9. *Orpheus* scribit eam habere veris colorem

> Καὶ γλαφυρὸν κομίσας, ἐαρόχροον αἴνεν ἴασπιν.
>
> Et politam portans veris colorem habentem Jaspin.

Et *Psellus*. ἔστι δὲ τις ἴασπις σμαραγδίζουσα.

σα. Eſt quædam Jaſpis ſmaragdum referens. *Epiphanius* de Jaſpide. ἔτος ἐςὶ τῷ εἴδη σμαραγδίζων. Speciem refert ſmaragdi. *Et paulo poſt*. Κατὰ τὴν σμάραγδον ἐςὶ χλωείζοντα, ἀλλὰ ἀμβλύτερα καὶ ἀμαυροτέρα. Καὶ ἔνδοθεν χλωρὸν ἔχει τὸ σῶμα ἐοικῆα ἰῷ χαλκῦ, ἔχοντα φλέβας τετραςίχες. Viret ut ſmaragdus, ſed eſt obtuſior, & hebetior, intus habet corpus viride, inſtar æruginis, habetque venas quatuor ordinum. *Iterum*. ἄλλη δὲ ἐςὶ γλαυκοτέρα θαλάσσης, βαθυτέρα τῷ ἄνθει καὶ τῇ βαφῇ. Eſt & alia magis glauca quam mare, ſaturatior flore & tinctura. *Tandem*. ἄλλη δὲ ἴασπις, ἐ πάνυ λάμπεσα, ἥτις ἔχει γραμμὰς μέζας. Eſt & alia Jaſpis, non valde ſplendens viridis, quæ lineas habet in medio. *Iſidorus* Orig. lib. XVI. 7. Jaſpis de Græco in Latinum viridis gemma interpretatur. Eſt autem ſmaragdo ſubſimilis, & craſſi coloris. Pro varia mixtura varia ſortiuntur nomina. *Plinius* l. c. Totus vero oriens pro amuletis traditur geſtare eam (Jaſpidem) quæ ex iis ſmaragdo ſimilis eſt; & per tranſverſum linea alba præcingitur, & grammatias vocatur; quæ pluribus, polygrammos &c. Eſt & onychipuncta, que Jaſponyx vocatur, & nubem complexa, & nives imitata, quæ ſtellata rutilis punctis eſt, & ſali Megarico ſimilis, & veluti fumo infecta, quæ caprias vocatur. *Epiphanius* iterum. ἄλλη δ' ἐν τοῖς σπηλαίοις, ἐν τῷ ὄρει τῆς Ἴδης ἐν τῇ φρυγίᾳ ὁμοιάζεσα τῇ ἀπὸ τῦ αἵματος κόχλε, διαυγεςέρα μᾶλλον ὥσπερ οἴνῳ ὁμοιάζεσα, ἢ ἀμέθυςον ξανθοτέρα. ἐ γὰρ ἐςὶ μιᾶς χροιῆς, ἐ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως. Alia reperitur in ſpeluncis montis Idæ in Phrygia, ſimilis eſt ei, quæ cochleæ ſanguine tingitur, ſed pellucidior inſtar vini, aut amethyſti ſaturatioris: non enim omnes ſunt ejuſdem coloris, ac virium. *Et tandem*. Καὶ ἄλλος ἴασπις ὁ παλαιὸς καλέμενος, ὅμοιος ἢ χίονι, ἢ ἀφρῷ θαλάσσης? Eſt & alius Jaſpis, antiquus vocatus, ſimilis nivi, aut ſpumæ macinæ. *Pſellus* περὶ λίθων δυνάμεων. Ἡ ἴασπος φύσει χρυςαλλοειδὴς, ὀλίγε ἐπιτεινομένη τῇ χροιᾷ, καὶ ἀρίςη μεν ἡ πορφύρεσα, δευτέρα ἡ φθεγματικωτέρα παράλευκος. ἐςὶ δὲ τις καὶ ἀεροειδὴς ἀναςέλλει. Jaſpis lapis natura Chryſtallum pene refert, paulo vehementius colorem intendens. Optimus purpureus eſt, melior qui magis eſt vocalis, parumper albus. Eſt & aereus quidam. *Et paulo poſt*. ἔςι δὲ τις σμαραγδίζεσα ἡ δ' ἐμφερὴς χιόνι, καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἄρνε ἐγκεφάλῳ. Eſt & quidam qui ſmaragdum refert; alius nivi ſimilis eſt; alius hirci cerebrum refert. *Jaſpis* non erat igitur tota viridis, ſed variis punctis, lineis, & coloribus ſæpe notata; Talem videntur intellexiſſe *Onkelos* & *Jonathan* per ſuum *Pantire*, *Apanturin*, & *Apantor*, punctis ſc. lineis, & coloribus inſtar gemmæ Pantheræ notatam. *Rabboth Bemidbar* hujuſmodi lapidem per ישפה intellexiſſe videtur, ſcribens ultimum lapidem omnes colores comprehendiſſe. בנימין ישפה וצבע מפה שלו דומה לכל צבעים ליב הצבעים ומצוייר עליו זאב עש בנימין זאב יטרף. Benjamin inſculptus erat Jaſpidi, & color vexilli ejus erat ſimilis omnibus coloribus in duodecim lapidibus, & depictum habebat lupum; quia dicitur *Geneſ.* XLIX. *Binjamin eſt lupus diſcerpens*.

Hactenus de lapidibus Pectoralis. Ex his quæ dicta ſunt, apparet nomina Patriarchum hoc modo & ordine lapidibus inſculpta fuiſſe.

Smaragdus ברקת לוי	Topazius פטדה שמעון	Sardius אדם ראובן
Adamas יהלם זבולן	Saphirus ספיר יששכר	Carbunculus נפך יהודה
Amethyſtus אחלמה גד	Achates שבו דן	Hyacinthus לשם נפתלי
Jaſpis ישפה בנימין	Sardonyx שהם יהוסף	Chryſolithus תרשיש אשר

Poſthæc commemorantur in textu *Urim & Thummim*, de quibus nihil dicemus hoc loco, cum jam affatim in XII. volumine actum ſit. Deinde præcipitur fieri מעיל pallium. ועשית ארת מעיל האפוד כליל תכלת. *Et facies pallium Ephod totum hyacinthinum*. *Targum* ותעביד ית מעילא דאיפודא גמיר תכלא. *Et facies pallium Ephod totum hyacinthinum*. Septuaginta habent ποδήρη *talarem*, & ὑποδύτην ποδήρη, & ὑποδύτην tantum ut *Levit.* VIII. 6. *Exod.* XXVIII. 34. & XXXIX. 24. Et *Iſai.* LXI. 10. χιτῶνα. *Vulgatus tunicam*, & *tunicam ſuperhumeralem*. *Hieronymus tunicam talarem*, ſequutus *Joſephum*, qui habet χιτῶνα ποδήρη. Ita quoque vertit *Philo* lib. III. de vita Moſis. *Arabs* مطر *lacernam*, ſive penulam, quæ induitur contra pluviam a verbo مطر *pluit*.

Pallium plerunque laneum fuiſſe teſtantur autores; nonnunquam *pelliceum* conſtat ex *Ariſtophane* in nubibus. Ubi (*inquit*) grandior eris, capellas agito e Phelleo, ut & pater tuus διφθέραν ἐνημμένος *ſcorteam veſtem indutus*. Quam Scholiaſtes περιβόλαιον ποιμενικὸν ἐκ δέρματος interpretatur; pallium paſtorale ex pelle. Sicut pallium attributum fuit viris, ita palla aſſignata mulieribus. *Iſidorus* Origin. lib. XIX. cap. 24. Palla (inquit) quadrum pallium muliebris veſtis deductum uſque ad veſtigium, affixis in ordinem gemmis. Palla tincta erat ex variis coloribus. *Stat.* lib. I. Thebaid.

> - - - - riget horrida tergo
> Palla.

Juvenalis Sat. X. verſ. 262.

> - - - - ſciſſaque Polyxena palla

Ovidius lib. II. Metamorph.

> Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla

Tibullus lib. IV. in laude Sulpicii

> Urit ſeu Tyria voluit procedere palla

Et lib. III. Eleg. IV. de Apolline

> Ima videbatur talis illudere palla

Martialis lib. II. Epigr. 165.

> Faſcia te tunicaque tegunt, obſcuraque palla.

In Gallia paſſim viri quoque palla utebantur. *Martialis* iterum lib. I.

> Dimidiaſque nates Gallica palla tegit.

Strabo lib. V. de Gallis. Tunicarum (*inquit*) vice pallas manicatas geſtant ad verenda uſque, nateſque medias pertingentes.

Lanea plerumque pallia fuerunt. *Plautus* Mil. Glor. Act. III. Scen. I.

> Eme mihi lanam, unde tibi, pallium
> Malacum, & calidum conficiatur.

Pallium ſummi Pontificis fuit כליל תכלת *totum hyacinthinum*. Nonnulli ſericum fuiſſe volunt. Sed jam probatum eſt תכלת lanam hyacinthino colore fucatam fuiſſe. Apud Romanos tamen ſericum pallium in uſu fuiſſe conſtat ex *Flavio Vopiſco* in vita Aureliani. Aurelianum (*inquit*) veſtem holoſericam neque ipſum habuiſſe in veſtimento ſuo, neque alteri utendum dediſſe, & cum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, illum reſpondiſſe: Abſit ut auro fila penſentur.

Pallii ſpecies erat lacerna, veſtis militaris. *Iſidorus* lib. XIX. 24. Lacerna (*inquit*) pallium, fimbriatum quo olim ſoli milites velabantur, penula, pallium cum fimbriis longis; unde & in diſtinguenda coſtrenſi, urbanaque turba, hos togatos, illos lacernatos vocabant. *Ovidius* lib. II. Faſtor.

> Mittenda eſt Domino, jamjam properate puellæ
> Quamprimum noſtra facta lacerna manu.

C. *Suetonius* in *Auguſto* cap. XL. ſcribit dediſſe Auguſtum negotium ædilibus, nequem poſthac paterentur in foro, circove, niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere. *Juvenalis*, quod lacernæ togis ſuperimponerentur, eas appellat Sat. IX. verſ. 29. *monimenta togæ*. Ubi *Scholiaſtes*: pingues ut oſtendat groſſas, ac per hoc pluviales, quæ muniant a pluvia, non quæ ornent. Præcipuus earum uſus in ſpectaculis. *Martialis* lib. XIV. Epigr. 137.

> Amphitheatrales nos commendamur ad uſus
> Cum tegit algentes noſtra lacerna togas.

Martialis iterum lib. IV. Epigr. 2.

> Spectabat modo ſolus inter omnes
> Nigris munus Horatius lacernis,
> Cum plebs & minor ordo, maximuſque
> Sancto cum duce candidus ſederet,
> Toto nix cecidit repente cœlo
> Albis ſpectat Horatius lacernis.

C. *Lucilius* lib. III. Satyrar. citante *Nonio Marcello* cap. III. num. 94.

> Romanus ludis forus olim ornatus lacernis.

Tertullianus in Apolog. Video theatra, nec ſingula ſatis eſſe, nec nuda, nam vel hyeme voluptas impudica frigeret, primi Lacedæmonii penulam ludis excogitaverunt. Inventa primum ob pluvias Lacerna. *Plinius* lib. XIX. cap. 25. Nubilo occaſu pluvioſam hyemem denuntiat, ſtatimque augent lacernarum pretia.

Luxus deinde in lacernis obtinuit; utpote quæ purpura tingerentur. *Martialis* lib. VIII. Epigr. 10.

> Emit lacernas millibus decem Baſſus
> Tyrias coloris optimi

Idem lib. II. Epigr. 29.

> Quæque Tyron toties epotavere lacernæ,
> Et toga non tactas vincere juſſa nives.

Juvenalis Sat. I. verſ. 27.

> - - - - Tyrias humero revocante lacernas.

Fibulis ſubſtringebatur. *Ammianus Marcellinus* lib. XIV. Sudant ſub ponderibus lacernarum, quas in colli exerta ſingulis (*corrige* fibulis) ipſis adnectant.

Pallii color varius fuit apud veteres. Mo-

Monachorum *pallia nigra* fuisse ex *Synesii* Epist. 146. ad *Johannem* probat *Salmasius* ad *Tertullianum* de Pallio. Philosophorum *fusca*. *Basilius* presbyter in Nazianzenum: τρίβωνες, περιβλήματα τινὰ, τῶν μὲν ῥητόρων τε καὶ φοινικοὶ, φαιοὶ δὲ τῶν φιλοσόφων. Tribones sunt pallia quædam: Rhetorum quidem rubra sunt, & phœnicei coloris; sed Philosophorum fusca. *Apollonius* teste *Philostrato* lib. II. cap. 9. φαιὸν tribonium, i. e. *fuscum pallium* habuit. *Coccinea* præterea erant pallia. Vopiscus in vita *Valeriani*. Ut tibi insigne aliquod Imperialis majestatis accedat, habebis utendi coccinei pallii facultatem me præsente. Phidias palliis, quæ aureas tesseras intextas habebant, uti solebat, teste *Plinio*. Apud *Lampridium* in *Alexandro Severo pallium* auro sparsum legitur.

Varia quoque palliorum forma fuit. Juxta vulgatam sententiam quadratum vestimentum fuit. *Tertullianus* de *Pallio* cap. I. Pallium extrinsecus habitus, ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus, & cervicibus circumstrictus, in fibula morsu humeris acquiescebat. Sed & ipsa pallia, quæ quadrata dicuntur, non fuerunt omnia ejusdem formæ. Sunt enim vestimenta quædam quadrata, quæ ex una tantum plagula constabant, forsitan facta instar stragularum, quæ pallium quoque dicuntur, quia sc. usum stragulæ & pallii præbebant. *Ovidius* Amor. I. Eleg. 2.

> Hæc tamen aspiciam, sed quæ bene pallia celant,
> Illa mihi cæci causa timoris erit.

Propertius lib. IV. Eleg. 3.

> At mihi cum noctes induxit vesper amaras
> Siqua relicta jacent, osculor arma mea.
> Tum queror in toto non sidere pallia lecto.

Et *Juvenalis* Sat. VI.

> - - - Tunc corpore sano
> Advocat Archigenem, onerosaque pallia jactat.

Hujusmodi fuisse Græcanica pallia vix dubitandum est. At pallia non uno modo gestabantur. Philosophi totum corpus pallio involvebant. Honestiores autem ab utroque *laterum regestum* pallium habebant, ut docet *Tertullianus*, i. e. partem utramque pallii retrorsum jaciebant, ita ut tota tunica appareret. Ejusmodi pallia quatuor habebant angulos, quos Græci πτέρυγας vocant. *Hesychius*: πτέρυγες δὲ καλοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι διὰ ἐοικέναι πτέρυξι. *Pollux* ejusmodi πτέρυγας numerat inter partes vestium: μέρη δ' ἐσθῆτος πτέρυγες μὲν, καὶ πτερύγιον τὸ ἥμισυ τοῦ χιτωνίσκου. Pallium quatuor habebat ejusmodi πτέρυγας, sive *angulos*, duos in superiori parte, totidemque in inferiori. Hinc τετράγωνον dictum. Hujusmodi pallia gestasse Judæos constat ex *Deut.* XXII. 12. גדילים בארבע כנפות כסות. *Peniculamenta in quatuor angulis tegumentorum suorum*. Et *Num.* XV. 38. ubi *Siphri* ועשו להם ציצית שומע אני יעשה חוט בפני עצמו תלמוד לומר גדילים תכסה גדילים אתה עושה אין פחות משלשה דברי בית שמאי ובית הלל אומרים שלשה של צמר ורביעית של תכלת והלכה כבית שמאי במה דברים אמורים בתחילתו אבל שיריה וגרדומיה כל שהוא ועשו להם ציצית שומע אני יעשה כולה גדילים תלמוד לומר ציצית הא כיצד שתהא גדילה יוצא מן הכנף וציצית מן הגדילים על כנפי בגדיהם שומע אני אף בעלי שלש ובעלי חמש ובעלי שש ובעלי שבע ובעלי שמנה במשמע תלמוד לומר על ארבע כנפות כסותך יצאו בעלי שלש ובעלי חמש ובעלי שש ושבע ושמנה מן המשמע משמע מוציא את אילו ומוציא כרים וכסתות תלמוד לומר אשר תכסה בה שומע אני כסות לילה במשמע תלמוד לומר וראיתם אותו ביום ולא בלילה ואם היתה מיוחדת ליום ולילה תהא חייבת בציצית משמע מוציא את אילו ומוציא את כסות סומא תלמוד לומר והיה לכם לציצית מכל מקום ונתנו על ציצית הכנף פתיל תכלת טווי ושזור אין לי אלא תכלת טווי ושזור לבן מנין הרי אתה דן הואיל ואמרה תורה תן תכלת ותן לבן מה תכלת טווי ושזור אף לבן טוי ושזור ונתנו על מקום האריג ולא על מקום הפתיל נתנה על מקום הפתיל כשירה רבי יהודה פוסל על הקרן ועל הגדיל רבי אלעזר בן יעקב אומר פוסל שאמרה תורה על ארבע כנפות כסותך ולא על שמנה ונתנו על ציצית הכנף למה נאמר לפי שהוא אומר ועשו להם ציצית שומע אני נארגנה עמה תלמוד לומר ועשו הא כיצד תופרה עמה שארבע ציצות מעכבות זו את זו שארבעתן מצוה אחת הן. *Et facient sibi pendaculum*. Crederem faciendum fuisse filum seorsim? Idcirco dictum est גדילים *peniculamenta contorta* tibi facies, non possunt essent pauciora tribus filis. Verba Scholæ Schammai. At Schola Hillel dicit; tria ex lana, & quartum hyacinthinum; & constitutio juxta verba Scholæ Schamai. De quibus hæc dicta sunt? In principio; at ejus extremitates, & peniculamenta in quavis quantitate. *Et facient sibi peniculamentum*. Crederem totum contortum fuisse faciendum? Idcirco dictum est, *peniculamentum*. Quo modo? ut excedat contortum ab angulo, & pe-

& peniculamentum ab contorto. *Ad angulos veſtium ſuarum*. Crederem vel veſtes trium, quinque, ſex, ſeptem, & octo angulorum fuiſſe comprehendendas? Ex ſenſu literali has excludam & excludam pulvinaria, & pulvillos. Idcirco dictum eſt. *Qua te operies*. Crederem ex ſenſu literali vel tegumenta nocturna poſſe comprehendi? Idcirco dictum eſt: *Et videbitis illud*. Interdiu; non autem noctu. Si vero fuerit peculiare diei & noctui, tenetur peniculamento. Ex ſenſu literali excludam hæc, & excludam operimenta cæci. Idcirco dictum eſt. *Et erit vobis in peniculamentum*; qualecunque. *Et ponent in peniculamento anguli funiculum hyacinthinum*; qui ſit netus & contortus. Non probo niſi pro hyacinthino, quod eſſet nendus, & contorquendus; unde probatur? Tu potes argumentari; Quandoquidem dicit lex: Pone hyacinthinum, & pone album. Sicut hyacinthinus erat nendus, & contorquendus, albus quoque erat nendus & contorquendus. *Et ponent in peniculamento anguli*; in ſpatio texturæ, non autem in ſpatio funiculi. Si vero in ſpatio funiculi poſuerit, legitimum eſt. R. Jehuda improbat ſuper angulo, & ſuper contorto. R. Elieſer ben Jacob dicit; illegitimnm eſt; quia dicit lex. *Super quatuor angulis operimenti tui*; non autem ſuper octo, *Et ponent in peniculamento anguli*; Cur dictum eſt? Quia dictum eſt; *Et facient ſibi peniculamentum*. Crederem quod cum illa ſc. veſte texeretur? Idcirco dictum eſt; *Et facient*. Quomodo? Illi annectebatur; & quatuor peniculamenta inter ſe impediunt, quia omnium quatuor unum præceptum eſt. Sic pariter quatuor plagæ terræ dicuntur ארבע כנפות הארץ *quatuor anguli terræ Iſai*. XI. 12. *Ezech*. VII. 2.

Aliud erat genus palliorum quadratorum, quod ex duabus plagis fiebat. Hujuſmodi pallium habuiſſe Samuel 1. *Sam*. XV. 27. cujus alam apprehendit Saul, ut abeuntem retineret; ut & pallium Sauli 1. *Sam*. XXIV. 5. cujus alam David abſcidit. Hujuſmodi pallia creduntur præſetuliſſe formam veſtis noſtrorum Diaconorum. His ſimile fuiſſe pallium ſummi ſacerdotis teſtatur *Maimonides* de vaſis ſanctuarii cap. IX. 3. המעיל כולו תכלת וחוטיו כפולין שני עשר ופיו ארוג בתחילת ארינתו ואין לו בית יד אלא לשתי כנפים בסוף הגרון עד למטה בריך כל המעילים ואינו מחובר אלא כנגד כל הגרון בלבד. Pallium totum hyacinthinum eſt, filamenta ejus ſunt duodecim (in unum torta) & os ejus ab initio textum eſt. Nullas habet manicas, ſed diviſum eſt in duas plagas ab initio colli deorſum pendentes, qualia eſſe ſolent omnia pallia, ideoque non cohærent (*plagæ*) niſi circa collum tantum. *Arebad* ad verba illa: *Et non habet manicas diviſumque eſt in duas plagas &c.* rogat זו מנין שלו Unde hoc habet? ſc. quod probari illud non poſſit nec ex Scriptura, nec ex traditione. Alii contendunt pallium non fuiſſe quadratum ad latera, ſed rotundum; non χιτὼν & apertum ad latera, ſed clauſum, & manicatum, ut tunica potius, quam pallium dici potuerit. Ita ſentit *Raſchi* teſte *Abarbanele* ad h. l. כתב רש״י שהיה מעיל כגון חלוק כמו הכתונת Scribit *Raſchi*; pallium eſt inſtar camiſiæ, quemadmodum & ipſa tunica. Cum quo conſentit *Hieronymus* in Epiſtola ad Fabiolam. מעיל id eſt tunica talaris, tota hyacinthina ex lateribus ejuſdem coloris aſſutas habens manicas. *Joſephus* idem ſentire videtur, cum מעיל expreſſe vocet χιτῶνα *tunicam*. Septuaginta etiam cum *Philone* & Joſepho ποδήρην appellant. Illud quoque obſervandum eſt tunicam Thamaris 2. *Sam*. XIII. 18. quæ primum כתנת פסים dicta eſt, mox vocari מעיל *pallium* ex quo conjici poteſt formam מעיל non fuiſſe diverſam a forma tunicæ; quicquid dicat *Kimchius* ad h. l. qui contendit pallium ſummi ſacerdotis fuiſſe a pallio Thamaris diverſum. מעילים תרגם יונתן כררוטין והמעיל הזה עשוי כתבונת כי כן אמר ועליה כתונת פסים לא כמו המעיל הכתוב בתורה והיה זה המלבוש יודע ביניהם ויונתן שתרגם כררוטין כך תרגם אפוד כרדוט רבוץ. *Pallia*. *Jonathan* interpretatur *amicula*. Et hoc pallium factum erat inſtar tunicæ; quia ſic dictum eſt. ועליה כתנת פסים. Non erat ſimile pallio deſcriptum in lege; eratque veſtimentum inter illos notum. Et *Jonathan* qui interpretantur כרדוטין ita pariter Ephod interpretatur כרדוט רבוץ ſc. *amiculum byſſinum*. Ex ceterorum autorum ſententia, ſi *Kimbius* excipiatur, videtur colligi, מעיל non fuiſſe pallium, ſed potius tunicam, cum pallium veſtimentum exterius fuerit, quod reliquas veſtes tegeret; at pallium ſummi Pontificis non poterat dici veſtis exterior, quia tegebatur Ephod & pectorali. Præterea nullo cingulo cingi ſolebant pallia; at מעיל Ephod cingulo cingebatur. Hinc mirandum non eſt ſi מעיל a multis exponatur χιτὼν tunica, ποδήρης, כתנת, & חלוק, ut dici poſſit tunica exterior, quæ honoratioribus fuit uſitata, qui duas geſtabant tunicas inte-

interiorem unam, & alteram exteriorem. Interior corpori proxima erat, & lino sive gossypio facta. Exterior autem ut plurimum auro, purpura, prætextis, & gemmis ornata erat. Tales erant *tunicæ pictæ*, *plumatæ*, *auratæ*; *palmatæ triumphales*, *gemmatæ*, *Persicæ de gemmis*, *purpureæ*, *paragaudiæ*, ποικίλοι, ἐπίσημοι. De his duabus tunicis *Plautus* in *Aulularia*

Ne inter tunicas habebas.

Varro apud *Nonnium*. Postquam duas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculum, & intusium. Inferior (ut habet ipse Nonnius) *indusium* vocabatur, quasi *intusium*. De interiori *Valerius Maximus* lib. VII. cap. 4. Si hujus consilii mei interiorem tunicam conscíam esse sensero, continuo eam cremari jubebo. *Terentius*: Tunica pallio propior. Judæos quoque duas habuisse tunicas constat ex *Matth*. x. *Ne habeatis tunicas duas*. Vide Gemaram utramque ad Cod. *Schabb*. cap. 16. Ex his concludi potest, duas summum sacerdotem habuisse tunicas, interiorem unam, quam communem habuit cum reliquis sacerdotibus, & exteriorem alteram, quæ מעיל dicebatur.

Pallium fuit vestimentum rotundum, & undique clausum, non minus quam tunica; *Abarbanel* loc. cit. vocat גלימה סגורה *pallium clausum* והיה אם כן מעיל כמו גלימה סגורה מכל צד ואולי היו בו שנים נקבים מן הברים ומשם היה מוציא הכהן מזריעותיו. Si res ita se habet *Meil* erit instar pallii clausi in utroque latere; fortassis habebat duo foramina in lateribus, per quæ sacerdos brachia exerebat. *Abarbanel* hanc sententiam improbat, additque *pallium* בגד יתעטף בו *esse vestem*, *qua quis involvit & obtegat*. Hoc non impedit, quominus dicendum sit fuisse vestimentum clausum & rotundum. Sane *Ezec*. XXVII. 24. גלימה etiam est vestis, qua quis obtegitur, & involvitur, a גלם *involvit*, *convolvit*. *Josephus* quoque *Antiq*. lib. III. cap. 8. testatur pallium fuisse vestimentum clausum. ἔστι δ' ὁ χιτὼν οὐ ῥαπτὸς, οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων ὥς τε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων εἶναι καὶ τῶν παρὰ πλευρὰν. φάρσος δ' ἐν ἐπίμηκες ὑφασμένον. σχιστὸν ἔχει βρογχωτῆρα πλάγιον ἀλλὰ κατὰ μῆκος ἐῤῥογότα πρός τε τὸ στέρνον καὶ μέσον τὸ μετάφρενον. πέζα δ' αὐτῷ προσρέραπται, ὑπὲρ τοῦ μὴ διελέγχεσθαι τῆς τομῆς τὴν δυσπρέπειαν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅθεν αἱ χεῖρες διείργονται σχιστὸν ἐστιν. Hæc tunica non fit ex duobus segmentis, ut suturas habeat in humeris, ac lateribus sed unicum est vestimentum in longum contextum. Capitium habet apertum non transversum, sed in longum descendens a tergo, & ante usque ad medium pectus; cui annexus est limbus, ne appareat deformitas scissuræ. Sic enim apertum est qua manus exeruntur.

Pallium talare fuit; hinc ποδήρης vestis dicitur. עטה, quod *obvelare*, & *obtegere* significat, מעיל שׁ attribuitur. *Isai*. LIX. 17. ויעט כמעיל קנאה. *Et amicivit se zelo tamquam pallio*; quasi diceret, quod Deus ita exarserit zelo, ut eo quasi pallio tectus fuerit. Et cap. LXII. I. מעיל צדקה יעטני. *Pallio justitiæ texit me*; i. e. sua justitia omnia mea peccata obvelavit. Similiter I. *Sam*. XXVIII. 14. de Samuele dicitur והוא עטה מעיל. *Et ille tectus erat pallio*. Cum autem Meil ποδήρης vestis dicatur, non erat tamen usque ad talos demissa, quia tunica linea, quæ erat interior conspici non potuisset, & malogranata, & tintinnabula ad terram dependissent, & eorum sonitus impeditus fuisset. Hoc sensu ποδήρης dicta fuit, quod sc. non usque ad talos, sed usque ad pedes demissa fuisset; qua de causa scribit *Philo* lib. III. de vita Mosis. ὁ χιτὼν ἀπὸ στέρνων ἄχρι ποδῶν περὶ ὅλον τὸ σῶμα κέχυται. Tunica a pectore usque ad pedes per totum corpus diffunditur.

Manicatum non fuisse pallium Interpretes Judæi omnes, si *Arabad* excipiatur, communi consensu testantur. *Maimonides* l. c. ואין לו בית יד. Et nullas habet manicas. *Josephus* idem docet: καὶ ὅθεν αἱ χεῖρες διείργονται σχιστὸν ἐστιν. Et apertum est, qua manus exeruntur. Et *Abarbanel* ואולי היו בו שנים נקבים מן הצרים ומשם היה מוציא הכהן זריעותיו. Fortassis habebat duo foramina in lateribus, per quæ sacerdos brachia exerebat. Manicatas vestes gestare turpe viris apud veteres & indecorum fuit. A *Gellius* lib. VII. cap. 12. Tunicis uti virum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope digitos, Romæ atque in omni, Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri χειροδωτὰς appellaverunt, fœminisque solis vestem longe lateque diffusam in decorem existimaverunt ad ulnas cruraque adversus oculos protegenda; viri autem Romani primo quidem sine tunicis, toga sola amicti fuerunt &c. Claudit deinde caput *Ennii* autoritate, qui Carthaginensium juventutem *tunicatam* non sine probro videtur dixisse. *Julius Pollux* lib. II. Onom. cap. 4. χειρίδωτοὶ χιτῶνες *manicatæ tunicæ*. Et lib. VII. cap. 8. χειροδωτὸς χιτὼν

τὼν ἦν κατὰ τοὺς ὤμους ἐνεπτόμενος. Manicata tunica fuit ſecundum humeros appenſa. Nevius quoque vetuſtiſſimus poeta in *Pedio* apud *Nonnium* quatuor locis memorat *Chirodotas*

> Mollicinam, crocotam, chirodotam rallam.

In aliis *Chiridota* pro *Chirodata* legitur

> Mollicinam, crocutam, chiridotam, ricam.

Mollitie infamis habebatur, qui has veſtes geſtabat, teſte *L. Seneca* Epiſt. 33. Quia mirum eſt aliquid dici fortiter a viro mollitiem profeſſo, ita enim plerique judicant; apud me vero Epicureus eſt, & fortis licet manuleatus ſit. *Cicero* II. in Catilinam. Quos manicatis, & talaribus tunicis, velis amictas, non togis videtis. *Virgilius* in explicatione Numani Remuli lib. IX. Æneid.

> Et tunicæ manicas.

Plautus Pſeudolo.

> - - - Manuleatam tunicam
> Habere hominem addecet.

Valerius Flaccus lib. VI. Argonaut.

> Inſignem manicis, inſignis acinace dextra.

Pulcherrima eſt deſcriptio molliſſimi hominis apud *Statium* lib. VII. Thebaid.

> Quid tibi Bacchæos Eunæ relinquere cultus
> Quis lucos, vetitis quibus emanſiſſe ſacerdos
> Suaſit, & aſſuetum Bromio mutare furorem?
> Quem terrere queas? clypei penetrabile textum,
> Pallentes hederæ, Nyſeaque ſerta coronant;
> Candida pampineo ſubnectitur inſtita pilo,
> Crine latent humeri, creſcunt lanugine malæ,
> Et rubet imbellis Tyrio ſubtemine thorax
> Brachiaque in manicis, & pictæ vincula plantæ,
> Carbaſeique ſinus.

Capitium aderat pallio, quo caput immitti poſſet, de quo *Exod.* l. c. verſ. 32. והיה פי ראשו בתוכו *Et erit foramen capitis in medio ejus*. *Vulgatus* hoc foramen appellat capitium. *In cujus medio ſupra erit capitium*. *Hieronymus* quoque פי המעיל *capitii* nomine notavit. In ſuperiore (*inquit*) parte, qua collo inducitur, aperta eſt illa tunica, quod vulgo capitium vocant. Septuaginta habent περιστόμιον ἐξ αὐτοῦ μέσον. *Joſephus* hujus *capitii* formam deſcribit l. c. χιτὼν ἔχει βρογχωτῆρα πλάγιον ἀλλὰ κατὰ μῆκος ἐρρωγότα πρός τε τὸ στέρνον καὶ μέσον τὸ μετάφρενον. Aperturam habet non tranſverſam, ſed in longum, deſcendentem a tergo, & ante uſque ad medium pectus. Hæc apertura munita erat limbo ob firmitatem attexto, ne rumperetur, ut ibid. dictum eſt. שפה יהיה לפיו סביב מעשה ארג כפי תחרא יהיה לו לא יקרע. *Limbus erit ori ejus circum circa, opus textoris, erit tanquam os loricæ, ne rumperetur*. *Joſephus* ſic interpretatur. πέζα δ' αὐτῷ προσέρραπται ὑπὲρ τοῦ μὴ διελέγχεσθαι τῆς τομῆς τὴν δυσπρέπειαν. Aſſutum habuit limbum, ne appareret aperturæ deformitas. Græci: ὤαν ἔχον κύκλῳ τοῦ περιστομίου ἔργον ὑφάντου τὴν συμπλοκὴν συνυφασμένην ἐξ αὐτοῦ ἵνα μὴ ῥαγῇ. *Raſchi* ad h. l. והיה פי ראשו פי המעיל בגבהו הוא תתיחת בית הצואר בתוכו כתורגמו כפיל לגוה כפול לתוכו להיות לו לשפה כפילתו והיה מעשה אורג ולא במחט. *Et erit foramen capitis*; foramen pallii erat in ejus ſummitate apertum in loco colli. *In medio ejus*; juxta ejus *Targum*: duplicatum intrinſecus; duplicatum in medio, ut ejus duplicatio eſſet illi in limbum. *Opus textoris*; non acufactum. *Abarbanel* quoque docet intrinſecus fuiſſe duplicatum, ne ulla eminentia foris appareret, quod deforme fuiſſet. והוא שפה היריעה הקיצונה יהיה לתוכו לצד פנים ליופי כדי שלא יראה בולט מחוץ Limbus ille in medio ejus ad interiorem partem propter decorem, ne extrinſecus emineret. *Joſephus* quoque hoc adnotavit, uti ſupra dictum eſt: *ne appareret aperturæ deformitas*.

Illud, quod l. c. textus dicitur כפי תחרא יהיה לו. *Erit tanquam os loricæ*. Raſchi exponit. למדנו שהשריונים שלהם פיהם כפול. Diſcimus loricas duplicatas fuiſſe. Redditur deinde ratio faciendi limbi לא יקרע *ne rumperetur*. Ubi iterum *Raſchi*. לא יקרע כדי שלא יקרע והקורעו עובר בלאו. *Ne rumperetur*. Ut non rumperetur; & qui eum rumpit, violat præceptum negativum. *Abarbanel* לא יקרע ונתן הטעם באומרו לא יקרע ר״ל כדי שלא יקרע המעיל להיות חזק כיון שהוא נושא לאפוד ולחשן וכ״ש בשפתו שכל הכובד תלוי בו. *Ne rumperetur*; vult dicere ne rumpatur pallium; neceſſe enim eſt ut pallium ſit firmum; quandoquidem geſtare debet Ephod & Pectorale, multo magis requiritur firmitas in ejus limbo, quia totum pondus ex eo dependet.

Deinde dicitur limbus non acu aſſutus, ſed attextus fuiſſe. מעשה ארג. *Opus textoris*. Ubi *Abarbanel*. ואמר שפה יהיה

יהיה לפיו סביב מעשה ארג להגיד יחתכו פי ראשו במספרים ושוב יתפור לו במחט. Et dictum est: *Erit limbus circa aperturam capitis, opus textoris*; ad indicandum, quod apertura illa non debeat scindi forfice, ut deinde acu consueretur. *Maimonides* l. c. ופיו ארוג בתחלת אריגתו & foramen ejus textum erat initio texturæ.

Infimæ oræ Pallii appensa erant malogranata, & tintinnabula aurea, quæ vers. 33. memorantur. ועשית על שוליו רמני תכלת וארגמן ותולעת שני על שוליו סביב ופעמני זהב בתוכם סביב פעמן זהב ורמון פעמן זהב ורמון על שולי המעיל סביב. *Et ad oras ejus malogranata hyacinthina, & purpurea & coccinea, ad oras ejus circumquaque: & tintinnabula aurea inter illa circumquaque. Tintinnabulum aureum, deinde malogranatum, tintinnabulum aureum iterum, deinde malogranatum, ad oras pallii circumquaque.* Hæc ornamenta *Josephus* appellat *fimbrias*. Κατὰ πέζαν δ' αὐτῷ προσερραμμένοι θύσανοι ῥοῶν τρόπον ἐκ βαφῆς μεμιμημένοι ἀπήρτην τε καὶ κώδονες χρύσεοι κατὰ πολλὴν ἐπιτήδευσιν τῆς εὐπρεπείας, ὥς τε μέσον ἀπολαμβάνεσθαι δυοῖν κωδώνοιν, ῥοΐσκον, καὶ ῥοῶν κωδώνιον. Circa infimam oram ejus dependebant fimbriæ, in modum malorum punicorum diversis coloribus cum aureis tintinnabulis, magno studio & ornatu adaptatæ, ita ut inter duo tintinnabula malum punicum, & inter duo mala punica tintinnabulum medium penderet. θύσανοι sunt fimbriæ. *Hesychius*. θύσανοι, κροσσοί, κόρυμβοι. Hæ fimbriæ constabant רמונים & פעמנים *malogranatis* & *tintinnabulis*. De רמונים scriptura sæpe mentionem facit, ut *Num.* XIII. 23. & cap. XX. v. *Deut.* VIII. 8. I. *Sam.* XIV. 2. *Cantic.* IV. 13. Joel. I. 12. & alibi. Nonnulli volunt רמון malum citreum significare; alii malogranatum. Describitur in *Gemara* ad *Massecheth Sevachim* cap. IX. מביא תכלת וארגמן ותולעת שני שזורים ועושה אותן המין רמונים שלא פתחו פיהן. Sumunt hyacinthinum, purpuram, & coccinum retorta, & faciunt speciem malogranatorum, quorum ora nondum sunt aperta. Glossa ad l. c. דרך רמונים כששוהין באילן אחר גמר פירי בישולן מתפתחין מאיליהן כדרך שישין קלפי הגוזים החיצונים. Solent mala punica, si minus in arbore morentur, post maturitatem disrumpi in arbore, ut fieri solet in nucibus, quarum cortex extrinsecus sese aperit in arbore. Cum his consentit *Maimonides* l. c. רמון nihil aliud erat, quam *malogranatum* juxta sententiam Rabbinorum. Ita pariter illud describit *Paraphastes Chaldæus*. Etenim *Cantic.* IV. 3. legimus כפלח הרמון רקתך; & vers. 13. שלחיך פרדס רמונים. *Chaldæus* habet מלין פקודיא כרמונים. *Repleti sunt præceptis ut malogranata*. Græcis dicuntur *Rimonim* ῥοαὶ & ῥοΐσκοι. Malogranatorum magnitudo describitur ab *Raschi* ad l. c. *Exod.* רמונים עגולים וחלולים היו כמין רמונים העשויות כביצת תרנגול. Rimonim sunt rotundi, & vacui instar malorum punicorum, quasi essent ova gallinarum.

Materia horum malogranatorum fuit lana hyacinthina, purpurea & coccinea; quibus Septuaginta addunt *byssum*; ut eadem materia & coloribus, quibus balteus, constaret, ut observavit *Hieronymus*. Mala punica (inquit) contexta fuerunt iisdem coloribus, ut supra cingulum. Judæi Interpretes excludunt a pallio byssum, cujus nulla in textu fit mentio: Sed juxta *Hieronymum*: byssus adhibita quoque fuit in malogranatis, non minus quam in balteo. *Exod.* XXXIX. 24. dicitur. ויעשו על שולי המעיל רמוני תכלת וארגמן ותולעת *Et fecerunt ad oras pallii malogranata ex hyacinthino & purpura, & coccino retorto*. Aurea fila poterant quoque retorqueri; sed observandum est illud משזר *retortum* in S. Scriptura nunquam dici nisi de שש *bysso*, ut suspicari quis possit in hoc loco tacite byssum esse intelligendam, quasi Moses dixisset שש משזר *byssum retortam*. Ita sane *Masora* hunc locum explicat חסר שש *deficit byssus*. Juxta *Masoram* igitur legendum esset יעשו תכלת וארגמן ותולעת ושש משזר. *Et fecerunt malogranata ex hyacinthino, & purpura, & coccino, & ex bysso retorta*. Ita legerunt Septuaginta in utroque loco cap. XXVIII. & cap. XXXIX. βύσσον κεκλωσμένην. Faciunt quoque Septuaginta mentionem de auro in malogranatis. *Exod.* XXVIII. καὶ ποιήσεις ἐπὶ τὸ λῶμα τοῦ ὑποδύτου κάτωθεν ὡσεὶ ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐσκους ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου διανενησμένου, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, ἐπὶ τοῦ λώματος τοῦ ὑποδύτου. *Et facies ad oras tunicæ infra ut florentia malogranata, ex hyacinthino, & purpura, & coccino neto, & bysso retorta ad oram tunicæ circumquaque*. Mox additur. τὸ δὲ αὐτὸ εἶδος ῥοΐσκους χρυσοῦς. *At eadem specie mala punica aurea*. In textu & in Judæis Interpretibus nulla mentio de malogranatis aureis. Quin etiam ipsi Septuaginta cap. XXXIX. tacent de Malogranatis aureis. Emendandus ita videtur hic locus. κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ εἶδος ῥοΐσκου καὶ χρυσοῦς κώδωνας ποιήσεις,

σεις. *Ad illam autem formam malorum facies etiam tintinnabula aurea.*

Præter malogranata appensa pallio quoque erant *tintinnabula aurea*, que in textu פעמונים appellantur; Græci, Josephus, & Philo κώδωνας habent, & *Vulgatus tintinnabula*. Usitata fuerunt apud veteres tintinnabula vestibus appensa. *Targum Scheni Esther.* cap. VI. 10. memorat regis Assueri vestibus tintinnabula fuisse appensa. אמר מלכא להמן סרהיב ועיל לבית גנזי דמלכא וסב מתמן חד מן כיסויא דארגיונא טבין וסב מתמן לבושא שיראה טבא פרנינן דמטכס באבנין טבין ומרגליין ותלין בארבע קרנתיה דידיה דידיה וזגא דדהבא ורימונא לכל רוחא ורוחא. Et dixit Rex Hamani: Abi cito ad thesaurum regium, & accipe inde aurum ex tegumentis purpureis optimis, & accipe inde vestes sericas optimas paraginas (*leg.* parnadinas) & Metaxam cum lapidibus pretiosis, & margaritis appensis in quatuor angulis ejus, & tintinnabulis aureis, & malogranatis undique appensis. In Bacchi & Cybelis sacrificiis præcipuus fuit usus tintinnabulorum. *Strabo* lib. X. ὡς δὲ τούτω εἰπεῖν, καὶ κατὰ τὸ πλέον ἅπαντας ἐνθουσιαστικούς τινας καὶ βακχικούς, καὶ ἐνοπλίῳ κινήσει, μετὰ θορύβου, καὶ ψόφου καὶ κυμβάλων, καὶ τυμπάνων, καὶ ὅπλων, ἔτι δ' αὐλοῦ καὶ βοῆς ἐκπληττόντας κατὰ τὰς ἱερουργίας. Ut paucis dictum, omnes enthusiastici, & Bacchantes armata saltatione, cum tumultu, & strepitu, tintinnabulis, tympanis, armis, tibia, & clamore in sacrificiis perterrent homines. *Et lib.* XV. Διονυσιακὸν, καὶ τὸ σινδονοφορεῖν, καὶ τὸ μιτροῦσθαι μαὶ μυροῦσθαι, καὶ βάπτεσθαι ἄνθινα, καὶ τοὺς βασιλέας κωδωνοφορεῖσθαι, καὶ τυμπανίζεσθαι κατὰ τὰς διεξόδους. Bacchichum est sindonem, & mitras gestare, & ungi, & floribus tingi, & Reges, quando exeundum, ferre tintinnabula, & tympana. Aut ut vertit *Xylander*. Tympana ac tintinnabula exeuntem regem præcedente. Hinc *Plutarchus* lib. IV. Sympos. Judæorum Pontificis vestibus appensa tintinnabula scribit, quod falso crediderit illum Baccho sacrificia obtulisse. πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἐλέγχει, μιτροφόρος τε προϊὼν ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ νεβρίδα χρυσόπαστον ἐνημμένος χιτῶνα δὲ ποδήρη φορῶν, καὶ κοθόρνους. κώδωνες δὲ πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆτος, ὑποκομποῦντες ἐν τῷ βαδίζειν (ὡς καὶ παρ' ἡμῖν ψόφοις χρῶνται περὶ τὰ νῦν τέλεια) καὶ χαλκοδρυτὰς τοῦ θεοῦ τιθήνας προσαγορεύουσαι. καὶ ὁ δεικνύμενος ἐν τοῖς ἐναντίοις τοῦ μετώπου θύρσος ἐντετυπωμένος καὶ τύμπανα. ταῦτα γὰρ οὐδενὶ δήπουθεν ἀλλὰ θεῷ ἢ Διονύσῳ προσήκειν. Primum enim hoc arguit, Pontifex maximus, qui diebus festis mitratus ingreditur, hinnuli pellem auro contectam indutus, tunicamque talarem, & cothurnos gestans: multa autem tintinnabula dependent de veste, quæ inter ambulandum strepitum edunt (ut & apud nos sonitibus nunc utuntur in sacris) & æratas Dei nutrices appellant, monstraturque in adversis sublimi thyrsus expressus, & tympana, quæ sane non alii Deo, quam Baccho conveniunt. *Æra* quæ memorantur in sacris Cybelis tintinnabula significare puto. *Virgilius* Æn. III.

- - - - Corybantiaque æra.

Claudianus lib. I. de raptu.

Non buxus non æra sonant.

Syl. Italicus lib. XVII.

Circum arguta cavis tinnitibus æra simulque
Certabant rauco resonantia tympana pulsu
Semivirique chori.

Ovidius lib. III. Fastor.

- - - - Ida sonat tinnitibus æris acuti
Tutus ut infanti vagiat ore puer.

Et lib. V. Fastor.

- - - Tinnitus æra repulsa dabant.

Stat. lib. I. Achill.

- - - Paulumque exercita pulsu
Æra tacent.

Ausonius Epist. 25.

Cymbala dant flictu sonitum, dant pulpita saltu
Icta pedum tentis reboant cava tympana tergis,
Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus,
Nec Dodonæi cessat tinnitus ahæni,
In numerum quoties radiis ferientibus ictæ,
Respondent dociles moderato verbere pelves.

Vid. *Hadrianus Junius* lib. III. Animadvers. cap. II. Erant præterea & in ostiis tintinnabula, quorum tinnitu Janitores evocarentur. *Svetonius* in Augusta cap. 91. Cum dedicatam (*inquit*) in Capitolio ædem Tonanti Jovi assidue frequentaret, somniavit quasi Capitolinum Jovem sibi cultores abduci, seseque respondisse, Tonantem pro janitore ei appositum, ideoque mox tintinnabulis fastigium ædis redimivit, quod ea fere januis dependebant. Apud Græcos vigiles in custodiendis muris civitatis, teste *Thucidide* lib. IV. tintinnabulis mutabantur. Præterea ante triumphantis currum tin-

tintinnabula geri ſolita. *Zonaras* Monachus Drungarius Tom. II. Annal. in Camilli triumpho. Ne triumphator (*inquit*) ſuperbiret, ſupra quam par eſſet, ſed ut ſciret ſe legibus ſubditum, & poſſe vel extremo affici ſupplicio, aut nolam ſontibus appendi ſolitam geſtare, ne civis aut carnifici, aut damnato occurrens pollueretur. *Plautus* Pſeudolo Act. I. ſc. 3.

- - - - Lanios arceſſam duos cum tintinnabulis
Eadem duo greges virgarum, inde ulmearum adegero
Ut hodie ad litationem huic ſuppetat ſatias Jovi;
Ut malam crucem iſtic ibit Jupiter lenonius.

Beſtiarum collo etiam appendebantur tintinnabula. Cod. *Schabb.* cap. V. אין חמור יוצא בזוג אף על פי שהוא פקיק Aſinus non egreditur cum tintinnabulo, etiamſi obturatum ſit. Horum tintinnabulorum forma ignoratur. *Bullarum* inſtar fuiſſe colligi poſſe videtur ex eo; quod a Judæis comparentur cum uvis, quæ rotundæ ſunt, & quæ intus habent acinos inſtar pilularum iſtarum ferrearum quales rotunda tintinnabula includunt. Sic *Num.* cap. IV. 5. ubi de *Nazyræis* כל ימי נזרו מכל אשר יעשה מגפן היין מחרצנים ועד זג לא יאכל. *Omnibus diebus Nazyreatus non comedet de vite vini a pellicula ad acinos.* Ubi *Raſchi* obſervat זג ſignificare קלפות שבחוץ pelliculam extrinſecam, & חרצנים eſſe בתוכן כענבול בזוג in medio inſtar mallei in tintinnabulo. Verum aliud dabatur tintinnabulorum genus apud veteres; quæ erant inſtar ſcyphorum oblongorum inferius apertorum, in quorum medio pendebat malleolus, linguæ inſtar, cujus motu, quando tintinnabulo illiditur fit tinnitus. Talia ſunt tintinnabula noſtra, quæ *Nolæ* & *campanæ* vulgo vocantur. Hujuſmodi tintinnabula fuiſſe apud veteres docet cap. VIII. *Magius* in ſuo opere de *Tintinnabulis*. Talia etiam apud Hebræos fuerunt, quæ duabus partibus ſc. ענבול, & זג *malleolo* & *tintinnabulo* conſtabant. Juxta hanc formam tintinnabula in pallio ſummi Pontificis deſcribuntur a *Maimonide* cap. IX. de Vaſis ſanctuarii ומביא שבעים ושנים זוגים ובהם שנים ושבעים ענבולים. Et affert duos & ſeptuaginta malleolos qui erant in totidem tintinnabulis. Et a *Raſchio* ad l. c. *Exod.* ופעמוני זהב זגין עם ענבלין שבתוכם. *Et tintinnabula aurea*; Malleolos cum tintinnabulis, qui in iilis exiſtebant.

De tintinnabulorum numero variæ ſunt ſententiæ. *Juſtinus* Martyr in Dial. cum *Tryphone* duodecim numerat. Totidem *Epiphanius* lib. XXXIV. contra *Marcoſios*. ϗ τὸ λόγιον τὸ ποικιλτὸν δώδεκα λίθους ἔχον, ϗ τοὺς δώδεκα κώδωνας. *Proſper* de promiſſionibus Dei part. II. cap. 3. quinquaginta fuiſſe credit. Octoginta *Clemens* Alexandrinus Stromat. lib. V. Judæorum, & Chriſtianorum doctiſſimi duos & ſeptuaginta recenſent. *Gemara Sevachin* cap. VIII. מביא שבעים ושנים זגין שבהן שבעים ושנים ענבולים ותולה בהן שלשים וששה מצד זה ושלשים וששה מצד זה. Adfert ſeptuaginta duo tintinnabula, quibus inſunt ſeptuaginta duo malleoli, & appendunt utrique lateri, ſex & triginta huic lateri, & totidem alteri. *Maimonides* l. c. ומביא שבעים ושנים זוגים ובהם שנים ושבעים ענבולים הכל זהב ותולה בו ששה ושלשים בשולי כנף זה ושלשים וששה בשולי כנף זה. Et affert duo & ſeptuaginta tintinnabula, & in has totidem malleolos, quorum appendantur in ora ſex & triginta uni lateri, & alteri totidem. Conſentit cum his *Hieronymus* in Epiſtola ad Fabiolam. In extrema (*inquit*) id eſt ad pedes ſeptuaginta duo tintinnabula fuerunt, & totidem mala punica. Vid. Iſidorus Etym. lib. I. cap. 2. & lib. XIX. cap. 21. At *Targum Uzielidis*, *Hieroſolymitanum* unum & ſeptuaginta numerat. סכומהון שבעין וחד. Summa eorum, ſeptuaginta & unum.

Non deſcribitur in textu, quomodo oris pallii tintinnabula appenſa fuerint. *Abarbanel* putat malogranata intus fuiſſe cava, iiſque addita fuiſſe tintinnabula, quæ eſt ſententia *Nachmanidis* שהיו הרמונים חלולים והפעמונים בהם ונראים מתוכם, quod malogranata cava fuerint, & in illis fuerint tintinnabula, ſed ita e medio malogranatorum tintinnabula conſpici potuerint. Sed plane docetur in textu tintinnabulum fuiſſe inter duo malogranata, & quodlibet malogranatum inter duo tintinnabula. ועשית על שוליו רימוני וגומר ופעמוני זהב בתוכם פעמון זהב ורמון פעמון זהב ורמון על שולי המעיל סביב. *Et facies ad oras ejus malogranata &c. Et tintinnabula aurea inter ea, tintinnabulam aureum, & malogranatum, tintinnabulum aureum & malogranatum ad oras pallii circumquaque.* Ita ſane hunc locum explicat *Raſchi* ביניהם סביב בין שני רמונים פעמון אחד דבוק ותלוי בשולי המעיל Inter ea circumcirca; inter duo malogranata tintinnabulum unum appendet oris pallii. Et *Maimonides* loc. cit. עד שיהיו שוליו משני צדדיו פעמון ורמון

פעמון ורמון. Donec ſtatuatur in ejus oris ad duo latera tintinnabulum, & malogranatum, tintinnabulum & malogranatum. Præter tintinnabula & malogranata Philo in vita Moſis lib. III. in limbo pallii recenſet etiam flores. ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὰ σφυρὰ ῥοΐσκοι, καὶ ἄνθινα, καὶ κώδωνες εἰσι. τὰ μὲν ἄνθινα σύμβολον γῆς, ἀνθεῖ γὰρ καὶ βλαστάνει πάντα ἐκ ταύτης οἱ δὲ ῥοΐσκοι, ὕδατος, παρὰ τὴν ῥύσιν λεχθέντες, εὐθυβόλως. οἱ δὲ κώδωνες τῆς ἁρμονίας καὶ συμφωνίας τούτων &c. Circa talos habet mala punica, flores, & tintinnabula. Flores quidem terram ſignificant; omnia florent germinant ex terra. Mala punica aquam; ſic dicta a flendo. Tintinnabula horum harmoniam & concentum. Idem ſenſiſſe videntur Septuaginta, qui non ſolum malogranata vocant ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐσκους, ſed dicunt etiam appenſa fuiſſe: ῥοΐσκον, χρυσοῦν κώδωνα, καὶ ἄνθινον, *malogranata, aureum tintinnabulum & florem*. Verum per ἄνθινα illa non videntur intellexiſſe aliquid diverſum ab ipſis malogranatis, ſed formam malogranatorum expreſſiſſe, quod non fuerint matura, ſed adhuc florentia. Idcirco Septuaginta dicunt ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐσκους; quod ita reddi poſſet: *florentia malogranata*. Quæ conſentire videntur cum Judæis Interpretibus, qui dicunt malogranata fuiſſe ſimilia iis, quorum *ora nondum ſunt aperta*. שלא פיתחו פיהן. Fimbriata pallia ceteris communia fuiſſe docet Scholiaſtes *Perſii* ad hunc verſum

Scis comitem horridulum trita do-
nare lacerna.

Scis (*inquit*) birrum attritum comiti condonare lacerna pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites velabantur, penula pallium cum fimbriis longis.

Poſt pallium in textu memoratur *Lamina aurea* fronti Pontificis maximi imponenda de qua poſt cidarim diſſerendum erit, de qua verſ. 39. dicitur. ועשית מצנפת שש. *Et facies tiaram byſſinam*. *Targum*. ותעביד מצנפתא דבוצא. *Et facies tiaram byſſinam*. Primum mihi dicendum videtur de Tiaris reliquorum ſacerdotum quæ verſ. 40. memorantur, ut ex his aliquid lucis Pontificiæ cidari impartiatur. Sacerdotum tiaræ dicuntur מגבעות *Exod.* XXVIII. 40. & XXXIX. 9. & 27. Et *Levit.* VIII. 13. Septuaginta habent κιδάρεις. *Vulgatus tiaram* Exod. XXVIII. Et alibi *mitram*. *Joſephus* πῖλον ἄκωνον. Chaldæus כובעין. Et Exod. XXXIX. קובעיא. *Arabs* ﺑﺮﺍﻧﺲ ſed *Levit* ﺑﺮﺍﻧﺲ ſive *pileus*, ſive *cidaris*, ſive *tiara*, ſive *mitra* nihil refert.

Apud veteres cum forma tum materia diverſa erant capitis tegumenta. Communiora ex *lana coacta* facta erant. Apud *Pollucem*, lib. VII. qui *pileos* ex lana coacta conficit dicitur πιλοποιός. Panni coactiles, & tibialia, & id omne, quod ex lana coactum eſt, πῖλος, & πίλωτον & πίλημα a Græcis dicitur. Pollux loco citato. οὐ μόνον δὲ ὁ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐπιτιθέμενος πῖλος οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ποσὶν, ὡς δηλοῖ Κρατῖνος ἐν μαλακοῖς, λέγων, λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν ἔχων πίλους. Nec tantum illa, que capiti imponuntur pilei vocantur, ſed & illa quæ circa pedes ſunt, ut declarat Cratinus in molliculis, dicens; albos habens in pedibus pileos. *Et* lib. II. ὁ δὲ κωμικὸς Πλάτων καὶ ποδεῖα εἴρηκε τοὺς ποσὶ πίλους. *Et* lib. VII. ἃ δὲ ποδεῖα Κρατίας καλεῖ, εἴτε πίλους αὐτὰ οἰητέον. Tapetes quoque a *Xenophonte* Pæd. lib. V. πῖλοι vocantur Μηδικοὶ πῖλοι, ubi loquitur de Medorum Tapetibus. Et *Herodotus* lib. V. πίλους ἐρινέους περιτείνουσι. Tapetes ex lana coactos circum tendebant. Hujuſmodi pileos intellexit *Heſiodus* I. Ἐργ.

- - - κεφαλῆφι ὕπερθεν
Πῖλον ἔχειν ἀσκητόν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ

- - - Supra caput autem
Pileum habeas elaboratum, ne aures humefiant.

Lucianus de ſaltatione. διεῖλε τὴν κεφαλὴν κατενεγκών. καὶ εἴγε μὴ πῖλος ἀντέσχε, καὶ τὸ πολὺ τῆς πληγῆς ἀπεδέξατο, ἀπολώλει ἂν ὁ κακοδαίμων Ὀδυσσεύς. Capiti (*Uliſſis*) illidit, & niſi pileus obſtitiſſet, & violentiam plagæ excepiſſet, infelix Uliſſes periiſſet. Vid. Scholiaſtes *Ariſtophanis* in Arachn. ubi πῖλος τὸ ἐξ ἐρίων εἰργασμένον. Pileus ex lana factus. *Suidas* hujuſmodi pileos ex lana agnina factos fuiſſe docet: σοὶ τὸν πιληθέντα δι' ἐξοῦ τε ἐρίοις ἀμνοῦ. Umbellam ſatis amplam pilei habere ſolebant. *Plautus* Trinumo Act. IV. ſcen. 2.

Pol hic quidem fungino genere eſt,
capite ſe totum tegit.

Talem deſcribit ex *Pauſania Euſtathius* Odyſs. I. καυσία πῖλος ἦν πλατὺς ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιειλοῦντες. *Suidas*. Καυσία εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ τὸ πάροιθε Μακεδόσιν εὔκολον ὅπλον καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ. Kauſia eſt genus barbarici pilei, quod in capite geſtatur, & quod olim Macedonibus fuit expeditum inſtrumentum, & tegumentum in nive, & galea in bello. Vid. *Ælianus* lib. XV. cap. 2.

Varia erant pileorum genera, ut notat

tat *Hesychius*. Περσῶν μὲν ἴδια, κανδὺς, ϗ ἀνάξυρις ϗ τιάρα, κυρβασία, κίδαρις, ϗ πῖλον καλεσι. Persarum propria sunt Candys, & Anaxyris, & Tiara, Kyrbasia, Cidaris, & pileum vocant. Idem sentit Pollux lib. VII. cap. 13. ϗ κυρβασία, ἣν κίδαριν, ϗ πῖλον καλεσι. Ex panno igitur & centonibus pilei confecti erant. Hinc Poeta

Tritis pilea suta de lacernis

Tales desc ibuntur ab *Herodoto* lib. VII. cap. 61. περὶ μὲν τῆσι κεφαλῆσι εἶχον τιάρας, καλεομένας πίλυς, ἀπαγέας. Circa capita gestabant tiaras (quas vocabant pileos) non compactas. Hujusmodi fuisse pileos militares docet *Cæsar* lib. III. de Bello Civili. Atque omnes (*inquit*) fere milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegumenta (*legendum fortasse* capitis tegumenta) fecerant, quibus tela vitarent. Tiaræ aut ex lana aut ex serico, colore aliquo sæpe infectæ fuerunt. *Ovidius* Metam. lib. XI.

Tempora purpureis tentant velare tiaris.

Curtius lib. III. & VI. de Darii diademate loquens; *Diadema purpureum albo distinctum* appellat. Capitis tegumenta ex ovium pellibus facta docet *Athenæus* lib. VII. πίλυς δὲ ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα προβατείων δερμάτων δασεῖς. Pileis capita operta ex ovium pelle villosa. *Xenophon* Ἀναβασ. lib. V. ἐπὶ δὲ τῇ κεφαλῇ κράνη σκύτινα, οἷα περὶ τὰ Παφλαγονικὰ κρώβυλον ἔχοντα κατὰ μέσον ἐγγυτάτω τιαροειδῆ. In capite habebant galeas ex corio, Paphlagonicis similes, quæ cincinnum habebant in medio, in modum tiaræ.

Byssus & linum præ ceteris in capitis tegumentis usitatum. *Silius Italicus* lib. III.

Tempora multiplici mos est defendere lino,

Et Pelusiaco præfulget stamine vertex.

Josephus Antiquit. lib. XI. cap. 4. κίδαριν βυσσίνην memorat; de qua fit mentio *Ezræ* lib. III. cap. III. vers. 6. Tales fortasse fuerunt tiaræ Persarum, de quibus *Strabo* lib. XV. ῥάκος δὲ σινδόνιον τι περὶ τῇ κεφαλῇ. Plagulam, aut centonem ex sindone habent circa caput.

Varius fuit Mitrarum color. Aliquando purpureu, de qua *Ovidius* l. c.

Tempora purpureis tentant velare tiaris.

Aliquando picta & clavata tiara, qualis Darii fuisse videtur, quæ a *Curtio* lib. III. *Cærulea fascia albo distincta* appellatur. Idem lib. VI. dicit. Alexander quoque habuit *purpureum diadema*, *quale Darius habuit*. Nonnunquam picta. *Juvenalis*

- - - picta lupa barbara mitra

Theocritus Idill. XVIII. αἰολομίτρην etiam habet, sc. *variegatam mitram*

Ἑδριάει Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρης.

Sed istæ mulieribus maxime conveniebant, ut docet *Plinius* lib. XXXV. cap. 9. Capita mulierum mitris versicoloribus operuit. *Athenæus* lib. XII. memorat auro ornatas mitras, & conchyliatas causias ubi loquitur de Rege Demetrio. μίτρα δὲ χρυσόπαστος, ἡ καυσίαν ἁλουργῆ ἔσαν ἔσφιγγεν. Flavi etiam galeri usitati. *Juvenalis*

Nigrum flavo caput abscondente galero.

Causiæ & ferrugineæ in usu quoque erant, quæ nautis præcipue usitatæ. *Plautus* Mil. Glor. Act. IV. Sc. 4.

Facito ut venias huc ornatus ornatu nauclerico.

Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam,

Palliolum habeas ferrugineum;

Nam is colos thalassicu'st.

Mitra fœminarum ornatui adnumerari solet. *Aristænetus* lib. I. Epist. 16. ἐκπλήττομαι νὴ τῶν θεῶν πῶς ἀθρόως) in aliis editionibus ἀτρόως) ἅπαντα μεταβέβληκεν ἡ γυνὴ ϗ πάρεστιν θαυμάζειν ἐκείνης βλέμμα προσηνὲς, μέτριον ἦθος, μειδίαμα σεμνὸν, κόμην ἀφελῶς πεπλοκισμένην, καλύπτραν ἐπ' αὐτῆς ἐν μάλα σεμνὴν, βραχυλογίαν ἐν ἠρεμαίᾳ φωνῇ. Stupeo per Deos, qui mulier omnia simul mutarit; Videas nunc ei demissum vultum, gestum moderatum, severum risum, capillum sine arte implicitum, decentem desuper mitram; brevem ac submissum sermonem. *Calestra* (legendum *Caliptra* a καλύπτω, unde κάλυμμα velum) *genus mitræ* teste *Isidoro*. *Festus Pompejus* lib. III. Caliptra genus vestimenti, quo caput operiebant. *Achilles Tatius* de amoribus Clitophontis &c. lib. III. puellam mitra adornatam memorat. ὡς μὴ ῥᾳδίως τὰ σπλάγχνα διαπίπτοι, καὶ ἐνεσκευάσαντες μίτραι τὸ ϗ ζώμασιν ἐνδεδυμένην τὴν σκηνὴν ταύτην ἐπικρύψωμεν. Hunc in modum adornata puella, stolaque superimposita mitris deinde ac vittis additis apparatum istum occultabimus. *Servius* ad lib. IX. *Æneid.* Pilea virorum proprie sunt, mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt. *Optatus Milevitanus* lib. II. contra Donatistas. Compressam ab eo puellam, cui mitram ipse imposuerat, a quo paulo ante pater vocabatur, nefarie incestare mi-

minime dubitavit. *Scholiast.* ad *Aristophan.* Θεσμοφοριαζ. μιτρα διάδημα ἢ ζώνη, ταῦτα δὲ εἴδη ἐσθήτων ἐστιν ἁρμόττοντα ταῖς γυναιξὶν ἐ τοῖς ἀνδράσιν. Mitra diadema, aut zona, aut species vestium apta fœminis, non vero viris. Poeta dixerat, ἵνα μὴ κροκωτοῖς, καὶ μίτραις γέρων ἀνὴρ *ut ne cum Crocutis, & mitris senex vir*. *Ulpianus* l. 23. ff. de aur. arg. legat. Vestimenta (*inquit*) muliebria sunt, quæ matris familias causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, uti sunt stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi causa, quam ornandi sunt comparata. Hinc viris indecoræ mitræ. *Ovidius* Epist. IX. Dejanira Herculi

> Ausus es hirsutos mitra redimire capillos,
> Aptior Herculeæ populus alba comæ.

Virgilius IV. Æneid. Hiarbas objicit Æneæ vestitum effœminatum

> Mæonia mentum mitra crinemque madentem
> Subnixus

Euripides in Hecuba in Choro:

> Ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις
> Μίτραισιν ἐρρυθμιζόμαν
> Ego capillum redimiculis
> Mitrisque composui.

Non effœminatorum solum, sed & Meretricum propria fuit Mitra. *Servius* ad l. c. *Mitra Lydia*. Nam utebantur & Phryges & Lydii mitra, hoc est incurvo pileo, de quo pendebat etiam baccharum tegimen (*leg.* buccarum tegimen) sane quibus effœminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur; multa enim lectio mitras meretricum esse docet; ergo ex habitus qualitate mutuatur invidiam, nam enim non jam effœminatum, velut meretricem appellat, sed etiam meretricem vocare. *Et ad lib.* IX. *Æneid.* Alii mitras meretricum esse voluerunt, quod hic est tanquam effœminatis objectum. *Juvenalis* Sat. III.

> - - - Picta lupa barbara mitra.

Hinc Baccho & Bacchantibus mitræ, ut mollissimus habitus, attributæ. *Seneca* Oedipo Act. II. in Choro

> Te caput Tyria cohibere mitra
> Hederaque mollem baccifera
> Religare frontem.

Valerius Flaccus Argonaut. lib. II.

> Serta patris, juvenisque comam, vestesque Lyæi
> Induit, & medium curru locat, æraque circum
> Tympanaque, & plenas tacita formidine cistas.
> Ipsa sinus, hederisque ligat famularibus artus:
> Pampineamque quatit ventosis ictibus hastam.
> Respiciens teneat virides velatus habenas,
> Utque puer, nivea tumeant ut cornua mitra,
> Et sacer ut Bacchum referat scyphus.

Propertius lib. III. Eleg. 16.

> Candida laxatis onerato colla corimbis,
> Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.

Stat. lib. II. Sil. 2.

> Nunc opus Aonidum comites, tripodumque ministri
> Diversis certare modis, eat Enthea mitris
> Atque hederis redemita cohors.

Triplex erat mitra, virginalis, militaris, & capitis redimiculum; de militari *Hesychius* in voce μίτρα. *Didym.* in Iliad. IV. *Homeri*. Etymologici autor, *Suidas*, *Parthenius* Erot. 9. De capitis redimiculo *Suidas* in ἀναστέμμα, *Palæfatus*, *Callimachus* in hymno de Delo, *Sophocles* in Oedipo Tyranno. De Virginali *Isid.* lib. XIX. cap. 51. *Origenes* ad Levit. cap. 8.

Lydi & Phryges mitrati, quibus addendi Arabes teste *C. Solino Polyhistore* lib. XXXVI. Forma mitræ hujusmodi fuisse videtur, ut propenderent vittæ quædam, seu teniæ buccas velaturæ. *Pollux* lib. IV. cap. 18. hæc una conjunxit. τιάρα, καλύπτρα, παρακαλύπτρα, μίτρα, *tiara*, *vitta*, *redimiculum*, *mitra*. Et lib. VII. cap. 22. *Mitras & anademata* conjunxit. *Lucretius*

> Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.

Sum mento redimiculum substringebatur teste *Claudiano* lib. II. in Eutropium.

> - - - Mitra redeunte capillos
> Strinxerat.

Tiara fascia, quam Diadema appellabant instructa fuit, ut arctius capiti adstringeretur teste *Xenophonte* Cyroped. lib. VIII. ἐπὶ δὲ τούτοις ἤδη αὐτὸς ἐκ τῶν πυλῶν προυφαίνετο ὁ Κῦρος ἐφ' ἅρματος, ὀρθὴν ἔχων τὴν τιάραν, καὶ χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον (ἄλλῳ δ' οὐκ ἔξεστι μεσόλευκον ἔχειν) καὶ περὶ σκέλεσιν ἀναξυρίδας ὑσγινοβαφεῖς, καὶ κάνδυν ὁλοπόρφυρον. Εἶχε δὲ καὶ διάδημα περὶ τιάρᾳ. Posthæc autem ipse Cyrus adparebat ex portis super currum, rectam tiaram habens, & tunicam

nicam purpuream albo distinctam (aliis vero albo distinctam ferre non licet) Et circum crura subligacula colore hederaceo tincta, & totum purpureum candyn. Habebat etiam diadema circa tiaram. Vitta erat muliebre ornamentum. *Ulpianus* IC. l. 25. ff. de auro & arg. leg. Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ, semimitræ, calantica, acus cum margarita, quam mulieres habere solent. *Aristo* IC. apud *Ulpianum* l. c. Vittæ margaritarum, & fibulæ ornamentorum magis sunt, quam vestium. *Martianus Capella* lib. I. de nuptiis. Jam quoque expurgatioris auri vena splendente addiderat crinibus sociale vinculum. *Statius* lib. I. Sil. 2.

> - - - dat Juno verenda
> Vincula, & insigni geminat concordia dextra.

Vittis discretæ Matronæ a Meretricibus. *Tertullianus* de Fœminarum cultu. Quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ? quas, siquæ leges a matronis, & matronalibus decoramentis coercebant, jam certe seculi improbitas honestissimis quibusque fœminis usque ad errorem dignoscendi exæquavit. *Propertius*

> Mox ubi jam facibus cessit prætexta maritis
> Vinxit & acceptas altera vitta comas.

Plautus in Milite *Clori*.

> - - - Ut ad te eam jam deducas domum;
> Utique eam sic adornatam adducas matronarum modo,
> Capite comto, crines vittasque habeat, assimiletque se
> Tuam esse uxorem, ita præcipiendum est.

Virgilius Æneid. lib. VII.

> - - - matres ubicunque Latinæ
> Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.

Ovidius lib. I. de arte

> Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
> Cuique tegit medias instita longa pedes.

Idem lib. I. de Remed. Amor.

> Thais in arte mea est, lascivia libera nostra est
> Nil mihi cum vitta, Thais in arte mea est.

Idem lib. IV. Fastorum

> Et vos queis vittæ longaque vestis adest.

Idem lib. I. Metamorphos.

> Vitta coercebat positos sine lege capillos.

Tibullus lib. I. Eleg. VI.

> Sit modo casta doce, quamvis non vitta ligatos
> Impediat crines, nec stola longa pedes.

Non modo fœminarum, sed & Virginum vittæ propriæ erant. *Valerius Flaccus* lib. VIII. Argonaut.

> Ultima virgineis tum flens dedit oscula vittis.

Brissonius lib. I. de Persarum principatu distinguit mitram a tiara; nam *Maximus Tyrius* serm. 10. *Mitrophorum* a *Tiarophoro* distinguit, & *Herodotus* lib. VII. Persas gestasse *Tiaram* scribit, Cisseos vero pileos, seu *mitram*. Tiara, ut creditur, formata erat in modum dimidiatæ lunæ, mitra non item; & hoc discrimen designatur a *Luitprando* in sua legatione. Mulieres nostræ (*inquit*) tiaratæ, & teristratæ, viri equitant pileati. Utrumque regum Persarum tegmen; appellarique solent *citaris*, vel *cidaris*, licet *Theophrastus* lib. de regno Cypriorum distinguat apud *Suidam* in voce τιάρα. Claudianus Paneg. de IV. *Honorii* Aug. consulatu.

> Si tibi Parthorum solium fortuna dedisset
> Clare puer, terrisque procul venerandus Eois
> Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras
> Sufficeret sublime genus.

Quod hic de Parthis, in VI. *Honorii* consulatu de Persis dicit. *Scholiast. Aristophanis* ad Acharn. Act. I. Scen. 2. τιάραι δὲ ἐστὶ περικεφαλαῖαι περσικαὶ ταῶνος πτερὰ ἔχουσαι. Tiaræ sunt capitum velamenta aut vincula Persica, pavoninas pennas habentes. *Claudianus*

> Te linguis variæ gentes, missique rogatum
> Fœdera Persarum proceres, cum patre sedentem
> Hac quondam videre domo, positaque tiara
> Submisere genu.

Sidon. Apollinaris lib. VIII. Epist. 3. Atque inter Satrapas Regum tiaratorum myrrhatos, pumicatos, malabatratos. *Fortasse legendum*. Inter Satrapas Regum tiaratorum mitratos. *Hieronymus* in *Dan.* cap. V. Tiara est genus pileoli, quo Persarum, Chaldæorumque gens utitur. *Scholiast. Juvenalis* ad Sat. VI. Tiara sacerdotis habitus, nam galea sacerdotis est, quæ per malas veniens, mento subligatur; Tiara est Phrygium quod dicunt. Seneca Thieste Act. IV. Sc. I.

> - - - Hoc Phrygius loco

Fi-

Fixus tiaras Pelops.

Placid. ad lib. VIII. Thebaid. Tiara dicitur pileum, quod in capite gerit ſacerdos Martis. Verumtamen Tiara Regibus Perſarum, & Parthorum attribuitur. *Claudianus.*

> Sicut Achemenius ſolium gentesque paternas
> Excepit ſi forte puer, cui vivere patrem
> Tutius, incerta formidine gaudia librat.
> Aut fidi proceres, an pugnet vulgus habenis,
> Cui latus Europæ, cui Caſpia limina mandet,
> Sumere tunc arcus, ipſumque onerare videtur
> Patris equum, viſuſque ſibi nec ſceptra capaci
> Suſtentare manu, nec adhuc implere tiaram.

Quod confirmat *Svetonius* in *Nerone* cap. XIII. *Deinde precanti*, tiara deducta, *impoſuit diadema*. Regum fuit inſigne. *Virgilius* de Priamo lib. c.

> - - - Sceptrumque ſacerque tiaras

Et Reginarum. *Heliodorus* de Arſace principe Æthiopic. Hiſtor. lib. VII. ὅρμον δὲ πολυτελείᾳ, ϗ τιάραι ἀξιώματι μεγαλαυχημένην, ϗ παντοίᾳ κομμωτικῇ πρὸς τὸ ἁβρότερον ἐξηνθισμένην, δορυφόρων ἐμπαρεστώτων. Monilium pretio & tiaræ dignitate ſuperbientem, ac delicate delibutam, ac fucatam, ſatellitibus. *Et mox.* ϗ ἅμα ϗ τῆς κεφαλῆς τὴν τιάραν ἀφεῖλε, πολλὰ τῶν παρόντων κωλυόντων. Simul & de capite tiaram depoſuit, multum iis, qui aderant, prohibentibus. In Buccas Tiaræ propendebant. *Juſtinus* lib. I. Brachia (*inquit*) ac *crura* velamentis, caput tiara tegit (*Semiramis*) & ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum veſtiri jubet. *Juvenalis* Sat. VI.

> - - - Phrygia veſtitur bucca tiara.

Gemmis & Margaritis diſtinguebatur. *Valerius Flaccus* Argonaut. lib. VI.

> Ad viridem gemmis, & Eoæ ſtamine ſylvæ
> Subligat extremam patriam cervice tiaram.

Explicandus hoc ſenſu *Plautus* in Perſa.

> - - - Euge, euge exornatus baſilice
> Tiara ornatum lepide condecorat tuum.

Dimidiatæ lunæ formam referebat. *Sidon. Apollinaris* Carm. 2.

> Interea Suſa tremunt, ac ſupplice vultu
> Flectit Achemenius lunatam Perſa tiaram.

Idem Carm. 23. verſ. 251.

> Ut faſtu poſito tumentis aulæ
> Qui ſupra Satrapas ſedit tyrannus,
> Ructans ſemideum propinquitates,
> Lunatam ſibi flectere tiaram.

Albo colore præcipue tiaræ Regiæ commendabantur. *Svetonius* in vita Cæſaris cap. LXXIX. ſcribit ejus ſtatuæ impoſitam fuiſſe coronam lauream, candida faſcia præligatam tanquam inſigne Regis. *Valerius Maximus* lib. VI. Pompejo (*inquit*) candida faſcia crus alligatum habenti; Favonius non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema. De quo vid. etiam *Cicero* ad *Atticum* lib. III. *Lucianus* in *Navigio* ubi luxum regium deſcribit. πορφυρὶς χρυσῷ ποικίλη, ϗ ταινία λευκὴ περὶ τῷ μετώπῳ, Et purpura auro variegata, & faſcia candida circa frontem. Et in *Dialogo*. διαδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, caput revinctum alba faſcia. *Dialogo Diogenis & Alexandri* regium diadema ταινίαν λευκὴν *faſciam albam* appellat. *Silius Italicus* lib. XVI. de Juba Rege

> - - - Cingantur tempora vitta
> Albenti.

Ammianus Marcellinus lib. XII. diadema appellat, *faſciolam candidam regiæ majeſtatis inſigne*. Hinc a *Plinio* lib. VI. quædam macula in fronte apis, *Diadema candicans* vocatur. *Feſtus* de Baſilico. Baſiliſcus (*inquit*) appellatur genus ſerpentis, vel quod in capite habeat album inſtar diadematis, vel quod reliqua ſerpentum genera vim ejus fugiant.

Tiararum genera duo memorantur; Quædam erant inclinatæ, aliæ vero in modum pyramidis erant acuminatæ, quæ dicebantur πῖλος ὀξὺς pileus acuminatus, & ὀρθὴ τιάρα, *recta tiara*, quam ſoli reges Perſarum geſtare poterant. *Xenophon.* Cyroped. lib. VIII. ἐπὶ δὲ τούτοις ἤδη αὐτὸς ἐκ τῶν πυλῶν προυφαίνετο ὁ Κῦρος ἐφ' ἅρματος ὀρθὴν ἔχων τὴν τιάραν, ϗ χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον (ἄλλῳ δ' οὐκ ἔξεστι μεσόλευκον ἔχειν) ϗ περὶ τοῖς σκέλεσιν ἀναξυρίδας ὑσγινοβαφεῖς, ϗ κάνδυν ὁλοπόρφυρον. Εἶχε δὲ ϗ διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ. Poſthæc autem ipſe Cyrus adparebat ex portis ſuper currum rectam tiaram habens, & tunicam purpuream albo diſtinctam (aliis vero albo diſtinctam ferre non licet) & circum crura ſubligacula colore hederaceo tincta, & totum purpureum Candyn. Habebat etiam diadema circa tiaram. *Xenophon* iterum *Anabaſ.* lib. II. τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν. Soli regi permiſſum eſt rectam tiaram habere in capite. *Ariſtophanis* Scho-

Scholiaſtes in Avibus. πᾶσι γὰρ Πέρσαις ἔξεστι τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθὴν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ. μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. Omnibus quidem Perſis licet tiaram geſtare, ſed non rectam, ut docet Clitarchus lib. x. Soli enim Perſarum reges utuntur rectis. Apud *Lucianum* in Dialogo inter Philippum & Alexandrum Magnum, jubetur Alexander ſibi imponere ὀρθὴν τιάραν *rectam tiaram*. Et in *Piſcatore*. εἴ τις ἐν βασιλικῷ σχήματι ὀρθὴν τιάραν ἔχων, καὶ διάδημα, καὶ τ' ἄλλα ὅσα βασιλείας γνωρίσματα. Siquis in regis habitu rectam tiaram habeat, & diadema & alia imperii inſignia. *Suidas*. τιάρα κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. Tiara eſt ornatus capitis, quam ſoli reges apud Perſas rectam geſtant, duces autem inclinatam habent. *Additque*. Demaratus autem Lacedæmonius, qui cum Xerxe Athenas venit, ob ſucceſſum aliquem lætiorem, rege ei permittente peteret quod vellet, petiit in recta tiara Sardes invehi. *Seneca* lib. VI. de Benef. cap. 31. Itaque (*inquit*) Xerxes pudore quam damno miſerior Demarato gratias egit, quod ſolus ſibi verum dixiſſet, & permiſit petere quod vellet; petiit ille, ut Sardes maximam Aſiæ civitatem curru vectus intraret rectam capite tiaram gerens: id ſolis datum regibus, dignus fuerat præmio antequam peteret. *Chryſoſtomus* I. Orat. de ſervit. τοιγαροῦν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὅπως μὲν ἔξει μόνος ὀρθὴν τὴν τιάραν ἐφρόντιζεν, καὶ εἴ τις ἄλλος τοῦτο ἐποίησεν, εὐθὺς ἐκέλευσεν ἀποθνήσκειν αὐτόν. Solus itaque Perſarum rex tiaram rectam gerebat, & ſiquis alius hoc feciſſet, ſtatim eum perimi juſſiſſet. Tiara hæc recta præcipuo nomine κυρβασία & κύρβασις videtur appellata. *Galenus* in lexico *Hyppocratis*: κυρβασία πῖλον ὀξύν. *Suidas*. Κύρβασις: ἔνιοι μὲν τιάραν, ἣ μὲν βασιλεῖς τῶν Περσῶν ὀρθῇ ἐχρῶντο, οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐπικεκλιμένῃ. Kyrbaſia, quam quidem tiaram vocant, qua reges Perſarum utebantur recta, duces autem inclinata. Heſychius κυρβασίαν κορυφὴν ἀλέκτορος criſtam galli appellat; quia tiara erecta erat inſtar criſtæ. Hinc *Ariſtophanes* in avibus irridet Perſarum Regem

> Ὡς δὲ καλεῖται Περσικὸς ὄρνις, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἔτ' ἐκείνης,
> Διὰ ταῦτ' ἔχων καὶ νῦν, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας διαβαίνει,
> Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κυρβασίαν, τῶν ὀρνίθων μόνος ὀρθήν.

> Quare vocatur Perſicus avis dominatione adhuc illa,
> Propter hæc habens, & nunc tanquam rex magnus diſcurrit,
> In capite Kyrbaſiam, avium ſolus, rectam.

Κύρβις tabulam triangularem in modum pyramidis, cui leges inſcribebantur, denotabat. *Heſychius*. Κύρβιν στήλην τρίγωνον ἢ ξύλινον, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἐγράφοντο. Triangularem columnam, aut ligneam tabulam, cui olim leges inſcribebantur. *Suidas*. Κύρβεις τρίγωνοι πίνακες, ἐν οἷς περὶ τῶν ἱερῶν νόμοι ἐγγεγραμμένοι ἦσαν πολιτικοί. Tabulæ triangulares, quibus leges politicæ de rebus ſacris erant inſculptæ.

Tiaræ ſeu faſciæ, de qua adhuc dictum eſt, ſimilis erat cidaris ſacerdotum Hebræorum, quæ ταινία a *Joſepho* appellatur. De hujuſmodi faſciarum, aut mitrarum longitudine nihil ex textu erui poteſt. Hebræi Interpretes mitras ſacerdotum XVI. ulnas longas fuiſſe docent. *Maimonides* de vaſis ſanctuarii cap. VIII. המצנפת של כ״ג או הדיוט ארכו ששה עשר אמות. Tiara ſive ſummi Pontificis, ſive ceterorum ſacerdotum longa erat ſedecim ulnas. Hæ faſciæ ſæpius circa caput in orbem replicabantur teſte eodem *Maimonide* l. c. מקיפו ומחזירו כרך על גבי כרך. Convolvunt aliquoties, & replicant involucrum ſupra involucrum. *Joſephus* l. c. τῇ δὲ κατασκευῇ τοιοῦτος ἐστὶν ὡς στεφάνη δοκεῖν, ἐξ ὑφάσματος λιναίου ταινία πεποιημένη παχεῖα. καὶ γὰρ ἐπιπτυσσόμενον ῥάπτεται πολλάκις. Tali quidem modo fit, ut diceres craſſam eſſe coronam, & tela linea inſtar faſciæ factam, & in orbem ſæpius replicatam atque conſutam. *Tacitus faſciam in orbem replicare* appellat *ſinuare orbes* Annal. VI. ubi Parthorum diadema deſcribit per neſcio quas inalbentes ſpumas. Nunciavere (*inquit*) accolæ Euphratem nulla imbrium vi, ſponte in immenſum attolli, ſimul inalbentibus ſpumis in modum diadematis ſinuare orbes. Hujuſmodi tiaris in nummis ornata ſunt Turcarum Imperatorum capita. *Perſica* voce دولبند appellantur, compoſita ex دوله & بند quorum utrumque ſignificat *ligaculum* aut *faſciam*.

Nonnulli ex Judæis interpretibus ſcripſerunt diſcrimen interfuiſſe inter mitram ſummi Sacerdotis & reliquorum ſacerdotem tiaras. *Joſephus* lib. III. cap. 8. πῖλος δὲ ἦν ὁ καὶ πρότερον αὐτῷ παραπλησίως εἰργασμένος τοῖς πᾶσιν ἱερεῦσιν ὑπὲρ αὐτὸν δὲ συνερραμμένος ἕτερος ἐξ ὑα-

ὑακίνθω πεποικιλμένος. Pileus ei erat admodum ſimilis priori illi, qualem reliqui omnes ſacerdotes habebant. Super quem alius erat conſutus, & hyacintho variatus. *Joſephus* de *conſutili* hoc *pileo hyacintho variato* unus eſt qui ſcribat, reliquis Judæis ſilentibus. Reliqui Judæi aliam inveniunt differentiam inter ſummi Pontificis & ceterorum ſacerdotum tiaram. *Maimonides* l. c. מצנפת האמורה באהרן היא המגבעת האמורה בבניו אלא שכהן גדול צונף בה כמו שלופף על הבשר אלא בניו צונפין בה ככובע ולפיכך נקראת מגבעות. Et tiara de qua mentio fit in Aharon, eadem eſt quæ filiorum ejus, niſi quod ſummus ſacerdos ea involvat (*caput*) inſtar alicujus membri fracti, ſed ejus filii involvunt inſtar galeæ ideoque vocantur מגבעות. *Maimonidi* vel invitus conſentit *R. Abraham ben David* quamvis contradicere videbatur. אין מעשהו של זה כמעשהו של זה מצנפת ארוך הרבה וכורך אותו כריכות הרבה ככריכות הישמעלים אבל מעשה המגבע׳ כמין הכובעי׳ שלנו חדין מלמעלה והן חצרים. Ego dico alterum (*pileum*) alteri non eſſe ſimilem Miznephet valde longum erat, & convolutum multis involucris inſtar involucrorum Iſmaelitarum. At opus Migbaoth erat inſtar noſtrorum pileorum, ſc. acuti ſuperne, & breviores erant. *Aben Ezra* idem ſentit ad *Exod.* XXVIII. אין המגבעות כדמות מצנפת כי המגבעות כדמות אלה שישימו הזכרים באלה הארצות על ראש שיכסו הראש והם גבוהים והמצנפת בגד דק ארוך צנוף סביב הראש לבדו מעט תדמה לה המצנפת שיש בראש הנשים באלה המקומות כי בארץ ישמעאל ובספרד ואפריקא ומצרים ובבל ובגאדד המצנפת היא על הראש מן הזכרים הנכבדים ולא על ראש אשה. Migbaoth non eſt ſimilis Mitznephet, ſed eſt ſimilis illis (*pileis*) quos viri capiti imponunt in hiſce regionibus ad tegendum caput, & ſunt quidem alti. Sed Mitznephet eſt veſtis tenuis & longa voluta circa caput tantum, aliquomodo ſimilis inſtiuſmodi Mitznephet, quo fœminæ caput ſolent tegere in his regionibus (*ut in Germania*, ubi *Judæorum fœminæ linteis capita ſolent circumvolvere, ut fere Turcaram pileus videatur*) Nam in terra Iſmaelitarum, & in Hiſpania, Aphrica, Ægypto, Babylone, & Bagdadi geſtatur in capite virorum honoratiorum, non autem imponitur capiti mulierum.

Reliqui Judæi nullam aut parvam inter utramque tiaram agnoſcunt differentiam. *Nachmanides* in legem Paraſcha *Tezave*. בכהן הדיוט אמר הכתוב מגבעות ואף היא מצנפת היא אלא שקושר בה כל ראשו ומעלה הכפלים עליו כעין מגבעת שהוא כובע כדברי אנקלוס כי מגבעת כמו מקבבע כאשר אמרתי בחילופי הגימ״ל והקו״ף אלה שהמגבעת כמו המצנפת ולכן יזכירו חכמים תדיר בכהן גדול והדיוט מצנפת בתורת כהנים ובמסכת יומא שנינו כהן גדול משמש בשמונה בגדים והדיוט בארבע בכתנת ומכנסים מצנפת ואבנט וכו׳. De ſacerdote Vulgari dicit lex מגבעות *Mighbaoth* ſed & id ipſum eſt מצנפת *Mitznephet*, niſi quod eo totum caput obnubant, atque ita ſpiras & volucra inducat, ut referat ſpeciem מגבעת *galeæ* ſecundum paraphraſin *Onkeloſii*. Ita מגבעת diceretur quaſi מקבעת uti diximus de tranſmutatione literarum ג & ק. Sed quoniam מגבעת eſt inſtar מצנפת, ideo ſapientes indifferenter ponunt מצנפת tam de ſummo ſacerdote, quam de vulgari. In lege ſacerdotum, & in Codice *Joma* legimus. Summus ſacerdos miniſtrabat octo veſtibus, & vulgaris quatuor, tunica, femoralibus, Mitznephet, & balteo. Conſentit in hoc etiam *Maimonides* l. c. uti dictum eſt, qui tiaram tam ſummi quam vulgaris Sacerdotis *Mitznephet* appellat. In eadem ſunt ſententia *Abarbanel* Paraſcha *Thezave*, Maſſechet *Joma* cap. VII. *Raſchi* ad *Exod.* XXVIII. 4. *Joſephus* Antiquit. lib. III. cap. 8. qui indiſcriminantim tiaram cum ſummi tum privati ſacerdotis *Mitznephet* dicit מצנפת, quem ſecutus eſt *Hieronymus* in Epiſtola ad Fabiolam. Quartum (*inquit*) genus veſtimenti rotundum pileolum, quale pictum in Ulyſſe conſpicimus, quaſi ſphæra media ſit diviſa, & pars una ponatur in capite. Hoc Græci noſtri τιάραν, nonnulli galerum vocant, Hebræi *Mitzenephet*. Non habet acumen in ſummo, nec totum uſque ad comam caput tegit, ſed tertiam partem a fronte inopertam relinquit; atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt, ut non facile labatur ex capite. Eſt autem byſſinum, & ſic fabre opertum linteolo, ut nulla acus veſtigia extrinſecus appareant.

Ex his quæ adhuc dicta ſunt, patet eandem interceſſiſſe inter ſummi & privati ſacerdotis tiaram differentiam, quæ inter χυρβασίαν Regum Perſarum, & privatorum tiaram interceſſit; ſc. quod reliquorum ſacerdotum pilei fuerint altiores, inſtar galeæ, ſummi autem Pontificis depreſſior, ſed circa caput majori mole & frequentioribus involucris diffuſus. Hæc colligi videntur ex adducto loco R. *Maimonidis*, ubi dicitur ceterorum Sacerdotum tiara מגבעות *Migbaoth*, quaſi מקבעות a כובע *galea*.

Et-

Etenim קובע est *Galea*; uti dictum est *Sam.* XVII. 5. וכובע נחשת על ראשו. *Et galeam æneam habuit super caput suum*. Nonnulli hic legunt קובע pro כובע, ut *Ezech.* XXIII. 24. וקובע ישימו עליך סביב. *Et ponent adversus te galeas*. *Jerem.* XLVI. 4. יעלו הפרשים והתיצבו בכובעין. *Ascendite equites, & consistite in galeis*. Pileus igitur sacerdotum non multum a *Galea* differebat. Hoc expresse dicit *Maimonides* sacerdotum mitram fuisse בכובע *instar Galeæ*. *Raschi* ad *Exod.* l. c. מצנפת כמין כיפה כובע שקורין קופיא שהרי במקום אחר קורא להם מגבעות ומתרגמינן כובעין. *Mitznephet* est instar fornicis, sive cuculli galeæ, quem vocant *Cuffia*; siquidem in alio loco vocatur Migbaoth, & Chaldaice vertitur galeæ.

Non licebat Sacerdotibus Hebræorum nudo capite sacra facere, ut alibi demonstrabitur. Veteres quoque Ethnici quædam sacra velato capite facere consueverunt. Qui usus in sacrificiis Herculis obtinuit. *Plutarchus* in quæst. Græc. ubi de Herculis Sacerdote. διὰ τί παρὰ Κώοις τοῦ Ἡρακλέους ἱερεὺς ἐν Ἀντιμαχίᾳ γυναικείαν, ἐνδεδυμένος ἐσθῆτα καὶ τὴν κεφαλὴν ἀναδέμενος μίτρᾳ, κατάρχεται τῆς θυσίας. Cur apud Coos Herculis sacerdos in Antimachia muliebri indutus veste, capite mitra tecto sacrificium auspicatur? *Jornandes* de rebus Geticis cap. XI. scribit Dacorum sacerdotes tiaras gestasse. Fecitque (*inquit*) sacerdotes, nomen illis pileatorum contradens, ut reor, quia opertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant. *Virgilius* Æneid. lib. III.

> Et capita ante aras Phrygio velamus amictu.

Ovidius lib. VI. 6.

> Et jam constiterat stricto mucrone sacerdos,
> Cinxerat & Grajas barbara vitta comas.

Lucanus Pharf. lib. I.

> Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos.

Isidorus Orig. lib. XIX. cap. 30. *Gentilium vates*, ait, infula, apice, pileo, sive galero *utebantur*. Infula est fascicula sacerdotalis alba in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciunt. Unde & vittæ dictæ sunt, quod vinciant. Infula autem plerumque lata erat, aliquando tortilis de albo & cocco. Hactenus *Isidorus*. *Seneca* ideo has infulas vocat *sacratas* in Agam. Act. III.

> Sed cur sacratas diripis capiti infulas?

Virgilius lib. III. Æneid.

> Rex Anius, rex idem hominum, Phæbique sacerdos
> Vittis & sacro redimitus tempora lauro.

Prudentius in Romano Martyre.

> Summus sacerdos nempe sub terram scrobe.
> Acta in profundum consecrandus mergitur
> Mire infulatus, festa vittis tempora nectens

Festus. Infulæ sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes & hostiæ templaque velabantur. *A. Gellius* lib. X. cap. 14. docet Flaminem Dialem album galerum habuisse. Is (*inquit*) solus album habet galerum, vel quod Jovi immolata hostia albo fieri oporteat. *Dionysius* Halicarnassæus Saliorum Apices, quos κυρβασίας appellat, lib. II. commemorat. καὶ τὰς καλουμένας ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς πίλους, ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι Κυρβασίας. Et Apices uti vocantur, capitibus imponebant, pileos scilicet altos in modum coni, quos Græci Kyrbasias vocant. *Isidorus* hunc pileum l. c. ita describit. Apex (*inquit*) est pileum sutile, quo sacerdotes gentiles utebantur: appellatum ab apiendo, id est a ligando, virgula, quæ in pileo erat, contexebatur filo, quod fiebat ex lana hostiæ. Galerum pileum ex pelle cæsæ hostiæ factum. Pileum autem dictum a pelle hostiæ unde fiebat. Cidaris & ipsa sacerdotum erat, quod a plerisque mitra vocabatur. *Servius* ad Æneid. lib. VIII. ad hos versus

> Hinc exultantes Salios, nudosque Lupercos,
> Lanigerosque Apices, & lapsa ancylia cœlo
> Extulerat - - -

Flamines (*inquit*) habebant in capite pileum, in quo erat brevis virga desuper habens lanæ aliquid: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt; nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat, unde a filo quo utebantur Flamines dicti sunt quasi Filamines. Verum festis diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam Sacerdotis eminentiam sunt reperta: sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur ad ostendendum eorum culmen. *Plutarchus* cum *Servio* consentit in *Numa*. ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους φλάμινας, ἀπὸ περικρανίων πίλων, οὓς ταῖς κεφαλαῖς φορέουσι, Πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι. Vocabant au-

tem veteres Flamines a pileis, quibus capita tegebant quasi Pilamines, ut memorant historici. *Herodotus* lib. II. cap. 122. docet Sacerdotes Ægyptios, mitra caput tegere, oculos velare, & pallio vestiri. φάρος δὲ αὐτημερὸν ἐξυφήναντες οἱ ἱερέες, κατ' ὧν ἔδησαν ἑνὸς αὐτῶν μίτρῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς. Velum autem quod uno die detexitur, sacerdotes uni illorum imponunt, & mitra oculos tegunt. Non solum tiara, sed ipsis quoque vestibus caput obvelabant. *Fulgentius*. Numa vero (*inquit*) Pompilius, & ipse de Pontificalibus scribens, *tutulum* dici ait pallium, quo sacerdotes caput tutabant. Sacrificaturi & vota suscepturi prætextam capiti injiciebant, quod de *Vespasiano* testatur *Josephus* de Bello Judai. lib. VII. Hic mos ab Ænea deducitur, teste *Plutarcho* in Quæst. Romanis. De quo *Virgilius* Æneid. lib. III.

> Purpureo velare comas adopertus amictu,
> Ne qua inter sanctos ignes in honore deorum,
> Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
> Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
> Hac casti maneant in religione Nepotes.

Servius ad h. l. Sciendum est (*inquit*) sacrificantes diis caput velare consuetos, ne scilicet inter religionem vagis aliquid oberret obtutibus. *Plutarchus* l. c. τοὺς δὲ θεοὺς οὕτω προσκυνοῦσιν κινοῦσιν, ἢ ταπεινοῦντας ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοι τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν δυσφήμοις ἀπαίσιον καὶ δύσφηλον, ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάβομεν τὸ ἱμάτιον &c. Deos autem operto capite adorant, vel quod hoc tegumento capitis se humiles ostenderent, aut potius ne qua vox mali ominis audiatur, ideo usque ad aures vestes sursum trahunt. Fœminæ quoque sacerdotes sacra facientes capita velabant. *Varro*. Rica a ritu: quod Romano ritu sacrificium fœminæ cum faciant, capita velant. *Festus*. Rica est vestimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicæ pro pallio mitrave utebantur, ut Verrius existimat. *Titinnius*. Rica ex lana succida alba vestitus. Alii dicunt pallium esse duplex, quod conficiant virgines ingenuæ, patrimæ, matrimæ, quod cæruleo colore infectum lavatur aqua pura. Alii quod Flaminica cingit pileum. *Idem de Ricula*. Ricula vocantar parva ricinia, ut palliola ad usum capitis facta. *Sed secundum* Granium *erat* muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur. *Festus*. Virgines vestales cum sacrificant semper habere solebant in capite vestimentum album, quadrangulum, oblongum; idque fibula comprehendebatur D. *Ambrosius* Epist. ad Valentinianum. Vix septem vestales capiuntur puellæ, ea totus numerus, quem infula vittati capitis. *Lucanus* lib. I.

> Vestalemque chorum ducit vittata sacerdos
> Trojanam soli cui fas vidisse Minervam.

Ovidius Fast. lib. VI.

> Nullaque dicetur vittas temerasse sacerdos

Valerius Flaccus Argonaut. lib. VIII.

> Ultima virgineis tum flens dedit oscula vittis.

Tutulus præterea erat tegumentum fœminarum sacrificantium. *Festus*. Tutulum vocari ajunt Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat vitta purpurea innexa crinibus, & extructum in altitudinem; quidam pileum lanatum forma metalli figuratum, quo Flamines ac Pontifices utuntur, eodem nomine vocari. Hinc tutulatos apud *Ennium*, Tandem *Varro* capital dictum, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere.

Contra aperto capite sacrificia quædam peragebantur. *Porphyrio* ad l. II. Odarum. Bistonides Thraces (*inquit*) sunt, quæ cum in sacris Liberi patris crinibus solutis versantur, angues & in capite, & in manibus gestant. Saturno & Honori sacrificia nudo capite fiebant. *Plutarchus* Quæst. Roman. διὰ τί τῷ Κρόνῳ ἀπαρακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ; &c. Cur Saturno sacrificant nudo capite? Et paulo post. διὰ τί καὶ τῷ λεγομένῳ Ὀνώρει θύουσι ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ; Cur Honori, uti vocatur, sacrificant nudo capite? *Festus* de Saturno. Saturnii quoque (*inquit*) dicebantur, qui castrum in clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei Deo ante bellum Trojanum videtur, quia apud eum supplicant apertis capitibus: Nam Italici, autore Ænea, velant capita, quod is qui rem divinam faceret in litore Laurentis agri: Veneri matri ne ab Ulysse cognitus interrumperet sacrificium, caput adoperuit, atque ita conspectum hostis evitavit. *Macrobius* Saturnal. lib. III. cap. 6. Custoditur [*inquit*] eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant; hoc fit, ne quis in æde Dei habitum imitetur, nam ipse ibi est operto capite. Varro ait Græcum hunc esse morem; quia sive ipse, sive qui ab eo relicti aram

aram maximam statuerunt Græco ritu sacrificaverunt. Hoc amplius addit Gavius Bassus: idcirco enim fieri dicit; quia ara maxima ante adventum Æneæ in Italia constituta est, qui hunc ritum velandi capitis invenit. *Servius* ad Æneid. lib. III. Sane (*inquit*) sciendum, sacrificantes Diis omnibus caput velare consuetos, ob hoc ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, excepto tamen Saturno, ne numinis imitatio esse videretur, quia Saturno capite velato incenditur. *Meursius* Exercit. part. II. cap. 21. emendavit; *quia Saturno capite velato ibi cernitur*. Babylonios quoque nudo capite sacrificasse probari potest ex *Baruch.* VI. 30. *Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorum capita nuda sunt.*

Fronti Pontificis applicabatur lamina aurea, dicta ציץ *Zitz*. *Exod.* XXVIII. 36. & XXXIX. 30. & *Levit.* VIII. 9. Septuaginta habent πέταλον. *Philo* de vita Mosis lib. III. πέταλον χρυσῶν. *Vulgatus Laminam*. *Josephus* lib. V. Antiquit. cap. 15. χρυσῶν στέφανον auream coronam. *Chaldæus* ציצא. *Arabs* عصابة quod designat *vinculum*, *fasciam*, *vittam*, & omne id, quo aliquid ligatur aut cingitur, verbo عصب *circumdedit*, *cinxit*. Aliquando etiam נזר *Nezer* appellatur, ut *Exod.* XXIV. 6. quæ vox significat coronam, uti probari potest ex 2. *Sam.* I. 10. 2. *Reg.* XI. 12. & alibi; quasi diceretur *Lamina coronæ*, quamvis Septuaginta habeant ἀφόρισμα, & καθηγιασμένον, sc. a radice נזר *separavit*. *Zitz* itaque, quamvis *lamina* tantum fuerit, tamen dici potest *corona* quod frontem cingat, sicut apud Græcos & Latinos omne id quod frontem cingit, solet dici στέφανος aut *corona*. Si vocis originem perscrutemur, ציץ significat *florem* a verbo ציץ *floruit*; Hinc *Persa* pro *Lamina* habet *florem*; qualem significationem habet *Ezech.* VII. 10. *Psal.* CIII. 15. *Job.* XIV. 2. & alibi. A forma & ornamento sic dicta videtur, quod florem referat. Sed omne id quod alteri est ornamento, aut quod conspicuum reddit, voce ציץ exprimi videtur. Ideo ציץ *conspicuum esse* redditur ab Interpretibus *Psalm.* CXXXII. 16. Et *Jerem.* XLVIII. 9. ציץ sumitur pro *ala* aut *penna*. Et ציצית pro *peniculamentis*, sive fimbriis *Num.* XV. 39.

Laminæ materia erat aurum, ideoque dictum est ציץ זהב טהור *lamina ex auro puro*; Omnium consensu hæc corona erat tenuissima; Hinc redditur *lamina*; a Septuaginta & *Philone* πέταλον; At πέταλον nihil aliud est quam folium aliquod tenue, & expansum. Vetus Glossarium πέταλον *blatteum*, *lamina*. Per blatteum intelligit rem tenuem instar folii, imo ipsum fortasse folium. *Eustathio* πέταλα sunt πλατέα φύλλα *lata folia*: *Homer.* Odyss. δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη *sedens inter folia arborum*. Ab ipsis Judæis *folium tenue* ציץ vocatur. *Raschi* ad *Exod.* XXVIII. ציץ כמין טס של זהב *Zitz est instar laminæ, sive folii aurei*. Apud Chaldæos טס *Tas* significat *bracteolam* tenuissimam ex auro aut argento, qualia erant filamenta aurea, quæ vestibus Pontificis intexebantur, de quibus *Exod.* XXXIX. quæ a Chaldæo טסים *Tassim* appellantur. Vide quoque *Exod.* cap. XVII. III. *Nahum* III. 17. Hujusmodi coronas tenues veteribus fuisse usitatas docet *Plinius* lib. XXI. cap. 2. ubi scribit coronas datas fuisse *e lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata*. Et cap. 3. Crassus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. *Et mox*. P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam Philyræ dedit.

Lata fuisse dicitur duos digitos, longaque, ut ab una ad alteram aurem deduceretur. *Raschi* ad l. c. *Exod.* ציץ היה ב' אצבעות מקיף על המצח מאוזן לאוזן. Zitz duos digitos lata erat, cingens frontem ab aure ad aurem. *Jonathan* & *Targum Hierosolymitanum* מן ציריעה לצירעה יתמטי *a temporibus ad tempora perveniet*. *Isidorus* in voce *Baen* hujusmodi laminam memorat. Baen (*inquit*) est lamina aurea ab aure ad aurem, qua familiares regum utebantur. *Aben Ezra* quoque huic simile tradit ad *Exod.* XXVIII. והשרים הגדלים עושים ציץ זהב מצנפת על מקום המצח. Et magni principes faciunt laminam auream super tiaram in fronte.

Diversa est forma coronæ Pontificiæ, quam describit *Josephus* Antiquit. lib. III. cap. 8. περιέρχεται δὲ στέφανος χρύσεος, ἐπὶ τρίστιχίαν κεχαλκευμένος. θάλλει δ' ἐπ' αὐτῷ κάλυξ χρύσεος, τῇ σακχάρῳ βοτάνῃ παρ' ἡμῖν λεγομένῃ ἀπομεμιμημένος. ὑὸς δὲ κύαμον ἑλλήνων οἱ περὶ τομὰς ῥιζῶν ἐμπείρως ἔχοντες προσαγορεύουσιν. Hunc [*pileum*] aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua spectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos vocatur Daccharus, apud Græcorum herbarios hyosciamus. *Et mox*. ἐκ τούτου μὲν στέφανος ἐκκεχάλκευται ὅσον ἀπὸ τοῦ ἰνίου πρὸς ἑκάτερον τῶν κροτάφων.

φων. τὸ δὲ μέτωπον, ἡ μὲν ἐφιελὶς ἐκ ἔπεστι λεγέσθω γὰρ ὅτως ὁ κάλυξ. τελαμὼν δ' ἐσὶ χρύσεος, ὃς ἱεροῖς γράμμασι τῦ Θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἐπιτετμημένος ἐσί. Ejusmodi corona ab occipitio circum tempora utraque procedebat: nam frontem isti calyculi non ambiebant; Sed ceu lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum habebat. Consentit fere cum *Josepho Philo* in vita Mosis lib. III. qui præter pileum, quem mitram nominat, cidarim etiam videtur asserere Pontifici gestamen capitis; postquam de lamina locutus est addit: μίτρα δ' ἦν ὑπ' αὐτὸ τῦ μὴ ψαύειν κεφαλῆς τὸ πέταλον. πρὸς δὲ κỳ κίδαρις κατεσκευάζετο κίδαρει γὰρ οἱ ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι. Subfuit huic mitra, quo fiebat, ut caput ipsa non attingeret. Quin cidaris ei in ornamentis erat. Nam & Orientis Reges cidari, diadematis vice, uti solent. *Et paulo post*. Κίδαριν ἀντὶ διαδήματος ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ. Cidarim pro diademate impositam habet capiti. Fortasse hic mitra a cidari non est diversa; adeo ut non adjecta mitræ esset cidaris, sed cidaris nomen ad clariorem explicationem sit adjectum. Quod videtur eliciendum ex eo, quod apud ipsum *Philonem* in libro περὶ φυγάδων legatur, qui ibi differens de dignitate Pontificis, ipsam mitram pro diademate sumat; Καὶ ὅτι τὴν κεφαλὴν ὐδέποτε ἀπομιτρώσει, τὸ βασίλειον, ὐκ ἀποθήσεται διάδημα, τὸ σύμβολον τῆς ὐκ αὐτοκράτορος μὲν, ὑπάρχυ δὲ κỳ θαυμασῆς ἡγεμονίας. Ex eo etiam, quod caput ejus mitra donandum non est, regium diadema non est ei exuendum, quod quidem insigne est potestatis, non quidem imperatoriæ, sed tamen Gubernatoris, & præfecturæ admirabilis. Videtur hoc loco mitram & diadema pro eodem usurpare. Illud vero magis mirum, quod *Josephus* describat coronam illam triplici ordine fabrefactam cum calyculis exsurgentibus, qui magis usum sui temporis, quod cum in Pontificia cidari, tum in multis aliis deviavit, quam Mosaicam describit. Judæi omnes Interpretes testantur unam cidarim cum lamina fuisse impositam capiti summi Pontificis. Sed inprimis legitur *Exod.* XXIX. 7. *Pones tiaram in capite ejus*, ונתת את נזר הקדש על המצנפת *Et impones coronam sanctam super tiaram*. Corona certe fuit in ejus indumentis, sed hæc fuit ipsa lamina aurea, quæ vitta hyacinthina tiaræ imposita verum erat diadema, & coronæ sacræ nomen *Levit.* VIII. 9. sortitur. את ציץ נזר הקדש זהב טהר. *Laminam coronam sanctam ex auro puro*. Coronam hoc loco Judæi omnes pro *lamina* explicant. Quibus adstipulatur *Vulgatus*, qui priori *Exod.* loco *coronam* per *laminam* reddit, atque in binis ceteris *Laminæ* nomen tantummodo retinet. Certe *Josephus* non aliam præter laminam auream, & tiaram byssinam hyacintho circumstrictam Pontifici coronam fuisse agnoscit *Halos.* lib. v. cap. 16. τὴν τε κεφαλὴν βυσσίνη μὲν ἔσκεπε τιάρα. κατέσεπτο δ' ὑακίνθῳ, περὶ ἣν χρυσῦς ἄλλος ἦν σέφανος ἐκτύπωμα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα. ταῦτα τὰ ἐσὶ φωνήεντα τέσσαρα. Caput tiara byssina tegebat. Coronatur autem hyacintho. Et circa eam alia corona erat aurea, scriptas ferens sacras literas, idest, nomen tetragrammaton. Binas hic habet ille coronas, sed alteram ipsam cum vittis, cidarim, aut tiaram, seu potius ipsas vittas, alteram laminam auream, quæ in scriptura aliquando corona sancta nominatur. Illud etiam observandum est, quod ipso *Josepho* autore Jaddus Pontifex Alexandrum magnum excepturus, unam cidarim, & laminam auream capiti imposuerit, uti legitur lib. IX. cap. 8. Præterea I. *Macchab.* X. 21. narratur, quod, cum Alexander Syriæ rex Jonathani miserit stolam purpuream & coronam auream, quibus Pontificem designare voluit, Jonathan ipse dicitur induisse τὴν ἁγίαν σολὴν, seu ἀρχιερατικὴν, i. e. *sacra Pontificatus indumenta*. Nulla mentione coronæ aureæ in indumentis ejus habita, ipso *Josepho* teste lib. XIII. cap. 5. His addendum, quod petentibus, per legatos Judæis a Claudio Cæsare stolæ sacræ, seu Pontificii vestitus custodiam, diplomate conceditur sacræ vestis, & Coronæ (quæ lamina aurea fuisse videtur) custodia. Diplomatis (quod integrum apud *Josephum* lib. XX. cap. I. legitur) hæc sunt verba: τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα κỳ τὸ σέφανον ὑπὸ τὴν ἐξυσίαν ὑμῶν εἶναι συγχωρῶ, *ut vestitus sacer, & corona a vobis custodiatur, concedo*.

In hac lamina insculpta erant hæc verba קדש ליהוה uti dictum est in textu ופתחת עליו פתוחי חתם קדש ליהוה *Et insculpes ei, sculpturis sigilli*, Sanctitas Jehovah. *Targum* ותגלוף עלוהי כתב מפרש קדש ליי׳. *Et insculpes ei sculptura expressa*, Sanctitas Jehovah. Contendunt inter se Judæi utrum istæ voces una, an duabus lineis scriptæ fuerint. *Hieros. Joma* 41. 3. ציץ היה כתוב עליו קדש ליי׳ קודש מלמטן ושם מלמעלן כמלך שהוא יושב על קתדרין שלו ודכוותה אחר מלמטן

מלמטן ושם מלמעלן אמר רבי אלעזר בי
רבי יוסי אני ראיתיו ברומי ולא היה כתוב
עליו אלא שיטה אחת קדש ליי׳. In La-
mina ſcriptum erat *Sanctitas Jehovah*,
Sanctitas infra, & nomen ineffabile ſu-
pra, inſtar regis, qui ſedet ſuper ejus
cathedra: infra, & nomen ſupra. Di-
cit R. Eliezer diſcipulus R. Joſe; ego
illam vidi Romæ (*inter ſpolia Hieroſo-
lymitana*) eique una linea fuiſſe ſcrip-
tum *Sanctitas Jehovah*. *Babyl. Schabb.*
63. 2. תניא ציץ כמין טס של זהב ורוחב
שני אצבעות מוקף מאזן לאזן וכתוב עליו
בשני שיטין יו״ד ה״א מלמעלה וקדש למ״ד
למטה אמר רבי אליעזר בי רבי יוסי אני
ראיתיו ברומי וכתיב קדש ליי׳ בשיטה אחת
Extat traditio. Bractea erat lamina
quædam aurea, lata duos digitos, per-
tingens ab aure ad aurem, habebatque
inſcriptas lineas duas, quarum ſuperior
continebat *Jod He*, *Vau He*, inferior
קדשו & literam *Lamed*. R. Elieſer bar
R. Joſe dicit. Ego illam vidi Romæ,
eique una linea קדש ליהוה fuiſſe inſcrip-
tum. *Maimonides* de Vaſis ſanctuarii
cap. XI. כיצד מעשה הציץ עושה טס של
זהב ורחב שתי אצבעות ומקיף מאזן לאזן
וכותב עליו שני שיטין קדש לה׳ קדש
מלמטה לה׳ מלמעלה ואם כתבו בשיטה
אחת כשר ופעמים כתבוהו בשיטה אחת.
Quale erat opus bracteæ? Fiebat ex
auro lamina, lata duos digitos, per-
tingens ab aure ad aurem. Atque in
ea duabus lineis inſcriptum erat; *San-
ctitas Jehovah*. *Sanctitas* in inferiori li-
nea ſcribebatur; & *Jehovah* in ſuperio-
ri. Si vero ſcriptum erat in una li-
nea, legitimum erat. Aliquando ſcribe-
batur in una tantum linea. *Abarbanel*
l. c. ואם היה בשיטה אחת כותבורת כן
קדש ליהוה ואם היו בשני שטין היו קדש
למטה וליהוה מלמעלה כי הוא עליון על
כל הנמצאים. Si una linea ſcribebatur,
ſic ſcribebatur. *Sanctitas Jehovah*. At
ſi duabus lineis, *Sanctitas* in inferiori
linea, & in ſuperiori *Jehovah*, quod
nomen illud elatum ſit ſuper reliquas
res omnes. *Schilthe Haggibborim* de ve-
ſtibus ſacris cap. II. וכתוב עליו בשני
שטין קדש ליהוה קדש מלמטה ליהוה
מלמעלה ופירוש הראב״ד ז״ל למ״ד מלמטה
בסוף שטה ראשונה ולכן קראו למטה
לפי שהוא בסוף ה׳ מלמעלה בראש שטה
שנייה וקראו למעלה לפי שהוא על ראש
המעיין וסמוך לו ועם זה היה ה׳ בראש
שטה ויהיה נקרא כסדר קדש לה׳ ואם
כתבו בשטה אחת כשר. Scriptumque in-
erat duabus lineis קדש ליהוה ſc. קדש
inferius, & ſuperius ליהוא explicat *Aran-
bad* f. m. *Lamed* in fine primæ lineæ,
ideoque appellat inferiorem, quia eſt
in fine ה׳ ſuperius in principio lineæ
ſecundæ, & appellat ſuperiorem, quia
legenti prima, & propior eſt, tamen
erat ה׳ in principio lineæ, & ex ordi-
ne legebatur קדש לה׳. Si vero una tan-
tum linea ſcriberetur, legitimum erat.
Vid. Succah. 4. 11. 12.

Priori modo ſic	Poſteriori hac forma
קדש ליהוה	ליהוה קדש

Præterea Judæi contendunt has lite-
ras fuiſſe protuberantes. *Maimonides* l. c.
והאותיות בולטות בפניו. Et ab antica
ejus parte literæ prominebant. *Abarba-
nel* l. c. והיה פתוחי חותם כתב מפורש
והאותיות בולטות לא כמו השמות
שבכתפות האפור ובחשן שהיושם האותיות
שוקעות שנ׳ תפתח את שני האבנים אבל
האותיות בציץ היה בולטות. *Et erit ſcul-
ptum ſculptura ſigilli*. Hoc interpretan-
tur literas protuberaſſe, non eodem
modo; quo nomina erant inſculpta hu-
meralibus Ephod, & Pectorali; ibi
enim literæ erant profundæ; uti dicitur
Exod. XXVIII. 11. *Et ſculpes duos lapi-
des*. At in lamina literæ erant protu-
berantes. *Schilthe Haggibborim* de veſti-
tu Sacerdotum cap. II. והאותיות בולטות
בפניו כדתנן בגטין פרק המביא גט ציץ
לא היה כתבו שוקע אלא בולט כדינר
זהב שבולט ולא כדינר דאילו חתם בנואי
ואילו הכא מבראי חופר את האותיות
מאחריו והוא מדובק על השעוה עד
שבולט היינו הציץ היה מדובק מלפניו על
השעוה רכה וכשחופרין האותיות מאחוריו
מתוך רכות השעוה וטס ירד למטה
מלפניו כצורת האותיות שחופרין מלאחוריו
מה שלא יעשה אם הטס היה מונח מלפניו
על דבר קשה והרבא״ד השיג ואמר אינו
חופר אלא מכה בדפוס צורת האותיות
מאחריו עד שהאותיות בולטות מלפניו.
Literæque ejus protuberabant ab antica
parte uti traditum eſt in *Gemara Gittin*
cap. I. Laminæ ſcriptura non erat con-
cava, ſed protuberans inſtar aurei num-
mi protuberantis, at non omnino in-
ſtar nummi, quia in hoc intrinſecus,
& in illa extrinſecus excavabantur li-
teræ, dum ceræ applicabatur, uſque
dum protuberarent; i. e. Lamina ceræ
in ſua ſuperficie applicabatur a par-
te antica, cum erat tenera, & cum
excavabantur literæ a parte poſtica
juxta formam literarum, quod non ac-
cidiſſet, ſi rei ſolidæ impoſita fuiſſet la-
mina. At *Arabad* contradicit dicens.
Non excavabat, ſed percutiebat forma
figuræ literarum a parte poſtica; donec
ab antica parte literæ protuberarent.

Non

Non video, cur magis in corona, quam in lapidibus literæ eſſent protuberantes, cum utrobique dicatur פתוחי חתם. Et de literis inciſis videtur intellexiſſe *Onkelos*, *Jonathan*, & *Targum Hieroſolymitanum*, quando verbo גלף uſi ſunt, dicentes ותגלוף *&* *inſculpes*, *incides*. Verbum לגף eſt ipſiſſimum γλύφω & γλύφειν Græcis eſt *ſculpere incidere*.

Apud veteres Coronis tituli, literæ, voces integræ, & imagines inſcribebantur. De Coronis in imaginibus vid. *Athenæum* lib. v. 13. ubi dicitur Diogenes rogaſſe Alexandrum, ut ſibi liceret geſtare purpuream tunicam, & coronam auream, in cujus medio impoſita eſſet virtutis imago, cujus erat ſacerdos. Apud *Svetonium* in vita *Domitiani* narratur, Imperatorem *geſtaſſe coronam auream, cum effigie Jovis, & Junonis, Minervæque*, ut oſtenderet ſe eorum fuiſſe ſacerdotem. Addit præterea aſſediſſe *Dialem ſacerdotem* atque collegium Flavialium pari habitu, niſi quod illorum coronis inerat & ipſius imago, id eſt ipſius *Domitiani*, quem adulatores pro Deo habebant.

Ut conſtaret Aharonem verum ejus eſſe ſacerdotem, juſſit Deus ut coronæ, pro imagine, nomen ſuum, ſc. קדש ליהוה inſculperetur. Ex *Flavio Vopiſco* in vita *Aureliani* colligi poteſt ejuſmodi nomina & titulos aliis quoque coronis inſcriptos fuiſſe. Præferebantur (*inquit*) coronæ omnium civitatum aureæ titulis eminentibus proditæ. *Apocalypſeos* cap. xvii. 5. legitur Mulierem purpura & cocco veſtitam ἐπὶ τὸ μέτωπον ὄνομα γεγραμμένον, Μυστήριον, *in fronte habuiſſe ſcriptum nomen, Myſterium.*

Poſtremo locus, & modus alligandæ laminæ deſcribitur in textu l. c. verſ. 37. ושמת אותו על פתיל תכלת והיה על המצנפת אל מול פני המצנפת יהיה והיה על מצח אהרן. *Et pones eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, in anteriori parte tiaræ erit. Et erit ſuper frontem Aharon. Targum.* ותשוי יתיה על חוטא דתכלתא ויהי על מצנפתא לקביל אפי מצנפתא יהי ויהי על בית עינוהי דאהרן. *Et pones eam in funiculo hyacinthino, & erit ſuper tiaram, in anteriori parte tiaræ erit. Et erit ſuper locum oculorum Aharon.* Nonnulli hæc verba והיה על המצנפת. *Et erit ſuper tiaram:* ita exponunt, quaſi lamina tetigiſſet, eique incubuiſſet. Ita ſentire videtur *Philo* lib. iii. de vita Moſis. μίτρα δ' ἦν ὑπ' αὐτὸ, τοῦ μὴ φαύειν κεφαλῆς τὸ πέταλον. Mitra autem ſub lamina fuit, ne capiti inniteretur lamina. Et *Joſephus* Antiquit. lib. v. cap. 6. τὴν δὲ κεφαλὴν βυσσίνη μὲν ἔσκεπε τιάρα κατέστεπτο δ' ὑακίνθῳ περὶ ἣν χρυσοῦς ἄλλος ἦν στέφανος ἐκτύπωμα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα. ταῦτα δ' ἐστὶ φωνήεντα τέσσαρα. Caput tiara byſſina tegebat; coronatur autem hyacintho; & circa eam alia corona erat aurea, ferens ſacras literas, id eſt nomen tetragrammaton. At Talmudici volunt ſolam vittam, quæ laminam medio ſuſtinebat, ſuper tiaram fuiſſe, eaque de cauſa dictum fuiſſe על המצנפת ſuper tiaram; Laminam autem ipſam capitis frontem tetigiſſe, quod probant ex eo quod dictum eſt והיה על מצח אהרן *Et erit ſuper frontem Aharon*; Alii vero hoc intelligunt de loco anteriori tiaræ verſus frontem; ſed Judæi Interpretes hoc de ipſa carne dictum contendunt, ita ut corona carni frontis, non autem tiaræ ad frontem adhæreret. *Jonathan* ויהי אל פרחתא רבית אפוי דאהרן *Et erit ſuper frontem faciei Aharon.* Volunt præterea tiaram tantummodo texiſſe verticem, tota fronte manente nuda, ut ſpatium reliquum eſſet alligandi phylacteria, & laminam, ita ut lamina oculis incumberet; ideo Chaldæus pro מצח *fronte habet* בית עינוהי *domus*, i. e. locus *oculorum*; pars enim frontis inferior ab orientalibus ita ſolet appellari, ut *Apocal.* cap. xvii. 5. pro ἐπὶ τὸ μέτωπον *Syrus* habet ܥܠ ܒܝܬ ܥܝܢܘܗ̈ܝ *Et ſuper locum oculorum*. Verticem igitur capitis tegebat mitra, ſuperiorem frontem *phylacteria*, & inferiorem circa oculos *lamina aurea*. Nonnulli tamen volunt laminam fuiſſe inter mitram & phylacteria, ita ut lamina fuerit ſupra phylacteria. *Jonathan* ויהי על מצנפתא מעילוי תפילה רישא. *Et erit ſupra phylacteria capitis*; Cum quo conſentit *Targum Hieroſolymitanum*, *&* *Maimonides*, qui cap. x. de vaſis ſanctuarii ita ſcribit ואחכ צונף במצנפת וקושר הציץ למעלה מן המצנפת ושערו היה נראה בין ציץ למצנפת ושם היה מניח תפילין בין ציץ למצנפת. Inde mitra redimiebatur, ad hanc annectebatur lamina, inter laminam & mitram coma conſpiciebatur, & ibi inter laminam & mitram ponebantur phylacteria.

Lamina vittis hyacinthinis capiti alligabatur, dictum eſt enim ושמת אתו על פתיל תכלת והיה על המצנפת. *Et poneas eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram. Targum* ותשוי יתיה על חוטא דתכלתא ויהי על מצנפתא. *Et pones eam in filamento hyacinthino, & erit ſuper tiaram.* Et *Jonathan* שזיר חוטא דתכלתא *retorto filamento hyacinthi*. Quidam volunt unicam tantum

fuiſſe

fuiſſe vittam, quæ indebatur foraminibus laminæ circa extremitates ejus verſus aures, ut inde deduceretur ad occipitium, ubi modo alligaretur. *Raſchi* vero contendit aliam vittam fuiſſe præterea in medio laminæ ad marginem inditam foramini alii, illamque ſuperne tiaram cinxiſſe, & a fronte per verticem ad occipitium retractam, ibique ſtrictam fuiſſe, ut hac ratione lamina firmiter capiti adhæreret, ut ipſa tiara de capite decidere non poſſet. Juxta ejus ſententiam tria habuiſſe foramina videtur lamina, ſinguloque foramini indita fuiſſe vitta hyacinthina, & quælibet vitta in duas quaſi partes fuiſſe diviſa, ut ſex quaſi vittæ fuiſſe viderentur, ut ex ejus verbis ad *Exod.* XXVIII. apparebit. על פתיל תכלת ובמקום אחר אומר ויתנו עליו פתיל תכלת ועוד כתיב כאן והיה על המצנפת ולמטה הוא אומר והיה על מצח אהרן ובשחיטת קדשים שנינו היה כראה בין ציץ למצנפת ששם מניח תפילין למדנו שהמצנפת למעלה בגובה הראש ואינה עמוקה ליכנס בה כל הראש עד המצח והציץ מלמטה והפתילים היו נקבין (Legendum בנקבים, ſic leg. in edit. Hanov. & in triplici *Targum*) ותלויין בו בשני ראשים ובאמצעו ששה בשלשת מקומות הללו פתיל ומעלה אחד מבחוץ ואחר מבפנים כנגדו וקושר ראשי הפתילים מאחורי העורף שלשתן ונמצא בין אורך הטס ופתילי ראשיו מקיפין את הקדקד והפתיל האמצעי שבראשו קשור עם ראשי השנים הולך על פני רוחב הראש מלמעלה ונמצא עשוי כמין כובע ועל פתיל האמצעי הוא אומר והיה על המצנפת והפתיל האמצעי מחזיקו שאינו נופל והטס תלוי כנגד מצחו ונתקיימו כל המקראות פתיל על הציץ וציץ על הפתיל ופתיל על מצנפת מלמעלה. *Super vittam hyacinthinam*. Et alio loco ſc. *Exod.* XXXIX. 31. dicit. *Et ponet ſuper eam vittam hyacinthinam*. Iterum ſcriptum eſt hic; *& erit ſuper frontem Aharon. Et in mactatione ſanctorum Gem. Babyl. Sevachim* legimus. *Capilli ejus conſpiciebantur inter tiaram & laminam, ubi erant phylacteria*. Docemur itaque tiaram fuiſſe ſuperne in vertice capitis, neque profunde depreſſam, ut totum caput tegeret, uſque ad frontem. Laminam autem fuiſſe inferius. Quantum autem ad vittas, inditæ erant foraminibus, unde dependebant ex duabus extremitatibus (*laminæ*) & e medio ejus, ut eſſent ſex in tribus iſtis locis. Vitta erat ſuperne, una exterius (*propendens*) & altera interius e regione ejus: omnes tres vittæ ſuis extremitatibus ſtringebantur in occipitio. Reperiebatur igitur vitta inter longitudinem (*i. e. in medio*) laminæ cujus extremitates cingebant totum cerebellum; vitta media, cujus extremitas revincta erat cum extremitatibus duarum reliquarum, recurrebat per latitudinem capitis ſuperne, atque ſic facta erat inſtar caſſidis. Ideoque de media vitta intelligi debet id quod dicitur. *Et erit ſuper tiaram*. Media vitta eam ſuſtinet, ne cadat. Et lamina pendet e regione frontis ejus. Atque ſic totus textus in eo conſiſtit, ut doceremur, vittam eſſe ſupra laminam, & laminam ſupra vittam, & vittam ſupra tiaram ſuperne. *Schilthe Haggibborim* l.c. והציץ הוא נקוב בשתי קצותיו ופתיל תכלת למטה ממנו נכנס מנקב לנקב כדי שיהיה נקשר בפתיל כנגד העורף והראב״ד ז״ל הוסיף עוד ישבו נקב באמצע שמכניס בו פתיל תכלת וכורכו על המצנפת וקישור עם הפתיל שבראשו שהוא קשור לו כנגד ערפו והוא כדעת רש״י ז״ל אמנם הרמב״ן ז״ל השיג על רש״י ז״ל כדברי רבינו ז״ל Erat ad duo extrema lamina perforata & funiculus hyacinthinus intra illam ex uno ad alterum foramen deducebatur, ut ad cervicem funiculo vinciretur. At *Rabad* f. m. addit, præterea fuiſſe in medio foramen, in quod funiculus hyacinthinus inducebatur, & mitræ involvebatur, & vinciebatur funiculo, qui erat in ejus capite, qui ad cervicem colligabatur. Hæc eadem eſt *Raſchi* f. m. ſententia. Verum *Ramban* f. m. contradicit *Raſchio* f. m. ſcribitque juxta ſententiam magiſtri noſtri f. m.

Expiaſſe dicitur iniquitates rerum ſacrarum filiorum Iſraelis lamina *Exod.* l. c. ונשא אהרן את עון הקדשים אשר יקדישו בני ישראל לכל מתנות קדשיהם והיה על מצחו תמיד לרצון להם לפני יהוה. *Ut portet Aharon iniquitatem rerum ſacrarum, quas conſecraverint filii Iſraelis, omnium donorum, ab illis conſecratorum. Sic erit ſuper frontem ejus jugiter pro reconciliatione eorum coram Domino. Targum* ויטול אהרן עוית קודשיא דיתקדשון בני ישראל לכל מתנת קודשיהון ויהו על בית עדוהי תדירא לרעוא להון קדם יי. *Ut portet Aharon iniquitatem ſanctitatum, quas ſanctificarunt filii Iſrael, omnium donorum ab illis conſecratorum, & erit ſuper locum oculorum ejus ſemper, pro reconciliatione eorum coram Domino. Jonathan.* ויטול אהרן ית עניות קודשיא דיתקדשון בני ישראל לכל מתנת קודשיהון דמשקרין בהון ויהי על פרחתא תדירא לרעוא להון קדם יי. *Et portabit Aharon inquitates ſanctificatorum, quæ ſanctificabunt filii Iſrael, juxta omnia munera ſanctificatorum ſuorum, in quibus prævaricati ſunt, Et erit ſuper frontem aſſi-*

assidue pro reconciliatione eorum coram Domino. Ubi *Raschi*. ונשא אהרן לשון שליחה ואף על פי כן אינו זו ממשמעו אהרן נושא את המשא של עון נמצא משולק העון מן הקדשים את עון הקדשים לרצות על הדם והחלב שקרבו בטומאה כמו ששנינו אי זה עון היה נושא אם עון פינול הרי כבר נאמר לא ירצה ואם עון נותר הרי נאמר לא יחשב ואין לומר שיכפר על הכהן שהקריבם טמאים שהרי עון הקדשים נאמר ולא עון המקריבים אינו מרצה אלא להכשיר הקרבן והיה על מצחו תמיד אי אפשר שיהא על מצחו תמיד שהרי אינו עליו אלא בשעת העבודה אלא תמיד לרצות להם אפילו אינו על מצחו שלא היה כהן גדול עובד באותה שעה ולדברי אומר עונהו על מצחו מכפר ומרצה ואם לאו אינו בה נדרש על מצחו תמיד מלמד שממשמש בעודו מצחו שלא יסיח דעתו ממנו. *Et portabit Aharon* ex significatu dimittendi, & quamvis ita sit, non intelligitur ex sensu literali, quod Aharon portaverit onus iniquitatis, deprehenditur, quod rejecerit iniquitatem ex sanctificatis. *Iniquitatem sanctificatorum*; ut fiat acceptabilis sanguis, & adeps, qui oblati fuerint in immunditie; sicuti legimus. Quænam est illa iniquitas, quam ille portat? Si iniquitatem abhominandi, jam dictum est. *Non acceptabitur*. Si iniquitatem residui; jam dictum est: *Non imputabitur*. Neque dicendum est, quod expiet sacerdotem, qui obtulerit in immunditie; quia dictum est, *iniquitatem sanctificatorum*, non autem iniquitatem offerentium; non acceptabitur sed solum ad reddendum legitimum sacrificium. *Et erit super frontem ejus jugiter*. Non est possibile, quod super ejus frontem fuerit jugiter; quia illi non imponebatur nisi tempore ministerii. *Ad reconciliationem eorum*; quamvis non fuerit super ejus fronte, neque eo tempore ministret summus sacerdos. At juxta sententiam illius qui dicit super ejus fronte, expiat, & reconciliat, si minus non reconciliat. Exponitur *super ejus frontem jugiter*; ad docendum, quod ministrans ne abstrahat ob ea mentem suam *Hieros. Joma 39. 1.* אית תנויי תני הציץ מרצה על מצחו אית תנויי תני אפילו בזוית מאן דאמר הציץ מרצה על מצחו והיה על מצחו תמיד ומאן דאמר אפילו בזוית מן הדא דיום הכיפורים מאן דאמר הציץ מרצה על מצחו מסייע לרבי יוסי בי רבי בון מאן דאמר אפילו בזוית מסייע לרבי עקיבא. Est qui docet, quod lamina super frontem expiet. Et est qui docet, vel in angulo. Qui dicit; lamina expiat super frontem; ex eo probat, quod dicitur. *Et erit super frontem ejus jugiter*. Et qui dicit, vel in angulo, probat ex eo, quod contingit in die expiationum. Qui dicit: lamina super frontem expiat, favet τῷ R. Jose discipulo R. Bon, qui dicit vel in angulo favet τῷ R. Akiba. *Babyl. Joma 7.* תא שמע על מה הציץ מרצה על הדם ועל הבשר ועל החלב שנטמא בין בשוגג בין במזיד בין באונס בין ברצון בין ביחיד בין בצבור וגו׳ ונשא אהרן את עון הקדשים וכי אי זהו עון הוא נושא אם עון פיגול הרי כבר נאמר לא ירצה ואם עון נותר הרי כבר נאמר לא יחשב הא אינו נושא אלא עון טומאה שהותרה מכללה בצבור וקשיא לרב ששת תנאי היא דתניא ציץ בין שיש בו על מצחו בין שאינו על מצחו מרצה דברי רבי שמעון רבי יהודה אומר עודהו על מצחו מרצה אין עודהו על מצחו אינו מרצה אמר לו רבי שמעון כהן גדול ביום הכיפורים יוכיח שאין עודהו על מצחו ומרצה אמר לו רבי יהודה הנח לכהן גדול ביום הכיפורים שטומאה הותרה לו בצבור מכלל דרבי שמעון סבר טומאה דחויה היה בצבור אמר אביי בנשבר הציץ דכולי עלמא לא פליגי דלא מרצה כי פליגי דתלי בסיכת רבי יהודה סבר על מצחו ונשא ורבי שמעון סבר תמיד לרצון לפני יהוה מאי תמיד וגו׳ אלא תמיד מרצה הוא ולרבי יהודה נמי הא כתיב תמיד ההוא תמיד שלא יסיח דעתו ממנו כדרבי בר רב הונה דאמר רבי בר רב הונה חייב אדם למשמש בתפילין בכל שעה ושעה קל וחומר מציץ ומה ציץ שאין בו אלא אזכרה אחת אמרה תורה על מצחו תמיד שלא יסיח דעתו ממנו תפילין שיש בהן אזכרות הרבה על אחת כמה וכמה ולרבי שמעון דאמר תמיד מרצה והא כתיב על מצחו ונשא ההוא לקבוע לו מקום הוא דאתא ורבי יהודה לקבוע לו מקום מנא ליה נפקא ליה מעל מצחו ורבי שמעון נמי תפוק לי מעל מצחו הכי נמי אלא על מצחו ונשא מאי עביד ליה אמר לך ראוי למצח מרצה שאינו ראוי למצח אינו מרצה לאיפוקי נשבר הציץ דלא מרצה ולרבי יהודה נשבר הציץ מנא ליה נפקא ליה ממצח מצחו ורבי שמעון מצח מצחו לא משמע ליה. Veni & audi. Quid expiat lamina? sanguinem, & carnem, & adipem, qui sint immunditia polluti sive per ignorantiam, sive de industria, sive violenter, sive sponte, sive in privato sive in coetu. *Et portabit Aharon iniquitatem sanctificatorum*. Quænam est illa iniquitas, quam portat? Si iniquitas abhominandi, jam dictum est; *non acceptabitur*. Si iniquitas residui; jam dictum est; *non imputabitur*. Ecce non portat, nisi iniquitatem immunditiei, quæ permissa est ab ejus generali in cœtu. Oppositio: R. Sesat duo doctores. Traditio Lamina sive fuerit, sive non fuerit super ejus frontem, expiat;

piat; verba R. Simeonis. R. Jehuda dicit; Quo tempore erit ſuper ejus frontem, expiabit; quo tempore non erit ſuper ejus frontem, non expiabit. Reſpondit illi R. Simeon; ſacerdos ſummus in die expiationum probet, quamvis non ſit ſuper ejus frontem, tamen expiat. Reſpondit illi R. Jehuda; non probat ſacerdos ſummus in die expiationum, in quo immundities permiſſa eſt in cœtu ab ejus generali. R. Simeon putat, quod immundities expellatur in cœtu. Dicit Abai; ſi rumpatur lamina; ex eorum conſenſu non eſt diſſenſio, quod non expiet; ſed diſſenſio eſt, quod R. Jehuda intelligit ex eo quod dicitur; *ſuper ejus frontem, & portabit*; & R. Simeon intelligit ex eo quod dicitur; *jugiter ſuper ejus frontem ad expiandum coram Domino*. Quid *jugiter*? &c. ſed jugiter expiabit; pariterque juxta mentem R. Jehuda; ecce ſcriptum eſt; *jugiter erit: jugiter* ne ab ea abſtrahat mentem ſuam juxta ſententiam Rabi bar Rab Huna; dicit enim Rabi bar Rab Huna; Quivis debet orare qualibet hora; multo magis probari poteſt ex lamina. Si de lamina, in qua unum Dei memoriale continetur; dicit textus; *ſuper ejus frontem jugiter*, ne ab ea abſtrahat mentem ſuam; In Thephelin vero, in quibus ſunt multa Dei memoralia quanto magis! & juxta mentem R. Simeon, qui dicit; *jugiter expiabit*; & ecce ſcriptum eſt; *ſuper ejus frontem & portabit*. Hoc adducitur ad ſtatuendum illi locum. Et R. Jehuda ad ſtatuendum illi locum, unde probat? ex eo probat, quod dicitur *ſuper ejus frontem*; & R. Simeon pariter ex eo quod dicitur; *ſuper ejus frontem*; Non eſt ita pariter, niſi *ſuper ejus frontem, & portabit*. Quid illi reſpondit? Tibi dicit; quæ fronti conveniens eſt expiabit, quæ non eſt fronti conveniens, non expiabit. Oppoſitio: Si rumpatur lamina, non expiat, & juxta opinionem R. Jehuda unde probatur? probatur ex fronte *ſuper ejus frontem*. Et R. Simeon frontem ex ejus fronte non exponit. *Siphra* 4. 2.
ונרצה לו לכפר במכפר אי זהו המכפר זה הדם שנאמר כי הדם הוא בנפש יכפר אין לי אלא דם הטהור דם הטמא מנין וכשהוא אומר ונשא אהרן את עון הקדשים ונומר ומי זה עון נושא אם תאמר עון פגול כבר נאמר פגול הוא לא יחשב אם עון נותר כבר נאמר לא ירצה ואיזה עון הוא נושא עון טומאה שמותר מכלל טומאה לציבור אין לי אלא עונות דם מנין הקומץ והלבונה והקטרת ומנחת כהנים ומנחת כהן משוח ומנחת

נסכים תלמוד לומר לכל מתנת קדשיהם אין לי אלא של אנשים של נשים מנין אין לי אלא של ישראל של גרים ושל עבדים מנין תלמוד לומר עון הקדשים ריבה. *Et acceptabitur ad expiandum*; cauſa expiantis. Quinam eſt expians? ſanguis; dictum eſt enim *Levit.* XVII. 11. *Sanguis in anima eſt, & expiabit* Non probo niſi de ſanguine puro, de immundo unde probatur? Quando dictum eſt; *Et portabit Aharon iniquitatem ſanctificatorum*. *Exod.* XXVIII. 38. Quænam eſt iniquitas quam portabat? Si dices iniquitatem abhominandi, jam dictum eſt *Levit.* XIX. 7. *Abhominandum eſt, non acceptabitur*. Si iniquitatem reſidui, jam dictum eſt; *non acceptabitur*. Quænam erat iniquitas, quam portabat? iniquitas immunditiei, quæ permiſſa erat cœtui ex generali immunditiei. Non probo niſi de iniquitatibus ſanguinis, pugillus, & thus, & ſuffitus, & munus ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti, & munus libaminum unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *juxta omnia munera ſanctificatorum ſuorum*. Non probo niſi de viris, de fœminis unde probatur? Non probo niſi de Iſraelitis, de proſelitis, & de ſervis unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *iniquitatem ſanctificatorum*. Includit.

Apud Ethnicos quoque coronis attributa eſt quædam expiatio, ut colligi poteſt ex *Athæneo* lib. XV. c. 5. qui teſtatur preces atque ſacrificia accepta eſſe Deo, ſi coronati ſacrificent, quod probat ex *Sappho* poetria, & *Ariſtotele*, qui docuit ſacrificium debere eſſe perfectum, ut Deo gratum ſit. Apud reliquas gentes ſacerdotes inter ſacrificandum geſtaſſe coronas teſtatur ipſe *Athenæus*, *Suetonius*, *Plinius* lib. XVIII. c. 2. *Ariſtophanes* in Ravis, *Demoſthenes* contra Midiam aliique. *Virgilius* Æneid. lib. III.

> - - - - Phœbique ſacerdos
> Vittis & ſacra redimitus tempora lauro.

Prudentius Himn. ultim. περὶ ςεφῶν.

> Mire infulatus ſecta vittis tempora
> Nectens, corona tum repexus aurea.

Et in Apoth.

> Flamen & ipſe ſuas miratur vertice laurus
> Cedere.

Lucanus lib. V.

> Candida Phocaica complectitur infula lauro.

Virgilius iterum Æneid. lib. VIII.

> - - - - Induit albos

Cum vitta crines, tum ramum innectit olivæ
Fit Chalybe Junoris anus, templique sacerdos

Svetonius in Augusto cap. 38. Candidati, coronatique, & thura libantes. *Cydonius*. *θύουσι ἐπινίκια, καὶ στεφανοῦνται*. *Ovidius* Trist. lib. v. Eleg. 3.

Festaque odoratis innectunt tempora sertis.

Virgilius lib. III. Georg.

Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ

Idem ibid. lib. I.

- - - Cereri redimitus tempora quercu.

Et Æneid. lib. VIII.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

Tibullus lib. I. Eleg. 10.

Hanc pura cum veste sequar, myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus & ipse caput.

Idem lib. II. Eleg. I.

Cernite fulgentes ut eat sacer agnus ad aras:
Vinctaque post olea candida turba comas.

Seneca Hercul. Furent. Act. III. sc. 3.

Stantes sacrificius omnes
Dilecta tege populo.

Et scen. 4.

Conferte in aras pinguis exundet vapor,
Populea nostras arbor exornet comas,
Te ramus oleæ fronde gentili tegat.

Idem Agam. Act. II. scen. 3.

Tibi nexilibus turba coronis
Redimita venit

Idem Hercul. Oet. Act. III.

Cana revinctus populo horrentem comam
Succendit aras.

Plinius lib. XVIII. cap. 2. Arvorum (*inquit*) sacerdotes Romulus inprimis instituit, seque duodecimum fratrem appellavit inter illos ab Acca Laurentia nutrice sua spicea corona, quæ vitta alba colligaretur, in sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data, quæ prima apud Romanos fuit corona. *Tertullianus* de *corona Militis* cap. x. Ipsæ denique fores, ipsæ hostiæ & aræ, ipsi ministri, & sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum sacerdotalium coronas apud Claudium. In sacri Bacchi angues pro coronis usitati. *Clemens Alexandrinus* in admonitione ad Gentes. *Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι βάκχαι ἀνεστεμμέναι τοῖς ὄφεσιν*. *Euripides* Bacch. *στεφανοῦσί τε δρακόντων στεφάνοις*.

Primum Deos unos fuisse coronatos docet *Plinius* lib. XVI. 4. Antiquitus (*inquit*) quidem nulla nisi Deo dabatur (*corona*) ob id Homerus cœlo tantum eas & prælio universo tribuit, viritim vero ne in certamine quidem ulli. Feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex hedera. Postea Deorum honori sacrificantes sumsere, victimis simul coronatis. *Tertullianus* ibid. cap. VII. Si fuerit aliqua Pandora, quam primam fœminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est a Charitibus, cum ab omnibus muneraretur: unde Pandora. *Et paulo post*. Certe enim Græcos fuisse constant autores rei vel illuminatores. Saturnum Phercrides ante omnes refert coronatum, Jovem Diodorus post devictos Titanas hoc munere a ceteris honoratum. Dat & Priapo tænias idem & Ariadnæ sertum ex auro, & Indicis gemmis. Vulcani opus Liberi manus: post & sidus. Junoni vitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum ejus palmite redimitum, subjecto pedibus ejus corio leonino, insultantem ostentans novercam de exuviis utriusque privigni. Habes tragœdiam Cerberi, habes Pindarum atque Callimachum, qui & Apollinem memorat interfecto Delphico dracone, lauream induisse qua supplicem. Erant enim supplices coronarii apud veteres. Liberum eundem apud Ægyptios Osirin, Harpocration industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare. Sed & alias Liberum principem coronæ plane laureæ in qua ex Indis triumphavit, etiam vulgus agnoscit, cum dies in illum solennes magnam appellat coronam. Si & Leonis Ægyptii scripta evolvas prima Isis repertas spicas capite circumtulit, rem magis ventris. Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator Claudius Saturninus. Nam est illius de Coronis liber, & origines & causas & species, & solennitates earum ita edisserens, ut nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum cespitem aut palmitem, non alicujus capiti invenias consecratum.

Hinc coronæ a triumphantibus in sinum Jovis deponebantur. *Julius Obsequens* lib. de Prodig. cap. 122. Laurum victricem attulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. *Albinovanus* in consolatione ad Liviam.

Au-

Autoriſque ſui præfertur imagine mæſta

Quæ quondam templis debita laurus erat.

Plinius lib. XV. cap. ult. Laurus faſces Imperatorum decorat, exhinc in gremio Jovis Opt. max. deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit. *Plinius Nepos* in Paneg. Allata erat ex Pannonia laurea id argentibus Diis, ut invicti Imperatoris exortum victoriæ inſigne decoraret, hanc Imperator Nerva in gremio Jovis collocaret. *Latinus Paratus* Drepanius in Paneg. Theodoſii. Depoſitis in gremio Capitolini Jovis laureis viri triumphales ruſticabantur. L. *Seneca* conſol. ad Helviam cap. 10. Scilicet minus beate vivebat dictator noſter, qui Samnitum legatos audit, cum viliſſimum cibum in foco ipſe manu ſua verſaret, illa jam ſæpe hoſtem percuſſerat, lauream que in Capitolini Jovis gremio depoſuerat. *Svetonius* in Domitiano cap. 6. De Sarmatis modo lauream Capitolino Jovi retulit. *Ovidius* lib. IV. Triſt. Eleg. 2.

Inde petes arcem, & delubra faventia votis

Et dabitur merito laurea vota Jovi.

Statius 6. Sil. 1.

- - - - Nondum gremio Jovis Indica laurus

Nondum Arabes, Sereſque rogant.

Lucanus lib. VIII.

- - - Aut ſacras poſcunt Capitolia laurus.

Silius Italic. Punic. lib. XV.

- - - Dabit ille coronam

In gremio Jovis exciſis deponere Pœnis.

Præterea Deorum coronæ erant radiatæ. *Martianus Capella* lib. I. Nupt. Solis (*inquit*) auguſtum caput radiis perfuſum circumactumque flammantibus *Et poſt*. Septem radiorum coronam ſolivaga virginitas renudavit. *Ovidius* lib. II. Metamorph.

- - - Circum caput omne micantes

Depoſuit radios.

Claudianus de Jove de III. Honorii conſulatu.

Qui non luciferum roſeo cum Sole videri

Crederet, aut junctum Bromio radiare tonantem.

Idem iterum de Aurora lib. II. in Eutropium

Nec radiis redimita comam, nec flammea vultum.

Virgil. lib. XII. Æneid.

Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum

Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt

Solis avi ſpecimen.

Imperatores Deos imitati ſtatuas ſibi radiatas inſtituerunt: *Svetonius* in Auguſto cap. 94. Cujus ſpecies nocturno mortali ſpecie amplior cum fulmina, & ſceptro, exuviiſque Opt. max. ac radiata corona. *Vellejus Paterculus* lib. II. Hiſtor. Cum intraret urbem; ſolis orbis ſuper caput ejus curvatus, æqualiter rotundatuſque in colorem arcus veluti coronam tanti mox viri capitis imponens, & coronas diſtinctas ſolis ac lunæ ſpecie. *Plinius* in Paneg. Trajani. Illi jamdudum radiatum caput, & media inter Deos ſedes ſtaret auro, & ebore. *Tacitus* lib. I. Annal. ſcribit *Auguſtum primum ſpecie numinis coli voluiſſe*, hoc eſt, *additis ſimulacro aut ſtatuæ ſuæ radio, haſta, & fulmine*. *Prudentius* lib. I. in Symmachum.

Teſtantur tituli, produnt conſulta Senatus

Cæſareum Jovis ad ſpeciem referentia templum

L. Florus lib. IV. c. 2. ſcribit hujuſmodi honorem primum delatum Cæſari dictatori. Itaque (*inquit*) non ingratis civibus, omnes unum in principem circa templa imagines, in theatro diſtincta radiis corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo, menſis in cœlo. *Lucanus* lib. VIII. de Pompejo

Fulminibus manes radiiſque ornabit & aſtris.

Statius de Domitiano lib. I. Thebaid.

Ipſe tuis alte radiantem crinibus aurum

Imprimat.

Silius Italicus lib. III. Punic.

- - - Mediumque parens, faterque locabunt

Siderei juxta radiabunt tempora nati.

Claudianus lib. I. de laudibus Stil.

- - - radiis auri, Tyriaque ſuperbit

Majeſtate torus.

Victimæ quoque ſacrificandæ aris admovebantur. *Virgilius* lib. II. Æneid.

Et ſalſæ fruges & circum tempora vittæ.

Et paulo poſt.

- - - - Vittæque Deum quas hoſtia geſſi.

Idem lib. III. Georg.

- - - - Stans hoſtia ad aram

Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.

Ovidius Metam lib. xv.

Victima labe carens, & præstantissima forma
Sistitur ante aras, vittis præsignis & auro.

Juvenalis Sat. xii.

- - - - Mactare vovebit
De grege servorum magna & pulcherrima quæque
Corpora, vel pueris & frontibus ancillarum
Imponet vittas, & siqua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus.

Seneca Thy. Act. iv. sc. i.

Post terga juvenum nobiles religat manus,
Et mæsta vitta tempora

Statius Thebaid. lib. v.

Tum fera cæruleis intexit cornua sertis.

Prudentius Hymn. xiv.

Huc taurus ingens, fronte torva & hispida
Sertis revinctus aut per armos floreis.
Aut impeditus cornibus deducitur.

Idem in Apoth.

- - - - vitulasque revinctas
Fronte coronatas umbrabat torta cupressus.

Lycophron. ἐς βαθεῖαν λαιμίτας ποιμανθεῖαν ςεφηφόρον βῶν. Victimas coronandi mos etiam apud Hebræos obtinuit. Codex *Bicurim* cap. iii. 2. כיצד מעלין את הבכורים כל העיירות שבמעמד מתכנסות לעיר של מעמד ולנין ברחובות של עיר ולא היו נכנסין לבתים ולמשכין היה הממונה אומר קומו ונעלה ציון אל בית ה׳ אלהינו הקרובים מביאים התאנים והענבים והרחוקים מביאין גרוגרות וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרת של זית בראשו החליל מכה לפניהם עד שמגיעים קרוב ירושלים. Quomodo adducunt primitiva? omnes urbes stationariæ congregabantur in urbe stationis primariæ, & pernoctabant in plateis, non intrantes domicilia, & mane dicebat præfectus. *Surgamus & adscendamus Zionem, domum Domini Dei nostri*. Propinquiores adduebant ficus virides, & uvas, & remotiores adducebant ficus siccas & passas; bos vero præibat illis, cujus cornua erant auro operta, cum corona oleagina in capite ejus, tibia resonabat ante eos, donec appropinquassent Hierosolymam.

Aræ quoque coronis ornatæ. *Propertius* lib. iii. Eleg. 8.

Inde coronatas ubi thure piaveris aras.

Idem lib. iv. Eleg. 6.

Costum molle date, & blandi mihi thuris honores
Terque focum circa laneus orbis eat.

Virgilius Eclog. viii.

- - - - Molli cinge hæc altaria vitta.

Ovidius Fastor. lib. iii.

Decidit ante sacros lanea vitta focos.

Tibullus lib. i. eleg. 2.

Num feror incæstus sedes adiisse deorum
Sertaque de sanctis diripuisse focis?

Plinius lib. xxi. cap. 3. Coronæ deorum honos erat, & larium privatorum publicorumque, ac sepulchrorum, ac manium. *Virgilius* lib. i. Æneid.

- - - - Ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, sertisque recentibus halant.

Idem lib. iii. Æneid.

Accessi viridemque ab humo convellare sylvam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aram,

Idem Ibid.

- - - Stant manibus aræ.
Cæruleis mæstæ vittis.

Propertius lib. iii. eleg. 5.

Et stygis inventæ per busta jacentia plumæ
Cinctaque funesto lanea vitta viro.

Pindarus ςεφανώματα βωμῶν vocat Istm. od. iv. *Callimachus* hymn. de ara Apollinis

Ἰὴ ἰὴ, Καρνεῖε πολύλλιτε, σεῖο δὲ βωμοὶ
Ἄνθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι τοσσάπερ ὧραι
Ποικίλ' ἀγινεῦσι ζεφύρου πνείοντος ἔερσην
Χείματι δὲ κρόκον ἡδύν.

Jo, jo Carnee, quem multis precibus veneramur, tuæ quidem aræ
Flores gerunt in vere, quot quot tempus
Pictos tum producit zephiro inspirante rorem,
Hyeme vero crocum suavem.

Ramis arborum ornatam fuisse aram etiam apud Hebræos legitur in Codice *Succab* cap. iv. 5. ובאין וזוקפין אותן בצדי המזבח וראשיהן כפיפין על גב המזבח Indeque reversi eos (*ramos*) erigebant ad latera altaris, capitibus eorum ad altare incurvatis. Ubi *Gemara* fol. 45. i. תנא

תנא רבות וארוכות וגבוהות י״א אמה שיהו נוחות על המזבח אמה. Traditio ſert, ramos hoſce magnos, atque altos fuiſſe undecim cubitos, ut altaris verticem uno cubito ſuperarent. Et paulo poſt. א״ר אבהו מאי קראה שנ׳ אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח א״ר אבהו א״רא כל הנוטל לולב באגודו והדס בעבותו מעלה עליו הכתוב כאילו בנה מזבח והקריב עליו קרבן שנ׳ אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח. Dicit R. Abahu, ex quo ſcripturæ loco probatur? ex eo quod dicitur *Pſal.* CXVIII. 27. *Ligate feſtum denſis ramis uſque ad cornua altaris*. Dicit R. Abahu nomine R. Elieſeris. Quicunque accipit palmæ ramum in faſciculo ſuo atque myrtum cum denſa ſua fronde, hunc ſcriptura æque exiſtimat, ac ſi altare ſtruxiſſet, ac ſuper eo ſacrificia obtuliſſet; ſicuti dictum eſt. *Ligate feſtum denſis ramis uſque ad cornua altaris*. עבותים denſos ramos ſæpe ſignificare probatur ex *Levit.* XXIII. 40. *Nehem.* VIII. 15. *Ezech.* XIX. 11. & XXXI. 3. &c. Ita Septuaginta hunc locum verterunt. Συςήσασθαι ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαςηρίου. *Conſtituite feſtum in condenſis ramis uſque ad cornua altaris*. Et *Symmachus*. σύνδήσατε ἐν πανεγύρει πυκάσμασι. *Colligate in panegyri corollas*.

Sed ſatis ſuperque de corona ſummi Pontificis; nunc ejus tunica erit illuſtranda, de qua dicitur *Exod.* cap. XXVIII. 4. כתונת תשבץ & verſ. 39. ושבצת הכתונת שש. Primum locum reddunt ſeptuaginta χιτῶνα κοσυμβωτὸν, & alterum καὶ οἱ κόσυμβοι τῶν χιτώνων ἐκ βύσσου. Fortaſſe *tunicam nodoſam*, aut *nodis ſtrictam* intellexerunt. Eſt enim κόσυμβος, aut κόσσυμβος *Heſychio* ἐγκόμβωμα, καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον. *Suidæ* eſt ἀνάδεσμος. Apud *Petrum* Ep. I. cap. V. ſignificat *ornare*, aut *cingere*: τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθαι. *Humilitate ornati*, aut *cincti eſtote*. Hinc Græci fortaſſe exiſtimarunt tunicam iſtam κοσυμβωτὸν *ſtrictam* fuiſſe, quod balteo ſtringeretur. Verum Septuaginta non ſemper ſibi conſtant; etenim non ſemper תשבץ per κοσυμβωτὸν reddunt, ſed & per κροσσωτὸν *fimbriatam* *Pſal.* XXV. 14. Hinc *Suidas* κόσυμβον exponit χιτῶνα κροσσωτὸν, *tunicam fimbriatam*.

Ex Interpretibus nonnulli reddunt *ocellatam*, alii vero *teſſelatam*. Veſtes ocellatas in uſu fuiſſe apud veteres probatur ex *Tertulliano* lib. de Pudicitia. Sed enim (*inquit*) pleroſque interpretes parabolarum etiam exitus decipit, quem in veſtibus purpura oculandis ſæpiſſime evenire ſolet. *Salmaſius* ad *Vopiſcum* in vita *Carini* putat *per oculos* in veſtibus veteres intellexiſſe certos aliquos orbiculos, aut figuras rotundas inſtar oculi, ut *ocellatæ* veſtes fuerint rotundis quibuſdam maculis, aut figuris diſtinctæ. Quod dici poteſt de ornatu ſponſæ Chriſti *Pſal.* XLV. cujus veſtimenta erant משבצות זהב *auro ornata* aut *ocellata*. Sed veroſimilius eſt has tunicas fuiſſe *teſſellatas*, i. e. figuris quadratis intextas, quas Salaminii κύβους appellarunt, teſte *Heſychio*: οἱ Σαλαμίνιοι λέγουσι κύβον τὸ τοῦ ἱματίου σημεῖον. *Iſidorus* Origin. lib. XIX. Teſſellæ ſunt, e quibus domicilia ſternuntur, a teſſeris nominata, id eſt quadratis lapidibus per diminutionem. Veſtes hujuſmodi quadratis figuris diſtinctas apud veteres in uſu fuiſſe probari poteſt cum ex ſcriptorum autoritate, tum ex nummis Imperatorum, præſertim Conſtantinopolitanorum, *Juſtiniani*, *Theodoſii*, *Leonis*, *Manuelis Comneni*, *Manuelis Junioris*, *Othonis &c.* *Juda Leo* in ſuis tabulis de veſtitu ſacerdotum Hebræorum tales figuras fuiſſe in his tunicis teſtatur.

Tales veſtes *ſcutulatas* a veteribus fuiſſe appellatas teſtatur *Plinius* lib. VIII. cap. 48. Iſtriæ (*inquit*) ac Liburnicæ lanam pilo propiorem, quam lanæ, & ideo pexis veſtibus alienam, & quam ſola ars ſcutulata textu commendat in Luſitania. *Et paulo poſt*. Scutulis dividere Gallia inſtituit. Et lib. XV. cap. 24. *ſcutulatum rete* commemorat. *Juvenalis* Sat. II.

> Cærulea indutus ſcutulata aut galbana raſa.

Prudentius

> - - - - Scutulis perfundere corpus.

Codex Theodoſianus leg. XI. de ſcenicis. Uti ſane iiſdem ſcutulatis, & variis coloris ſericis auroque ſine gemmis, collo brachiis, cingulo non vetamus. *Iſidorus* Origin. lib. XII. cap. I. putat figuras *ſcutulas* fuiſſe rotundas. Scutulatus (*inquit*) vocatus propter orbes, quos habet. *Turnebus* Adverſ. lib. XXVII. cap. 24. potius quadratas fuiſſe ſcribit; quod probatur ex fragmentis *Cenſorini*, ubi ſcribitur. Scutula eſt rhombus, quod latera paria habet, nec angulos rectos. Veſtes ſimiles ſcutulæ. Tales fuerunt veſtes Epheſiorum, quæ teſte Athenæo lib. XII. rhombos intextos habuere· παρὰ δὲ τῶν Ἰώνων ἰοβαφῆ καὶ πορφυρᾶ, καὶ κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντά. Quod confirmatur a *Vitruvio* lib. VII. cap. I. Nulli gradus in ſcutulis aut trigonis, aut quadratis. Et a *Palladio* lib. I.

tit.

tit. *9.* Vel testaceum accipiant pavimentum vel marmora, vel tesseras, aut scutulas. Hinc probari potest *scutulas* fuisse tessellas, & *scutulatas* vestes tessellatas.

Isidorus lib. XIX. cap. 22. memorat *vestem laculatam*. Laculata (*inquit*) est quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos aut additos acu. Scribendum est *lacuata*, pro *laculata*, ut *lacuata tecta*. Aliqua fuisse videtur differentia inter *lacuatam* & *tessellatam* vestem: *Tessellata* videtur fuisse illa, quæ intextas habuit figuras quadratas instar tessellarum pavimentorum, ita ut figuræ illæ planæ & æquales fuerint nulla apparente profunditate. Sed *lacuata*, sive *laculata* non solum figuras quadratas habuisse videtur, sed depressas & profundas, ita ut maxima inæqualitas esset in textura, quædam aliis eminebant, alias infra aliæ deprimebantur. Idem dici potest de *scutulata* veste, sive dicatur a scuto, sive a scutula, sive a lance, sive a σκυτάλη. Scutulæ enim & lances sunt cavæ & profundæ instat lacunaris *Martialis* lib. 11.

Et leves scutulas, cavosque lances.

In pretiosis vestimentis lacus isti & πλινθία videntur fuisse ex lino lana aut serico, sed sæpe figuris & floribus ornata, quales fuerunt Gallorum saga tenata, qualis fuerunt Gallorum saga teste *Diodoro* l. c. erant enim πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένοι. Virgæ istæ sive phalangæ ex alia erant materia. Aliquando πλινθία fuisse videntur ex auro, & phalangæ ex lana aut serico, aut etiam phalangæ & virgæ ex auro, & πλινθία ex lana aut serico. Et hoc fortasse intelligit *Psalmistes* *Psal.* XLV. vers. 14. per משבצות זהב, quasi dicerentur *lacuata*, aut *scutulata auro*.

Vestes Sacerdotales habuisse vias & virgas eminentes, quæ totam tunicam transversim, & decussatim decurrerent, ita ut depressas & cavas aliquas figuras intra se relinquerent instar fundæ annuli, quibus gemmæ includuntur, probari potest ex verbo שבץ, quod significat *fundis includere*, & משבצות *fundas*, & משבצות זהב *fundas aureas*, quibus gemmæ in pectorali & humerali Pontificis includebantur, ut patet ex *Exod.* XXVIII. 11. 13. 14. 20. 25. & c. XXIX. 6. 13. 16. Usitatum fuit quoque apud Græcos ejusmodi fundas annulorum vestibus attribui; quod videntur intellexisse per σημεῖα signa illa, quæ σφραγῖδες dicebantur *Hesychio* teste. σφραγῖδες αἱ ἐπὶ τῶν δακτυλίων καὶ τὰ τῶν ἱματίων σημεῖα. Vid. *Salmasius* ad *Vopiscum* in vita *Carini*. Consentiunt omnes Judæi in explicando תשבץ per *fundas*. *Raschi* ad *Exod.* XXVIII. 4. תשבץ עשוי משבצות לנוי והמשבצות הם כמין גומות העשויות כתכשיטי זהב למושב קביעת אבנים טובים ומרגליות כמו שנ׳ באבני האפוד מוסבות משבצות זהב ובלע״ז קורין אותו קשטונ״ש. Taschbetz est opus Mischbezoth ad ornatum. Et משבצות illæ sunt quasi fundæ quæ factæ sunt in annulis aureis, quibus infiguntur lapides pretiosi, & margaritæ, uti dictum est de lapidibus Ephod *Exod.* XXVIII. 11. *Inclusi fundis aureis*, quas barbare vocant *Chastons*. *Maimonides* de vasis sanctuarii VIII. has fundas, quæ deprehendebantur in vestibus sacerdotum, assimalat stomacho, seu reticulo animantium ruminantium, ob figuras, quæ retis maculis sunt valde similes. הכותנות בין של כ״ג בין של כהן הדיוט משבצת היתה שהיא בתים בארינתה כמו בית הכוסות שעושין האורגין בגדים הקשים Tunica tam sacerdotis magni, quam ceterorum sacerdotum fundis consita erat, habuit multas domos in sua textura, quemadmodum stomachus, quem reticulum dicunt, prout textores facere solent vestes duras. Legitur 2. *Sam.* cap. 1. 9. Saul rogasse servum, ut se morte afficeret his verbis, כי אחזני תשבץ quasi diceret tunica illa scutulata me retinuit, quominus me potuerim occidere. Ubi *Ralbag* בנה הרצוי לפי מה שאחשוב שהלבוש שהי׳ משובץ להוסיף ליחזק באופן שלא יכול החרב לחתכו בקלות ואמר שאול שהחנית שנפל עליו אחז לו השבז ולעה לא היה יכול לעבור. Sensus ut mihi videtur horum verborum hic est: vestimentum, quo indutus fuit, fuisse scutulis consitum, ad dandum ipsi robur, ne gladius tam facile penetraret, ut eum confoderet. Ideo dixit Saul, quod scutulata vestis impediverit, quominus hasta, in quam se conjecit, penetraret: Atque hac de causa non potuit seipsum confodere. Regum tunicæ fuerunt duræ, quia auro scutulatæ erant, uti *Virgilius Æneid.* lib. 1. *Pallam auro rigentem* dicit; quod scilicet (ut ait *Servius*) *dura fuerit propter aurum, sicut & novas vestes videmus.*

Tunica ex lino constabat, uti dictum est *Exod.* XXVIII. 39. & cap. XXXIX. 27. *Levit.* XVI. 4. vocatur בד. Sed utrumque linum significare supra jam demonstratum est. Forma ejus fuit rotunda, undique clausa, a collo ad talos demissa, & manicata. *Josephus*: ἔστι δὲ τοῦτο ἔνδυμα ποδήρης χιτὼν περιγεγραμμένος τῷ σώματι, καὶ τὰς χειρίδας περὶ τοῖς βραχίοσιν κατεσφιγμένος. Est vero indumentum

tum illud, talaris tunica, corpus ambiens, & manicas circa brachia adstrictas habens. Talaris igitur fuit tunica. Consentit quoque *Maimonides* l. c. אורך הכתונת עד למעלי מן העקב. Longitudo tunicarum erat usque ad talos. Talares fuisse matronarum stolas docet *Acron* ad *Horatii* Sat. 2. Matronæ (*inquit*) stola utuntur demissa usque ad imos pedes, cujus unam partem ambit instita subsuta. Et *Porphyrion*. Matronas significat, hæ enim stola utuntur ad imos pedes demissa. *Tertullianus* de pallio. Quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inverecundæ, nec brachiis parcæ, nec manibus arctæ, sed nec cingulo sinus dividente, expeditæ atque quadratæ instita tunicæ. *Horatius* l. c.

> - - - Qui noluit tetigisse nisi illas
> Quarum subsuta talos tegat instita
> veste.

Ovidius lib. I. de arte.

> Quas stola contingit, vittaque sumta vetat.

Et lib. III. de Ponto Eleg. 3.

> Scripsimus hæc illis, quarum non
> vitta pudico
> Contingit crines, nec stola longa pedes.

Tibullus lib. I. eleg. 6.

> Sit modo casta doce, quamvis non
> vitta ligatos
> Impediat crines, nec stola longa pedes.

Martialis lib. I. Epigr. 36.

> Quis floralia vestit, & stolatum
> Permittet meretricibus pudorem?

Idem docet *Hieronymus* ad Fabiolam, & *Isidorus* Origin. lib. XIX. 21. Non fuit admodum lata, sed *τῷ σώματι περιεγεγραμμένος*, ut ait *Josephus*. Hinc *Hieronymus*: Hæc adhæret corpori, & tam arcta est, & strictis manicis, ut nulla omnino in veste sit ruga. Ea de causa *Vulgatus tunicam strictam* habet.

Juxta sacerdotis mensuram facienda erat tunica, uti dicitur *Levit.* מדו בד quasi diceres *mensuram lineam*. Ubi *Siphra* ולבש הכהן מדו בד מדו כמידתו בד שיהו של בוץ בד שיהו חדשים בד שיהו כפולים. *Et vestiet sacerdos mensuram lineam*. מדו juxta ejus mensuram; בד, ut sint ex bysso; בד, ut sint (*vestes*) novæ, בד ut sint duplices. *Gemara Sevachim* cap. II. docet vestes, vel si fuissent longiores, fuisse legitimas. תנו רבנן היו מרושלים מסולקין משוחקים ועבד עבודתו כשרים. Docent sapientes nostri, si fuerint trahentes, breves, & veteres, si quis in iis ministrasset, ministerium ejus erat legitimum. *Raschi* ad h. l. *Gemaræ*. ואעג׳ דכתב מדו בד שתהא כמדתו מצוה הוא בעלמה ולא לעכב. Et quamvis scriptum sit מדו בד ad indicandum, quod vestis esse deberet juxta ejus mensuram, præceptum tamen illud datum est absolute, sed non ad impediendum. Vestes novæ esse debebant, si vero fuissent veteres, erant legitimæ. *Hierosol.* Joma 40. 3. אמר ליה בד שיהו כפולים וקיימינה דלא כר׳ יוסי דתני ולבני אהרן תעשה כתונות רבנן אמרי שתי כתונות לכל אחד ואחד ר׳ יוסי אומר אפילו כתונת אחד לכל אחד ואחד מ״ט דרבנן ולבני אהרן תעשה כתנות מ״ט דר׳ יוסי למאה בני אהרן תעשה כתונת בד שיהו חדשים אם אומר את שלא ילבש שחקים והא תני ולבשם אפילו שחקים. Dixit illi בד, ut sint duplices. Et statuitur contra mentem R. Jose; dictum est enim. *Et filiis Aharon facies tunicas*. Sapientes dicunt duas tunicas pro singulis. R. Jose dicit, vel unam tunicam pro singulis. Quænam est ratio sapientum? Dictum est: *Et filiis Aharon facies tunicas*. Quænam est ratio R. Jose? Centum filiis Aharon facies tunicam. בד ut sint novæ; si dicas, quod non induat veteres; ecce extat traditio; & induet vel veteres. Verum *Maimonides* docet l. c. faciendas fuisse vestes novas, & elegantes. בגדי כהונה מצותן שיהו חדשים נאים ומשולשים כדרך בגד הגדולים שנ׳ לכבוד ולתפארת. Præcepto de vestibus sacerdotalibus cautum est, ut vestimenta essent nova, pulchra explicata instar vestium Magnatum, uti dictum est *Exod.* XXVIII. *Ad gloriam & ad ornatum*. Tunicas pretiosissimas induisse nonnulli sacerdotes dicuntur *Hierosol. Joma* 30. 4. מעשה בי רבי ישמעאל בן פיאבי שלבש כתנות במאה מנה ועלה והקריב על גבי המזבח מעשה ברבי אלעזר בן חרסום שלבש כותנות בשתי ריבוא ועלה והקריב על גבי המזבח והורידו אותו אחיו הכהנים שהיה נראה מתוכה ערום. Narratur historia de R. Ismaele filio Phabi, qui induit tunicam centum minarum, & ascendit, & obtulit super altare. Narratur historia de R. Eliesere ben Charsum, qui induit tunicam duarum myriadum, & adscendit, & obtulit super altare; at fratres ejus sacerdotes fecerunt eum descendere, quod in ea appareret nudus.

Tunica erat manicata *Josephus*. *καὶ τὰς χειρίδας περὶ τοῖς βραχίοσιν κατεσφιγμένος*. Et manicas circa brachia adstrictas habet. Et longa erat hæc manica usque ad carpum. *Babyl. Joma* 72. 2. ומגעת עד פיסת היד. Pertingit usque ad volam manus. *Maimonides* l. c. ואורך

בית

בית של יד עד פס ידו. Et longa eſt manica uſque ad carpum, ſive volam manus. Lata erat palmum *Maimonide* teſte ibid. ורוחבו כרוחב היד. Et latitudo ejus inſtar latitudinis manus.

Amplam aperturam circa collum, quæ certis quibuſdam funiculis circumquaque ex oris dependentibus ligabatur, & conſtringebatur, habuiſſe docet *Joſephus* Antiquit. lib. III. cap. 8. οὗτος ὁ χιτὼν καλεῖται μὲν ὐδαμόθεν. λαγαρὸν δὲ παρέχον. τὸν βρογχωτῆρα τοῦ αὐχένος, ἀρτεδόσιν ἐκ τῆς ὤας, καὶ τὸν κατὰ στέρνων καὶ μετάφρενον, ἠρτημέναις ἀναδεῖται ὑπὲρ ἑκατέραν κατακλεῖδα. μασσαβαζανὴς καλεῖται.

Textilis tota fuit tunica non acu ſuta, uti dicitur *Exod.* XXXIX. 27. *Et fecerunt tunicam byſſinam* מעשה אורג *opus textoris*. *Babyl. Joma* l. c. בגדי כהונה אין עושין מעשה מחט אלא מעשה אורג שנ' מעשה אורג. Veſtes ſacerdotii non fiebant acu, ſed opere textoris; dictum eſt enim: *Opus textoris*. Manicæ vero ſeorſim texebantur, & annectebantur. *Babyl. Joma* ibid. בית יד של בגדי כהונה נארגה בפני עצמה ונדבקת עם הבגד Manica veſtis ſacerdotalis ſeorſim texebatur, & veſti annectebatur. *Maimonides* l. c. vult manicam acu veſti fuiſſe aſſutam. בית יד שלה נארג בפני עצמו ומחברין אותו עם גוף הכתנות בתפירה Manicam ejus texunt ſeorſum & corpori tunicæ aſſuunt acu.

Balteus, quo tunica præcingeretur, memoratur *Exod.* XXVIII. 4. & XXXIX. 28. Septuaginta habent ζώνην *Vulgatus balteum* & *cingulum*. Chaldeus המין quod etiam obſervavit *Joſephus* de Babyloniis. ἡμεῖς δὲ παρὰ βαβυλωνίων μεμαθηκότες ἐμιὰν καλοῦμεν. *Joſephus* ἀβανὴθ, & *Hieronymus* Abanet.

Baltei ex varia materia conſtabant. Erant pellicei, ſeu coriacei, qualle fuit cingulum *Johannis Baptiſtæ*; erat enim ζώνη δερματίνη *Matth.* III. 10. Et *Eliæ* אזור עור 2. *Reg.* I. 8. *Varro* de lingua latina lib. IV. docet *balteum cingulum e corio*. Fuerunt etiam argentei. *Trebellius* in D. Claudio. Balteum argenteum inauratum unum. Et aurei teſte *Athenæo*. ἠκολούθουν δὲ τούτῳ παιδίσκαι πεντακόσιαι κεκοσμημέναι χιτῶσι πορφυροῖς χρυσῷ διεζωσμέναι. Sequebantur autem quingentæ virgines purpureis tunicis ornatæ, & auro cinctæ. Bullis aureis & gemmis ornati baltei. *Sidon. Apollin.* Carm. 2.

> - - - bullis hoſtilibus aſper
> Subligat a læva fulgentem balteus enſem

Virgilius lib. XII. Æneid.

> - - - Humero cum apparuit alto
> Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis.

Idem lib. IX.

> - - - aurea bullis
> Cingula

Aureis clavis inſignita, ut exponit *Servius*. *Plinius* lib. XXXIII. 12. Quid hæc attinet colligere, cum capuli militum ebore etiam faſtidito, cælentur argento, vaginæ batillis, baltei laminis crepitent? *Hos auratos conſtellatoſque* vocat *Trebellius* in Gallieno. *Valer. Flaccus* lib. V. Argonaut.

> Quis procul ille virum nobis, quem balteus aſper
> Subligat, & stricto ſtat proximus armiger auro

Perſius Sat. IV.

> Cæcum vulnus habet, ſed lato balteus auro
> Protegit

Pſeudo-Cornutus ad h. l. De gladiatoribus tractum, qui accepto vulnere inaurato balteo tegunt. *Seneca* Herc. Fur. Act. II. in Choro

> Aurator ligans Ilia balteo.

Corippus Africanus lib. IV. de laudibus Juſtiniani Num. 3.

> Par habitus par forma fuit, veſtiſque rudebat
> Concolor, atque auro lucebant cingula mundo.

Idem ibid.

> Nobilibus gemmis, & cocto lucidus auro
> Balteus effulgens lumbos præſtrinxit heriles.

Idem lib. II. Num. 4.

> - - - promuntque feruntque
> Auguſtas veſtes, pretioſaque cingula gemmis.

Herodianus lib. V. de Macrino. προῄει τε πορπαῖς καὶ ζωστῆρι χρυσῷ, καὶ λίθοις τιμίοις πεποικιλμένοις κεκοσμημένος. Proceſſit fibulis & balteo multo auro, & pretioſis lapidibus ornato atque picto. Sic *Carinus* teſte Vopiſco *habuit balteum etiam ſæpe gemmatum*. *Plato* lib. XIX. de Hippice. ἐπειδὴ τὴν ζώνην ἔφυσθα τοῦ χιτωνίσκου ἣν ἔχεις, εἶναι μὲν οἵαι αἱ Περσικαὶ τῶν πολυτελῶν, ταύτην δὲ αὐτὸς πλέξη. Sic & tunicæ cingulum, quod habes, dixiſti confeciſſe, pretioſum & Perſicis ſimile. Hinc *baltea gemmata* prohibentur in corpore Juris. De *Balteis aureis* vid. *Homerus* Iliad. δ. & Odyſ. κ. *Ælianus*, *Plutarchus*, & inprimis *Apocal.* I. 13. & cap. XVI. Fuerunt & *Ænei*, quales erant *Saliorum* baltei. Et *linei*. Ita videtur intelligendus *Pollux* lib. VII. cap. 16. per τελαμῶνα σινδονίτην, eſt enim

τελα-

τελαμὼν *fascia*, five *balteus*. *Hesychius*. τελαμὼν, λῶρος καὶ ὁ ἀναφορεὺς τοῦ ξίφους, καὶ τῆς ἀσπίδος, καὶ δεσμὸς ἢ φασκία. Pari modo exponitur a *Svida*.

Baltei Hebræorum sacerdotum ex lino & lana, & quidem ex lana variorum colorum constabant; sc. ex *hyacintho*, *purpura*, & *coccino*. *Exod.* XXXIX. 29. ואת האבנט שש משזר ותכלת וארגמן ותולעת שני מעשה רקם. *Et fecerunt balteum ex bysso retorta, ex hyacinthino, ex purpura, & coccino, opere plumario*. Cum duplici materia balteus constitisset, idcirco *Josephus* Antiquit. lib. I. cap. 6. scribit Sacerdotes solos mixtæ materiæ gestare vestes. Ob eandem rationem balteus Sacerdotibus etiam in templo extra ministerium deponendus fuit. Diversus ab hoc erat balteus summi Sacerdotis in die expiationum, qui ex una bysso constabat; de quo multa infra.

Baltei sæpissime non erant longiores, quam ut corpus semel ambirent. Talis fortasse erat ζώνη apud *Poll.* lib. II. περὶ θώρακος &c. ἣν Ῥωμαῖοι φασκίαν καλοῦσι, *quam Romani fasciam vocant*. Ejusmodi balteos videntur veteres intellexisse per suam μίτραν, quæ non tantum erat capitis tegumentum, sed & cingulum corporis. *Athenæus* lib. XII. de iis qui Sirin incoluerunt. ἰδίως παρ' αὐτοῖς ἀπεχωρίασε φορεῖν ἀνθινοὺς χιτῶνας, οὓς ἐζώννυντο μίτραις πολυτελέσι, καὶ ἐκαλοῦντο διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν περιοίκων μιτροχίτωνες, ἐπεὶ Ὅμηρος τοὺς ἀζώστους ἀμιτροχίτωνας καλεῖ. Apud eos patrius mos est, floridas tunicas gerere, quas mitris pretiosissimis cingunt, ideoque a vicinis vocantur μιτροχίτωνες, id est mitrotunicati, ideo Homerus discinctos appellat ἀμιτροχίτωνας. Hinc apud *Apollonium* in Argonaut. lib. I. dicitur μίτρην λύειν pro ζώνην λύειν, *Zonam solvere*. *Dionysius Halicar.* lib. II. χιτῶνας ποικίλους χαλκέαις μίτραις κατεζωσμένοι. Tunicas versicolores æreis balteis cincti. Hujusmodi baltei longæ erant fasciæ, & loca. Tales erant baltei Hebræorum sacerdotum, ita longi, ut aliquoties corpus ambirent. *Josephus* Antiq. lib. III. cap. 8. καὶ λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν τῆς ἑλίξεως κατὰ στέρνων, καὶ περιελθοῦσα πάλιν δεῖται καὶ κέχυται μὲν πολλὴ μέχρι καὶ τῶν σφυρῶν, ἕως οὐ μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργῇ, πρὸς γὰρ εὐπρέπειαν οὕτως ἔχει τοῖς ὁρῶσι καλῶς. Quæ (*Zona*) semel atque iterum circa pectus revoluta ligatur, & ad talos usque defluit, quandiu non operatur sacerdos; quod fit propter decorem, cum spectantibus pulchrum videatur. *Barselonius* 99. האבנט הוא כמין אזור שחוגרין בו אלא שהם היו מקיפין בו הרבה הקיפין כמה שאין אנו עושין כן באזור. Balteus erat instar cinguli, quo homines se solent cingere, sed multoties corpus ambit, quomodo non solemus agere cum nostris cingulis. Duarum & triginta ulnarum longus fuisse dicitur in *Hierosol. Joma* l. c. א"ר לוי שלשים ושתים אמה בו והוה מעקמו לכאן ולכאן. Dicit R. Levi; *balteus* erat duarum & triginta ulnarum, & utrinque oblique dependebat. Consentit *Maimonides* l. c. ואבנט רוחבו כמו שלש אצבעות וארכו שנים ושלשים אמה מקיפו ומחזירו כרך על גבי כרך. Balteus in latitudinem quasi tres digitos patebat, & in longitudinem duos & triginta cubitos. Hujus pluribus orbibus circumplicabatur sacerdos. At *Josephus* ejus latitudinem quasi quatuor digitorum fuisse scribit l. c. ζώνην πεπλατυσμένην πλατεῖαν ὡς εἰς τέσσαρας δακτύλους. Zona cinguntur lata quasi quatuor digitos.

Zonæ aliquando intus cavæ erant. *Athenæus* lib. X. ζώννυνται ταῖς κοιλίαις ζώναις πλατείαις. Cinguntur zonis cavis & latis. Tales fuerunt zonæ, quibus veteres pro crumenis utebantur. *Vopiscus* in vita *Aureliani*. Stipendium in balteo, non in popina habeat. *Ælianus* de *Pescennio Nigro*. Idem jussit ne in zonis milites ad bellum aureos vel argenteos nummos portarent. *Gellius* lib. XV. 12. Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. *Horatius* II. Epist.

> Ibis eo, quo vis qui zonam perdidit

Plautus in Pœnulo

> Tu qui zonam non habes, quid in hanc venisti urbem?

Suetonius in *Vitellio* cap. 16. Simul dilabentibus cunctis, zona se aureorum plena circumdedit, confugitque in cellulam Janitoris. *Apulejus* lib. Milesiar. 7. Fugientis comes, & infortunii socia, tonso capillo, in masculinam faciem reformato habitu, pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta. *Ulpianus* IC. lib. 6. ff. de bon. damnator. Nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi vindicare debebit, sed vestem, qua is fuerit indutus, aut nummulos in ventrali. *Plautus* in Mercatore

> - - - - Zonam sustuli

Juvenalis Satyr. XIV.

> Nocte cadit fractis trabibus, fluctuque premetur
> Obrutus, & zonam læva morsuque tenebit.

Anthol. lib. VII. epigr. 12.

Ἔμπορε ϰ̀ φορτηγὲ τὸ σὸν βαλλάντιον οἶδεν
Καὶ πόθεν αἱ ζῶναι, ϰ̀ πόθεν πίνακες;

Mercator & nauta tua crumena novit
Et unde hæ zonæ, & unde hæ tabellæ?

At ſciendum tales zonas non circa lumbos, ſed de collo pendulas geſtari ſolitas ex multis autoribus conſtat. *Plautus* in Truculento ſcen. ult.

Pauca ad hanc collo in crumena obligata defero.

Et ibid.

- - - - Homo crumenam ſibi de collo detrahit,
Minas viginti mihi dat, accipio lubens.

Idem in Epidico

Ipſe in meo collo tuus pater crumenam collocavit.

Et in Aſinaria

Hic iſtam colloca crumenam in collo plane.

Hujuſmodi Zonæ uſitatæ quoque fuerunt apud Hebræos, ut videre eſt in Cod. *Berachot*. לא יכנס להר הבית לא במקלו ולא במנעלו ולא בפונדתו. Ne ingrediatur montem templi cum baculo ſuo, nec cum calceis ſuis, nec cum crumena ſua. In Gloſſa פונדתו ſic exponitur. בפונדתו אזור חלול שנותנין בו מעות. *Pondato* eſt cingulum cavum, in quo reconduntur pecuniæ. *Chriſtus Matth*. x. 9. huc ſane reſpexit: μὴ κτήσεσθαι χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον μηδὲ χαλκὸν ἐς τὰς ζώνας ὑμῶν. *Joſephus* balteum ſacerdotum non ſolum longum & latum, ſed etiam cavum nobis deſcribit. διακένως δὲ ὑφασμένην ὥστε λεβηρίδα δοκεῖν ὄφεως. Intus inanem textum, ut & ſerpentis exuviæ ſimilis videretur.

Baltei præterea ſuo opere conſpicui erant, de quibus in textu dictum eſt מעשה רקם *opus Phrygionicum, plumarium*, aut *polymitum*. Opus רקם, uti dictum eſt, varias habuit figuras, acu adſutas, quæ flores referebant. *Joſephus* l. c. ἄνθη δ᾽ εἰς αὐτὴν ἐνύφανται φοίνικι ϰ̀ πορφύρα μετὰ ὑακίνθου, ϰ̀ βύσσου πεποικιλμένα. Flores autem intextos habet, cocco, purpura, hyacinthino, & byſſo variegatos. *Hieronymus* ad Fabiolam præter flores etiam gemmas habuiſſe ſcribit. Ita polymita (*inquit*) arte diſtinctum, ut diverſos flores ac gemmas artificis manu non textas, ſed additas arbitreris. Per *gemmas* fortaſſe intelligit *flores*, qui quodammodo gemmas repræſentabant. Hujuſmodi balteos fortaſſe intelligit *Homerus* Iliad. K. per ζωστῆρα παναίολον, qualis fuit balteus Neſtoris; eſt enim *Heſychio* παναίολος, παμποίκιλος *varie pictus*.

Fibulis baltei ornabantur, quibus extremæ partes circa corpus convertebantur ad ſtringendam tunicam. *Iſidorus*. Fibulæ ſunt, quibus pectus fœminarum ornatur, vel pallium tenetur viris in humeris, ceu cingulum in lumbis. Fibulæ vel aureæ vel gemmatæ. *Spartianus* in *Adriano*. Sine auro balteum ſumebat, & ſine gemmis fibula ſtringebatur. *Virgilius* Æneid. v.

- - - - Lato quam circumplectitur auro
Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma.

Statius Thebaid. VII.

- - - - Fibula raſilis auro
Tenariam fulva mordebat Jaſpide veſtem.

Idem lib. XII.

- - - - ignea gemmis
Cingula.

Claudianus de raptu Proſerpinæ lib. II.

Collectæ teretes nudantur Jaſpide veſtes.

Nemeſianus in Cyneg.

Sit Chlamys aurato multum ſubtegmine luſa,
Corrugeſque ſinus, gemmatus balteus arctet
Nexibus.

Homerus Iliad. δ.

Αὐτὴ δ᾽ αὖθ᾽ ἴθυνεν ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες
χρύσειοι σύνεχον.

Per ζωστῆρος ὀχῆες *Homerus* ſane intelligit baltei fibulas aureas, eſt enim ὀχεὺς *retiunculum*. *Euſtathius* κρίκους exponit. κρίκοι οἷς δὴ ὅλος συνείχετο ὁ στρατιωτικὸς ζωστὴρ πρὸς τὸν θώρακα. Erant ὀχῆες *annuli*, ſeu fibulæ, quibus baltei extremitates connectebantur.

Baltei apud veteres præcipue comparati erant, quibus tunica cohiberetur, & enſes appenderentur. *Iſidorus*. Balteus (*inquit*) dicitur, non tantum quo cingitur, ſed etiam a quo arma dependebant. Hinc apud *Virgilium* Æneid. x. balteus vocatur gladius

- - - - Immania pondera baltei.

Eadem de cauſa apud Græcos ζώννυσθαι ſumitur pro ὁπλίζεσθαι teſte *Euſtathio*. *Pauſanias* in Bœoticis. τὸ δὲ ἐνδύναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, *armis indui veteres vocarunt cingi*. Hinc *cingi* pro *armari* ſæpe reperitur. *Vulcatius* in vita *Avidii Caſſii*. Quum tales inter præcinctos habeas, *id eſt inter milites*. Per cingulum militia ipſa indigitabatur, ut balteus geſtatus militem, depoſitus ex-

exhautoratum designaret. *Freculphus* 2. Chronic. lib. III. cap. 15. Constantinus probare volens quosdam in suo palatio Christianos, si boni & solidi essent viri, evocans universos præcipi dicens, ut siquidem venirent ad sacrificandum, & ejus colerent Deos, circa eum essent, & in suo cingulo permanerent: Si vero refugerent, egrederentur de palatio, gratias agentes, quod minime punirentur. Hinc ademtio cinguli, quæ *discinctura*, aut *recinctura* appellata est, ignominiosa semper habita est. *Herodianus* lib. II. Sed quoniam jus fasque negant stipari a vobis principem violato jurejurando, ac manibus civili Imperatorioque sanguine pollutis, proditaque fide, custodiaque, animas quidem & corpora vobis nostra largietur humanitas, porro militibus meis ita præcipio recingant vos, ac vestimentis exutos militaribus nudos dimittant. *Idem lib.* VII. Cohortibus quæ signa omiserant, hordeum dari jussit, Centurionesque manipulorum, quorum signa amissa fuerant districtis gladiis discinctos destituit. *Vulcatius*. Statim ad signa educi jussit, & programma in parietibus fixit; ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret. *Johannes Saresbar.* lib. VI. Policratici cap. 13. Fit interdum ut ex delicto suo privetur miles militiæ cingulo, in his maxime, ubi sacrilegia committuntur: veteri namque jure statutum est, & novo non est abolitum, ut qui non servato militiæ sacramento religionem, quam profitetur, impugnat, cinguli amissione multetur. Hinc passim apud Ic. tos cingulum pro militia ipsa usurpatur. *Trebel. Pollio* in *Gallieno*. Cum cingula sua plerique militantium, qui ad convivium venerant, ponerent, & negotiatores militiæ cingulo prohibentur. l. un. C. negot. ne militent. Ibid. *cingi Jussus miles* l. 43. ff. tit. de testam. milit. *cinctus est in alia militia* l. 38. ff. eod. tit. *Et cinctus tribunus legionis* l. 16. Cod. Theodos. de Palatin. sacrar. largit. l. ult. Cod. eod. de Postuland. P. *Ambrosius* serm. VII. *cinguli honor* l. 14. Cod. Theodos. de privileg. eor. *cinguli sacramenta* l. 2. Cod. eod. quid prob. deb. *cingulo exui* l. I. C. ne rei domin. vel templor. *cingulo spoliandus* l. 3. C. domest. & protect. lib. 12. *post depositum cingulum* l. 2. C. ubi de ratiociniis. *dignitatem & cingulo amissuro* l. 2. C. ut nemini liceat in Coemp. spec. lib. 10. ζώνην vocat *Zonaras* in comment. *Nicenæ* Synodi. *Suidas* ζώνην τὸ ἀξίωμα interpretatur: *Basilius* magnus in oratione de martyre Gordiano ῥίψας τὴν ζώνην. *Tertullianus* lib. de præscriptionibus adversus hæreticos. *Cingulo abjecto & deposito*. Extat l. 3. Cod. Theodos. de his qui relig. contend. Qui sacrilego animo auctoritatem nostri numinis ausi fuerint expugnare, privati cingulo, bonorum proscriptione multentur. *Suidas*. Erat (*inquit*) in quadam palatii aula fons aquæ, & in eo Bacchi statua, & vitis ampla, totum complexa locum atque inumbrans, quo cum Licinius per causam delectationis venisset, Auxentio & aliis multis e comitatu, vitem intuens uvam magnam, & maturam e palmitibus dependentem vidit, eamque Anxentium resecare jussit, at ille statim femori appenso pugione stricto resecuit nihil suspicans, Licinius autem; ponito inquit, uvam ad pedes Bacchi: at ille absit, Imperator; Christianus enim sum: igitur apage te, relicta militia inquit Licinius, alterutrum enim facias necesse est: At hic nihil cunctatus, & solvit zonam, & statim alacer e palatio excessit. *Claudianus* lib. II. in Eutropium.

> - - - Militiam nullam, nec prima superbus
> Cingula dignari.

Idem in satisfactione ad Hadrianum præfectum prætorio

> Quod si nec precibus, fletu nec flecteris ullo
> Eripe calcatis non prospera cingula musis,
> Eripe militiam.

Ausonius in gratiarum actione. Familiaris (*inquit*) habitus decentior, aut militaris accinctior. *Discincti* pro ineptis ad militiam, aut dissolutis habebantur. *Homero* inermes ἀμιτροχίτωνες qui *tunicas non habent cinctas* dicuntur. Vetus Scholiastes *Juvenalis* ad Sat. II. Qui toga deposita, qua utebantur senatores, tanquam infames tunica utebantur, hinc dissoluti dicuntur. *Servius* ad illud lib. I. Æneid.

> Illi se prædæ accingunt.

Et ad illud Æneid. lib. VIII.

> - - - - discinctos Mulciber Afros.

Discinctos (*inquit*) id est inhabiles militiæ; omnes enim qui militant, cincti sunt; aut certe inefficaces & ignari, ut contra præcinctos dicimus. Horatius (*lib.* I. *Sat.* 5.) *altius ac nos præcinctis unum*: Hinc & εὔζωνος Strenuus. *Svetonius* in *Julio* cap. 45. Unde emanasse (*inquit*) Syllæ dictum constat optimates sæpius admonentis, ut male præcinctum puerum caverent. *Macrobius* lib. II. Saturn. Adeo ut Sylla tan-

tanquam providus dixerit Pompejo, cave tibi illum puerum male præcinctum. *Horatius* lib. Epod. Od. I.

> Discinctus aut perdam ut nepos.

Ovidius lib. II. de arte amandi

> Institor ad Dominam veniet discinctus emacem.

Et lib. I. Amor. Eleg. 9.

> Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus.

Claudianus lib. II. in Eutropium.

> Quid quod & armati cessant, & nulla virilis
> Inter tot gladios, sexum reminiscitur ira?
> Huccine nostrorum cinctus abiere nepotum?
> Sic Bruti despectus honor.

Eundem usum habuisse balteum apud Hebræos constat ex Isai. XXII. 21. *Et induam eum tunica tua, & balteo tuo, & dominationem tradam in manum ejus.* Et 2. Reg. III. 21. *Universi autem Moabitæ audientes quod adscendissent reges ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes, qui accincti erant balteo desuper, & steterunt in terminis.* Et *Ezech.* XXIII. 15. *Et accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum formam ducum omnium.* Hinc חגור כלי מלחמה *cingere instrumentis bellicis* est *armare* I. *Sam.* II. 4. Sic חגר & אזר *cingere* sæpissime usurpantur pro *armare* 2. *Sam.* XXII. 40. & alibi. Eodem sensu Apostolus ad Ephesios cap. VI. Vult ut fideles ad spiritualem militiam armentur περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ἀληθείᾳ.

Præter cingulum militare erat etiam civile. Plautus Bacchid.

> Cincticulo præcinctus in sella apud Magistratum assideres.

M. Manilius lib. V. Astronomic.

> Mænia succinctus curvo describit aratro.

M. Lucanus lib. VII.

> Sarmaticumque premet succinctus consul aratrum.

Tunica & balteus fere ubique junguntur. Hinc χιτὼν ζωστὸς, & ζωστῆρι συνεέργω χιτῶνα apud *Homerum* Odyss. ξ & apud *Platonem* in Hippia ζώνην χιτωνίσκου zonam tunicæ reperies. *Tertullianus* de pallio. Tunica prius cingulo correpta. *Martialis*,

> Det tunicam dives ego te cingere possum.

Apocal. I. 13. *Angelus* non modo dicitur vestitus ποδήρη *tunica*, sed & περιεζωσμένος *cinctus*. Hinc apud *Plautum* irridetur Pœnulus, quod *tunicatus* accederet, & tamen *discinctus*. Tunica interior tantum cingebatur. Leg. I. Cod. Theodosiani, *De habitu, quo oportet uti in urbe, verum interiorem vestem admodum cingulis observare.* Inter cingendum tunica ad medios poplites trahebatur. *Quintilianus* lib. XI. Cui lati clavi jus non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulum posterioribus ad medios poplites usque perveniant. Tunica hoc modo præcincta conspicitur in nummis & in marmoribus. Ita quoque sacerdotalis tunica fuisse præcincta apud Hebræos legitur in *Gemara Sevachin* cap. II. והתניא מסולקין כשרים אמר רמי בר חמא לא קשיא כאן שסילקו על ידי אבנט כאן דליתנהו מעיקרא כלל. Tradunt breviores tunicas legitimas esse. Dicit Rame bar Chama: nulla est quæstio; si modo brevior sit ob Balteum, modo per se non sit nimis brevis.

Balteus circa mammas, aut pectus non multo infra axillas præcingebatur. *Ovidius*

> . . . Cinctæque ad pectora vestes.

Ita præcincta apparet tunica in nummis, & marmoribus. Ad hunc modum omnino cinctus erat vir ille, sive Angelus, de quo *Apocal.* I. 13 ἐνδεδυμένος ποδήρη καὶ περιεζωσμένος πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν. Et cap. XV. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη. Eodem modo fuisse præcinctos sacerdotes Hebræorum docet *Josephus* l. c. κατὰ στέρνων δεῖται *circa pectus ligatur*. Qui ibid. scribit, sacerdotes, quum ministerium aggrederentur, dependentes baltei partes retraxisse, & in sinistrum humerum rejecisse: καὶ λαβοῦσα, τὴν ἀρχὴν ἑλίξεως κατὰ στέρνων καὶ περιελθοῦσα δεῖται. καὶ κέχυται μὲν πολλὴ μέχρι καὶ τῶν σφυρῶν, ἕως οὖ μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ. ὅταν δὲ σπουδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ καὶ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινουμένη ἐμποδίζηται πρὸς τὸ ἔργον, ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τὸ λαιὸν ὠμοφορεῖ. Sumens extremitatem (*baltei*) circa pectus revolvit semel atque iterum, tum ligatur. Ad talos autem usque defluit, quandiu non operatur sacerdos. Quando autem ad ministerium properant, ut sacrificia offerrent, ne impedirentur in opere, super humerum lævum rejicitur.

Præ ceteris sacrificantes, sacerdotes, & Popæ balteis se præcingebant. *Svetonius Caligulam* tradit *succinctum fuisse Poparum habitu. Plutarchus* in Æmilio: οἱ δ' ἄγοντες αὐτοὺς νεανίσκοι, περιζώμασιν εὐπαρύφοις ἐσταλμένοι, πρὸς ἱερουργίαν ἐχώρουν. Ducebant autem eos (*boves*) adolescentes prætextis cingulis ornati ad sacrificium. *Dionysius Halicarnassæus* Antiq. Rom. lib. II. de Saliis. ποικίλους χαλκέαις μίτραις κατεζωσμένοι. Tunicas varie-

variegatas æneis balteis strictas habebant. *Apulejus* lib. XI. Metamorph. Antistites (*inquit*) sacrorum proceres illi, candido linteamine cinctum pectoralem ad usque vestigia strictim injecti, potentissimorum domini proferebant vestigia. *Virgilius* lib. VIII.

> Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino,
> Insignis reserat stridentia limina Consul.

Ubi *Servius*. Gabinus Cinctus (*inquit*) est toga in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere utebatur Consul bellum indicturus: ideo quia cum Gabii Campaniæ civitas sacris operaretur, bellum subito venit, tunc cives accincti togis suis ab agris (*leg.* ab aris) ad bella profecti sunt, & adeptis victoriam; unde hic ortus est mos. *Lucanus* lib. I.

> Turba minor sequitur ritu succincta Gabino.

Ubi *Sulpitius* ejus scholiastes. Toga in sinistrum humerum sic rejecta, ut una ejus lacinia hominem cingat. *Prudentius* de sacerdote Hymn. XIV. περὶ στεφ.

> Cinctu Gabino sericam fultus togam.

Non solum milites, & viri, sed etiam fœminæ balteos gestabant; Fœminas apud Hebræos habuisse balteos constat ex *Prov.* XXXI. 17. *Accinxit fortitudine lumbos suos*. Et *Esai.* XXII. 21. ubi Hierusalem sub persona fœminæ introducitur, *Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum*. Apud Græcos & Romanos commune fuit, ut fœminæ balteo zonaque cingerentur; ut ζωστῆρα λύειν, & ζώνην λύειν zonam solvere dicebatur pro pudicitiam deponere. *Homerus* Odyss. Λ. λῦσε παρθενίην ζώνην. In veteri Epigram. de *Diana*: λεχωϊτῶν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα. Hinc *muliebriter cincti* dicuntur *imbelles*. *Curtius* lib. III. Et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina. Zonis reginarum integri redditus provinciarum destinebantur. *Plato* in Alcibiade. ἐπὶ ποτ' ἤκουσα ἐγὼ ἀνδρὸς ἀξιοπίστου ἀναβεβηκότων παρὰ βασιλέα, ὡς, ἔφη, παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδὸν ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρείους ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός: εἶναι δὲ καὶ ἄλλην ἣν καλεῖσθαι καλύπτραν. καὶ ἄλλους πολλοὺς τόπους καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς εἰς τὸν κόσμον ἐξῃρημένους τὸν τῆς γυναικός, καὶ ὀνόματα ἔχει ἑκάστους τῶν τόπων ἀπὸ ἑκάστου τῶν κόσμων. Retulit nobis vir quidam fide dignus, unus eorum, qui ad Regem (*Persarum*) profecti erant, se integrum fere diem peragrasse magnam & fertilem provinciam, quam incolæ vocabant *Zonam* Reginæ: esse etiam aliam nomine Calyptram, atque ita multas alias regiones pulchras, & optimas ad reginæ ornatum destinatas: nomina etiam habere, singula loca a singulis ornamentis. *Athenæus* lib. I. de *Antylla* urbe dicit Reges Ægyptiorum & Persarum eam dedisse ταῖς γαμεταῖς εἰς ζώνας uxoribus ad cincturam. *Cicero* in Verrem Orat. V. Solere ajunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere; his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat; hæc in collum; hæc in crines.

Zonam inter ornamenta muliebria reponit *Ulpianus* lib. XXV. ff. de aur. & arg. leg. Vestimenta muliebria sunt, quæ matris familias causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi causa, quam ornandi sunt comparata. *Martianus Capella* lib. II. de Nupt. At cingulum (*inquit*) quo pectus annecteret sibi prudens mater exolvit, & ne philologia ipsius Phronesis careret ornatibus, ejus pectori, quo verius comeretur, opponit. *Apulejus* lib. II. Miles. Ipsa (*inquit*) linea tunica mundule amicta, & russea fasciola prænitente altiuscule sub ipsas papillas succinctula. Quo graciliores virgines viderentur, his zonis succingebantur. *Claudianus* lib. I. in Eutropium

> Stat tamen, atque aliis succingit læna ministras.

Et de VI. Honorii Consulatu

> Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ
> Spe propiore thori mater solertior ornat
> Adveniente proco, vestesque & cingula comit
> Sæpe manu, viridique angustat Jaspide pectus
> Substringitque comam gemmis, & colla monili
> Circuit, & bacis onerat candentibus aures.

Apoll. Collatius Excidii Hierosolymitani lib. I.

> - - - Non fasciis pectus
> Aurea virginem vinxit.

Terentius in Eunucho Act. III. sc. 3.

> Haud similis virgo est virginum nostrarum

Quas

Quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore
Ut graciles sint.

Ovidius de remedio Amoris lib. I.
- - - omne papillæ
Pectus habent tumidæ: fascia nulla tegat

Idem lib. III. de arte amandi.
Angustum circa fascia pectus eat.

Et ibid.
Conscia cum possis scriptas portare tabellas
Quas tegat in tepido fascia lata sinu

Propertius lib. IV. Eleg. 10.
Mollis & hirsutum cæpit mihi fascia pectus.

Martialis lib. IV. Epigr. 134.
Fascia crescentes dominæ compesce papillas,
Ut sit quod capiat nostra, tegatque manus.

Græcis στρόφιον appellatur teste *Polluce*. *Turpilius* in Philopatre. Me miseram (*inquit*) quod inter vias epistola excidit mihi, infelix inter tuniculam, & strophium collocatam. *Catullus* in Argonaut.
Nec teriti strophio lactantes vincta papillas.

Virgilius in Copa
Et gravidum roseo necte caput strophio.

Prudentius lib. II. in Symmachum
Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est
Et Deus omnipotens, non pexo crine virago,
Nec nudo suspensa pede, strophioque revincta,
Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.

Cingulo præterea nova nupta præcingebatur, quod a viro suo prima nocte erat dissolvendum. *Festus* lib. III. Cingulo (*inquit*) nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis, ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se fit, sic vir suus secum cinctus, vinctusque esset; hunc Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. Idem *Festus* paulo infra. Cinxiæ Junonis (*inquit*) nomen sanctum habebatur in nuptiis quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta. *Homerus* in hymno Veneris
λῦσε δὲ οἱ ζώνην
Solvit vero Zonam

Et lib. II. Odyss.
λῦσεν παρθενικὴν ζώνην
Solvit virgineam Zonam.

Musæus de Hero & Leandro
ὡς φαμένη τοῦτ᾽ ἔπος, οὐδ᾽ αὐτίκα λύσατο μίτρην
Καὶ θεσμῶν ἐπέβησαν ἀεισοιδοῦς Κυθερείης.
Sic illa hæc dixit, ille vero statim solvit Zonam
Et leges inierunt benevolæ Veneris

Theocritus Eidyll. 20. de Jove & Europa;
λῦσε δὲ οἱ ζώνην
Solvit vero Zonam

Ovidius Epist. II. Phillis Demophoonti
Cui mea virginitas avibus libata sinistris
Castaque fallaci Zona recincta manu.

Catullus Epigr. II.
Tam gratum mihi quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod Zonam solvit diu ligatam.

Et Epigr. LXV. ad januam impudicæ
Ne quærendum aliunde foret nervosius illud,
Quod possit zonam solvere virgineam.

Hebræas quoque mulieres Zonis fuisse ornatas constat ex *Isai.* III. 24. *Et erit pro suavi odore fœtor, & pro Zona funiculus, & pro crispanti crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium.* Et *Jerem.* II. 32. *Nunquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ?*

Quæ postremo in textu ex vestibus sacerdotalibus memorantur sunt מכנסים *feminalia*. ועשה להם מכנסי בד לכסות בשר ערוה ממתנים ועד ירכים יהיו. *Et facies illis feminalia linea ad tegendam carnem nuditatis; a lumbis usque ad genua pertingant*. Septuaginta habent περισκελῆ, *Vulgatus feminalia*; *Philo* de Monarchia περίζωμα, & in vita Mosis lib. III. περισκελῆ. *Josephus* μαχανασή, sed legendum μιχνεσή, quod est Hebræorum מכנסי. Et Antiquit. lib. III. cap. 8. exponit per συνακτῆρα, & διάζωμα. *Arabs* سر اكلاف quod indumentum significat, sed indumentum circa pedes & femina, hinc مسرول *plumipes, pedes plumis vestitos habens, instar columbæ*. *Chaldæus* מכנסי retinet. *Targum Hierosolymitanum* אברסקין, sed legendum אברקסין *braccæ*.

Materia erat linea, uti dicitur *Exod.* XXVIII. 42. מכנסי בד, & *Ezech.* cap. XLIV. 18. מכנסי פשתים. Sed linum erat pretiosissimum; hinc *Chaldæus* exponit

ponit מכנסין דבוץ *brachæ byſſinæ*. Et *Joſephus* habet ἐκ βύσσου κλωστῆς. Quod confirmatur *Exod.* XXXIX. 28. ubi de materia feminalium dicitur שש, quod ſignificat *byſſum*. Ex byſſo retorta facienda fuiſſe feminalia docetur *Exod.* XXXIX. 38. שש משזר. Feminalium color fuit albus, nam byſſus erat alba. Feminalia coccinea uſitata fuiſſe apud veteres docet *Lampridius* in vita Alexandri Severi, & ποικίλους teſte *Euripide*. Sed honeſtiores, teſtante eodem *Lampridio* l. c. ipſique Imperatores albas brachas geſtaverunt.

Texta tantum fuiſſe, non conſuta feminalia probari poteſt ex ceteris veſtibus, de quibus dicitur מעשה אורג *opus textoris*, non autem מעשה מחט opus acus. *Maimonides* de Vaſis Sanctuarii cap. VIII. ובגדי כהונה כולן אין עושין אותן מעשה מחט אלא מעשה אורג שנ' מעשה אורג. Veſtes ſacerdotii omnes non fiunt opere acus, ſed opere textoris; dictum eſt enim: *Opus textoris*. *Hieronymus* in Epiſtola ad Fabiolam probare conatur feminalia fuiſſe conſuta ex *Joſepho*, qui ſcribit: περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτὸν *circa verenda conſutum*; ſed per ῥαπτὸν nihil aliud intelligit, quam *clauſum*, aut *commiſſum* & *junctum*, ſive id acu, ſive arte textoris factum fuerit.

Bracharum forma incerta. *Auguſtinus* vocat *ſuccinctoria* & *campeſtria*; quæ a feminalibus non parum videantur differre; nam etſi verenda & femina velaverint, videntur tamen non quodlibet crus ſeparatim, ſed utrumque uno ambitu operuiſſe. *Iſidorus* lib. XIX. cap. 22. Succinctorium vocatum, quod uti dictum eſt, ſub brachiis habet, ductum alarum ſinu ambit, atque hinc inde ſuccingit. Hoc ipſum fortaſſe intellexit *Joſephus* per ſuum συνακτῆρα, & Græci per τὸ διάζωμα, & περίζωμα, cum συνακτὴρ nihil aliud ſit quam *conſtrictorium*. Conſtat διάζωμα & περίζωμα eſſe operimenta quædam veterum Athletarum Balneatorum, & Coquorum circa lumbos conſtricta, & cincta, ſic dicta a ζώννυμι ſtringo. Idem per *ventrale* intellexiſſe videtur *Plinius*. Nonnulli volunt ſeniorum περισκελῆ idem ſignificare ac περίζωμα, & διάζωμα ſuccinctorium mulierum, coquorum, aliorunque operariorum; teſtimonio *Pollucis* adducti qui lib. V. cap. 16. inter alia in γυναικείῳ κόσμῳ numerat περισφύρια, περιπτερίδες, περιπέζια, & περισκελίδες. Hinc *Horatius* lib. I. Epiſt. 8.

Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam,

Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis

Quæ vox per *ſubligacula* a Latinis exprimitur. *Cicero* I. Offic. Scenicorum mos (*inquit*) tantam habuit a vetere diſciplina verecundiam, ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo. At *Periſcelides* (ut in Gloſſis eſt) erant ornamenta, vel circuli aurei crurum muliebrium.

Hæc veſtimenta a Græcis ἀναξυρίδες etiam appellantur; ſed improprie; etenim ſignificant proprie *cruralia*, & *tibialia*, eſt enim ξύρον *crus*. Nec minus proprie dicuntur *brachæ*, quæ nihil aliud fuerunt apud veteres quam tibialia, crurum & pedum tegumenta, pedules, & crurales faſciæ. *Epiphanius* de Catarrhis. τὰ δὲ ἄλλα, ποδεῖα ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, παρά τισιν ὀδώνια κέκληται, ἢ βράκαι, χερσὶ περιτίθεασιν, δακτύλους δὲ τοῖς ποσίν. Quantum ad reliqua, pedules, uti dicitur, ex veſtimentis factæ, quæ a quibuſdam Odonia vocantur, aut brachæ, manibus induunt, annulos autem pedibus. Per *Brachas* hoc loco intelliguntur faſciæ illæ, quibus crura & pedes velabantur. Ex his patet veſtimenta, quæ aliquo modo crura & femina tegebant, veteribus dicta fuiſſe feminalia, ſuccinctoria, ventralia, caligas, περισκελῆ, ἀναξυρίδας, διάζωμα, & περίζωμα. Hinc apud *Heſychium* & *Suidam* eadem ſignificatio omnibus attribuitur, φιμινάλια, περισκελῆ, & βράκια. Uſus tamen voluit ut per has voces intelligerentur feminalia.

Feminalia in lumbis præcingebantur, uti dictum eſt *Exod.* XXVIII. 42. ממתנים *a lumbis*. *Ezech.* XLIV. 18. ומכנסי פשתים יהיו על מתניהם לא יחגרו ביזע. *Et feminalia linea erunt ſuper lumbos eorum: Non accingentur in ſudore*. Ubi *Raſchi*. שנינו מבריתא אין חוגרין במקום שמזיעין כרתניא לא למעלה מאצילים ולא למטה ממתניהם שהוא מקום ציעה או לא שוי״רא בלע״ז. Diſcimus ex Baraitha. Non accingentur in loco ubi ſudant: Non ſupra axillas, nec infra lumbos, quia ibi eſt locus ſudoris, barbare *en la ſueur*. *Kimchius* ad l. c. *Ezech.* פי׳ ר״ל לא יחגרו במקום שמזיעין כרתניא כשם חוגרים אינם חוגרים לא למטה ממתנים אלא למעלה לאציליהם אלא כנגד אצלי ידים. Sapientes noſtri ſ. m. hoc exponunt; Non cingentur in loco ubi ſudant: ſecundum traditionem; quando cingunt, non cingant ſe infra lumbos, nec ſupra axillas, ſed circa axilla. *Raſchi* ad *Gemaræ Babyl.* cap. II. *Sevachim* animadvertit *locum ſudoris* eſſe in lumbis & in axillis, שהבשר נכפל על הבשר ומתחמם ומזיע quia caro

ro duplicatur, ut incalescat, & facile sudet; ea de causa כנגד אצילי ידיהם explicat, asseritque esse locum על צלעותיהן כנגד המרפק *ad costas* circa humeros. Optime igitur *Chaldæus* hæc verba לו יחגרו ביזע interpretatur. ייסרון על חרציהון אלהון על לבבהון ייסרון. *Non cingent ad lumbos, sed ad cor suum cingent.* *Maimonides* l. c. הם ממתנים עד ירכים שהוא למעלה מן הטבור קרוב מן הלב עד סוף הירך. *Femoralia* pendebant a lumbis ad femora, nempe supra umbilicum proxime a corde incipientia producebantur usque ad genua.

A pectore dependebant *brachæ* usque ad genua, testante Mose loc. cit. ועד ירכים יהיו. *Et usque ad genua erunt*. *Targum*. ועד ירכין יהון. *Et usque ad genua erunt*. *Targum Uzielidis* מן אסר קמור חרציהון ועד ירכיהון יהון *A vinculo zonæ lumborum eorum usque ad genua eorum erunt*. *R. Levi Barselonita* præcept. *99*. המכנסים צורתן ידוע בכל מקום והיו גדולים ממתנים עד ירכים כלומר עד הירכים שהוא הנקרא גנו. Feminalium figura ubique nota est; & erant magna a lumbis ad femina, ut dicitur *ad femina*, quæ dicuntur *Genu*. *Hieronymus* in Epist. ad Fabiolam. A nostris dicuntur feminalia, vel brachæ usque ad genua pertingentes. Vid. *Maimonides* loco supracitato. Apud Scythas erant in usu *Brachæ*, quæ totum corpus tegebant, teste *Pomponio Mela* lib. II. cap. I. Totum brachatum corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti. De quibus *Ovidius* lib. III. Trist. Eleg. 10.

> Pellibus & sutis arcent mala frigora brachis,
> Oraque de toto corpore sola patent.

Apertas fuisse brachas ad infimum ventrem ad emittendam urinam, & ad exonerandum alvum constat ex Codice *Niddah* cap. II. ubi apertura anterior circa verenda vocatur בית הערוה *locus verendorum*, & posterior בית הנקב *locus foraminis*. Ad h. l. *Raschi* בית הנקב ובית הערוה דרך היה לעשות הנקבים במכנסים כנגד בית הערוה להשתין מים מחוץ דרך שם וכן כנגד בית הנקב וכשנומר לקשור הנקב ברצועה וסותמו. *Locus ani, & locus verendorum*. Mos erat ut foramina facerent in feminalibus e regione verendorum ad emittendam urinam foras, eodem modo fieri solebat e regione ani; quando res perfecta est, foramen ligabant, & claudebant ligulis. *Josephus* Antiq. lib. III. cap. 8. διάζωμα περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτὸν ἐκ βύσσου κλωστῆς ἐργνύμενον ἐμβαινόντων ἐς αὐτὸ τῶν ποδῶν ὥσπερ ἀναξυρίδας. ἀποτέμνεται δὲ ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ τελευτῆσαν ἄχρι τῆς λαγόνος περὶ αὐτὴν ἀποσφίγγεται. Subligar circa verenda commissum. Factum ex bysso retorta, cui inserunt pedes, tanquam cruralibus. Divisum usque ad medietatem, sed circa ilia constrictum.

Vittis ad lumbos constringebantur brachæ teste *Maimonide* l. c. המכנסים בין של כג׳ בין של כהן הדיוט הם ממתיים עד ירכים שהוא למעלה מן הטיבור קרוב מן הלב עד סוף הירכים שהוא הארכובה ושנצים יש להם ואין להם לא בית הנקב ולא בית הערוה אלא מוקפין כמין כיס Feminalia sive summi Pontificis, sive sacerdotis vulgaris a lumbis pendebant ad finem feminum, quæ sunt genua. Et habent ligamenta quædam. Sed nulla est illis apertura nec ad anum, nec ad verenda, sed constringuntur instar crumenæ. Hinc fortasse ab *Euripide sacci* appellantur

> - - - - ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους
> Περὶ τοῖν σκελοῖν ἴδοιτα.
> - - - - Quæ saccos variegatos
> Circa femina videbat.

Causa redditur, qua Deus jusserit sacerdotibus fieri feminalia, sc. לכסות בשר ערוה ממתנים עד הירכים. *Ad tegendam carnem nuditatis, ab ilibus ad femina*. Ne sc. inter operandum sacerdotum verenda detegerentur. Tale quid accidit Aruspici Tusco sacrificanti, de quo *Martialis* lib. III. Epigr. 24.

> Ipse super virides aras luctantia pronus
> Dum resecat cultro colla, premitque manu
> Ingens iratis apparuit hernia sacris.

Præterea Deus *Exod*. xx. præcepit, ne in altari gradus ædificarentur, ne sacerdotum nuditas detegretur. ולא תעלה במעלת על מזבחי אשר לא תגלה ערותך עליו. *Ne ascendas gradibus ad altare meum, ne detegatur nuditas tua super illo*. Ubi *Raschi*. לא תעלה במעלות כשאתה בונה כבש למזבח לא תעשהו מעלות הסקלינ״ס בלע״ז אלא חלק ומשופע אשר לא תגלה ערותך שעל ידי המעלות אתה צריך להרחיב פסיעותך ואף על פי שאינו גלוי ערוה ממש שהרי כתיב ועשה להם מכנסי בד מכל מקום הרחבת הפסיעות קרוב לגלוי ערוה הוא *Non adscendes gradibus*. Quando ædificas collem altari, non faciendi sunt in eo gradus, barbare *Scalini*, sed lævis, & declivis (collis) est extruendus. *Ne detegatur nuditas tua:* Graduum causa tibi passus dilatandus est; & quamvis non detegatur nuditas; eo quod scri-

ſcriptum eſt. *Et facies illis feminalia linea*; tamen paſſuum dilatatio accedit ad detectionem carnis. Alia cauſa adducitur a *Maimonide Moſe Nevochim* part. III. cap. 45. וכבר ידעת פרסום עבודה פעור בזמנים ההם אשר היתה בגלוי הערוה מפני זה צוה הכהנים לעשות מכנסים לכסות בשר ערוה בעת העבודה ושלא יעלה למזבח עם כל זה במעלות אשר לא תגלה ערותך עליו. Jam noſti manifeſto cultum Peoris illis temporibus poſtulaſſe, ut verenda detegerent: Ideo præcepit Deus ſacerdotibus, ut facerent ſibi brachas ad tegendam nuditatem tempore miniſterii, eadem de cauſa prohibitum fuit ad altare adſcendere per gradus, ne tua nuditas detegeretur.

Babylonios tempore Nebucadnezaris brachis fuiſſe uſos videtur probari poſſe ex *Dan.* III. 21. באדין גבריא אילך כפתו בסרבליהון פטשיהון וכרבלתהון ולבשיהון ורמיו לגוא אתון נורא יקדתא. *Tunc viri hi ligati ſunt cum ſarabaris ſuis, calceis ſuis, tiaris ſuis, & veſtibus ſuis, & conjecti ſunt in medium fornacis ignis ardentis. Et paulo poſt* ומתכנשים אחשדרפניא סגניא ופחותא והדברי מלכא חזין לגבריא אלך די לא שלט נורא בגשמהון ושער ראשהון לא התחרך וסרבליהון לא שנו וריח נור לא עדת בהון. *Et congregati ſunt Satrapæ, magiſtratus, duces, & conſiliarii regis, intuentes viros iſtos, quoniam non dominatus fuerat ignis in corporibus eorum, & capillus capitum eorum non erat aduſtus, & Sarabara eorum non mutata, & odor ignis non tranſierat in eos. Saadia Gaon* in h. l. סרבליהון המנעלים וי״א בתי שרקים שלהן פטשיהון המכנסים שבירכותיהן כרבלתהון אלו הקשירין שבראשן כמין כובעי׳ וי״א כרבלתהון הן הטליתות המעוטפי׳ בהן ולבושיהון שאר בגדים פ״א סרבליהון מקטורים שלהן שעל בלאות שלהן כלומר כמו בלאות בגדי׳ תמיד פטשיהון הם המעילי׳ שעליהן כרבלתהון הם החלוקים שלהן. Dictum eſt סרבליהון; ſunt calcei; Et alii dicunt eſſe cruralia. פטשיהון ſunt feminalia, quæ erant in eorum femoribus. כרבלתהון ſunt redimicula eorum capitibus impoſita inſtar pileorum. Et alii dicunt כרבלתהון ſunt pallia, quibus ſe obtegebant; *Et veſtibus ſuis*, reliquis veſtibus. Altera explicatio. סרבליהון ſunt capitia, quæ erant in eorum veteramentis, ſc. quaſi veſtium quotidianarum. פטשיהון, ſunt eorum calcei. כרבלתהון, ſunt eorum interulæ. *Aben Ezra* in l. c. בסרבליהון הם השמלה העליונה ומנהג האומות לשרף האנשים במלבושיהם שאינם שוין כלום וכרבלתהון כמו ודוד מכרבל במעיל בוץ ופטשיהון חלוקין או מכנסים. Dictum eſt בסרבליהון erant veſtis ſuperior; & ex gentium more viri cum veſtibus ſuis comburebantur; quia omnes non ſunt æquales. וכרבלתהון; ſicuti dictum eſt 1. *Paral.* XV. 27. *Et David erat veſtitus pallio byſſino*. ופטשיהון ſunt interulæ, aut feminalia. Variant in definiendo ſignificatu סרבלין variorum ſententiæ. Nonnulli volunt fuiſſe calvos. *Elias Levita* in סרבל ſcribit. בדברי רז״ל בסרבליהון אילו הסרבלין שברגליהם. Sapientes noſtri f. m. dicunt; סרבלין ſunt veſtes, quæ erant in eorum pedibus *Hieronymo* teſte in comment. in *Dan. Symmachus* vertit ἀναξυρίδες. *Heſychius* in ἀναξυρίδες. Ἀναξυρίδες, φημινάλια, βρακία βαρβαρικά, ἔνδυμα ποδῶν, ὑποδήματα βαθέα, ἢ βασιλικά. Ἀναξυρίδες, feminalia, braccæ barbaricæ, veſtimentum pedum, calcei cavi, aut regii. Cum quibus conſentit *Pollux*. Τὰ δὲ πέλυντρα εἶδος ὑποδήματος, ὥσπερ ἀυταπόδια, ἃ ταῦτα ἦν τοῖς ἀναξυρίσιν, ἃς σκελέας ἔνιοι ὀνομάζουσι. Pelyntra autem, ſpecies ſunt calcei, ſicut Avtapodia, quæ idem ſunt quod Anaxyrides, quas ocreas nonnulli vocant. Alii volunt fuiſſe *braccas & femoralia* ut in Theſauro linguæ Græce multorum autoritate probatur ἀναξυρίδες ſignificare feminalia, cum ſynonima ſint apud *Svidam & Heſychium* ἀναξυρίδες, φημινάλια, βράκια. *Svidas*. σαράβαρα ἐσθὴν Περσικὴν *Veſtem Perſicam*, ἔνιοι λέγουσι βρακία, *quam nonnulli braccas vocant. Scholia* Græca. τινες σαράβαρα εἰρήκασι τὰ μὲν παρὰ τῶν πολλῶν λεγόμενα Μώκια (fortaſſe legendum βράκια) παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἀναξυρίδες προσαγορευόμενα. *Heſychius* vult eſſe περὶ τὰς κνημῖδας ἐνδύματα. Crurum indumenta. In Σαράβαρα. Et in Σκέλιαι: Σκέλιαι τὰ τῶν σκελῶν σκεπάσματα, Πάρθοι σαράβαρα. Plerique contendunt per סרבלין deſignari togas, pallia, paludamenta &c. *Jachiad.* ad *Dan.* III. 21. בסרבליהון והם הלבושים אשר יכפו כל הגוף בצאת האיש מביתו ללכת בשוקים ורחובות ובלע״ז מאנ״טילו או דומ׳ לו. *Cum Sarabalis ſuis*; id eſt cum veſtimentis, quæ totum obtegunt corpus, ubi quis e domo ſua prodit in forum, & plateas, & barbare *Mantilo*, aut quid ei ſimile. *Elias Levita* ibid. אנחנו קורין למלבוש העליון סרבל בלשון אשכנז וגם בלע״ז מנ״טיל. Nos vocamus veſtem ſuperiorem *Sarbel*, quæ Germanice & Italice vocatur *Mantil. Babyl. Menachoth* 41. 1. *Angelus invenit Rab Ketina amictum ſindone, & dixit ei: O*

Ketina, Ketina סדינא לקנטא וסרבלא לסתוא. *Sindon convenit æstati, sarabal-lum hyemi. Gittin* 31. ופריס עליה סרבלא דכרתי. Et expansum erat super eo pallium coloris porri. Consentit cum his *Aben Ezra* qui סרבלין *vestem superiorem* interpretatus est. Quod confirmari potest ex ipsa voce סרבל, quæ *tegere*, *operire* significat; *Nah.* II. 3. מסרבלין בצבעונין. *Operti vestibus coloratis*, pro Hebræo הרעלו, quod R. *Salomon* exponit מעוטפין *obtecti*. *Ezech.* XVI. 26. מסרבלי בשר *operti carne*, pro Hebræo גדלי בשר *magni carne*, i. e. *pingues*. Accedit scriptorum veterum autoritas, qui asserunt *Sarabaras* fuisse vestes fluxas, & talares, qualis fuit stola matronarum. *Isidorus* Orig. lib. XIX. cap. 23. Quibusdam autem (*inquit*) nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis Sarabaræ. *Et paulo post*. Sarabaræ sunt fluxa, & sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele. *Et sarabaræ eorum non sunt immutatæ*. Et Publius: Ut quid ergo in ventre tuo Parthi Sarabara suspenderunt? *Tertullianus* de Pallio cap. IV. de Alexandro loquens. Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. Triumphalem cataphractam amolitus, in captiva Sarabara decessit. *Et paulo post*. Pectus squammarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo, nudavit, & anhelum adhuc ab opere belli, ut mollius, ventilante serico extingit. Ex hoc loco patet per *Sarabaram* intelligi stolam Medicam, quam a Medis ad Persas transtulit Cyrus teste *Xenophonte* Histor. lib. VIII. Στολὴν τε γὰν εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς κοινώνους ταύτῃ ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὐτὴ γάρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει εἴ τις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύναι τοὺς φοροῦντας. Stolam itaque elegit Medicam & ipse ferre, & ut familiares ea induerentur, persuasit. Hæc enim illi occultare vitia, siquis defectum aliquem haberet in corpore, atque illa indutos pulcherrimos, & maximos conspici. Ex his mihi probabilior ceteris videtur sententia cl. *Binæi*, qui lib. II. cap. 10. de Calceis Hebræorum his, quas adduximus, rationibus demonstravit per סרבלין stolas, chlamidas, & pallia potius, quam feminalia significari.

II. Tria erant genera sacerdotalium vestium; unum sacerdotis vulgaris, alterum summi Pontificis, tertium vestimenta alba. Sacerdos vulgaris quatuor induebat vestes, sc. tunicam, balteum, femoralia, & tiaram; Summus sacerdos præter hæc quatuor, pallium, humerale, rationale, & laminam induebat. Vestimenta alba continebant tunicam, balteum, femoralia, & tiaram ex una tantum bysso contexta, quibus ministrabat Pontifex in die expiationum. *Maimonides* de vasis Sanctuarii cap. VIII. בגדי כהונה שלש מינים בגדי כהן הדיוט ובגדי זהב ובגדי לבן בגדי כהן הדיוט הם ארבעה כלים כתנת ומכנסים ומגבעות ואבנט וארבעתן של פשתן לבני׳ וחוטן כפול ששה והאבנט לבדו רוקם בצמר בגדי זהב הן בגדי כהן גדול והם שמנה כלים הארבע של כל כהן ומעיל ואפוד וחושן וציץ ואבנט של כהן גדול מעשה רוקם הוא ודומה במעשיו לאבנט כהן הדיוט ומצנפת האמורה באהרן היא המגבעת האמורה בבניו אלא של כהן גדול צונף בה כמי שלופף על השבר ובניו צונפין בה ככובע ולפיכך נקראת מגבעת בגדי לבן הם ארבעה כלים שמשמש בהן כהן גדול ביום הכיפורים כתנת ומכנסים ואבנט ומצנפת וארבעתן לבנים וחוטן כפול ששה ומן הפשתן לבדו. Sacerdotalium vestium tres erant species; vestes sacerdotis vulgaris, vestimenta aurea, & vestimenta alba; vestes sacerdotis vulgaris erant quatuor, tunica, femoralia, tiaræ, & balteus; & quatuor omnes erant ex lino albo, & ex filo sexies conduplicato contextæ, solus balteus erat lana acupictus. Vestimenta aurea summi sacerdotis erant octo, sc. quatuor illa cujusvis sacerdotis, & præter hæc pallium, Ephod, & pectorale, & lamina. Et balteus summi sacerdotis pariter acupictus erat, eratque similis balteo sacerdotis vulgaris; Et cidaris memorata in Aaron erat tiara memorata in filiis ejus; at cidaris summi sacerdotis, uti vulnus, obligabatur; at ejus filii tegebantur quasi galea, ideoque vocabatur tiara. Vestimenta alba, quatuor illa, quibus ministrabat summus sacerdos die expiationum erant tunica, femoralia, balteus, & tiara, & hæc quatuor omnia erant alba ex filo sexies conduplicato, totaque e solo lino contexta.

In vestibus albis summum sacerdotem in die expiationum ministrasse constat ex *Levit.* XVI. 4. כתנת בד קדש ילבש ומכנסי בד יהיו על בשרו ובאבנט בד יחגר ובמצנפת בד יצנף בגדי קדש הם *Tunicam lineam sanctitatis induet, & feminalia linea erunt super ejus carnem, & cingulo lineo se præcinget, & tiara linea se obvolvet; hæc enim vestimenta sunt sancta*. Targum כתונא דבוצא דקודשא ילבש ומכנסין דבוץ יהון על בשריה ובהמיינא דבוצא יסר ומצנופתא דבוצא יהית ברישיה לבושי קודשא אינון. *Tunicam*

cam byssinam sanctitatis induet, & feminalia byssina erunt super ejus carnem, & cingulo byssino se præcinget, & tiara byssina erit in ejus capite; hæc enim vestimenta sunt sancta. Targum Hierosolymitanum. כיתונא דבוץ מילת קודשא ילבש ואוורקסין דבוץ מילת יהון על בשריה ובקמורא דבוץ מילת יצר ומצנופא דבוץ מילת נטיכס ברישיה לבושי קודשא אינון ברם בלבושו דהבא לא יהי עלל מטול דלא ידכר חובת עינלא דדהבא. *Tunicam byssinam seriaceam sanctitatis induet, & subligacula byssina sericea erunt super carnem ejus, & balteo byssino sericeo accingetur, & cidaris byssina sericea ordinetur in capite ejus: vestes sanctitatis sunt; verum cum vestibus aureis non ingredietur, ut non revocetur in memoriam peccatum vituli aurei. Siphra* in l. c. 40. 2. בד שיהו של בוץ בד שיהיו חדשים בד שיהיו כפולים בד שלא ילבש עמהם בגדים אחרים יכול לא ילבש עמהם בגדי פשתן אבל ילבש עמהם בגדי צמר ת״ל בד יכול לא ילבש עמהם בגדי פשתן אלא ילבש עמהם בגדי חול תלמוד לומר בד ומה תלמוד לומר בד בד ארבעה פעמים למעט ארבעה כלים שנאמר בהם לפני יי׳ בתוך שנאמר בחשן ונשא אהרן את שמות בני ישר׳ בחשן המשפט על לבו בבואו אל הקדש לזכרן לפני יי׳ תמיד יכול יכנס בו לפני לפנים תלמוד לומר בד ולא בחשן בתוך שנאמר באפוד ונשא אהרן את שמותם לפני יהוה על שתי כתיפיו לזכרן יכול יכנס בו לפני ולפנים תלמוד לומר בד ולא באפד בתוך שנאמר במעיל והיה על אהרן לשרת ונשמע קולו בבואו אל הקדש יכול יכנס בו לפניי ולפנים תלמוד לומר בד ולא במעיל בתוך שנאמר בציץ והיה על מצחו תמיד לרצון לפני יי׳ יכול יכנס בו לפניי ולפנים תלמוד לומר בד ולא בציץ. Dictum est בד, ut vestes sint byssinæ, בד ut sint novæ, בד ut sint duplices, בד ne cum aliis vestibus ingrediatur; crederem quod cum his non indueret vestes lineas, at cum his posset induere vestes laneas? Idcirco dictum est בד. Crederem, quod cum his non indueret vestes lineas, at posset induere vestes profanas? Idcirco dictum est בד. At cur quater dictum est בד בד? ad excludendas quatuor vestes, de quibus dictum est *coram Domino*. Quoniam dictum est de pectorali *Exod.* XXVIII. 29. *Portabitque Aharon nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum*; crederem quod cum eo in adytum ingrederetur? Idcirco dictum est בד non cum pectorali. Quoniam dictum in Ephod ibid. *Et portabit Aharon eorum nomina coram Domino super duos ejus humeros in recordationem*; crederem, quod cum eo ingrederetur in adytum? Idcirco dictum est בד non cum Ephod. Quoniam dictum est de pallio ibid. *Et vestietur eo Aharon in officio ministerii, ut audiatur sonitus, quando ingreditur sanctuarium coram Domino*. Crederem quod cum eo in adytum ingrederetur? Idcirco dictum est בד non cum pallio. Quoniam dictum est de lamina ibid. *Et erit super ejus fronte semper ad reconciliandum coram Domino*; crederem, quod cum ea in adytum ingrederetur? Idcirco dictum est בד non cum lamina. *Raschi* ad l. c. *Levit.* כתונת בד ונומר מגיד שאינו משמש לפנים בשמונה בגדים שהוא משמש בהן בחוץ שיש בהם זהב לפי שאין קטגור נעשה סניגור אלא בארבעה ככהן הדיוט וכולן של בוץ. *Tunicam lineam* &c. ostendit, quod in adyto non ministraret octo vestibus, quibus foris ministrabat, in quibus erat aurum, ne accusator fieret advocatus; sed quatuor, uti sacerdos vulgaris; omnesque erant byssinæ. Prætera probatur ex *Ezech.* XLIV. 17. והיה בבואם אל שערי החצר הפנימית בגדי פשתים ילבשו ולא יעלה עליהם צמר בשרתם בשערי החצר הפנימית וביתה פארי פשתים יהיו על ראשם ומכנסים פשתים יהיו על מתניהם. *Cumque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur, nec adscendet super eos quidquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris, & intrinsecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & femoralia linea erunt in lumbis eorum. Targum.* ויהי במיעלהון לתרעי דרתא גויתא לבושי בוצא ילבשון ולא יהי עליהון כסות עמר בשמשתהון בתרעי דרתא גויתא ילפיה קובעין דבוץ יהון על רישיהון ומכנסין דבוץ יהון על חרציהון. *Et erit, quando ingredientur portas atrii interioris, vestimentum byssinum induent, & non erit super eos operimentum laneum, quando ministrabunt in portis atrii interioris, & intrinsecus. Tiaræ byssinæ erunt in capitibus eorum, & feminalia byssina in lumbis eorum.* Ubi *Raschi* אל שערי החצר הפנימית לפני ולפנים ביום הכפורים ולא יעלה עליהם צמר תכלת שהיה במעיל ובאבנט לא ילבשנו ביום הכפורים בעבודת פנים וביתה ולפנים. *Portas atrii interioris*: Adytum in die expiationis. *Nec adscendet super eos quidquam laneum.* Funiculus hyacinthinus qui erat in pallio & in balteo; non induent in die expiationis in ministerio interioris. *Et intrinsecus*; in adyto. *Kimchius* dissentit ab *Raschio* in hoc loco. והיה בבואם אל שערי החצר הפנימית אם נאמר החצר הפנימית כמשמעו יהיה פירושו שער עזרה הכהנים והמזבח וממנו לשער האולם כי

הכל הוא חצר ויהיה זה אם כן חדוש
לעתיד כי בבגדי כהונה שהיו משמשים
בהם צמר היה כמו שכתוב בתורת משה
כי התכלת היה צמר צבוע בתכלת ואם
נאמר כי דבר זה על עבודת כהן הגדול שהיה
עובד בבגדי פשתים איך קרא הדביר חצר והוא
בית ואיך אמר בבואם ילבשו לשון רבים
והעבודה ההיא לא היתה אלא בכהן גדול
והיה הוא לבדו נכנס שם וביום הכיפורים
לבד. *Cumque ingredientur portas atrii interioris*. Si dicatur atrium interius juxta sensum literalem; ex ejus explicatione erit porta atrii sacerdotum, & altaris & hinc ad portam vestibuli; & hoc totum spatium erat atrium; Si ita est; hoc erit innovatum in tempus futurum; quia in vestibus sacerdotii, quibus ministrabant, erat lana, uti scriptum est in lege Mosis; quia תכלת est lana tincta colore hyacinthino. Si vero dicatur, quod loquatur de ministerio summi sacerdotis in die expiationum in adyto, in quo ministrabat vestibus lineis, quomodo oraculum appellat atrium cum sit domus? Et quomodo dicit in plurali numero; *Quando ingredientur, induent*, cum hoc ministerium peractum sit ab uno summo sacerdote, qui solus illuc ingrediebatur in die expiationum?

Hæc vestimenta contexta erant ex lino pretiosissimo, uti legitur in Codice *Joma* III. 7. הביאו לו בגדי לבן לבש
ידיו ורגליו בשחר היה לובש פלוסין של
שנים עשר מנה בין הערבים הנדוין של
שמנה מאות זוז דברי רבי מאיר וחכמים
אומרים בשחר היה לובש של שלשה עשר
מנה בין הערבים של שנים עשר מנה
הכל שלשים מנה אלו משל ציבור ואם
רצה להוסיף מוסיף משלו. Adduxerunt illi vestes albas, & induebat, & sanctificabat manus & pedes; mane induebat vestes Pelusiacas duodecim minarum & inter vesperas Indicas octigentarum drachmarum. Verba R. Meir; At sapientes dicunt; mane induebat vestes octodecim minarum, & inter vesperas duodecim minarum; omnes conficiunt triginta minas, & ex cœtu præbebantur, si addere volebat de suo addebat. Ubi *Raschi* ובשחר בגדים שלובש בטבילה
זו היא מפשתן של מדינה פילוסים שהוא
חשוב ומעולה ובין הערבים בגדים שלובש
להוצאת כף המחתה הנדוין שהיו מפשתן
של ארץ כוש כדמתרגם יונתן בן עוזיאל
היה פוך כוש עירו הינדיואה. Et mane vestes, quas induebat in hac lotione, erant ex lino provinciæ Pelusii, quod erat pretiosissimum, & præstantisissimum. Et inter vesperas in educenda cupa thuribuli, Indicas, sc. ex lino terræ Æthiopiæ, sicut interpretatur *Jonathan* ben Uzielis. *An Æthiopi mutabit pellem*? *Jerem.* XIII. 23. Constat Indiam multum lini habuisse, & byssum pretiosum: *Pollux* βύσσον vocat λίνυ τὶ ἔδος παρ' Ἰνδοῖς. *Lini speciem apud Indos*. Et *Ctesias* in Indicis scribit inter Cynocephalos ditissimos, quorum sunt pauci, linum gestare. οἱ δὲ πλουσιώτατοι αὐτῶν λινᾶ φορῦσι. ὗτοι δ' εἰσὶν ὀλίγοι. Ditissimi eorum linum ferunt. Hi autem sunt pauci. *Plinius*, *Pomponius Mela*, *Lucianus*, aliique linum Indicum celebrant. Sed constat Indiam apud veteres longe lateque patuisse. Vid. *Bocharti* Canaan. lib. I. cap. 18. India comprehendebat quicquid erat extra mare mediterraneum, ut Arabiam, Æthiopiam, & ipsam Judæam. Ideo Joppe, quæ est urbs Phœniciæ *Indica* dicitur ab *Ovidio* de arte amandi lib. I.

Andromedam Perseus nigris portavit ab Indis

At Andromeda advecta fuit ex urbe Joppe, testibus *Plinio* lib. IX. cap. 5. & *Strabone* lib. I. Præter Indicum linum Pelusiacum quoque celebratur a *Plinio*, *Silio Italico* aliisque. Judæi ex eo quod quater vox בד *Levit.* XVI. repetita sit, probare contendunt has vestes ex pretioso lino fuisse contextas *Gemara Babyl.* ad l. c. Codicis *Joma*.
אמר רבי הונא בריה דרב עילאי אמר
קרא בד בד בד מובחר בבד. Docet R. Huna filius R. Ilai Textus dicit, *linum*, *linum*, *linum*, *linum*, quod sit optimum in lino. Hinc *Raschi* בד בד
ארבע זימני כתב בלבישת בגדי שחרית
למימר דהוי בד בד המובחר בבד. *Linum linum* quater scribitur in vestitu vestium matutinarum, ad docendum *linum*, *linum* præstantissimo in lino. Et *Tosephot*,
בד בד בד נראה לי חד לגופיה וחד
בד לשון לבד שאין לובש עמהם בגדי זהב
כדרך שהוא עושה כל ימות השנה ובד
שלישי לומר יותר טוב מבד של שאר ימות
השנה הרביעי לומר שטוב משל ערבית
אי נמי בד שלישי ורביעי מידריש הכי בד
המובחר שבבד. Bad, Bad, Bad, Bad. Mihi videtur semel positum esse linum propter seipsum, ut prima voce lini significaretur, quod debeat esse vestis ex lino: Alteram vocem lini esse ad ostendendum, eum non debere vestiri vestibus aureis, ut ceteris anni diebus. Tertiam vocem lini docere, tunc præstantius esse linum quam ceteris diebus. Quartam vocem lini indicare matutinum linum pretiosius fuisse, quam vespertinum. Dici enim potest, tertium & quartum linum ita esse exponendum, ut significaretur fuisse in lino præstantissimum.

Has vestes albas post ministerium diei expiationum fuisse reconditas, nul-

lique

lique usui in posterum fuisse neque Pon-
tifici, neque reliquis sacerdotibus, pro-
bare conantur Judæi ex *Levit.* XVI. 23.
והניחם שם *Et deponet ibi*. Ubi *Siphra*.
והניחם שם מלמד שהן טעונם גניזה
ואינם כשרים ליום הכפורים הבא רבי יוסי
אומר כשרים לכהן הדיוט. *Et deponet ibi*
ad docendum quod essent abscondendæ
neque erant legitimæ ad diem futurum
expiationum. R. Jose dicit legitimæ
erant sacerdoti vulgari. *Hieros. Joma*
44. 2. ולבשם ובלו שם היו גנוזין שם היו
מרקיבין ולא היו כשרים ליום הכיפורים
הבא תני רבי דוסא אומר כשרים הם
לכהן הדיוט תני רבי אומר שתי תשובות
בדבר אחת בבגדי כהן גדול ואחרת בבגדי
כהן הדיוט תני לא נחלקו רבי ורבי אלעזר
בי רבי שמעון על אבניטו של כהן גדול
ביום הכיפורים שהוא של בוץ ועל שאר
ימות השנה שיש בו כלאים ועל מה נחלקו
על אבניטו של כהן הדיוט שרבי אומר
יש בו כלאים ורבי אליעזר בי רבי שמעון
אומר אין בו כלאים רבי יעקב בר אחא
רבי אבהו בשם רבי יוחנן טעמא דרבי
ועשית לאהרן ולבניו ככה בכל אשר צויתי
אותכם מה בגדי אהרן יש בו כלאים אף
בגדי בניו יש בהם כלאים מה עבד לה
רבי אלעזר בי רבי שמעון מה אהרן בראוי
לו אף בניו בראוי להן *Et induet*; ibi ve-
tustate conterantur; ibi abscondantur.
Ibi putrescant, neque erant legitimæ
in diem futurum expiationum. Tradi-
tio. R. Dusa dicit: erant legitimæ sa-
cerdoti vulgari. Traditio: Rabi dicit:
duæ oppositiones sunt in hac expositio-
ne, altera in vestibus summi sacerdotis
& altera in vestibus sacerdotis vulgaris:
Traditio. Non dissentiunt Rabi, & R.
Eliefer discipulus R. Simeonis de bal-
teo summi sacerdotis in die expiationum
quod esset byssinus, & in reliquis anni
diebus, quod esset contextus ex hetero-
geneis. At de quo dissentiunt? de bal-
teo sacerdotis vulgaris; quod Rabi di-
cat, quod esset contextus ex heteroge-
neis, & R. Eliefer filius R. Simeonis
neget, quod esset contextus ex hetero-
geneis. R. Jacob bar Acha, R. Abau
nomine R. Jochanan. Ratio Rabi ex
eo deducitur, quod dictum est *Exod.*
XXVIII. *Et facies Aharoni, & filiis ejus
sicut tibi præcepi*. Sicut vestimenta A-
haron erant contexta ex heterogeneis,
ita pariter vestes filiorum ejus erant
contexta ex heterogeneis. Quid respon-
dit R. Eliezer discipulus R. Simeonis?
Sicut Aharon, quod erat conveniens,
ita filiis ejus, quod erat conveniens.
Babyl. Joma 23. 2. מה תלמוד לומר
ילבש להביא מצנפת ואבנט להרמה דברי
רבי יהודה רבי דוסא אמר לרבות בגדי
כהן גדול ביום הכיפורים שכשרין לכהן
הדיוט אמר רבי שתי תשובות בדבר חדא
ואבנטו של כהן גדול לא זה הוא אבנטו
של כהן הדיוט ועוד בגדים שנשתמש
בהן קדושה חמורה תשתמש בהן קדושה
קלה אלא מה תלמוד לומר ילבש לרבות
השחקים והניחם מלמד שטעונין גניזה רבי
דוסא אומר ראויין לכהן הדיוט ומה תלמוד
לומר והניחם שם שלא ישתמש בהן יום
הכיפורים אחר. Cur dictum est. *Et in-
duet*? ad includendum tiaram, & bal-
teum pro decineratione. Verba R. Je-
huda: R. Dusa dicit ad includendum
vestes summi sacerdotis in die expiatio-
num ut sint legitimæ sacerdoti vulgari.
Dicit Rabi; duæ sunt oppositiones in
una explanatione; quod balteus summi
sacerdotis non erat idem ac balteus sa-
cerdotis vulgaris. Præterea, vestibus,
quibus ministravit in sanctitate gravi,
ministrabit in sanctitate levi? At cur
dictum est; *induet*? ad includendum ve-
teres. *Et deponet ibi*; ad docendum,
quod essent recordendæ. R. Dusa dicit
idoneæ erant sacerdoti vulgari. At cur
dictum est; *deponet ibi*? Ne iis ministret
altero die expiationum.

Præterea sacerdos vestibus albis indutus
comburebat vaccam rufam. *Tosaptha
Para* cap. III. עשאה בבגדי זהב ובבגדי
חול פסולה שאלו תלמידיו רבן יוחנן בן
זכאי פרה במה נעשה אמר להם בבגדי
זהב אמרו לו למדתנו בבגדי לבן אמר
להם יפה אמרתם ומעשי שעשו ידי וראו
עיני שכחתי כששמעו אזני על אחת כמה
וכמה לא שלא היה יודע אלא שהיה מבקש
לזרז את התלמידים ויש אומרים הלל הזקן
שאלו לא שלא היה יודע אלא שהיה
מבקש לזרז את התלמידים. Si combura-
tur vacca vestibus aureis, & vestibus
profanis, illegitima est. Interrogarunt
discipuli Raban Jochanan ben Zachai;
quibus vestibus comburitur? Respondit
illis; vestibus aureis. Dixerunt illis; at
tu nos docuisti vestibus albis. Respondit
illis: recte dixistis; si oblitus sum ope-
ra, quæ fecerunt manus meæ, & quæ
viderunt oculi mei; quæ meæ aures
audierunt, quanto magis? Non quod
ignoraret, sed quæsivit ad monendos
discipulos. Alii dicunt, quod interro-
gassent Hillel seniorem; non quod igno-
raret; sed quæsivit ad monendos discipu-
los. *Siphri* 20. 3. זאת חקת התורה רבי
אלעזר אומר נאמר כאן חוקה ונאמר להלן
חוקה מה חוקה האמורה להלן בבגדי לבן
הכתוב מדבר אף חוקה האמורה כאן
בבגדי לבן הכתוב מדבר שאלו תלמידיו
את רבן יוחנן בן זכאי באיזו כלים פרה
נעשית אמר להם בבגדי זהב אמרו לו
ואלה למדתנו רבינו בבגדי לבן אמר להם
אם מה שראו את עיני ומה ששרתו ידיו
שחכתי כן קל וחמר למה שלמדתי וכו׳

כך למה כרי להרר את התלמידים ויש אומרים הילל הזקן היה אלא שלא היה יכול לומר ששרתו ידיו. *Hoc eſt decretum legis*: R. Elieſer dicit: dictum eſt hic *Num. decretum*, dictumque eſt illic *Levit.* XVII. 34. *decretum*; ſicut *decretum* ibi dictum: textus loquitur de veſtibus albis, ita pariter *decretum* hoc loco dictum. Textus loquitur de veſtibus albis. Interrogarunt diſcipuli Raban Jochanan ben Zachai; quibus veſtibus comburitur vacca? Reſpondit illis, veſtibus aureis. Dixerunt illi; nonne nos magiſter docuiſti veſtibus albis? Reſpondit illis? Si oblitus ſum quæ viderunt oculi mei, & quæ operatæ ſunt manus meæ, quanto magis ea, quæ vos docui. At hæc omnia qua de cauſa? ut exerceret diſcipulos. Nonnulli dicunt fuiſſe Hillel ſeniorem; ſed is non poterat dicere; quæ operatæ ſunt manus ſuæ. *Peſiktha* 53. 3. זאת חקת התורה שאלו תלמידיו את רבן יוחנן בן זכאי באי זו בגרים פרה נעשה אמר להם בבגרי זהב אמרו לו ואלה למרתני רבינו בבגרי לבן אמר להם בני ומה אם שראו עיני שכחתי מה ששרתו ידי שכחתי קל וחומר מה שלמרתי וכל כך למה להוריע את התלמידים רבי אלעזר אומר נאמר כאן חוקת ונאמר להלן חוקת והיתה זאת לכם לחוקת עולם מה להלן בבגרי לבן אף כאן בבגרי לבן *Hoc eſt decretum legis*. Interrogarunt diſcipuli Raban Jochanan ben Zachai; quibus veſtibus vacca comburitur? Reſpondit illis: veſtibus aureis. Dixerunt illi; nonne nos docuiſti magiſter veſtibus albis? Reſpondit illis. Filii; ſi oblitus ſum quod viderunt oculi mei, & quod manus meæ operatæ ſunt; quanto magis quæ vos docui? At hæc omnia qua de cauſa? ut exerceret diſcipulos: R. Elieſer dicit. Dictum eſt hic *decretum*, pariterque illic dictum eſt *decretum*; *Et hoc erit vobis in decretum ſempiternum*. Si illic veſtibus albis, ita pariter hic veſtibus albis.

Veſtes ſacras in templo induebant ſacerdotes ſive miniſtrarent, ſive non miniſtrarent. *Gemara Babyl. Joma* 69. תא שמע בגרי כהונה היוצא בהן למרינה אסור ובמקרש בין בשעת עבורה בין שלא בשעת עבורה מותר מפני שבגרי כהונה ניתנו ליהנות בהן. Veni & audi, ſi quis egrediatur in provinciam indutus veſtibus ſacerdotalibus, vetitum eſt. In ſanctuario tam in tempore miniſterii quam extra tempus miniſterii licitum eſt, quia veſtes ſacerdotii conceſſæ ſunt ad uſum. *Maimonides* de vaſis ſanctuarii cap. VIII. כהן גרול מניח בגרי זהב בלשכה שלו בלילה או בעת שיצא מן המקרש בגרי כהונה מותר ליהנות בהן לפיכך לובשים ביום עבורתו אפילו שלא בשעת עבורה חוץ מן האבנט מפני שהוא שעטנז אסור לכהן הריוט ללובשו אלא בשעת עבורה אין הכהנים לובשים לעבורה אלא צמר ופשתים בלבר. Sacerdos, ſummus deponebat veſtes aureas in ejus conclavi nocte, aut quo tempore egrediebatur de ſanctuario. Licebat uti veſtibus ſacerdotii, ideoque induebant in die ſui miniſterii, vel tempore, quo non miniſtrabant, excepto balteo, qui erat contextus ex heterogeneis; vetitum erat ſacerdoti vulgari illum induere niſi tempore miniſterii; non poterant ſacerdotes induere ad miniſtrandum niſi lanam & linum duntaxat.

Si neceſſitas caperet, licebat ſacerdotibus vel extra ſanctuarium induere veſtes ſanctas. *Megillath Taanith* cap. 9. בעשרים וחר ביה יום הר גריזים דלא למספר יום יבקשו הכותיים את בית אלהינו מאלכסנררוס מוקרין להחריבו ואמרו לו מכיר לנו חמשת כורים ארץ בהר המוריה ונתנו להם ובאו והוריעו את שמעון הצריק מה עשה לבש בגרי כהונה ונתעטף בגרי כהונה ויקירי ירושלם עמו ואלף בולינטי מכוסין בלבנים ופרחי כהונה מקישין בכלי שרת ואבוקות של אור רולקות לפניהם כל הלילה כולה הללו מהלכין מצר זה והללו מהלכין מצר זה אמר להם מי הללו אמרו לו המסורות הללו היהורים שמררו בך כיון שהוריעו לאנטפרס זרחה להם חמה הגיעו למשמר הראשון נפגעו זה בזה אמרו להם מי אתם אמרו להם אנו אנשי ירושלם ובאנו להקביל פני המלך כיון שראה אלכסנררוס מוקרון את שמעון הצריק ירד ממרכבתו והשתחוה לו אמרו לו מלך גרול כמותך ישתחו׳ ליהורי זה אמר להם רמו׳ ריוקנו של זה אני רואה כשאני יורר במלחמה ונוצח אמר להם למה באתם אמרו לו מקום שנגתנו מתפללים עליך ועל מלכותך שלא תחרוב יתעוך גוים הללו ותתנו להם אמר להם ומי הם הללו אמרו לו הללו הכותיים שעומרין לפניך אמר להם הרי הם מסורין בירכם מה עשו להם נקבים בעקביהם ותלאום בזנבי סוסיהם והיו מגררת אותם על הקוצים ועל הברקונים ער שהגיעו להר גריזים חרשוהו והרעוהו כרשינין כררך שבקשו לעשות לבית אלהינו ובאותו היום שעשאו לו כך עשאוהו יום טוב. In diem vigeſimum primum (Ciſleu) incidit dies montis Gerizim, quo a luctu abſtinendum: dies quo Cuthæi acceſſerunt ad Alxandrum Macedonem petentes ut templum deſtrueretur; dicendo: vende nobis in monte Moria partem terræ, qua quinque Cori ſeminari poſſunt. Quam menſuram ille ipſis dedit. Venerunt autem, & hoc ipſum Simeoni Juſto indicarunt. Quid ille faciebat? Induebat veſtes ſacerdotales quibus cum eſſet indutus & amictus.

viri

viri Hieroſolymitani dignitate conſpicui eum comitati ſunt, milleque ſenatores & juvenes ſacerdotes pulſantes inſtrumenta, quibus in templo miniſtrabant, & faces incenſæ ardebant coram ipſis tota nocte. Hi ab hoc illi ab altero latere incedebant. Interrogabat (Alexander) illos (Cuthæos) Quinam illi ſunt? Reſponderunt ipſi proditores: Illi ſunt Judæi, qui contra te rebellant. Cum perveniſſent uſque ad Antipatrida obortus eſt ipſis ſol. Cum pervenirent ad primam regis cuſtodiam, alter alteri obviam veniebat. Excubias agentes, interrogabant eos quinam vos eſtis? Quibus reſpondebant: nos ſumus viri Hieroſolymitani, venimuſque ut benevolam faciem regis accipiamus. Quando vidit Alexander Macedo Simeonem Juſtum, deſcendit ab curru ſuo, ſeſeque incurvavit coram eo. Dicebant ei (proditores) An tantus rex, quantus tu es ſeſe coram hoc Judæo incurvet? Reſpondit eis: Imaginem ejus video, quando in prælium deſcendo, & victor evado. Interrogavit eos (Judæos) quare veniſtis? Reſponderunt ei; rogatum venimus, ne locus, quo nos pro te & regno tuo oramus, devaſtetur. Illi ne te ſeducant, ut ipſis eum des? Dixit eis Quinam ſunt illi? Reſponderunt ei; illi ſunt Cuthæi, qui coram te conſiſtunt. Tum dicebat eis: Ecce illi in manus & poteſtatem veſtram traduntur. Quid igitur illis faciebant? perforabant calcaneos eorum; & in equorum ſuorum caudis eos ſuſpenſos raptabant, & trahebant ſuper tribulos, & ſpinas, uſque dum venirent ad montem Gerizim quem arabant, viciiſque ſeminabant, quemadmodum illi quærebant facere domui Dei noſtri. Diem ergo, quo hoc Cuthæis fecere feſtum celebrare inſtituerunt. *Gemara Babyl. Joma.* מפני שבגדי כהונה ניתנו ליהנות בהן שמע מינא ובמדינה לא והתניא בעשרים וחמשה יום הר גריזים דלא למספר יום שבקשו כותיים את בית אלהינו מאלכסנדרוס מקדון להחריבו ונתנו להם באו והודיעו את שמעון הצדיק מה עשה לבש בגדי כהונה ונתעטף בבגדי כהונה ומיקירי ישראל עמו ואבוקות של אור בידיהן וכל הלילה הללו הולכין מצד זה והללו הולכין מצד זה עד שעלה עמוד השחר כיון שעלה עמוד השחר אמר להם מי הללו אמרו לו היהודים שמרדו בך כיון שהגיע לאנטיפטרס זרחה חמה ופגעו זה בזה כיון שראה שמעון הצדיק ירד ממרכבתו והשתחוה לפניו אמרו לו מלך גדול כמותך השתחוה ליהודי זה אמר להם דמות דיוקנו של זה מנצחת לפני בבית מלחמתי אמר להם למה באתם אמרו איפשר בית תמתפללין בו עליך ועל מלכותך שלא תחרב יתעך גוים להחריבו אמר להם מי הללו אמרו לו כותיים הללו שעומדין לפניך אמר להם הרי הם מסורים בידיכם מיד נקבום בעקביהם ותלאום בזנבי סוסיהם והיו מגררין אותם על הקוצים ועל הברקנים עד שהגיעו להר גריזים כיון שהגיעו להר גריזים חרשוהו וזרעוהו כרשינין כדרך שבקשו לעשות בית אלהינו ואותו היום עשאוהו יום טוב. Quia veſtes ſacerdotii conceſſæ ſunt ad uſum. Hinc intelligitur; & in provincia minime. At extat traditio. Vigeſimo quinto die montis Gerizim quærebant Cuthæi ab Alexandro Macedone, ut deſtrueret domum Dei noſtri. Tradidit eis illam. Venerunt, & indicarunt Simeoni Juſto. Quid fecit? Veſtivit & velavit ſe veſtibus ſacerdotalibus, & ex proceribus Iſraelis, quoſdam ſibi aſſumſit, qui haberent faces ardentes in manibus. Tota nocte progreſſi ſunt, hi latere, hoc; illi ab altero latere, donec ſurgeret aurora. Quum autem orta eſſet aurora, rogavit illos, quinam eſſent? Reſpondebant: Hi ſunt Judæi, qui contra te rebellarunt. Quum perveniſſent uſque ad Antipatrida oriebatur ſol, & ſibi occurrerunt. Statim ac vidit Simeonem Juſtum, deſcendit de curru ſuo, & incurvavit ſe coram eo. Dicebant illi: An tantus rex, qualis tu es, ſeſe incurvat coram hoc Judæo? Reſpondit illis: facies ejus eſt inſtar illius, per quem victor ſum in tota mea expeditione. Tunc rogavit eos: quare veniſtis? Reſponderunt illi; qui fieri poteſt, ut deſtruas iſtam domum in qua pro te & pro regno tuo oramus? Fuerunt gentiles, quæ te incitarent, ut eam deſtrueres. His auditis, rogavit, quinam ſunt illi? Reſponderunt: ſunt Cuthæi, qui ſtant coram te. At ille: Ecce traditi ſunt vobis. Hoc audito confeſtim calcaneos illis perforarunt, eoſque caudis equorum ſuſpenderunt, & ſic traxerunt eos per ſpinas & tribulos uſque ad montem Gerizim, quem ararunt, & viciis conſeverunt, quemadmodum illi quæſierunt facere domui Dei noſtri. Et ab eo tempore celebrabant diem feſtum.

Si veſtes inquinarentur, non lavabantur; *Gemara Babyl.* ad cap. IX. Cod. *Sevachim.* תנו רבנן בגדי כהונה נתגעלו אין מתכבסין לא בנתר ולא באהל הא במים מתכבסין אמר אביי הכי קאמר הוגעו במים מכבסין אותן בנתר ואהל הוגעו לנתר ואהל אף במים אין מכבסין ויש אומרים אין מכבסין אותן כל עיקר שאין עניות במקום עשירות. Docent Sapientes noſtri; ſi veſtes ſacerdotii inquinentur, non lavant eas nec nitro nec ſapone, ſed lavant aqua. Dicit Abai;

Abai: sic est dicendum: si inquinentur ita ut aqua purgari possint, lavant eas nitro & smegmate; sed si ita inquinentur, ut ad purgationem opus habeant nitro & smegmate, tunc nequidem aqua lavant eas. Sunt enim qui dicant eas omnino non lavare, quia non est paupertas in loco divitiarum. *Maimonides* l. c. כל בגד מבגדי כהונה שנעשו צואים אין מלבנין אותן ואין מכבסין אותן אלא מניחן פתילות ולובש חדשים ובגדי כהן גדול שבלו גונזין אותן ובגדי לבן שעובד בהם ביום הצום אינו עובד בהם פעם שנייה לעולם אלא גונזין במקום שיפשוט אותם שנאמר והניחם שם והם אסורין בהנאה. Omnes vestes sacerdotales, quæ sordidæ factæ sint, non dealbantur, neque lavantur, sed reconduntur in usus ellychniorum, novæque vestes subministrantur. Summi sacerdotis vestes si detritæ essent recondebantur. Et vestes albæ, quibus ministravit in die jejunii, secunda vice illis non ministrat, sed recondentur in loco, ubi exuerat, dictum est enim. *Et reponet eas ibi*. Illæque sunt usu interdictæ.

Ex detritis vestibus accendebantur ellychnia. *Gemara Schabb.* fol. 21. בגדי כהונה שבלו מפקיעין אותו ומהו היו עושין פתילות למקדש מאי לאו דכלאים לא דבוץ Vestes sacerdotales vetustate detritas discindunt, atque ex iis conficiunt ellychnia pro sanctuario. Quid? num ex heterogeneis? Non, sed ex byssinis. In *Gemara Hierof. Succah* legitur bracas solas sacerdotis summi candelabro fuisse asservatas. תני מבלאי מכנסי כהן גדול היו מדליקין את הנרות שבפנים ומבלאי מכנסי כהן הדיוט היו מדליקין את הנרות שבחוץ. Traditio. Ex detritis braccis sacerdotis summi accendebantur lucernæ interiores, *sc. candelabri*. Ex detritis vero braccis sacerdotum gregariorum accedebantur lucernæ exteriores. *Maimonides* l. c. כל בגדי מבגדי כהונה שנעשו צואים אין מלבנין אותן ואין מכבסין אותן אלא מניחן לפתילות ולובש חדשים Vestes sacerdotales, quæ sordidæ factæ sint, non dealbant, neque lavant, sed reponunt ad usum ellychniorum; atque novas induunt, *R. Joseph Kaaro in Keseph Mischne* ad l. c. negat omnes vestes adhibitas fuisse ad usum candelabri ודייק רבינו כתנות כהנים למעט אבנט דאין עושין מהם פתילות למנורת תמיד משום דאית בהו עמרא ואין להדליק בה למנורת התמיד ומכנסים תנן דבשמחת בית השואבה מדליקין בהם ולא נשאר לפתילות התמיד כי אם כתנות ומצנפות וצריך טעם למה השמיט רבינו מצנפת ואפשר דתניא כתנות והוא הדין למצנפת אי נמי משום דמצנפות דקות בוותר ולא חזו לפתילות לכך השמיטם. Non attendit magister noster nisi ad tunicas sacerdotales, exclusis balteis, nam ex his nec fiunt ellychnia ad lampadem Æternam, quia lanam *lino intermixtam* habent, quibus ideoque lampadem perpetuam accendere nefas est. De braccis autem tradunt, eas ad accendendas lampades in gaudio domus haustionis fuisse adhibitas. Itaque ad ellychnia lampadis perpetuæ *ex vestibus sacerdotalibus* nil superest, præter tunicas & tiaras; sed & ratio reddenda est, quare magister noster omittat tiaras. Forte ut ostendat id quod dictum sit de tunicis, etiam de tiaris intelligi debere. Vel etiam dici potest eo quod tiaræ ex lino admodum tenui constent, hinc eas ceu ad ellychnia ineptas ab illo omitti.

Ex ærario sacro vestes sacerdotales comparabantur. *Hierof. Schechalim* 48. 1. ולא נמצאו כלי שרת באין משל יחיד כהדא דתני אשה שעשה כתונת לבנה צריכה למסור לציבור. Non deprehendantur vasa ministerii allata fuisse ex facultatibus privati. Juxta illud quod traditur: Si fœmina faciat tunicam filio suo, debet tradere cœtui. *Hierofol. Taanith* 68. 2. תני אשה שעשה כתונת לבנה צריכה למסור לציבור. Traditio: Si fœmina faciat tunicam filio suo, debet tradere cœtui. *Gemara Babylonica* ad cap. III. Cod. *Joma* אמר עליו על ר' ישמעאל בן פאבי שעשתה לו אמו כתונת של מאה מנה ולובשה ועובד בה עבודת יחיד ומסרת לציבור. Narratur de R. Ismaele ben Phabi, quod mater ipsi fecerit tunicam centum minarum, qua indutus functus est ministerio peculiari, & tradidit eam cœtui. *Tosaphta Schechalim* cap. II. בגדי כהנים ובגדי כהן גדול ועץ ארז ואזוב ושני תולעת באין משירי הלשכה. Vestes sacerdotum, & vestes sacerdotis magni, & lignum cedri, & hyssopus, & coccineum adducuntur ex reliquiis conclavis. *Maimonides* de Siclis cap. IV. בגדי כהונה בין בגדי כהן גדול בין שאר בגדי הכהנים שעובדין בהן במקדש הכל מתרומת הלשכת; Vestes sacerdotales, sive sint vestes sacerdotis summi, sive vestes reliquorum sacerdotum, quibus in Sanctuario ministrant, comparabantur omnes ex oblatione conclavis. Idem de Vasis Sanctuarii cap. VIII. כל בגדי הכהנים אינן באים אלא משל ציבור ויחיד שהתנדב בגד מבגדי כהונה מוסרו לציבור ומותר. Omnes vestes sacerdotales non comparabantur nisi de facultatibus cœtus. Si privatus voveat vestem de vestimentis sacerdotii, tradat cœtui, & licita est.

In

In viginti quatuor capsis pro quatuor & viginti classibus Sacerdotum recondebantur vestes in templo. *Tosaphta Succah.* cap. ultimo. עשרים וארבע חלונות היו שם כנגד עשרים וארבע משמרות בלגה חולקת בדרום ותבעתה קבועה וחלונה סתומה. Erant ibi quatuor & viginti fenestræ, seu capsæ pro quatuor & viginti classibus; Bilga semper dividebat in austro, ejusque annulus fixus erat, & ejus capsa clausa. *Maimonides* loc. cit. בגרי כהנים הדיוטים היו עושין מהן מחלצות רבות וששה ותשעים חלונות היו במקדש להניח בהן הבגרים ארבעת לכל משמר ושם כל משמר כתוב על חלונותיו וכולן סמות וכשיכנסו אנשי משמר לעבודה בשבת שלהן פותחין חלונותיהן כל ימי שבהן ונוטלי׳ הכלים וכשיצאו מחזירים הבגרים לחלונותיהם וסותמן ולמה עשו ארבעה חלונות לכל משמר לפי שלא יהיו הכלים מעורבין אלא כל המכנסים בחלון אחר יכתוב עליו מכנסים וכן באבנטים בחלון אחד וכתוב עליו אבנט וכן המצנפות כולן בחלון אחר והכתנות כולן בחלון אחר Ex vestibus privatorum sacerdotum fiebant plurimæ syntheses. Sex & nonaginta erant arcæ in Sanctuario, ubi reponerentur vestes sacerdotum; Quatuor arcæ erant singulis classibus, iisque singularum classium nomen inscriptum erat, omnesque erant clausæ. Quando vero viri classis ingrediebantur ad ministrandum, in sua hebdomada, propriæ per totam hebdomadam aperiebantur arcæ, ex quibus vestes depromerent. Quando vero discedebant, restituebant vestes in suas arcas, & claudebant. At qua de causa fecerunt quatuor arcas singulis classibus? Ne vestes miscerentur; Sed omnia feminalia erant reposita in una arca, cui inscriptum erat *Feminalia*. Et pariter baltei in una arca erant repositi, cui inscriptum erat *Baltei*. Pariterque tiaræ omnes in una arca erant repositæ; similiter omnes tunicæ in una arca. Idem in comment. ad cap. ult. *Cod. Succab*. היו שם כ״ד חלונות ושם בגרי כהונה חלון לכל משמרה ומשמרה והיו כולם סגורות וכשנכנסת משמרה לעבודה היתה פותחת החלון שלה Fuerunt ibi quatuor & viginti arcæ, ubi vestes sacerdotales erant; singulæ arcæ pro singulis classibus; omnesque erant clausæ: quando classis accedebat ad ministerium, ejus arca aperiebatur. Vid. *Schilthe Haggibborim* 20. 3.

Vestes summi sacerdotis quotidie post ministerium in conclavi quodam sanctuarii reponebantur. *Maimonides* de Vasis Sanctuarii cap. VIII. 10. כהן גרול מניח בגרי זהב בלשכה שלו בלילה או בעת שיצא מן המקרש. Sacerdos summus deponebat vestes aureas in suo conclavi noctu, aut quo tempore exibat de Sanctuario. Deinde teste *Josepho* lib. XVIII. cap. 6. Antiquit. asservatæ sunt ab Herode in Turri Antonia. *πιστεύων δὲ οὐδὲν νεωτερίζειν ἐπ' αὐτῷ τὸν λαὸν*, *qui credidit inde populum a rebus novis moliendis contineri*. Deinde custoditæ ab Romanis usque ad Vitellii præsidis tempora imperante Tiberio, a quo Judæis asservandi hæc vestimenta concessa potestas est, testante ipso *Josepho* lib. XV. cap. XI. Antiquit. Κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν, ἀκρόπολις ἐγγώνιος εὐερκὴς ἐπετετείχιστο, διάφορος ὀχυρότητι. ταύτην οἱ πρὸ Ἡρώδου τοῦ Ἀσαμωναίων γένους βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς οἰκοδόμησαν, καὶ βάριν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκεῖ τὴν ἱερατικὴν αὐτοῖς ἀποκεῖσθαι στολὴν, ἣν ὁπόταν δέῃ θύειν, τότε μόνον ὁ ἀρχιερεὺς ἀμφιέννυται. ταύτην ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης ἐφύλαξεν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ κατὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἦν, μέχρι τοῦ Τιβερίου Καίσαρος χρόνων. ἐπὶ τούτου δὲ Οὐιτέλλιος ὁ τῆς Συρίας ἡγεμὼν, ἐπιδημήσας τοῖς Ἱεροσολύμοις, δεξαμένου τοῦ πλήθους αὐτὸν λαμπρότατα πάνυ, θέλων αὐτοὺς τῆς εὐποιΐας ἀμείψασθαι, ἐπεὶ παρεκάλεσαν τὴν ἱερὰν στολὴν ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχειν, ἔγραψε περὶ τούτων Τιβερίῳ Καίσαρι, κἀκεῖνος ἐπέτρεψε. καὶ παρέμεινεν ἡ ἐξουσία τῆς ἱερατικῆς στολῆς τοῖς Ἰουδαίοις, μέχρι ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας. μετὰ τοῦτον δὲ Κάσσιος Λογγῖνος, τὴν Συρίαν τότε διοικῶν, καὶ Κούσπιος Φάδος, ὁ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος, κελεύουσι τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὴν Ἀντωνίαν κατατίθεσθαι τὴν στολήν. Ῥωμαίους γὰρ αὐτῆς εἶναι δεῖν κυρίους, καθὼς καὶ πρότερον ἦσαν. πέμπουσιν οὖν Ἰουδαῖοι πρέσβεις πρὸς Κλαύδιον Καίσαρα περὶ τούτων παρακαλέσοντας. ὧν ἀναβάντων, ὁ νεώτερος βασιλεὺς Ἀγρίππας, ἐν Ῥώμῃ τυγχάνων, αἰτησάμενος παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν ἐξουσίαν ἔλαβεν, ἐντειλαμένου Οὐιτελλίῳ τῷ τῆς Συρίας ἀντιστρατηγῷ. πρότερον δ' ἦν σφραγῖδος τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν γαζοφυλάκων, καὶ πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς ἑορτῆς ἐπὶ τὸν Ῥωμαίων φρούραρχον ἀναβαίνοντες οἱ γαζοφύλακες, καὶ καταμανθάνοντες τὴν ἑαυτῶν σφραγῖδα, τὴν στολὴν ἐλάμβανον. εἶτ' αὖθις τῆς ἑορτῆς παρελθούσης, εἰς τὸν αὐτὸν κομίσαντες τόπον, καὶ τῷ φρουράρχῳ δείξαντες σύμφωνον τὴν σφραγῖδα, κατετίθεντο. Ad septentrionale autem *septi* latus arx constructa erat quadrata, bene munita, atque egregie firma. Hanc qui Herodem antecesserunt, Asmonæo prognati reges & sacerdotes, ædificarunt, & Barium appellarunt, ut ibi stola sacerdotalis illis reponeretur, quam ipse pontifex duntaxat cum erat facienda res divina, induere solebat.

Hanc stolam Rex Herodes eo in loco custodivit, & post ejus obitum fuit in potestate Romanorum, usque ad tempora Tiberii Cæsaris. Sub eo Vitellius Syriæ prætor cum Hierosolyma venisset, & a populo honorificentissime exceptus esset, volens ei gratiam referre, ipse, quoniam obsecrarunt, ut stola illis in potestatem permitteretur, hac de re scripsit ad Tiberium Cæsarem, atque ille eam concessit, mansitque penes Judæos stolæ sacerdotalis potestas, usque ad decessum regis Agrippæ. Post eum Cassius Longinus, qui tum Syriam administrabat, & Cuspius Fadus, Judææ procurator, Judæis imperarunt, ut stolam ponerent in Antonia; debere enim Romanos eam penes se habere, sicut antea. Quamobrem Judæi legatos ad Claudium Cæsarem miserunt, eam rem deprecaturos. Qui cum Romam pervenissent, juvenis rex Agrippa, qui tum illic erat, perfecit suo rogatu apud Imperatorem, ut eam illis in potestatem traderet, hoc ipso Vitellio in mandatis dato Syriæ prætori. Antea erat sub sigillo pontificis, & ærarii quæstorum, & pridie festorum ibant quæstores ad præfectum Romani præsidii, & agnito suo sigillo eam auferebant; deinde rursum festis transactis in eundem locum referebant, & sigillo quod concordabat, ostenso præsidii præfecto, deponebant. Demum edicto Claudii Cæsaris hæc potestas confirmata est, uti scribit *Josephus* lib. xx. cap. 1. ὃς δὴ καὶ τότε μεταπεμψάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς πρώτους Ἱεροσολυμιτῶν, κατὰ τὴν κέλευσιν τοῦ αὐτοκράτορος, παρῄνεσεν αὐτοῖς τὸν ποδήρη χιτῶνα, καὶ τὴν ἱερὰν στολὴν ἣν φορεῖν μόνος ὁ ἀρχιερεὺς ἔθος ἔχει, εἰς τὴν Ἀντωνίαν, ἥπερ ἐστὶ φρούριον, κατατέθεσθαι, κειμένην ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξουσίᾳ, καθὰ δὴ καὶ πρότερον ἦν. οἱ δὲ ἀντιλέγειν μὲν οὐκ ἐτόλμων, παρεκάλουν δὲ ὅμως τόν τε Φάδον καὶ τὸν Λογγῖνον. ἀφίκετο γὰρ καὶ οὗτος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν, φόβῳ τοῦ μὴ τὰ προστάγματα Φάδου τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων νεωτερίζειν ἀναγκάσῃ. πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἐπιτρέψαι πρέσβεις ὡς Καίσαρα πέμψαι τοὺς αἰτησομένους παρ' αὐτοῦ τὴν ἱερὰν στολὴν ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχειν, εἶτα δὲ περιμεῖναι, ἕως ἂν γνῶσι, τί πρὸς ταῦτα Κλαύδιος ἀποκρίναιτο. οἱ δὲ ἐπιτρέψειν αὐτοῖς ἔφασαν ἀποστεῖλαι τοὺς πρέσβεις, εἰ λάβοιεν τοὺς παῖδας ὁμηρεύσοντας. ὑπακουσάντων δὲ ἑτοίμως ἐκείνων καὶ δόντων, ἐξεπέμφθησαν οἱ πρέσβεις. παραγενομένων δὲ εἰς τὴν Ῥώμην αὐτῶν γνοὺς ὁ νεώτερος Ἀγρίππας, ὁ τοῦ τετελευτηκότος παῖς, καθ' ἣν ἥκουσιν αἰτίαν. ἐτύγχανε δὲ ὢν παρὰ Κλαυδίῳ Καίσαρι, καθὼς καὶ πρότερον εἴπομεν. παρακαλεῖ τὸν Καίσαρα συγχωρῆσαι τοῖς Ἰουδαίοις ἅπερ ἠξίουν περὶ τῆς ἱερᾶς στολῆς, καὶ Φάδῳ περὶ τούτων ἀποστεῖλαι.

Καλέσας δὲ Κλαύδιος τοὺς πρέσβεις, ἔφη ταῦτα συγχωρεῖν, καὶ ἐκέλευεν αὐτοὺς Ἀγρίππᾳ χάριν εἰδέναι. ταῦτα γὰρ ἐκείνου ποιεῖν ἀξιώσαντος. ἐπί τε ταῖς ἀποκρίσεσι, τοιαύτην ἐπιστολὴν ἔδωκε. Κλαύδιος Καῖσαρ Γερμανικὸς, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον ὕπατος ἀποδεδειγμένος τὸ τέταρτον, Αὐτοκράτωρ τὸ δέκατον, Πατὴρ πατρίδος, Ἱεροσολυμιτῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ Ἰουδαίων παντὶ ἔθνει χαίρειν. Ἀγρίππα τοῦ ἐμοῦ, ὃν ἐγὼ ἔθρεψα καὶ ἔχω σὺν ἐμαυτῷ εὐσεβέστατον ὄντα, προσαγαγόντος μοὶ τοὺς ὑμετέρους πρέσβεις, εὐχαριστοῦντας ἐφ' ᾗ πεποίημαι τοῦ ἔθνους ὑμῶν κηδεμονίᾳ καὶ αἰτησαμένων σπουδαίως καὶ φιλοτίμως τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ τὸν στέφανον ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ὑμῶν εἶναι, συγχωρῶ, καθὼς ὁ κράτιστος κἀμοὶ τιμιώτατος Οὐιτέλλιος ἐποίησε. συγκατεθέμην δὲ τῇ γνώμῃ ταύτῃ, πρῶτον διὰ τὸ ἐμαυτοῦ εὐσεβὲς, καὶ τὸ βούλεσθαι ἑκάστους κατὰ τὰ πάτρια θρησκεύειν. ἔπειτα εἰδὼς ὅτι καὶ αὐτῷ βασιλεῖ Ἡρώδῃ καὶ Ἀριστοβούλῳ τῷ νεωτέρῳ, ὧν τὴν πρὸς ἐμαυτὸν εὐσέβειαν καὶ τὴν περὶ ὑμᾶς γινώσκω σπουδὴν, πάνυ χαρίσομαι ταῦτα ποιήσας, πρὸς οὓς ἐστὶ μοι πλεῖστα δίκαια φιλίας κρατίστους ὄντας κἀμοὶ τιμίους. ἔγραψα δὲ περὶ τούτων καὶ Κουσπίῳ Φάδῳ τῷ ἐμῷ ἐπιτρόπῳ. οἱ τὰ γράμματα κομίζοντες, Κορνήλιος Κέρωνος, Τρύφων Θευδίωνος, Δωρόθεος Ναθαναήλου, Ἰωάννης Ἰωάννου. ἐγράφη πρὸ τεσσάρων καλανδῶν Ἰουλίου ἐπὶ ὑπάτων Ῥούφου, καὶ Πομπηΐου Σιλουανοῦ. Is (Fadus) dein, accitis statim Pontificibus, & Hierosolymitarum proceribus, prout ipsi in mandatis dederat Imperator, admonuit eos ut tunicam talarem, & stolam sacram, quam solum Pontificem summum gestare moris erat, in Antoniam castellum reponerent, ut in Romanorum potestate esset, quemadmodum & olim erat. Illi refragari quidam non audebant, rogabant tamen Fadum, & Longinum (nam & ille Hierosolyma venerat, magnis copiis secum adductis, metuens ne quæ injunxerat Fadus Judæorum vulgus ad res novas moliendas impellerent) primum ut legatos ad Cæsarem sibi liceret mittere, ab eo petituros, ut sacram stolam in sua potestate haberent: deinde ut manerent paulisper, dum certiores facti essent, quid ad ista Claudius respondere t. Illi vero se permissuros esse dixerunt ut legatos mitterent, modo liberos eorum pro obsidibus acciperent. Cum autem Judæi alacriter dicto sibi audissent, & liberos dedissent, protinus missi sunt legati. Ubi vero Romam pervenerunt, Agrippa junior defuncti filius,

filius, qui tum forte apud Claudium Cæsarem agebat, ut jam ante diximus, cum causam adventus eorum cognovisset, rogavit Cæsarem, ut Judæorum precibus de sacra stola annuere non gravaretur, utque mandata de istis quæ petierunt, ad Fadum mitteret.

Tum Claudius vocatis ad se legatis, dicebat se ista eis concedere, illisque præcipiebat, ut Agrippæ gratias haberent (se enim ista facere ad illius intercessionem) & præter responsa, quæ illis reddidit, hujusmodi epistolam misit: *Claudius, Cæsar Germanicus, Trib. Pot.* v. *Consul designatus* IV. *Imperator Pater Patriæ, Hierosolymitarum Magistratibus, Senatui, Populo, Toti Judæorum Genti S. Quoniam Agrippa meus, alumnus meus, & quem mecum habeo utpote pientissimum, vestros legatos ad me adduxit, gratias agentes pro mea de gente vestra cura & providentia, & enixe certatimque precatos, ut stolam sacram atque coronam in vestra potestate habeatis, concedo quod petitis, quemadmodum vir optimus, & mihi carissimus Vitellius fecerat. Huic autem vestræ voluntati obsequutus sum in primis quod id mihi mea suaserit pietas, quodque voluerim ut omnes Deum patrio ritu venerentur: dein quod noverim me ita faciendo magnam ab ipso rege Herode, & juniore Aristobulo, quorum in me pietatem, & erga vos studium perspectum habeo, gratiam initurum esse, quibuscum, viris optimis, & mihi carissimis, multis officiis mihi intercessit amicitia. De istis autem scripsi & Cuspio Fado procuratori. Nomina literas deferentiam hæc sunt. Cornelius Ceronis, Tryphon Theudionis, Dorotheus Nathanaelis, Joannes Joannis filius. Datæ quarto Kalendas Julias, Rufo, & Pompejo Sylvano suffectis Consulibus.*

Cum nulla facta sit mentio de calceis inter vestes sacerdotales, hinc constat sacerdotes nudis pedibus in sanctuario ministrasse. *Nachmanides* in Schemoth Rabboth Parash. II. כל מקום שהשכינה נגלית אסור בנעלה הסנדל וכן ביהושע שנ' של נעלך וכן הכהנים לא עבדו במקדש אלא יחפים. Omnis locus in quo Divina Majestas apparuit, prohibet usum sandalii; & sic in Josua dicitur: *Solve calceamentum tuum*. Similiter sacerdotes non ministrant in templo, nisi discalceati. *Theodoretus* in *Exod.* quæst. VII. Δύο τοίνυν ἡγοῦμαι διὰ τούτου δηλοῦσθαι. πρῶτον μὲν εὐλαβέστερον αὐτὸν τῷ λόγῳ καθίστησιν, ὥστε μετὰ δέους τῶν προσταττομένων ἀκοῦσαι. ἔπειτα προπαιδεύεται, πῶς χρὴ τοὺς ἱερέας ἐν τῇ σκηνῇ λειτουργεῖν, γυμνοῖς γὰρ καδῶνοι ποσὶ τὰς λειτουργίας ἐπετέλουν, καὶ τὰς θυσίας. Duo igitur arbitror per hoc significari. Primum quidem religiosiorem illum hac ratione reddit, ut cum metu audiret, quæ imperabantur. Deinde prædocetur, quomodo oporteret sacerdotes in Tabernaculo sacra ministeria obire: Nudis enim illi pedibus officiis sacris fungebantur, & victimas offerebant. *Gregorius Nyssenus* in *Cantic.* Hom. 2. οὐδένα τοῖς ποσὶ κόσμον ἐπετεχνήσατο, ἀλλὰ καλλωπισμὸς τοῦ ἱερατικοῦ ποδός τε γυμνὸν εἶναι πάσης περιβολῆς, καὶ ἐλεύθερον. χρὴ γὰρ ἱερέα πάντως ἐπὶ τῆς ἁγίας βεβηκέναι γῆς, ἧς μετὰ νεκρῶν δερμάτων ἐπιβατεύειν οὐ θέμις. Nullum pedibus ornatum fabricatus est, volens hoc ipsum pedi sacerdotali cultus pulcherrimi loco esse, quod ab omni tegumento nudus esset ac immunis. Oportet enim sacerdotem semper super sanctam terram incedere, quam cum mortuis pellibus calcare nefas. Ex consensu omnium Judæorum constat sacerdotes in templo nudis pedibus fuisse operatos. Quinetiam nemo cum calceis in montem templi poterat accedere. *Cod. Berachoth* cap. IX. לא יכנס להר הבירת במקלו ובמנעלו ובפונדתו ובאבק שעל רגליו. Nemo intrabit montem templi cum baculo, calceo, aut marsupio, aut pulvere in pedibus suis. *Juvenalis* Satyr. VI.

> - - - deinde adamas notissimus, & Berenices
> In digitos factus pretiosior. Hunc dedit olim
> Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori,
> Observant ubi festa mero pede Sabhata reges.

Mero pede, hoc est *nudo*, quod imitatus est *Prudentius* qui *calcem meram* dixit Peristeph. hymno x.

> Vix hæc ediderat, relaxat ipse
> Indumenta pedum velut Moyses
> Quondam fecerat ad rubum propinquans.
> Non calcare sacram cremationem
> Aut adstare Deo prius licebat,
> Quam vestigia pura figerentur
> Stabat calce mera.

Apud Ethnicos quoque Sacerdotes nudis pedibus operabantur. *Strabo* lib. VII. Germanorum sacerdotes γυμνοπόδας fuisse scribit; *Silius Italicus* de Bel. Punic. lib. III. Sacerdotes Herculis *nudipedes* describit

> - - - - nec discolor ulli
> Ante aras cultus: velantur corpora lino

Et Pelusiaco præfulget stamine vertex
Discinctis mos thura dare, atque a lege parentum,
Sacrificam lato vestem distinguere clavo.
Pes nudus, tonsæque comæ, castumque cubile,
In restricta focis servant altaria flammæ.

Prudentius de Iside lib. de Coron.

Nudare plantas ante carpentum scio
Proceres togatos, Matris Ideæ sacris.
Lapis nigellus evehendus essedo,
Muliebris oris clausus argento sedet
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis usque pervenitis rivulum.

Dianæ nudis pedibus sacra facta fuisse testatur *Solinus* cap. XVII. Cretes (*inquit*) Dianam religiosissime venerantur, Βελθομάτην gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat *Virginem dulcem*. Ædem numinis præterquam nudus vestigia nullus licito ingreditur. *Strabo* lib. XII. ἐν τοῖς Καςαβάλοις ἐςὶ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὅπου φασὶ ἱερείας γυμνοῖς τοῖς ποσὶ δ' ἀνθρακιᾶς βαδίζειν ἀπαθεῖς. Apud Castabala Parasiæ Dianæ fanum est, ubi narrant sacrificulas nudis pedibus per prunas ambulare illæsas. *Callimachus* hymno in Cererem.

Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες πατεῦμες,
Ὡς πόδας, ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἕξομες αἰεί.
Utque viam terimus pede nudo & vertice nudo
Sic caput atque pedes omni sint tempore salva.

Marinus de vita Procli. Ille *Proclus* non longo spatio progressus, conspicatus & ipse ex eadem domo lunam apparere, ὑπολυσάμενος αὐτόθι ἃ ἦν αὐτῷ ὑποδήματα ἐκείνων τὴν θεὸν ἠσπάζετο. Depositis ibi quæ habebat calciamentis, illis inspectantibus, Deam salutabat. *Statius* lib. IX. Thebaid.

Tristibus interea somni turbata figuris
Torva sagitti feri mater Tegeatis Ephebi,
Crine dato passim, plantisque ex more solutis,
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas,
Purgatura malum fluvio vivente soporem.

Jamblichus de vita Pythagoræ. ἀνυπόδητος θύε, καὶ προσκύνει. Discalceatus sacrifica & adora: Matronæ Romanæ Vestæ operaturæ undipedes incedebant. *Ovidius* Fastor. lib. VI.

Huc pede matronam nudo descendere vidi.

Et mox.

Hinc quoque lacus erat juncis & arundine densus,
Et pede velato non adeunda palus.

In sacris Magicis Veneficæ pedes nudabant. *Virgilius* Æneid. IV. de Didone

Ipsa mola, manibus quepiis altaria juxta,
Unum exuta pedem vinclis in veste recincta
Testatur moritura Deos - - -

Ovidius Metamorph. lib. VII. ubi de Medea:

Tectis egreditur vestes induta recinctas
Nuda pedem, nudos humeros infusa capillos.

Seneca in Medea Act. IV. sc. 2.

Tibi more gentis vinclo solvens comam,
Secreto nudo nemora lustravi pede.

Horatius lib. I. Satyr. 8.

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, passoque capillo

Plinius lib. XVIII. Privatim autem (inquit) contra Erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis nudis pedibus recincta. *Hesiodus* lib. II. Εργ.

- - - - γυμνὸν σπείρειν, γύμνον δὲ βοωτεῖν
Γυμνὸν δὲ ἀμᾶσθαι, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα.
- - - Nudus serito, nudusque arato
Nudus quoque metito, siquidem tempestiva omnia voles opera ferre Cereris

S. Justinus Apolog. I. asserit Ethnicos a Mose nudipedalia derivasse. καὶ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων, ἐκ τῶν συμβάντων Μωσεῖ τῷ εἰρημένῳ προφήτῃ μαθόντες οἱ δαίμονες ἐμιμήσαντο. Et illud quod fama eorum ingredientes calceos deponunt, & cultores eorumdem idem facere sacerdotes jubent: dæmones per imitationem ejus, quod Mosi prophetæ jam dicto accidit instituerunt. Nam Christus noster, e rubo cum eo collaquutus: *Solve*, inquit,

quit, *calceamenta tua*, *&* *accedens audi*: Hæc *Justini* sententia mihi magis probatur, quam opinio *S. Cyrilli* lib. II. de adoratione in Spiritu, qui scribit Mosen a Gentilium consuetudine solvendi calceos in sacris morem didicisse. ἀπὸ τῆς παρ᾽ Ἕλλησι συνηθείας ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπαιδεύετο Μωσῆς: ὅτι μὴ θέμις ἐγγίζειν Θεῷ τὸν - - ἐν ἱεροῖς ἐκ τεθνεώτων ζώων ὑποδήματα τοῖς ποσὶν ἐνδεδεμένοι. A Gentilium consuetudine divinus ille Mose didicerat, nefas esse eum ad Deum accedere, in quo reliquiæ corruptionis & mortalitatis insunt: Neque enim ii templa adibant pedes induti calceis exanimatorum animalium pelle confectis: id enim eorum legibus inter immunditiæ genera recensebatur. Nudipedalia instituta ad eliciendas pluvias describit *Tertullianus* Apologet. cap. XL. Denique cum ab imbribus æstiva hyberna suspendunt, & annus in cura est, quidam quotidie pasti, statimque pransuri balneis & cauponibus & lupanaribus operati Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denunciatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, aversi ab ipso Deo & cœlo. Hoc idem factum fuisse apud Hebræos X. legitur in Codice *Taanith* cap. I. 4. הגיע שבעה עשר במרחשון ולא ירדו גשמים התחילו היחידים מתענין שלשה תעניות אוכלין ושותין משחשיכה ומותרין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה הגיע ראש חדש כסליו ולא ירדו גשמים ביתרין גוזרין תעניות על הציבור אוכלין ושותין משחשיכה ומותרין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה עברו אלו ולא נענו בית דין גוזרין שלש תעניות אסרות על הצבור אוכלין ושותין מבעוד יום ואסורין במלאכה וברחיצה ובסיכה ובעילת הסנדל ומתשמיש המטה ונועלין את המרחצאות. Si advenerat decimus septimus dies Marchesvan, neque tamen ulla descenderet pluvia, tum tres jejuniorum dies celebrare inchoarunt sapientes, ita ut ederent & biberunt noctu, tumque ipsis licitum esset opus quoddam facere, sese lavare, inungere, calceamenta induere, cumque uxore concumbere. Sin advenerit initium mensis Casleu, neque tamen ulla pluviæ copia contigerat, tum synhedrii assessores tria jejunia ecclesiæ servanda constituunt, ita ut tantum noctu cibum potumque capere liceat, operari, se lavare, inungere, sandalia induere, concubituque lecti defungi. Quod si & his transactis preces non exauditæ fuerint, tum Synhedrium tria alia Ecclesiæ præcipit celebranda jejunia, ita ut edere & bibere tum tantum fas sit, cum adhuc dies est; vetitum vero sit quidquam operari, balnea adire, unguentis se oblinere, sandalia induere, torique gaudia sectari. Jamque & balnea clauduntur. In die expiationum quoque, in quo anniversarium jejunium celebratur, discalceati incedebant Judæi. Cod. *Joma* cap. VIII. יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה. In die expiationum interdictum est a cibo, potu, lotione, unctione, inductione calcei, & ministerio lecti. Quod prabant ex *Levit.* XVI. 19. Quem locum *Jonathan* ita παραφράζει. תענון ית נפשתיכון מין מיכלא ומין משתייא ומן הויית בני ותמרוקא ומסנא והשמיש ערסא. *Affligetis animas vestras* abstinendo *a cibo & potu*, *& a procreatione liberorum*, *& ab abstersionibus*, *& calceamentis*, *& ab usu lecti*.

In mærore midipedes veteres incedebant. 2. *Sam.* XV. 20. ודוד עלה במעלה הזיתים עלה ובוכה ורצה לו חפוי והוא הולך יחף. *Porro David adscendebat clivum olivarum scandens*, *& flens*. *Nudis pedibus incedens*, *& operto capite*. Et I. *Reg.* XXI. 27. de Achabo. יקרע בגדיו וישם שק על בשרו ויצום וישכב בשק ויהלך אט. *Scidit vestes suas*, *& sacco corpus suum operuit*, *& jejunavit*, *& jacuit in sacco*, *& ambulavit nudis pedibus*. Illud אט *Chaldæus Syrus*, *Arabs*, & *Raschi* discalceatum interpretantur. *Josephus* Antiquit. lib. VIII. cap. 7. Ἀχάβῳ δὲ λύπη τῶν πεπραγμένων ἐπῆλθε, καὶ μετάμελος, καὶ σακκίον ἐνδυσάμενος, γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διῆγεν, οὐχ ἁπτόμενος τροφῆς, ἀνομολογούμενος δὲ τὰ ἡμαρτημένα, καὶ τὸν Θεὸν οὕτως ἐξευμενίζων. Achabum autem dolor factorum subiit; & penitentia, & indutus saccum, nudis pedibus incessit, abstinens a cibo, confitens autem peccata, & Deum ita studens placare. Vota etiam nudipedes solverunt. *Josephus* de bello lib. II. cap. 15. de Berenice. ἐπεδήμει δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ: τοῖς γὰρ ἢ νόσῳ καταπονουμένοις, ἢ τισὶν ἄλλαις ἀνάγκαις, ἔθος εὔχεσθαι πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας, οἴνου τε ἀφέξεσθαι, καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας. ἃ δὴ τότε τελοῦσα Βερενίκη γυμνόπους τε πρὸς τοῦ βήματος ἱκέτευσε τὸν Φλῶρον. Degebat autem Hierosolymis, ut vota Deo solveret. His enim qui morbo, vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequam immolent hostias, abstinere quoque vino & capillos radere. Quem morem Berenice illis diebus exercens, nu-

di-

dipes etiam ante tribunal deprecata est Florum.

Captivi pariter discalceati incedebant uti constat ex 2. *Paral.* XXVIII. 17. ויקומו האנשים אשר נקבו בשמות ויחזיקו בשביה וכל מערומיהם הלבישו מן השלל וילבשום וינעילום. *Et surrexerunt viri, quorum nomina sunt expressa, & acceperunt captivos, atque ex præda vestiverunt omnes nudos, & calcearunt.* Sed præcipue probatur ex *Isai.* XX. 2. לך ופתחת השק מעל מתנך ונעלך תחלוץ מעל רגלך *Vade & solve saccum a lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis.* Et addit יעשה כן הלך, *fecit sic* ערום *eundo nudus*. Per hanc *Isaiæ* discalceationem Deus minatur captivitatem Ægyptiis & Cuthæis, qui discalceati in Assyriam abducendi erant כאשר הלך עבדי ישעיהו ערום ויחף שלש שנים אות ומופת על מצרים ועל כוש ינהג מלך אשור את שבי מצרים ואת גלות כוש נערים וזקנים ערום ויחף. *Quemadmodum ambulavit servus meus Isaias nudus & discalceatus tribus annis, signum & portentum super Ægypto & Cuschæis; sic ducet rex Assyriæ captivos Ægypti, & exules Cuschæorum pueros, & senes nudos & discalceatos.* Hinc explicatur dictum Abrahami ad Regem Sodomæorum, quo negat se ex omni præda accepturum. מחוט ועד שרוך נעל *a filo ad corrigiam calcei.* *Genes.* XIV. 23. *Cyrillus* ad *Mich.* I. 8. ἡ δὲ γυμνότης ϗ ἀνυποδησία, τὸ τῶν αἰχμαλώτων σχῆμα δεικνύει. *Juvenalis* satyr. VIII. de Cappadocibus & Bithynis Romam venum ductis.

> Altera quos nudo traducit Gallia talo.

Idem Satyr. I.

> Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis,

Albos appellat, sc. insignitos nota cretacea, quæ ex mente *Dalechampii*, & *Scaligeri* heri sigillo imprimebantur, si privatus esset servus, aut publico, si ad Rempublicam pertineret *Plinius* lib. XXXV. cap. 17. Est & vilissima creta, qua Circum præducere ad victoriæ notam, pedesque venalium trans mare advectorum denotare instituerunt majores. Talemque Publium minicæ sectæ conditorem, & Astrologicæ consobrinum ejus Manlium Antiochum, item Grammaticæ Taberium Erotem eadem nave advectos videre proavi. *Et cap. sequenti.* Claudii Cesaris libertos vidimus cum laureatis fascibus illo remitti, unde cretatis pedibus advenissent. *Propertius*

> Aut quorum titulus per barbara colla pependit
> Cretati medio cum saliere foro.

Pedes Gypsatos appellat *Ovidius* lib. I. de arte amandi

> Nec tu siquis erit capitis mercede redemtus
> Despice gypsati nomen inane pedis.

Tibullus lib. II. Eleg. 3.

> Nota loquor, signum ipse tenet, quem sæpe coegit
> Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

Servi in catasta venales sic notati exponebantur ubi variæ stationes, pro ætate, forma, aut pretio. *Martialis* lib. IX. Epigr. 30.

> Heu quæ lingua silet? Non illam mille catastæ
> Vincebant.

Ibidem Epigr. 60.

> Inspexit molles pueros, oculisque comedit
> Non hos, quos primæ prostituere casæ.
> Sed quos arcanæ servant tabulata catastæ,
> Et quos non populus, nec mea turba videt.

Præterea Mimi nudipedes saltabant, hinc dicti *Planipedes*, & fabula *Planipedia*. *Diomedes* lib. III. Planipes (*inquit*) Græce dicitur Mimus. Ideo autem Latine Planipes, quod actores planis pedibus, id est nudis proscenium introirent; non ut Tragici actores, cum cothurnis, neque ut Comici cum soccis. *Donatus*, seu potius *Evanthius* prolegomenis in *Terentium*. Planipedia dicta ob humilitatem argumenti ejus, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut socco utuntur in scena, sed plano pede. *Seneca* Epist. VIII. ad *Lucilium*. Quantum disertissimorum versuum inter mimos jacent? quam multa Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt.

Philosophi quoque Nudipedes. De *Cynicis* omnino constat. *Lucianus* in dialogo, qui *Cynicus* inscribitur. Cultus meus (*inquit*) hujusmodi est, squallere, hirsutum esse, & tritum pallium habere, calceis carere. *Philostratus* Epist. XXIII. Sinopensem philosophum, sc. *Diogenem* Nudipedem sistit. De eodem *Diogenes Laertius* in ejus vita. *Nudis pedibus calcabat nivem.* Idem eodem *Laertio* teste discipulos suos *sine tunica & calceis* prodire voluit. *Theodorus* Prodromus oratione de sapientia. Si vis (*inquit*) illius Philosophicæ (*Cynicæ* sc.) sectæ formam cernere, equidem tibi eam sermone effictam ob ocu-

oculos ponam. Abſque calceamentis hic fuit: homo ſine lare & domo ſquallidus. *Socratem* nudipedem ambulaſſe conſtant ex *Ariſthophanis* Nubibus, ubi Pheidippum ſic loquentem introducit.

> τὰς ἀνυποδήτυς λέγεις
> ὠ ὁ κακοδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.

Laertius in ejus vita alios adducit verſus ex *Ariſtophane*

> Βρενθύῃ τ' ἐν τοῖς ὁδοῖς, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλει
> Κἀνυποδατεῖς, κακὰ πόλλ' ἀνέχει, καὶ
> Ἐν ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.
> Elatus faſtu vias terit, oculiſque innuit,
> Et diſcalceatus mala multa tolerat, &
> Inter nos vultu gravitatem præſefert.

Inter Græcos Ajacem & Achillem nudipides ſiſtit Philoſtratus l. c. & Theſeum Athenienſeum regem nudis pedibus inducit *Lucianus* in *Cynico*. Ille (*inquit*) voluit nudipes eſſe, & nudus ambulare. *Nicolaus* Damaſcenus apud *Stobæum* ſerm. 42. de legibus & moribus ſcribit, *Cretenſium pueros venationes, & curſus arduos coficere nudis pedibus*. Apud *Sophoclem* in Oedipo Antigone deſcribitur *ſæpe in horridis ſylvis jejuna, & nudipes oberrans*. *Plutarchus* teſtatur in ejus vita *Lycurgum* non niſi *diebus neceſſariis calceos induiſſe*. *Plutarchus* de de *Phocione*. Ille (*inquit*) peregre quidem atque in bello ſine calceis ſemper nuduſque incedebat, niſi gelu immodicum eſſet & intolerabile; ut milites per jocum pro gravis brumæ nota haberent, ubi eſſet veſtibus Phocion opertus. Quod de *Catone* minore teſtatur ipſe *Plutarchus*. Crebro (*inquit*) ſine calceis & tunica procedebat in publicum a prandio, non quod gloriam ex hac novitate aucuparetur, ſed quod adſuefaceret ſeſe ob ſolam turpitudinem erubeſcere, & infamias contemnere reliquas. *Horatius* lib. 1. Epiſt. 19.

> Quid ſi quis vultu torvo ferus, & pede nudo
> Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem?

Naſcente Republica Romana ipſi ſenatores nudis incedebant pedibus. Vetus Scholiaſtes *Juvenalis* ad Satyr. 1. Oſtendit (*inquit*) plus honoris videri in calceis quam in perſona. Illo enim tempore necdum ſenatores nigris calceis utebantur, ſed nudis pedibus, vel pulverulentis. *Germanicum* ad exemplum *Publii Scripionis* nudipedem facit *Tacitus* Annal. lib. 11. cap. 59. Multa (*inquit*) Germanicus in vulgus grata uſurpavit, ſine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, Publii Scipionis æmulatione, quem eadem factitaviſſe apud Siciliam, quamvis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Non ſunt credendi tamen omnino fuiſſe nudipedes, ſed tantum Græcanicis ſoleis induti inceſſiſſe. Quo poteſt referri illud *Gellii* Noct. Attic. lib. XIII. cap. 21. Omnia (*inquit*) ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cetera prope nuda, & teretibus habenis vincta ſunt, ſoleas dixere nonnunquam, voce Græca crepidulas. *Clemens Alexandrinus* in Pædagog. iis qui nudis pedibus incedere nequeant βλαύταις ἢ φαικασίοις, quæ erant Græcæ ſoleæ, utendum ſuadet. Hinc *Plautus* Cynicum cum ſoccis inducit. *Perſa* Aut. 1. ſc. 3.

> Cynica eſſe e gente oportet paraſitum probe,
> Ampullam, ſtrigilem, ſcaphiam, ſoccos, pallium.

Vetus Epigramma *Leonidæ* Cynico aſſignat βλαῦτα, quæ erant ex ſolearum genere.

Pauperes tandem nudipedes erant *Terentius* Phorm. Act. 1. ſc. 2. de Phanio Virgine.

> Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem,
> Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida.

Martianus Capella de vera & germana παιδείᾳ. Plerunque adhæſit pauperibus, magiſque illis, quos aut pedibus nudos, aut intonſo crine hiſpidos, aut ſordenti conſpexit pallio ſemitectos. *S. Paulinus* Epiſcopus Nolanus ad Cythereum de Martiniani naufragio.

> Caligis tamen vilibus donatus eſt,
> Ne nautico erraret pede,
> Qui maluiſſet conſoveri excalceus,
> Quam calceari frigidus.

Alciphron Epiſt. 111. Etenim cum aliquando piſces vendere inſtituiſſem, audivi quendam ex his, qui in Pœcile verſantur diſcalceatum, & lurido colore præditum, qui carmen recitabat, quo navigantium deſperatio decantabatur.

Pedum nuditas præ calceorum utilitate & elegantia a veteribus celebrata eſt. *Muſonius* apud *Stobæum* ſcribit non decere, *veſtitu nimio operire corpus, aut faſciis involuere, aut manus pedeſque circumligatis cujuſcumque generis faſciis, pannis aut lineis quibuſdam molles, & languidos reddere, cum morbo non ſint impliciti*. Et in ſerm. 1. apud Stobæum. Di-

Diſcalceatum (*inquit*) incedere præſtantius eſt, quam calceari. Propemodum enim dixerim, calceatum eſſe perinde ac colligatum & vinctum eſſe. Ceterum nuditas pedum multum facilitatis & agilitatis præbet pedibus, ſi exercitati fuerint. Sicut & hemerodromos videre eſt non uti calceis, & certantes curſu non poſſe ſervare celeritatem, ſi in calceis currere neceſſum habeant. *Clemens* Alexandrinus lib. 4. cap. 11. Pædagog. Viro pulchro (*inquit*) convenit nullos habere calceos, præter quam ſi milites. Calceatum enim eſſe non parvam habet affinitatem cum eo, quod eſt eſſe ligatum. Optimum exercitationis genus eſt nudis uti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem, ubi non prohibeat neceſſitas. *Tertullianus* de pallio. Nihil (*inquit*) dicimus proprium togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verum & falſam, quam enim expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quam in calceo vincipedem. Hinc *Oppianus* in venatione lib. 1. jubet Venatores nudipedes incedere, quo expeditiores ſint.

- - - - Nudis autem pedibus incedant
Illi quibus veſtigia curæ ſunt obſcura ferarum;
Ut ne forte feris ab oculis ſomnum abigant
Strepitum tritarum pinguibus ſub pedibus ſolearum.

Idem lib. IV. de puella verno tempore.

Diſcalceatis pedibus per omnes montes oberrat
Flores quærens.

Præterea in luctu & funeribus inceſſiſſe veteres diſcalceatos conſtat ex *Ezech.* XXIV. 16. בן אדם הנני לקח ממך את מחמד עיניך במגפה ולא תספד ולא תבכה ולא תבוא דמעתך האנק דם מתים אבל לא תעשה פארך חבוש עליך ונעליך תשים ברגליך ולא תעטה על שפם ולחם אנשים לא תאכל. *Fili hominis ecce ego eripiam tibi deſiderium oculorum tuorum per plagam: tu tamen non planges, neque flebis, neque ullas lacrymas emittes. Clamare deſiſte, non facies luctum funebrem, tiaram tuam alliga tibi, & calceos tuos pone in pedibus tuis, & ne obnubas myſtacem, & panem hominum ne comedas.* Hæc omnia illis temporibus fuere luctus indicia. Vide *Maimonidis* Ebel cap. V. 1. Hujuſmodi diſcalceatio facta legitur in *Svetonio* in Auguſti funere cap. 100. Reliquias (*inquit*) legerunt primores equeſtris ordinis tunicati, & diſcincti, pedibuſque nudis, ac in Manſolæo condiderunt. Græci quoque nudipedes luctum agebant. Apud *Nonnum* in Dionyſiacis lib. v. inducitur *Autonoe* lugees mortem Actæonis filii

- - - - Materni affectus dolore
Diſcalceata ſine vitta (Νήλιπος ἀκρήδεμνος)

Et mox.

Vagantibus vero pedibus pertranſiens dorſum ſylvæ
Aſperi pede calcavit difficilia aditu dorſa montis,
Soluta tunica, ſine calceis (λυσιχίτων ἀπέδιλος)

Apud eundem lib. x.

- - - - In arborea
Rhyndacis aquam portans ſine ſandaliis gemebat puella,
Najades vero flebant.

Mortem ſcilicet *Hymni* a *Nicæa* interemti.

Lex erat peculiaris apud Hebræos, quod ſi levir recuſaret nubere uxori defuncti fratris, ab ea calceo exuebatur, uti legitur in *Deut.* XXV. ואם לא יחפץ האיש לקחת את יבמתו ועלתה יבמתו השערה אל הזקנים ואמרה מאן יבמי להקים לאחיו שם בישראל לא אבה יבמי וקראו לו זקני עירו ודברו אליו ועמד ואמר לא חפצתי לקחתה ונגשה יבמתו אליו לעני הזקנים וחלצה נעלו מעל רגלו וירקה בפניו וענתה ואמרה ככה יעשה לאיש אשר לא יבנה את בית אחיו ונקרא שמו בישראל בית חלוץ הנעל. *Si vero vir ille noluerit ducere uxorem fratris ſui, aſcendet uxor fratris ejus ad portam ad ſeniores, & dicet: recuſat levir meus ſuſcitare fratris ſui nomen in Iſraele, non vult mihi præſtare officium leviri. Et vocabunt eum ſeniores urbis ſuæ, & loquentur cum eo: ſi perſeveraverit & dixerit: non placet mihi eam ducere. Accedet uxor fratris ejus ad eum in conſpectu ſeniorum, & detrahet calceamentum de pede ejus & ſpuet in faciem ejus; & obteſtabitur, & dicet: Sic fiet viro, qui non ædificabit domum fratris ſui. Et vocabitur nomen ejus in Iſraele: Domus diſcalceati.*

Præter hæc vetuſtis temporibus in redemtione & permutatione, cum quis cederet ſuo jure, hic erat ritus ut exueret calceum & alteri daret, uti videre eſt in hiſtoria *Ruth* IV. וזאת לפנים בישראל על הגאלה ועל התמורה לקיים כל דבר שלף איש נעלו ונתן לרעהו וזאת התעודה בישראל ויאמר הגואל לבעז קנה לך וישלף נעלו ויאמר בעז לזקנים וכל העם עדים אתם היום כי קניתי את כל אשר לאלימלך. *Obtinuit olim in Iſrael in redemtione, & in permutatione ut firmaretur omne negotium, extrahebat homo cal-*

calceum suum, & dabat proximo suo, eratque hoc testimonium in Israel: Dixit igitur redemtor ad Boaz: posside tu, & extraxit calceum. Et dixit Boaz ad seniores, & cunctum populum: Testes vos estis hodie, quod possederim omnia, quæ fuerunt Elimelechi &c. Elias Levita ad vocem בדברי קנה רז״ל קבול קנין וקנין סודר והוא במקום שאומר הפסוק וזאת לפנים בישראל על הגאולה ועל התמורה לקיים כל דבר שלף איש נעלו וכולי כך אנחנו קונין עתה בסדר שהוא הבגד וזה שלוקין שני עדים ומפארים לפניהם דברי תנאיהם וכל אחד מהעדים פושט בכנף בגדו והמקבלים עליהם כל דבר נוגעים בכנפי בגדיהם וזה נקרא קנין סדר. Sapientes nostri f. m. dicunt: Acceptio possessionis; item possessio pallii. Sic vocant consuetudinem quæ successit in locum ejus, quæ olim in Israele erat, de qua mentio fit *Ruth* IV. Hæc autem consuetudo olim erat in Israel in commutatione propinquitatis, cum roborare quis vellet negotium, extrahebat calciamentum suum. Ea est apud nos hodie, quod dum emimus, vel contrahimus, adhibemus in hunc usum vestem, quam סודר appellant: hanc apprehendunt duo testes, & diserte explicant coram his, qui contrahunt, verba conditionis eorum, quorum testium quisque expandit oram vestimenti sui, & qui recipiunt, se confirmaturos quanlibet rem, attingunt ora vestimentorum illorum. Et hoc ipsum vocatur קונין סודר, emtio acquisitio, possessio per *Sudar*.

Pœnitentes Christianos nudipedes incessisse constat ex *Concilio Agathensi*. In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo civitatis, sacco induti nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse seipso habitu, & vultu protestantes. Seculo x. Henricus, qui Ottoni I. fratri rebellavit, *quum aliud quid faceret ignoraret, assumtis secum quibusdam Episcopis die quadam nudis pedibus regis ad pedes ignorante ipso pervenit, supplexque misericordiam imploravit*. Sicut testatur *Luithprandus* Hist. lib. IV. cap. 19. *VVitichindus* Annal. lib. III. scribit *Ludolphum* ab eodem *Ottone* patre nudis pedibus veniam implorasse. Excitandi gratia (*inquit*) venationem agens Rex in loco, qui dicitur Sulvedun, filius patri nudatis plantis prosternitur, intima tactus pœnitentia, oratione flebili patris primum, deinde omnium præsentium lacrymas extorquet. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet se obtemperaturum, consensurumque omni paternæ voluntati. *Ditmarus* Episcopus Mrsburgensis lib. IV. Henricus dux Bojariæ ad Corbejam venit, ibique Thiedricum, & Esiconem Comites ac confratres nudis pedibus veniam postulantes dedignatur suscipere. Quod hi ægre ferentes abierunt, cognatos suimet amicos a Ducis ministerio toto mentis nisu amovere studentes. *Vitto* presbyter in vita *Corradi* II. Mane autem facto Ravennates, qui remanserant, in cilicio & nudis pedibus, atque exertis gladiis, ut lex eorum præcipit dictis civibus, ante Regem venientes, sicut ipse præcepit, omnibus modis satisfaciebant. Idem ad an. 1027. Postera die Romani, qui seditionem commoverant ad Imperatorem venientes, nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, servi cum torquibus vimineis circa collum quasi ad suspensionem præparatis, ut Imperator jussit, satisfaciebant. *Lambertus* Schafnaburgensis ad an. 1075. narrat ferventе inter Henricum IV. & Saxones bello, proceres Saxoniæ hæc Regi respondisse: Quod si obstinatum adversus omnes preces & supplicationes animum gereret se deinceps contra eum nec arma laturos, nec aciem instructuros, sed nudis pedibus venienti obviam processuros, & sententiam quancunque vel iratus dictasset, porrecto jugulo excepturos. *Idem* ad an. 1077. Episcopi (*inquit*) & Laici, quos Papa excommunicaverat, quosque Rex hujus rei gratia a latere suo extrema necessitate compulsus amoverat, elusis custodibus, qui clusas obsidebant, in Italiam illæsi pervenerunt, repertoque Papa in Canusio, veniam præsumtæ rebellionis, atque ut excommunicatione absolverentur, nudis pedibus, & laneis ad carnem induti suppliciter postulabant. *Mox ipse Henricus Rex Canusium* venit, ut jussum fuerat, & cum castellum illud triplici muro septum esset, intra secundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu suo, deposito cultu regio, nihil præferens regium, nihil ostentans pompaticum, nudis pedibus, jejunus mane usque ad vesperem perstabat, Romani Pontificis sententiam præstolando. Ipse Pontifex scripsit ad Germaniæ proceres, Regem *per triduum ante portam castri, deposito omni regali cultu, miserabiliter, utpote discalceatum, & laneis indutum perstitisse*. Quod *Domnizo* his versibus testatur.

Ante suam faciem concessit Papa venire

Regem cum plantis nudis a frigore captis,
In cruce se jactans Papæ, sæpissime clamans
Parce Beate Pater.

Satis de discalceatis. Aliquando sacerdotes sacrificantes sacros calceos induere debebant. *Servius* ad *Æneid.* lib. IV. Et bene ipsa (*inquit*) quia supra de sacerdote erat locuta, unum exuta pedem, quia id agitur, ut & ista solvatur & implicetur Æneas. Solent enim & resolutoria sacrificia ab Haruspicibus fieri, & Junonis Lucinæ sacra non licet accedere nisi solutis nodis, in veste recincta, quia in sacris nihil licet esse præligatum, præcipue ejus quæ amore vult solvi. Sane Flaminicæ non licebat neque calceos neque soleas morticinas habere; morticinæ autem dicuntur, quæ de pecudibus sua sponte mortuis fiebant. *Martianus Capella* lib. II. Et ne philologiæ ipsius Phronesis careret ornatibus, ejus pectori, quo verius comeretur cingulum appanit, calceos præterea ex papyro textili subligavit, nequid ejus membra pollueret morticinum. *Appianus* lib. V. ϗ σολὴν εἶχε τετραγώνον Ελληνικὴν ἀντὶ τῆς πατρίας ϗ ὑπόδημα ἦν αὐτῷ λευκὸν Αττικὸν, ᾧ ϗ Αθηναίων ἔχρηντιν ἱερεῖς ϗ Αλεξανδρέων, ϗ καλῦσι φαικάσιον. Exutus nempe curis omnibus, & imperii obsequiis, stolam quadratam Græcorum more, pro patria & domestica induit, calceamenta candida, qualia Atheniensium sacerdotes, & Alexandrinorum, quos Phæcasios vocant, deferre consueverant, sibi assumsit. Eratosthenes in Mercurio.

Πέλμα ποτὶ ῥάπτε ἐλαφρῆ φαικασίυ
Soleam olim suebat tenuis phæcasii.

Herodianus lib. V. τὰ δὲ σπλάγχνα ἱερυργηθέντων τότε ἀρώματα ἐν χρυσοῖς σκεύεσιν ὑπὲρ κεφαλῆς. ὐκ οἰκέται δὲ τινες, ἤ εὐτεχεῖς ἄνθρωποι ἔφερον ἀλλ' οἵτε ἔπαρχοι τῶν στρατοπέδων, ϗ οἱ ἐν ταῖς μεγίσαις πράξεσιν. ἀνεζωσμένοι οἱ μὲν χιτῶνας ποδήρεις, ϗ χειριδωτὸς, νόμῳ φοινίκων, ἐν μέσω φέροντες μίαν πορφύραν, ὑποδήμασι δὲ λίνυ πεποιημένοις ἐχρῶντο, ὥσπερ οἱ κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία προφητεύοντες. Exta vero victimarum & aromata vasis aureis capiti imposita gestabant. Non quidem famuli aliqui & viles, sed primi inter milites, & ii, qui rebus maximis incumbebant, Induti tunica talari & manuleata, Phœnicum more, unamque in medio purpuram ferentes; lineis autem calceamentis utebantur, ut vates in illis regionibus solent. *Herodotus* testatur lib. II. Sacerdotes Ægyptios gestasse ὑποδήματα βύβλινα, calceos papyraceos.

Ceterorum calcei varii erant pro generum & gentium varietate. Imperatorum Romanorum distincta erant pretio & colore; *Campagos* appellatos fuisse testatur *Julius Capitolinus* in Maximino Juniore. Calceamentum ejus, id est compagum regium quidam posuerunt. *Trebellius Pollio* in Gallieno. Caligas gemmatas annexuit; cum compago reticulos appellaret. *Zancæ*, sive Tzancæ etiam appellati teste Georgio lib. de offic. Aul. Constantinopol. ϗ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων, ἃ καλῦνται τζαγγία, ἔχοντα ἐκ πλαγίων κατὰ τὰς κνήμας ϗ ἐπὶ τῶν ταρσῶν, ἀετὸς διὰ λίθων, ϗ μαργάρων, ἅπνα ϗ φορεῖ οἱ βασιλεὺς εἰς τὸ περιπάτυς, ϗ τὰς προκύψεις. Et alterum calceamentorum genus, quæ dicuntur *Tzangia*, habentia ad latus secundum suras, & in tarsis aquilas ex lapillis, & margaritis quæ fert etiam Imperator ad ambulationes, & adorationes; Aquilæ gemmis vel auro intextæ erant in calceis testante *Nicephoro Gregor.* lib. IV. de Michaele Palæologi socero. Cæsar (*inquit*) cum Despote socero Sebastocrator appellatur, soceri vero illustre discrimen in cæruleis calceis aquilæ intertextæ constituebant. *Tarsi* superiorem calcei partem indicabant. *Georgius Codinus* ibid. ἔχοντα ἀέτυς μαργαριτωμένυς ἐκ πλαγίων τε ϗ ἐπὶ τῶν ταρσῶν, ἤτοι ἐπανωτῶν ὑποδημάτων μυζακιῶν, habentes aquilas ornatas margaritis ad latera, & in tarsis, id est super calceos picturatos de Musæo. Rubris calceis solos Imperatores uti potuisse cum ex *Zonara*, *Niceta*, *Paulo Diacono*, *Georgio Phranze* tum ex *Corrippo* lib. II. num. 4. probatur

Purpureo suræ resonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
Qui solet edomitos victor calcare tyrannos
Romanus princeps, & barbara colla domare:
Sanguineis prælata rosis, laudata rubore,
Lectaque pro sacris tactu mollissima plantis,
Augustis solis hoc cultu competit uti,
Sub quorum est pedibus regum cruor: omne profecto
Mysterium certa rerum ratione probatur,

Zo-

Zonaras lib. II. Annal. ſcribit Romulum rubros calceos induiſſe: πεδίλοις ἐκέχρητο ἐρυθροῖς *calceis rubris utebatur*. Quem imitatus eſt Julius Cæſar teſte *Dione* lib. XLIX. τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνεβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει. καὶ μὲν ταύτῃ ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ, καὶ ἐρυθροχρόῳ. Veſte vero fluxiore ſemper luxuriabat, & calceatu; & illo quidem aliquando altiori & rubro. Juxta emendationem cl. *Binæi*. *Marius* quoque dicitur ex Inſcriptione Ariminenſi calceis puniceis triumphaſſe.

- - - DE. MANVBIIS. CIMBRIS. ET. TEVTONICIS.
ÆDEM. HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE.
TRIVMPHALI. CALCEIS. PUNICEIS.

Poſterioribus temporibus, uti dictum eſt, ſoli Imperatores calceos rubros geſtare potuerunt. *Procopius* lib. III. de Ædific. Juſtiniani. ὑποδήματα μέχρι ἐς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. Calcei uſque ad genua punicei coloris, quibus ſolis Romanorum & Perſarum regibus calceari licet. Guilh. Apulienſis lib. I.

- - - - Aſſumitur Imperialis
Purpura, pes dexter decoratur pelle rubenti,
Qua ſolet imperii, qui curam ſuſcipit uti.

Georgius Codinus in vita Iſaaci Comneni ſcribit Patriarcham Conſtantinopolitanum ab ſua dignitate fuiſſe exauctoratum, quod ἐπεβάλλετο κοκοβαφῆ πεζιβαλέων πέδιλα *ſuſcepit ſe induere calceis coccineis*. Qui etiam tradit Bulgariæ Reges calceos rubros induere conſueviſſe: στέφανον ἐκ χρυσοῦ καὶ τιάραν νενησμένην ἐκ βύσσου, καὶ πέδιλα ἐρυθρὰ, *coronam auream, & tiaram ex byſſo netam, & calceos rubros*. Mulieres quoque uſas rubris calceis legitur in Sat. v. Perſii.

- - - Solea puer objurgabere rubra.

Tertullianus de Pallio cap. IV. Impuro cruri purum aut mulleorum inducit calceum. Deæ quoque purpureis cothurnis celebrantur. Venus apud *Virgilium* Æneid. lib. I. apparuit Æneæ *purpureis cothurnis*.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram
Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

Diana quoque Eclog. VII. puniceo cothurno induta legitur

Si proprium hoc fuerit, lævi de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Livius Andronicus Hymn. in Dianum apud *Terentianum Maurum*

Et jam purpureo ſuras include cothurno.

Nemeſianus in Cyneget. de eadem Diana

Candida purpureis aptentur crura cothurnis.

Calceis rubris uſitatos fuiſſe Hebræos, præcipue in tribus feſtis ſolennibus conſtat ex Chaldæo Paraphraſte, qui verba *Cantic.* מה יפו פעמיך בנעלים *Quam pulchri ſunt pedes tui in calceis* ita exponit כמה שפירן רגליהון דישראל כד סלקן לאתחזאה קדם יי תלת זמנין בשתא בסנדליך דססגונא. Quam pulchri ſunt pedes Iſraelis, cum adſcendunt, ut appareant coram Domino tribus vicibus in anno cum ſandaliis ſargona, h. e. *coccineis*.

Depoſitis deinde calciamentis coccineis, gemmis inſignita uſurparunt Imperatores. *Flavius Vopiſcus* de Auguſto. *Non gemmis adſutis calceis, ſed fibulis gemmeis* utebatur. *Lampridius* in Heliogabulo. Habuit (*inquit*) in calceamentis gemmas, & quidem ſculptas, quod riſum omnibus movit, quaſi poſſent ſculpturæ nobilium artificum videri in gemmis, quæ pedibus adhærebant. Idem in *Alexandro Severo*. Gemmas (*inquit*) in calciamentis & veſtibus tulit, quibus uſus fuerat Heliogabalus. *Eutropius* Hiſtor. libr. x. de Imperatore Diocletiano. Ornamenta (*inquit*) gemmarum veſtibus calceamentiſque indidit: nam prius imperii inſigne in chlamyde purpurea tantum erat. *Euſebius Cæſarienſis* in Chronico: Primus (*inquit*) Diocletianus adorari ſe ut deum juſſit; & gemmas veſtibus, calceamentiſque inſeri, cum ante eum omnes Imperatores in modum Indicum ſalutarentur, & chlamydem tantum purpuream a privato habitu plus haberent.

Senatorum calcei lunæ dimidiatæ effigie diſtinguebantur. *Scholiaſtes Juvenal.* ad Sat. VII. Patricius ſenator eſt; lunula nam adſuta calceis diſcernuntur patricii a novitiis. Statius lib. v. Sil. II.

- - - - Genitum ſi curia ſentit
Primaque patricia clauſit veſtigia luna.

Martialis lib. I. Epigr. 50.

Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga
Olidæve veſtes murice.

Et lib. II. Epigr. 29.

Non extrema sedet lunata ligula planta
Coccina non læsum cinget aluta pedem.

Juvenal. Sat. VII.

- - - Et nobilis & generosus
Adpositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Quamvis *Ælianus* lib. VII. var. Histor. cap. 2. fœmineos calceos virilibus similes fuisse scribat, dicens. Ῥωμαίων αἱ πολλαὶ γυναῖκες καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν κἰθισμέναι εἰσιν. Ex Romanarum fœminis multæ eosdem cum viris calceos gestare consueverunt. *Cicero* tamen alteros alteris dissimiles fuisse testatur lib. I. de Orat. Ut si mihi (*inquit*) calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles *Hesychius*. Σικυώνια, γυναικεῖα ὑποδήματα. Sicyonia, calceamenta muliebria. *Julius Pollux* lib. VII. cap. 22. εἶδος ὄντα γυναικείων ὑποδημάτων, ῥαδία δὲ ποικίλον, καὶ πολυέλικτον ὑπόδημα. Species muliebrium calceamentorum, calceus varius, & convolubilis. *Flavius Vopiscus* in Aureliano Augusto. Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. *L. Apulejus describit* lib. VII. Metamorph. Sumta veste muliebri florida, in sinus floccidos abundante, mitellaque textili contexto capite, calceis fœmininis, albis illis & tenuibus indutus, & in sequiorem sexum insertus, atque absconditus. *Virgilius* in Ceiri. &c.

Cognita nec teneris pedibus Sicyonia servant,
Nec niveo retinens baccata monilia collo.

C. Lucilius Satyrius apud *Festum Pompejum*

Et pedibus læva Sicyonia demit honesta.

Lucretius lib. IV.

Unguenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Virorum nigri, fœminarum vero albi erant calcei. *Horatius* lib. VII. Sat. 6.

- - - Nigris medium impediit crus
Pellibus & latum demisit pectore clavum

Hinc deridetur Cinna apud *Martialem* lib. VII. Epigr. 32. quod candidos calceos gestaret.

Sordidior cœno cum sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi, Cinna, nive.
Dejectos, quod inepte pedes perfundis amictu,
Collige Cinna togam, calceus ecce perit.

Ovidius lib. III. de arte amandi.

Pes malus in nivea semper celetur aluta,
Arida nec vinclis crura resolve tuis.

Vinculis & ansulis cruribus adligabantur calcei, ut patet ex hoc Ovidii loco. *Achil. Tatius* de amoribus Clitoph. & Leucip. lib. I. Corolla (*inquit*) in capite erant, crines per humeros effusi pedes vinculis exuti, crura vestibus zonaque genu tenus succinctis nudata. Vetus Scholiast. ad Sat. VII. *Juvenalis*. Calciarii cum festinent, & ansas caligarum prætereunt nonnullos. *Festus Pompejus* lib. I. Amenta quibus vinciuntur solearum lora. *Petronius* Satyric. Atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calciamentorum resolvit, ac trahit. *Plautus* in Captivis. *Compedes adimere*. *Ovidius* Metamorph.

Vincla duo pedibus demunt.

Idem lib. II. Fastor

Fregerat armillas, non illa ad brachia factas
Scindebant magni vincula parva pedes.

Idem lib. III. Fastor.

Nec quisquam invita faciet bene vincula planæ
Pallade.

Idem ibid. lib. V.

Ille memor veteris ritus, timidusque Deorum
Surgit, habent gemini vincula nulla pedes.

Virgilius lib. VIII. Æneid.

Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.

Tibullus lib. I. Eleg. *6*.

Vinclaque de niveo detrahet ipse pede,

Idem ibid. Eleg. 8.

Ansaque compressos alligat arcta pedes.

Virgilius iterum lib. IV. Æneid.

Unum exata pedem.

Valerius Flaccus lib. III. Argonaut.

Ducit & ad fluvios & vincula solvere monstrat
Prima pedum, glaucasque comis prætexere frondes
Imperat.

Sydonius Apollinaris Carm. II.

Perpetuo stat planta solo, sed fascia primos
Sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
Mittit in adversum vincto de fornice pollex,

Quæ

Quæ ſtringant crepidas, & concurrentibus anſis
Vinclorum pandas nectant per crura catenas.

Marc. Manilius lib. v.

Perque caput ducti lapides, per colla manuſque
Et pedibus niveis fulſerunt aurea vincla.

Corippus lib. II. Num. 4.

Cruraque puniceis induxit regia vinclis.

Ex Odyſ. lib. II. demonſtratur *Homeri* temporibus calceamenta fuiſſe ligata. Ad ſuras protenſas fuiſſe has anſas ex locis adductis, & ex *Livio Andronico* apud *Terentianum Maurum* lib. de Metror. generibus probari poteſt.

Et jam purpureo ſuras include cothurno
Preſſaque jam gravida crepitent tibi terga pharetra.

Quod imitatus *Virgilius* Eclog. VII.

Purpureo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Et lib. II. Æneid.

Purpureoque alte ſuras vincire cothurno.

Erant & calcei militares ab his diverſi *Juvenalis* Sat. ult.

Bardaicus judex datur hæc punire volenti
Calceus & grandes magne ad ſubſellia ſuræ
Legibus antiquis caſtrorum.

Flavius Vopiſcus in vita Aureliani. Militis (*inquit*) arma terſa, ferramenta ſamiata, calciamenta fortia ſint. *Clavos* calcei habebant. *Joſephus* lib. VII. bell. Judaic. Calceos habent creberrimis, atque acutis clavis, ut ceteri ſolent milites, fixos, dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo occurreret, labitur, magnoque cum ſono armorum ſe dejectus ſolo in terram fugientes reduxit. *Egeſippus* Excid. Hieroſol. lib. v. cap. 30. Hic Julianus, qui tergo immineret hoſtium dum alios perimit, & clauſtro coercet, ipſa halacritate incautior confixum clavis calciamentum gerens uſu militarium virorum, non conſiderans polito lapide ſolum ſtratum, quod cavendum foret, ſed quaſi in campo præliaretur ſecurus, labitur, & ingentem ſtrage ſua ſonitum dedit. *Clavata* caliga conſpicitur in Arcu Conſtantini. *Tacitus* lib. III. *clavatum* memorat. Judæos quoque geſtaſſe calceos clavatos conſtat ex Codice *Schabb.* cap. VI. לא יצא האיש בסנדל המסומר. Non exibit vir cum ſoleis, quæ clavis plenæ ſunt. Ex calceis militaribus *Paulus* lib. v. ff. de Offic. præfec. Vigil. l. 2. ff. de alimen. Et lib. leg. ſcribit: Diariis & cibariis relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calciarium deberi palam. *Ulpianus* lib. 8. de tranſactionib. De calciario quoque arbitrio prætoris tranſigendum eſt. *Suetonius* in Veſpaſiano cap. VIII. Claſſiarios vero (*inquit*) qui ab Hoſtia & Puteolis Romam pedibus per vicos commeant, petentes conſtitui ſibi aliquid calciarii nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, juſſit poſthæc excalciatos curſitare.

Tragicorum calceus erat cothurnus. *Ovidius* lib. III. Autor Eleg. I.

Venit & ingenti violenta Tragœdia paſſu,
Fronte comæ torvæ, palla jacebat humi.
Læva manus ſceptrum late regale tenebat,
Lydius apta pedem vincla cothurnus erat

Ibid.

Altera me ſceptro decoras, altoque cothurno
Jam nunc contracto magnus in orbe ſonor.

Et lib. II. Amor. Eleg. 18.

Sceptra tamen ſumſi, curaque Tragœdia noſtra
Crevit, & huic operi quamlibet aptus eram.
Riſit amor paliamque meam, pictoſque cothurnos,
Sceptraque privata tam cito ſumta manu.

Claudianus de conſulatu Manlii Theodori.

- - - Alte graditur, majore cothurno.

Ennodius Ticinenſis præfat. 8. lib. I. Carm.

Nec mea grandiſono flammentur corda cothurno.

Terentianus Maurus lib. de Metris.

Et qui cothurnis regios actus levant.

Horatius lib. I. Satir. 5.

Non illi larva, aut trapicis opus eſſe cothurnis.

Sidonius Apollinaris lib. VIII. Epiſt. II.

Soccos ferre cave, nec ut ſolebat
Laxo pes nutet altus in cothurno.

Sicut cothurni alte elevati erant, quo melius exprimerent heroum geſtus, & corporis habitum, ita Comici humiles calceos induebant. L. *Apulejus* lib. III. Flo-

Florid. Joca non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. *Claudianus* ibid.

Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco
Personat.

Ausonius Edyl. IV.

- - - Percurris pulpita socco.

Terentianus Maurus ibid.

Sed qui pedestres fabulas socco premunt.

Utrumque conjungit *Claudianus* lib. I. in Eutropium.

Quæ socci superent risus, luctusque cothurni.

Ausonius l. c.

- - - Soccos, aulæaque regum.

Martialis lib. VIII. Epigr. 3.

At juvat ad tragicos soccum transferre cothurnos.

Horatius de arte Poetica.

Hunc socci cæpere pedem, grandesque cothurni.

Calceorum materia varia erat. Primum facti ex crudo corio teste *Xenophonte* Anabaseos lib. III. Cum defecissent (*inquit*) veteres calcei, habebant ex recentibus coriis bubulis carbatinas confectas. *Pollux* lib. VII. cap. 22. *καρβατινη μὲν ἀγροικῶν ὑπόδημα, κλήθον ὑπὸ* Κ*αρῶν*. Carbatina vero rusticorum calceus a Caribus dictus. *Catullus* Epigr. 97.

Ipsa tamen lingua, si usus veniat tibi possis
Culos & crepidas lingere carbatinas.

Aristoteles lib. II. de anima scribit mulos carbatinis calciari solere, *ne itinere longiori fathiscant*. *Lucianus* in Pseudomante testatur, *oratores e Paphlagonia carbatinis indui* . . .

Secundo ex aluta coccinea. *Martialis* lib. II. Epigr. 29.

Coccina aut læsum cingit aluta pedem.

Tertio ex pelle hædina, testibus: *Epiphanio*, *Athenæo*, *Polluce*, & *Martiale* lib. XIV. Epigr. 140.

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti;
Cyniphio poterit planta latere sinu;

Et lib. XII. Epigr. 46.

Hædina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, verticemque calve,
Festive tibi, Phæbe, dixit ille,
Qui dixit caput esse calceatum,

Quarto ex subere; cujus usus erat ad subluevandos calceos, ut homines altiores viderentur. Augustus alte sublevatis usus est. *Strabo* libr. XV. testatur Persas altum & duplum calceum gestasse, eique interdum aliquid subjecisse, quo altiores viderentur. Hujusmodi calciamenta peculiaria fuisse fœminis scribit *Xenophon* in Oeconomico, ubi de uxore Ischomachi; eumque ex *Alexi Comico Athenæus* lib. XIII. & *Clemens Alexandrinus* non minus Græcarum, quam Romanarum fœminarum fuisse morem asserunt. *Plinius* lib. XVI. cap. 18. Usus ejus (*suberis*) in anchoralibus maxime varium, piscantiumque tragulis, præterea in hiberno fœminarum calceatu.

Quinto ex ære factus est calceus, qualis fuit *Empedoclis* memoratus a *Philostrato* in Hellanicis, a *Favorino* & *Neanthe* apud *Diogenem Laertium* lib. VIII. & ab *Æliano* var. Histor. lib. XII. cap. 32.

Sexto ex ligno. *Petronius* Satyr. Alius furca (*inquit*) de carnario rapta, statum prælianits componit anus præcipue lippa sordidissimo linteo præcincta; soleis imparibus ligneis imposita canem, ingentis magnitudinis catena trahit. *Autor Rhetoric. ad Herennium*. Pedibus solæ ligneæ inductæ sunt. *Gallicula* hi calcei præcipue nominabantur. Glossa vetus *σανδάλιον Gallicula*. Glossa *Isidori*. Gallicæ calces militum.

Septimo ex corticibus arborum apud Indos *Philostrato* teste de vita Apollonii lib. II. cap. 9.

Octavo ex papyro, quod Ægyptiis, & præcipue sacerdotibus fuit familiare, uti testatur *Herodotus* lib. I. & *Martianus Capella* lib. II. de Nupt. Calceos præterea ex papyro textili subligavit.

Nono auro & gemmis ornabantur calcei. *Martianus Capella* lib. I. Calceos autem (*inquit*) smaragdineæ fluctu viriditati herbosos vestigiis ejus tellus annexuit. *Et paucis interjectis*. Calcei vero similes ex pyropo, quem juxta lunam levi quodam teneroque vultu ex fraterna fulgorem lampade resumebat.

Calceorum apud fœminas Hebræas luxum fuisse constat ex cap. III. 16. *Isai.* ויאמר יהוה יען כי נבהו בנות ציון ותלכנה נטוות גרון ומשקרות עינים הלוך וטפוף תלכנה וברגליהם תעכסנה׃ וגומר ביום ההוא יסיר ארני תפארת העכסים. *Et dixit Dominus pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant &c. In die illa auferet Dominus ornamenta Achasim.* Variant Interpretes in explicanda voce Achasim. *Abarbanel* scribit filias Sion pedibus suis induisse עכסים, quarum agitatione audirentur, aut gestasse mundum

dum pretiosum in pedibus suis, e gemmis sc. aut margaritis, ac motu suo pedem pedi allisisse, ut hoc modo monilium sonantium perciperetur strepitus. *Kimchius* vult עכסים fuisse *crepitacula tinnientia*. *R. Levi ben Gerson pedum ornamenta* exponit. העכסים הם כמו תכשיטין נושאות אותן ברגליהן נאמר וברגליהן תעכסנה. *Achasim* sunt sicut ornamenta, quæ gestant mulieres in pedibus suis, sicut dicitur: Et in pedibus suis תעכסנה. Videtur ex voce עכס, quæ compedem significat עכסים fuisse *compedes*, sive *periscelides*, quas in cruribus mulieres gestarent. Quod notavit *Aben Ezra* ad h. l. העכסים דומים לכבל *Aschasim* similes compedi. כבלים, ut traditur in *Gemara Schabb.* cap. 6. sunt *catenulæ videlicet aureæ quibus pedes ligabant puellæ, ne nimis latos facerent passus*. Glossa in h. l. עכסים כבלים בצורת האצערה. *Kabalim* sunt Achasim *ad formam armillarum*. Armillarum pedestrium teste cl. *Golio* etiamnum frequens est usus in Oriente. Apud Græcos quoque fuisse usitatas testatur *Pollux* lib. II. cap. 16. ἐν γυναικείῳ κόσμῳ *in mundo muliebri* ponuntur περισφύρια, περιπέζιδες, περιπέζια, περισκελίδες. *Periscelides* vero, ut habetur in Glossis sunt *ornamenta, vel circuli aurei crurum muliebrium*. Scholiastes ad Horat. lib. I. Epist. 17.

> Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam
> Sæpe periscelidem raptam sibi flentis.

Periscelidem interpretatur *ornamentum pedis circa crura*. *Seneca* in Hyp. Act. I.

> Crura distincto religavit auro
> Luteo plantas cohibente socco.

Quod confirmatur a *Plinio* lib. XXXIII. cap. 12. Argentum (*inquit*) succedit ex ære aliquando & auro, luxu fœminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tritior vetat. *Periscelidem* videtur describere *Petronius* in Satyrico dicens. Jam mentum jam cervix, jam pedum candor intra auri gracile vinculum positus, Parium marmor extinxerat. *Auri vinculum* denotare videtur *periscelidem*; quam *Manilius* lib. V. inter ornamenta recenset.

> Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.

Judith X. 3. legitur Judith inter alia ornamenta, quibus nativæ formæ decus atque elegantiam conciliabat, ut Holophernem sibi devinciret, *induisse* σανδάλια εἰς τοὺς πόδας αὐτῆς *Sandalia pedibus suis*. Quæ ita fuerunt elegantia, ut ibi legatur τὸ σανδάλιον αὐτῆς ἥρπασεν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ.

* Apud Christianos quoque nudipedalia celebrata sunt teste *Chrysostomo* homilia ad Baptizandos qui nudis pedibus ad Exorcistam accedebant. *Michael Glycas* part. IV. Annal. scribit, *Theodosium* juniorem, & *Proclum* Patriarcham discalceatos incessisse, cum urbs terremotu concuteretur. *Paulus Diaconus* testatur *Justiniano* imperante terremotus causa Antiochenos discalceatos omnes litanias fecisse, clamantes Κύριε ἐλέησον. *Concilium Moguntinum* Christianis in litaniis nudipedalia præscribit. Placuit nobis (*inquit*) ut Litania major observanda sit a cunctis Christianis, diebus tribus sicut legendo reperimus, & sancti patres nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed *discalceati*, cinereque & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit. Apparet ex *Luithprandi* Cremonensis Episcopi Sec. X. ad *Nicephorum* Imperatorem pro *Ottonibus* Augustis legatione hæc nudipedalia apud Constantinopolitanos diu perseverasse. Secunda (*inquit*) *Nicephorus* hora jam transiit, προέλευσις id est processio. Non pigeat me προέλευσιν ipsam describere, & Dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copiosa ignobiliumque personarum, ea solennitate collecta, ad susceptionem & laudem Nicephori, e palatio usque ad Sanctam Sophiam, quasi pro muris, viæ margines tenuit, clypeolis tenuibus satis & spiculis vilibus dedecorata. Accessit & ad dedecoris hujus augumentum, quod vulgi ipsius potior pars ad laudem ipsius nudis processerat pedibus. Credo sic eos putasse, sanctam ipsam potius exornare προέλευσιν. Sed & optimates sui, qui cum ipso per plebejam, & discalceatam multitudinem ipsam transierant, magnis & nimia vetustate rimatis tunicis erant induti. *Krantzius* Saxon. lib. IV. cap. 14. scribit *Ottone* I. regnante, Ecclesiam Vallerslebiensem Magdeburgum translatam fuisse, & in hujus translationis memoriam *per multos annos in vigilia beati Laurentii, qua emigrarant fratres nudis pedibus Ecclesiam suam votis constricti repetiverunt*. *Ditmarus* Episcopus Mersburgensis lib. IV. testatur, quod Otto III. Archiepiscopatum Gnesnensem instituturus *videns a longe urbem desideratam nudis pedibus* sup-

* Nudipedalia Christianorum Typographorum incuria prætermissa, ne illa neglexisse videremur, hoc loco illustranda curavimus.

ſuppliciter advenit, & ab Epiſcopo ejuſdem Ungero venerabiliter ſuſceptus; Eccleſiam introducitur, & ad Chriſti gratiam ſibi impetrandam, Martyris Chriſti profuſis lacrymis invitatur. Idem ibid. de *Ludolpho* Abbate Corbejenſi. Pius Abbas (*inquit*) ad oratorium ſpeciale ſuimet rebus auxius aſylum nudis pedibus venit, & more ſolito in ſe de altis humanam fragilitatem deflens, placavit Dominum. Idem lib. VII. de Eid. Epiſcopo Miſnenſi. Crebro a ſuis pene deſperatus in ſtuba vix recreabatur, corpus ſuum nimis afflixit jejuniis, plus nudis pedibus quam equo laborans. *Lambertus* Schafnaburgenſis de Annone Colonienſi Archiepiſcopo anno 1075. Crebris jejuniis corpus ſuum macerabat, & in ſervitutem redigebat, pernoctabat plerunque in orationibus, & per Eccleſias uno tantum puero contentus comite nudis pedibus diſcurrebat. *Idem eod. anno*. Cum nulla uſquam humani auxilii ſpes eluceret, ſtatuunt unanimiter, a Deo ſibi deinceps quærendum eſſe ſubſidium, qui ſolus tam obſtinatam regis ferocitatem mollire, & rem implicitam expedire queat. Jubent ergo ut per totam Saxoniam & Thuringiam depoſitis cultioribus indumentis, ſacco & laneis veſtiantur: cibo & potu ſtatutis diebus abſtineant, ſumtus in pauperes pro ſua quiſque re familiari conferant, & per Eccleſias nudis pedibus diſcurrentes Deum communi lamentatione deprecentur, ut manum ſuam, quæ ubique humano ceſſante adjutorio ſola jam poſſit opitulari, undique concluſis ad ereptionem eorum extendat. *Guilielmus Tyrius* exeunte ſeculo XI. in obſidione Hieroſolymæ nudipedalia celebrata fuiſſe ſcribit Belli ſacri lib. VIII. cap. II. Die igitur (*inquit*) ſtatuta de publico decreto indictæ ſunt univerſo populo Litaniæ, & aſſumtis crucibus & ſanctorum patrociniis, & clerus univerſus induti ſacerdotalibus & Leviticis indumentis, nudis pedibus, & cum multa devotione populum ſubſequentem uſque ad montem Oliveti præceſſerunt. *Otto Friſingenſis* hoc idem confirmat Chronic. lib. VII. cap. 4. Civitatem ſanctam obſidione clauſam cum capere non poſſent, habito conſilio humilitatis Magiſtrum imitantes nudis eam pedibus circuire diſponunt. *Guilielmus Tyrius* hæc repetita fuiſſe nudipedalia capta urbe tradit l. c. cap. 21. Tandem vero urbe ad hunc modum ordinata, armis depoſitis in ſpiritu humilitatis, & animo contrito, nudis veſtigiis, lotis manibus, & ſumtis mundioribus indumentis, cum gemitu & lachrymis loca venerabilia, quæ Salvator propria voluit illuſtrare & ſanctificare præſentia, cœperunt cum omni devotione circuire, & cum intimis deoſculari ſuſpiriis. *Et paulo poſt*. Illi flexis nudiſque genibus cum ſingultibus & præcordialibus ſuſpiriis loca circuibant venerabilia. *S. Auguſtinus* lib. hæreſibus cap. 68. memorat quoſdam hæreticos, qui ſemper nudipedes incedebant. Eſt alia (*inquit*) hæreſis nudis pedibus ſemper ambulantium eo quod Dominus dixerit ad Moſem vel ad Joſue: *Solve calceamentum de pedibus tuis*. Et quod propheta Eſaias nudis pedibus juſſus fuerit ambulare: Inde ergo hæreſis eſt quia non propter corporis afflictionem ſic ambulant, ſed quia teſtimonia taliter intelligunt: *Philaſtrius* hæreſ. LXXX. Excalceatorum (*inquit*) eſt hæreſis, quæ excalceatos ambulare debere homines velit, quod ſub Moſe, inquiunt, dictum eſt: *Solve calceamenta tua*. Et quod Eſaias ita ambulaverit tribus annis, quæ magis humanæ, ac vanæ ſuperſtitionis ſunt, non traditionis ſanctorum, ac Domini noſtri Jeſu Chriſti juſſionis, & imperii, ejuſque poteſtatis. Hoc loco nobis occaſio præbetur differendi de Jeſu Chriſti, & Apoſtolorum calceis, quamvis nonnulli velint diſcalceatos inceſſiſſe adducti locis *Matth.* X. 10. ubi dicitur. *Nolite poſſidere aurum &c. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta*. Et *Luc.* cap. X. 4. *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta*. Quæ loca pugnare videntur cum *Marc.* VI. 9. *Et præcepit eis ne quid tollerent in via niſi virgas tantum &c. Sed calceatos ſandaliis, & ne induerent duas tunicas*. *Jeſus Chriſtus* in prioribus locis interdixit ὑποδήματα a *Matthæo* & *Luca* memorata, quæ totum pedem operiebant, permittitque apud *Marcum* σανδάλια hoc eſt ſolearum ſpeciem, quæ ſolam pedis plantam tegebant. *Sandaliis Petrum* uſum fuiſſe conſtat ex *Actor.* cap. XII. 8. de quibus quoque ſæpe fit mentio in *Abdiæ* vitis Apoſtolorum. Sunt qui putent his locis non ſandaliorum uſum, ſed binarium ſandaliorum numerum fuiſſe interdictum, ſicuti ſcribit *Anſelmus*. Non quod (*inquit*) in locis Scythiæ rigentibus glaciali nive debeat eſſe contentus aliquis una tunica, ſed ideo hoc præcepit, ne aliud veſtimentum induti, aliud nobis futurorum timore ſervemus. Neque calceamenta duplicia eodem modo. At hæc ſententia

tia non omnino probanda videtur, quod in Lucæ l. c. non legatur illud δύο. *Origenes* teste *Eusebio* Histor. Ecclesiast. lib. VI. cap. 3. putavit omnem calceorum usum fuisse interdictum. Maxime vero (*inquit*) Evangelica illa servatoris nostri præcepta observanda esse ducebat, quibus monemur, tum ne duas tunicas habeamus, neve calceamentis utamur, tum ne de crastino nimium soliciti nosmetipsos excruciemus: Sed & majore, quam ætas ferebat, animi ardore, an frigore ac nuditate perstans, & ad summum Evangelicæ paupertatis culmen evectus familiares suos ingenti admiratione perculit. *Et paulo post*. Multos item per annos ambulasse dicitur μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑποδήματι nullo penitus calceamento usus. Idem sensit *Hieronymus* lib. II. cap. 5. contra *Pelagium* asserentem facillima esse Dei mandata; quem refellit *Hieronymus* exemplo *Petri*, qui mandatum de non induendis calceis non servavit. *Nolite* (inquit) *possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, non panem, neque duas tunicas, neque virgam*. Hæc, inquies, præcepta Apostolica sunt. Et certe *Petrus* amplius caligas habuisse narratur, dicente ad eum Angelo: *Præcinge te, & calcea te caligis tuis*. Idem in epistola ad *Geruntiam*. Apostoli toto orbe peregrini non æs in zona, non virgam in manibus, non habuerunt in pedibus caligam. Et ad *Eustochium* Virginem de custodia Virginitatis. Et Moyses (*inquit*) & Jesus Nave nudis in sanctam terram pedibus jubentur incedere. Et discipuli sine calceamentorum onere, & vinculis pellium ad prædicationem novi Evangelii destinantur. Et milites vestimentis Jesu sorte divisis caligas non habebant quas tollerent. Nec enim poterat habere Dominus, quod prohibuerat servis. Verum qui potuit carere calceis is, de quo *Johannes* Baptista affirmat, se indignum esse, *cujus vel portet calceos? Matth.* III. 2. vel *cujus calceamentorum solveret corrigiam? Marc.* I. 7. Optime igitur *Augustinus* Serm. XLII. de Sanctis: Nam de his calceamentis, quibus calceati ambulamus, consolatur me ipse Dominus meus: Si enim ipse calceatus non esset, non de illo *Johannes* diceret: *Non sum dignus qui solvam corrigiam calceamenti ejus*. Et *Clemens Alexandrinus*. Tenuis ac simplicis calceaturæ testis sufficit Johannes, qui dicebat, se non dignum esse solvere corrigiam calceamentorum Domini. Non enim curiosos aut superfluos is habebat calceos, qui veræ philosophiæ typum Hebræis ostendebat. Nec audiendus est *Pancirollus* lib. de rebus deperdit. tit. 44. qui putat quod Magdalena pedes Salvatoris lacrymis suis laverit; eo quod Simon leprosus lotionem istam omiserat, quæ administrari solebat hospitibus, qui discalceati incedebant. Sed hæc *Pancirolli* sententia facile refellitur; quod veteres pulverulentos pedes haberent, quamvis sandaliis & soleis uterentur. Hinc discumbentium lotiones ante prandium & cœnam ne lectos commacularent, depositis ante convivium soleis, quæ a servis cœnaturis detrahebantur. *Plautus* Trucul. Act. II. sc. 4.

> Jam redit animus, deme soleas: cedo! bibam.

Et scena sequenti

> - - - soleas deme mihi.

Terentius Heautontimorum. Act. I. scen. I.

> Adsido: accurrunt servi: soccos detrahunt,
> Video alios festinare, lectos sternere
> Cœnam apparare.

Martialis

> Deposui soleas; affertur protinus ingens
> Inter lactucas oxygarumque liber.

Idem lib. X. Epigr. 89.

> Bis Cotta soleas perdidisse questus,
> Dum negligentem ducit ad pedes vernam,
> Qui solus inopi præstat, & facit turbam:
> Excogitavit homo sagax & astutus,
> Ne facere posset tale sæpius damnum,
> Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

CAPUT IV.

I. *De Oleo Unctionis*. II. *De Unctionibus veterum*.

I. NON solum vestes, quibus Aharon ministraret, parari jussit Deus, sed oleum quoque quo ungeretur. Dictum est enim *Exod.* XXX. 23. ואתה קח לך בשמים ראש מר דרור חמש מאות וקנמן בשם מחציתו חמשים ומאתים וקנה בשם חמשים ומאתים וקדה חמש מאות בשקל הקדש ושמן זית הין. *Sume tibi aromata principium myrrhæ electæ quingentos siclos, & cinna-*

namomum aromaticum, dimidium ejus, ducentos & quinquaginta, & calami aromatici ducentos & quinquaginta, casiæ quingentos in pondere sanctuarii, & oleum olivarum Hin. Targum סב לך בוסמין רישא מירא דכיא מתקל חמש מאה וקנמן בשם פלגותיה מתקל מאתן וחמשין וקנה בוסמא מתקל מאתן וחמשין וקציעתא מתקל חמש מאה בסילעי קודשא ומשח זיתא מלא הינא. *Sume tibi principium aromatum, myrrham puram, ponderis quingentarum minarum, & cinnamomum aromaticum, dimidium ejus ponderis ducentarum quinquaginta minarum, & calamum aromaticum ponderis ducentarum & quinquaginta minarum; Et casiæ ponderis quingentarum minarum in siclis sanctuarii, & oleum olivæ plenum Hin. Targum Hierosolymitanum.* ואת סב לך רישי בוסמנין טבין מור בחיר תקל חמש מאון רסלעין וקינמון בושם פלגותיה מתחל מאתן וחמשין מנין וקנה בושמא מתחל מאתן וחמשין מנין וקדה וקציעתא מתקל חמש מאה מנין סילעין בסלעי קודשא ומשם זיתא מלי קסטא דסכומיה תריסר לונין לוגא לכל שיבטא לתריסר שבטין. *Et tu accipe tibi præcipua aromata pretiosa, myrrham electam ponderis quingentorum siclorum, & cinnamomum aromaticum dimidium ejus, pondus ducentarum quinquaginta minarum. Et calamum aromaticum ponderis ducentarum & quinquaginta minarum. Et casiam ponderis quingentarum minarum siclorum juxta siclum sanctuarii, & oleum olivæ plenam cistam continentem daodecim Log, Log pro unaquaque tribu duodecim tribuum.* Hinc Judæi Interpretes in *Gemara Babyl. Kerithuth* 74. 2. contendunt de summa ponderis aromatum. Tradiderunt Sapientes. Oleum unctionis erat myrrhæ libertatis 500. Casiæ 500. Cinnamomi aromatis, semissis ejus 250. & calami aromatis 250. Quæ si in unam summam omnia colligantur, faciunt 1750. Doctor dicit; numerum scilicet significare nobis vult. Doctor *alius* ecce sc. obstat ei. Dicerem: calami aromatis tantundem fuisse, quantum cinnamomi aromatis. Sicut cinnamomi aromatis semissis ejus 250. ita etiam calami aromatis seminis ejus 250. ut sint illis 2000. Et dicerem: ita hic pariter etiam esse. Respondeo: si ita foret, scripsisset textus; cinnamomi aromatis, & calami aromatis semissis, 250. Dixit R. Papha ad Abai: Quum ipse appendit, num per præponderationem ipse appendit, an oculo in oculo, hoc est ad æquilibrium? Cui ille respondit: Deus scripsit v. 34. *Solum cum solo*. Tu autem dixisti: per præponderationem. Atqui dixit R. Jehuda, Deum nosse præponderationes, seu ponderum rationes. Ergo, quia est in eis præponderatio cinnamomi aromatis, quare affert semissem hujus numeri quingentorum ducenta, & quinquaginta, at una vice, seu semel? Et Rabbi pariter etiam una vice, seu semel. Postquam totum eorum sunt; afferre debuisset 500. una vice. Scilicet inde percipio, ex eo quia affert illud, respectu cinnamomi aromatis duabus vicibus, præponderationem esse in eo. Deus optimus Maximus autem novit præponderationes. Quid autem est *solum cum solo?* Respondit Rabina: significari eo, quod non debeat apponere pondus ponderi, cum ponderabit istas species. *Aben Ezra* ad l. c. *Exod.* קדמוננו ז״ל אמרו כי משקל הכל שוה וככה נקב לרק לא ידענו טעם למה הזכיר מחציתו וטעם החציאים לא אבין כי אין מנהג בכל ארץ ישמעאל להוסיף על כל דבר שישקל אפי׳ כמשקל חרדל ואף כי בכל מעשה רוקח. Majores nostri p. m. dixerunt, quod pondera omnium aromatum æqualia fuerunt, id quod acceptamus; ignoramus tamen rationem quare mentio fiat מחציתו *dimidii illius*, neque sensum dimidiorum percipio: non enim mos est in tota terra Ismaelitica, ulli rei loco superpondii, vel minimum addere, quod pondere æquat granum hordeaceum; quanto minas id fiet in omni compositione unguenti. *Maimonides* de vasis Sanctuarii cap. 1. מצות עשה לעשות שמן המשחה שיהיה מוכן לדברים שצריכין משיחה בו שנ׳ ועשית אותו שמן משחת קדש וככה עשהו משה רבינו במדבר לקח מן המור והקנמון והקדה מכל אחד משלשתן חמש מאות שקל בשקל הקדש ומקנה הבושם חמשים ומאתים וזהו שנ׳ בתורה וקנמון בשם מחציתו חמשים ומאתים ששוקלין אותו בשני פעמים חמשים ומאתים בכל פעם Præceptum est, ut præparetur oleum unctionis his rebus, quæ unctionis indigeant; dictum est enim *Exod.* XXX. 25. *Faciesque unctionis oleum sanctum*. Atque illud confecit Mose magister noster in deserto. Sumsit de unaquaque ex his tribus speciebus, sc. de myrrha, cinnamomo, & casia quingentorum siclorum pondus; de calamo autem odorato ducentorum & quinquaginta pondo: Quod vero dicitur in Lege: *Et cinnamomi aromatici dimidium ejus, id est quinquaginta & ducentos*. Hæc est causa, quoniam illud duabus vicibus ponderabant, ducentorum & quinquaginta siclorum pondus unaquaque vice. *Hierosolyma Sotah* 22. 3. ואתה קח לך

בשמים

בשמים ראש מר דרור חמש מאות וגו׳ וקדה חמש מאות בשקל הקודש שהן אלף וחמש מאות מנים. *Et tu sume tibi aromata, præcipuum, myrrhæ libertatis* 500. *&c. Et casiæ* 500. *in siclo sanctitatis*. Quæ sunt mille & quingentæ minæ.

Posthæc in textu describitur olei compositio. ועשית אתו שמן משחת קדש רקח מרקחת מעשה רקח שמן משחת קדש יהיה. *Et facies illud, oleum unctionis sanctitatis, unguentum unguentationis, opere unguentarii; oleum unctionis sanctitatis erit*. Contendunt etiam de modo componendi olei unctionis. *Hierosol. Sotbab* l. c. ושמן זית הין שהן שנים עשר לוג שבו היה שולק את העיקרין דברי ר׳ מאיר ר׳ יהודה אומר שולקן היה במים ונותן שמן גביהן וכיון שהיה קולט הריח היה מעבירו כדרך שהפטמין עושין הדא הוא דכתיב ועשית אותו שמן משחת קודש יהיה זה לי לדורותכם תני׳ ר׳ יהודה בי ר׳ אילעאי אומר שמן משחה שעשה משה במדבר מעשה ניסים נעשה בו מתחילה ועד סוף שמתחילה לא היה בו אלא שנים עשר לוג שנ׳ ושמן זית הין אם לסוך בו את העצים לא היה מספיק על אחת כמה וכמה שהאור בולע והעצים בולעין והיורה בולעת וממנו נמשחו המשכן וכל כליו השולחן וכל כליו המנורה וכל כליה ממנו נמשח אהרן ובניו כל שבעת ימי המילואים ממנו נמשחו כהנים גדולים ומלכים. *Et olei olivæ, Hin*. Sunt duodecim Logi; in quibus coquuntur radices; verba R. Meir. R. Jehuda dicit; decoxit in aquis, quibus oleum imposuit, & postquam exceptus est odor, miscebatur, quomodo fieri solet ab unguentariis. Hoc est quod scriptum est. *Et facies illud, oleum unctionis sanctitatus erit hoc mihi in generationes vestras*. Traditio: R. Jehuda discipulus R. Elai dicit in oleo unctionis, quod fecit Mose in deserto quot facta sunt miracula ab principio usque ad finem! A principio enim in eo non fuerunt nisi duodecim logi; dictum est enim. *Et olei olivæ Hin*. Si ad ungendum ligna, non sufficisset; Quantum absorpsit ignis! quantum absorpserunt ligna! quantum absorpsit ahenum! Et ex eo unctum fuit tabernaculum, & ejus vasa, & mensa & ejus vasa, candelabrum & ejus vasa, ex eo unctus est Aharon, & filii ejus toto septiduo impletionum; ex eo uncti sunt summi sacerdotes, & reges. *Gemara Babylon. Horajoth* 11. 2. Tradiderunt sapientes. Oleum unctionis quod fecit Mose in deserto, fiebat coctis in eo radicibus aromaticis illis, quarum mentio fit *Exod.* xxx. 23. ut sensit R. Jehuda. R. Jose dicit. Atqui nequidem vel ad ungendum eo has ipsas radices oleum illud sufficeisset, cum ejus tantum duodecim logi fuerint. Quare magis consentaneum est, si dicatur Mose initio macerasse radices illas aquis, ut impletæ aqua minus olei deinde absorberent: quo facto infuidisse eis oleum, idque assumto odore abstulisse. Cui dixit R. Jehuda: Et quid? num unum tantum miraculum factum est in oleo unctionis? Et annon initio ejus duodecim logi erant? Et ex eo ungebantur tabernaculum & vasa ejus, Aharon & filii ejus toto septiduo impletionum, & totum illud perdurabat in futurum seculum; quia dicitur *Exod.* xxx. 31. *Oleum unctionis sanctitatis erit mihi in generationes vestras*. Traditio alia: *Levit.* VIII. 10. *Et accepit Mose oleum unctionis, & unxit tabernaculum, & omne quod in eo erat*. R. Jehuda dicit. Circa oleum unctionis, quod fecit Mose in deserto, quot miracula facta sunt ab initio ejus usque ad finem! Initio ejus non erant, nisi duodecim logi olei; considera quantum ahenum absorpserit, & quantum radices absorpserint, & quantum ignis combusserit! Et tamen ex eo unctum fuit tabernaculum, & vasa ejus, item Aharon & filii ejus omnibus septem diebus impletionum, eoque uncti sunt postmodum summi Sacerdotes & reges. *Maimonides* l. c. ושחק כל אחד ואחד לבדו וערב הכל ושרה אותן במים זכין ומתוקין עד שיצא כל כחם במים ונתן על המים שמן זית הין והיה שנים עשר לוג כל לוג ד׳ רביעי׳ ובשל הכל על האש עד שאבדו המים ונשאר השמן והניחם בכלי לדורות. Contrivit deinde unumquodque separatim, tum confusa simul omnia in aqua pura, & dulci diluit tandiu, dum omnino vis eorum transierit omnis. Huic aquæ addidit olei olivæ Hin; Hin continet duodecim logos, logus autem capit quartarios quaternos; & hæc omnia concoxit igne, usque dum omni aqua exhalata remanebat solum oleum, quod in vas seposuit in generationes. Vide *Hierosol. Horajoth* 47. 3. & *Hierosol. Sekalim* 49. 3.

Deinde exponuntur in textu ea quæ ungenda erant. ומשחת בו את אהל מועד ואת ארון העדת ואת השלחן ואת כל כליו ואת המנרה ואת כליה ואת מזבח הקטרת ואת מזבח העלה ואת כל כליו ואת הכיור ואת כנו וקדשת אתם והיו קדש קדשים כל הנגע בהם יקדש ואת אהרן ואת בניו תמשח וקדש אתם לכהן לי. *Et unges eo tentorium conventus, & arcam testimonii; & mensam & omnia vasa ejus, & candelabrum, & vasa ejus, & al-*

& altare suffitus, & altare holocausti, & omnia vasa ejus, & labrum & basin ejus; & sanctificabis ea, & erunt sanctitas sanctitatum; & omne quod tangit ea, sanctum erit. Et Aharon, & filios ejus unges, ut sacerdotio fungantur mihi. Judæi Interpretes Pontificum, non regum successores ungendos fuisse contendunt. *Gemara Hieros. Sekalim* 49. 3.

ממנו נשמחו כהנים גדולים ומלכים מלך בתחילה טעון משיחה מלך בן מלך אינו טעון משיחה מאי טעמא קום משיחהו כי זה הוא זה טעון משיחה ואין בנו טעון משיחה אבל כהן גדול אפילו עד עשרה דורות טעונין משיחה וכולו קיים לעתיד לבוא הדא הוא דכתיב שמן משחת קדש יהיה זה לי לדורותיכם אין מושחין מלכים אלא על גבי המעיין הדא הוא דכתיב והרכבתם את שלמה בני על הפרדה אשר לי והורדתם אותו אל גיחון ומשח אותו צדוק הכהן ונתן הנביא למלך על ישראל אין מושחין מלך בן מלך אלא מפני המחלוקת מפני מה נמשח שלמה מפני מחלוקתו של אדוניהו יואש מפני עתליה יהוא מפני יורם לא כן כתיב קום משחהו כי זה הוא זה טעון משיחה ואין מלכי ישראל טעונין משיחה אלא יהואחז מפני יהויקים אחיו שהיה גדול ממנו שתי שנים ולא יאשיהו גנזו הדא אמרה באפירסמון משחו אין מושחין מלכים אלא מן הקרן שאול ויהוא נמשחו מן הפך שהיתה מלכותן מלכות עוברת דוד ושלמה נמשחו מן הקרן שהיתה מלכותן מלכות קימת אין מושחין כהנים מלכים אמר ר׳ יודן ענתונדרייא על שם לא יסור שבט מיהודה אמר רבי חייא בר אדא למען יאריך ימים על ממלכתו הוא ובניו בקרב ישראל מה כתיב בתריה לא יהיה לכהנים הלוים א״ר יוחנן הוא יוחנן הוא יהואחז והא כתיב הבכור יוחנן בכור למלכתו אמר ר׳ יוחנן הוא שלום הוא צדקיהו והכתיב השלישי צדקיהו עליו מידת הדין שלום שבימיו שלמה מלכות בית דוד לא שלום הוא שמיה ולא צדקיהו הוה שמיה אלא מתניה הדא הוא דכתיב וימלך מלך בבל את מתניה דודו תחתיו ויסב את שמו צדקיהו. Ex eo ungebantur summi sacerdotes, & reges. Rex a principio ungendus erat, rex filius regis non erat ungendus; qua de causa? ex eo quod dictum est 1. *Sam.* XVI. 12. *Surge, unge eum, ipse est enim.* Iste erat ungendus, at filius ejus non erat ungendus. At sacerdos magnus vel ad decimam generationem erat ungendas. Et omne conservabatur in tempus futurum. Hoc est quod scriptum est. *Oleum unctionis sanctum erit hoc mihi in generationes vestras.* Non ungebantur reges nisi ad fontem. Hinc dictum est 1. *Reg.* I. 33. *Et imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon. Et ungat eum ibi Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, ut regnet in medio Israel.* Non ungebatur rex filius regis nisi dissensionis causa. At qua de causa unctus est Salomo? propter dissensionem Adoniæ. Joas propter Athaliam. Jehu propter Joram. Nonne scriptum est: *surge, unge eum, ipse est enim?* Iste erat ungendus; at reges Israelis non erant ungendi. At unctus est Jehoachaz propter Jehojakim. Quia biennio erat natu major. Quid? nonne Josia abscondit? Hoc dicit; balsamo ungebantur. Non ungebantur reges nisi ex cornu. Saul & Jehu uncti sunt ex lenticula; ideoque eorum regum fuit regnum non durabile. David & Salomon uncti sunt ex cornu, ideoque durabile fuit eorum regnum. Non ungebantur sacerdotes reges. Dicit R. Jodan Antundria; eo quod dictum est *Genes.* XLIX. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda.* Dicit R. Chjia bar Ada; dictum est *Deut.* XVII. 20. *Ut prolonget dies super regno suo ipse, & filii ejus super Israel.* Quid postea scriptum est? *Non erit Sacerdotibus Levitis.* Ibid. XVIII. 1. Dicit R. Jochanan; unus idemque erat Jochanan & Jehoachaz. Atqui scriptum est 1. *Paral.* III. 15. *Primogenitus Johannes.* Primogenitus respectu regni. Dicit R. Jochanan; unus idemque erat Sallum & Zedekias. At scriptum est; *Et tertius Zedekias, & quartus Sallum.* Tertius respectu nascendi, & quartus respectu regni; Zedekias, quod super eo justificata est mensura judicii; Sallum, quod diebus ejus fuit absolutum regnum domus David. At nomen ejus non fuit Sallum, neque Zedekias, sed Mathanias. Hinc scriptum est 2. *Reg.* XXIV. 17. *Et regem fecit rex Babyloniæ Mathaniam patruum ejus pro eo, imposuitque nomen ei Zedekiam. Babyl. Horajoth* II. 2. Eoque uncti sunt postmodum summi sacerdotes & reges; & licet summus sacerdos natus summo sacerdote, obligabatur ut eo ungeretur; cum alioqui non esset summus sacerdos; tamen non ungebant regem, qui patre rege natus erat. Si autem dicas; quare ergo unxerunt Salomonem? 1. *Reg.* 1. 39. Respondeo propter controversiam, quam movebat ei Adonias. Quare Joam? 2. *Reg.* 12. propter Athaliam. Quare Jehoachazum? 2. *Reg.* XXIII. 30. Propter Jehojakimum, qui ætate eum antecedebat. Istud autem oleum perdurat in futurum seculum, quia dicitur *Exod. Oleum unctionis sanctitatis erit* זה *hoc mihi in generationes vestras.*

Vox זה *hoc* in numeris valet 12. quia 12. logi erant istius olei. Dixit Mar: Etsi vel etiam esset summus sacerdos, natus summo sacerdote, tamen obligatur esse ad unctionem unde nobis probatur? Quia scribitur *Levit.* VI. 15. *Et sacerdos unctus post ipsum ex filiis ejus*. Dicere debuisset textus, & sacerdos ex eis, qui post ipsum, ex filiis ejus. Quorsum ergo dicendum erat, *unctus*? Scilicet ut significaret nobis, quod ex filiis summi sacerdotis, si fuerit unctus sit summus sacerdos, sin minus, non sit summus sacerdos. Dixit Mar; quod non ungant regem natum rege, unde nobis probatur? Respondit R. Acha filius Jacobi; Quia scribit *Deut.* XVII. 20. *Ut prolonget dies super regno suo ipse, & filii ejus, omnes dies*. Scilicet, hæreditas sit vobis, seu hæreditarium regnum vocatur. Quare autem unxerunt Salomonem? Propter controversiam Adoniæ. Unde ergo probatur, quod suborta controversia, requiratur unctio, nec omnem pro libitu inter filios faciant hæredem regni? Respondit R. Papa, dixisse textum ibid. *Ipse & filii ejus in medio Israel*. Scilicet eo tempore, quo pax est in Israel, prædicamus de eo. *Ipse, & filii ejus*; & vel etiam absque unctione. Traditur: Etiam Jehu filium Nimsi non unctum fuisse nisi propter controversiam Joram filii Achabi 1. *Reg.* XIX. 16. 2. *Reg.* IX. 6. Sed & excipias eum: ideo quod ipse erat primus ex sua familia, cum esset rex rege natus; carendo caruisset; Et sic traditur: Reges domus David ungebantur, reges Israelis non ungebantur. Unde probatur? Dixit Raba, dixisse textum 1. *Sam.* XVI. 12. *Surge, unge eum &c.* hic opus habet unctione. Alius autem non opus habet unctione. Dixit Mar. Etiam Jehu filium Nimsi non unctum fuisse nisi propter controversiam motam a Joram filio Achab: per delictum abusus rei sacræ adhibitum fuisset oleum unctionis. Res est, ut dixit R. Papa: Balsamo puro unctionem istam factam fuisse, non oleo unctionis. Hic pariter etiam, balsamo puro. Jehoachazum autem unxerunt 2. *Reg.* XXIII. 30. propter Jehojakimum, quia hic major natu illo erat. Et quid? Num ætate illum antecesserit? Atqui scribitur 1. *Paral.* III. 15. *Et filii Josiæ, primogenitus Joannes, & secundus Jehojakim, & tertius Zedekias, & quartus Sallum*. Dixit autem R. Jochanan, unum eundemque esse Sallum, qui Zedekias, Johannes & Jehoachaz vocetur. In perpetuum ergo Jehoakim fuerit maximus natu eorum. Quare ergo Johannem vocavit primogenitum? Scilicet, quia primogenitus erat respectu regni. Et quid? Num regnent minores natu, ante natu maximum? Atqui scribitur 2. *Paral.* XXI. 3. *Et regnum dedit Joram, quia ipse erat primogenitus*. Respondeo Joramum implevisse locum patrum suorum; Jehoakimum autem non implevisse locum patrum suorum. Dixit Mar, eundem esse Sallum, Zedekiam, Johannem, & Jehoachazum. Atqui singuli sigillatim enumerantur; quia scribitur 1. *Paral.* III. 15. *Et tertius & quartus*. Quid *tertius*? Tertius scilicet respectu filiorum. Quid *quartus*? Quartus scilicet respectu regni. Quia ab initio regnabat Jehoachaz, postea autem Jehojakim, postea autem Jechonia, postea autem Zedekias. Tradiderunt Sapientes, eundem esse Sallum, & Zedekiam; quare autem vocatum est nomen ejus שלום Sallum? Quia erat משלום perfectus in operibus suis. Nam dicunt Sallum vocatum esse, quia שלמה absolutum esset regnum domus David in diebus ejus. Quodnam autem erat nomen ejus? Matthania erat nomen ejus; quia dicitur 2. *Reg.* XXIV. 17. *Et regem fecit rex Babyloniæ Matthaniam &c.* Dixerat (*Nebucadnezar*) ad illum צדיק יה *justificet Dominus* super te judicium, si rebellaveris in me; quia dicitur *Jerem.* LII. 11. *Et adduxit eum Babyloniam*. Et scribitur 2. *Paral.* XXXVI. 13. *Et etiam in regem Nebucadnezarem rebellavit, qui adjuraverat eum per Deum*. Et quid? Num fuerat oleum unctionis (in diebus Jehoachazi?) Atqui traditio est: ex quo recondita est arca &c. *Posthæc fol.* 12. 1. Dixit R. Papa: Balsamo puro unxerunt Jehoachazum 2. *Reg.* XXIII. 30. Vid. *Gemara Hierof. Sotha*, & *Horajoth* l. c. & *Maimonides* l. c.

Reges instar coronæ, & summi Sacerdotes ad formam χ Græcorum ungebantur. *Radak* ad 1. *Reg.* 1. 39. והקרן הזה מלא היה מרת המשיחה כמו שאמר לשמואל מלא קרנך שמן ולך אשלחך אל ישי והיה יוצק ממנו על ראש המלך תחלה ואחר כך מושח בצורה נזר בין ריסי עיניו ויש אומרי' כי מתחלה היה מושח בין ריסי עיניו ואחר כך הנותר בקרן היה יוצק אותו על ראשו כי מלא הקרן יהיה השיעור מהמשיחה. Et hoc cornu plenum erat olei unctionis, sicuti dictum est Samueli 1. *Sam.* XVI. 1. *Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad Isai*; & effundebabatur a principio super caput regis, & postea ungebant ad formam coronæ inter palpebras oculorum; & alii dicunt, a principio

cipio ungebatur inter palpebras oculorum, & quod reliquum erat in cornu, effundebatur ſuper ejus caput; quia plenum erat cornu. *Gemara Babyl. Horajoth* l. c. Tradiderunt ſapientes: Quomodo ungebant reges? Illita nota, quæ inſtar coronæ eſſet. Quomodo autem ſacerdotes? illita nota, quæ inſtar Chi (χ) eſſet. Quid eſt inſtar Chi? Reſpondit R. Menaſchia filius Gadæ; inſtar Caph Græci. Traditur: ab initio infundebant oleum capiti ejus, quo infuſo, poſtea indebant illi oleum inter palpebras oculorum ejus: quo inunƈto poſtea infundebant oleum capiti ejus: Ratio hujus diverſæ traditionis eſt; quia ſunt qui dicunt, unƈtionem præſtantiorem eſſe; alii autem dicunt, infuſionem præſtantiorem eſſe. Quæ ratio ejus qui dixit, infuſionem præſtantiorem eſſe? Quia ſcribitur *Levit.* VIII. 12. *Et effudit de oleo unƈtionis ſuper caput Aharon.* Et poſtea: *Et unxit eum ad ſanƈtificandum eum.* Ejus autem qui dixit, unƈtionem præſtantiorem eſſe, quæ ratio? ſcilicet putavit, quia ſic tu invenis apud vas miniſterii. Atqui ſcribitur *Levit. Et effudit.* Poſtea autem demum. *Et unxit.* Reſpondeo, ſic dicere eum voluiſſe; quare *& fudit*? Quia jam ante unxerat: *Et unxit eum ad ſanƈtificandum eum.* Tradiderunt Sapientes. *Pſal.* CXXXIII. 2. *Ut oleum illud bonum, quod deſcendit ſuper barbam Aharon.* Inſtar duarum guttarum margaritearum טפי dependebant Aharon e barba ipſius. Dixit R. Papa: Quum ipſe מספר loquebatur adſcendebant illæ, & reſidebant ei in radice crinium barbæ ejus, ne deciderent, reſeƈtis crinium apicibus. Propter rem autem hanc ſolicitus Moſe exiſtens dicebat, forte, quod tantum abſit; prævaricatus ſum in oleo unƈtionis. Quare ut Moſe ſolicitudine iſta ſupervacua liberaretur, egreſſa filia vocis, hanc vocem edebat. *Ut oleum illud bonum, quod deſcendit &c.* Hoc eſt; ſicut in rore Hermonis non committitur deliƈtum abuſus rei ſacræ; ita etiam in oleo unƈtionis, quod eſt in barba Aharon, non committitur abuſus rei ſacræ. Adhuc autem Aharon ſolicito ejus rei cauſa & dicente: Forte Moſe quidem deliƈtum abuſus rei ſacræ non commiſerit? Ego autem commiſero illud? Quare ut Aharon hac ſuperflua cura liberaretur, egreſſa filia vocis, dicebat ei. *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.* Sicut Moſe non commiſit deliƈtum abuſus rei ſacræ, ita etiam tu hac in re illud non commiſiſti. *Maimonides* l. c. כיצד מושחין את הכהן צק את השמן על ראשו וסך ממנו על גבי עיניו כמין כי יונית כזה שנאמר ויצק שמן המשחה על ראש אהרן וימשח אותו לקדשו ומלכי בית דוד מושחין אותם כמין נזר על ראשו לא ימשח במקומות אחרות ולא ירבה בשמן. Quomodo ungebant ſacerdotem? inſtillabat oleum ſuper ejus caput, & ex eo ungebat ſuper ejus oculos ad formam Chi Græci, qualis eſt figura χ, diƈtum eſt enim. *Et effudit de oleo unƈtionis ſuper caput Aharon, & unxit eum ad ſanƈtificandum.* Et reges domus David ungebantur ad formam coronæ ſuper caput eorum; at in aliis locis ungere, & oleum multiplicare non licebat. Reges præterea ungendi erant ad fontem. *Hieroſol. Sotah* 22. 3. אין מושחין את המלכים אלא על גבי המעיין שנאמר והרכבתם את שלמה בני על הפרדה אשר לי והורדתם אותו אל גיחון ומשח אותו שם צדוק הכהן ונתן הנביא וגומר. Non ungebantur reges niſi ad fontem. Diƈtum eſt enim 1. Reg. I. 33. *Et imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam & ducite eum in Gibon & ungat eum ibi Sadok ſacerdos & Nathan propheta &c. Babyl. Horajoth* l. c. Tradiderunt Sapientes: Non ungunt reges, niſi juxta fontem, eum in finem ut diutius protrahatur regnum eorum; diƈtum eſt enim 1. *Reg.* I. 33. *Et dixit Rex ad Benajam &c. Et ducite eum ad Gibon &c. Et unget eum ibi.* Vid. *Hieroſol. Horajoth* 47. 3. *Toſaptha Sanhedrin*, & *Maimonides l. c.* Præterea cornu non lenticula ungebantur Reges familiæ Davidicæ. *Hieroſol. Sekalim* 49. 4. אין מושחין מלכים אלא מן הקרן שאול ויהוא ימשחו מן הפך שהיתה מלכותן מלכות עוברת דוד ושלמה נמשחו מן הקרן שהיתה מלכותן מלכות קיימת. Non ungebantur reges niſi ex cornu; Saul & Jehu unƈti fuerunt ex lenticula, ideoque eorum regnum non fuit regnum durabile. David & Salomo unƈti ſunt ex cornu, ideoque eorum regnum fuit durabile. *Hieroſol. Horajoth* 47. 3. אין מושחין מלכים אלא מן הקרן שאול ויהוא נמשחו מן הפך היתה מלכותן מלכות עוברת דוד ושלמה נמשחו מן הקרן היתה מלכותן מלכות קיימת Non ungebantur reges niſi ex cornu; Saul & Jehu unƈti fuerunt ex lenticula, ideoque eorum regnum non fuit regnum durabile; David & Salomon unƈti fuerunt ex cornu, ideoque eorum regnum fuit regnum durabile. *Babyl. Horajoth* l. c. 1. *Sam.* II. 1. *Ex oravit Hanna? & dixit: Exultavit cor meum in Domino, exaltatum eſt cornu meum.* Dixit, *cornu meum*; non autem פכי lenticula mea exaltata eſt. Davidis & Salomonis, qui un-

unȼti ſunt per cornu, protractum eſt regnum; Saulis & Jehu, qui uncti ſunt ex lenticula 1. *Sam.* x. 1. 2. *Reg.* IX. 1. 3. non protractum eſt regnum. Vid. *Maimonides* l. c.

Per ſeptiduum oleo unctionis ungi, & veſtibus ſacris indui debuiſſe ſummum ſacerdotem conſtat ex *Exod.* XXIX. 29. ובגדי קדש אשר לאהרן יהיו לבניו אחריו למשחה בהם ולמלא בם את ידם שבעת ימים ילבשם הכהן אשר יבא אל אהל מועד לשרת בקדש. *Et veſtes ſanctæ, quæ ſunt Aharon, erunt filiis ejus poſt eum, ut in his ungatur; & his impleat manus ſuas. Septem diebus veſtietur illis ſacerdos qui ingredietur in tabernaculum ad miniſtrandum in ſanctitate.* *Siphra* 47. 3. אשר יוצק על ראשו שמן המשחה לפי שנאמר שבעת ימים ילבשם הכהן תחתיו מבניו אשר יבא אל אהל מועד לשרת בקדש שיכול אין לי אלא שנמשח שבעה ונתרבה יום אחד נמשח יום אחד ונתרבה שבעה נתרבה יום אחד ונמשח יום אחד אפילו שעה אחת מניין תלמוד לומר אשר יוצק על ראשו שמן המשחה אפילו שעה א׳ ומילא ידו ללבוש את הבגדי׳ אפי׳ שעה אחת. *Super cujus caput fuſum eſt unctionis oleum.* *Levit.* XXI. 10. Quia dictum eſt *Exod.* XXIX. 29. *Septem diebus veſtietur illis ejus vice, qui ingredietur in tentorium conventus ad miniſtrandum in ſanctitate.* Crederem hic non agi niſi de illo, qui ſeptem diebus unctus & uno die multiplicatus veſtibus eſſet, & uno die unctus, & ſeptem diebus multiplicatus veſtibus eſſet, & qui uno die unctus, & uno die multiplicatus veſtibus eſſet, vel una hora, unde probatur? ex eo quod dictum eſt: *Super cujus caput fuſum eſt oleum unctionis*; vel una hora. *Et implebit manum ſuam, ut induatur veſtibus*: vel una hora. *Toſaptha Sekalim* cap. III. כהן גדול אין נכנס לעזרה לעבודה אלא אם כן נמשח שבעה ונתרבה שבעה אף על פי שלא נמשח שבעה ונתרבה שבעה ועבד עבודתו כשרה. Summus ſacerdos non ingrediebatur in atrium ad miniſtrandum, niſi ſeptem diebus unctus & multiplicatus veſtibus fuiſſet; quamvis ſeptem diebus unctus, & veſtibus multiplicatus non fuiſſet, & miniſtraret, ejus miniſterium erat legitimum. *Maimonides* cap. IV. de ingreſſu ſanctuarii. ומתני כהן גדול הוא ראש לכל הכהנים ומושחין אותו בשמן המשחה ומלבישין אותו בגדי כהונה גדולה שנאמר והכהן הגדול מאחיו אשר יוצק ונגמר ואם אין שם המשחה מרבים אותו בבגדי כהונה גדולה בלבד שנאמר אשר יוצק על ראשו שמן המשחה ומלא את ידם ללבוש את הבגדים כשם שנתרבה בשמן המשחה כך מתרבה בבגדים כיצד מרבים אותו בבגדים לובש שמנה בגדים ופושטן וחוזר ולובשן למחר שבעת ימים יום אחר יום שנאמר שבעת ימים ילבשם הכהן תחתיו מבניו וכשם שריבוי בגדים שבעה כך משיחה בשמן שבעה יום אחר יום ואם עבד קודם שנתרבה בבגדים כל שבעה או קודם שימשח כל שבעה עבודתו כשרה הואיל ונתרבה או נמשח פעם אחת נעשה כהן גדול לכל דבר. Cunctis ſacerdotibus præficiebatur ſummus ſacerdos; qui ungebatur oleo unctionis, & induebatur veſtibus ſacerdotii magni; dictum eſt enim *Et ſacerdos maximus ex fratribus ſuis, ſuper cujus caput fuſum eſt &c.* Si defuiſſet oleum unctionis, veſtibus ſacerdotii magni multiplicabatur; dictum eſt enim: *Super cujus caput fuſum eſt oleum unctionis: Et implebit manum ſuam, ut induatur veſtibus.* Sicut ſacerdos inaugurabatur oleo unctionis, ita pariter veſtibus multiplicatur. Quomodo veſtibus multiplicabatur? Induebat octo veſtes & exuebat, atque iterum ſeptem diebus de in diem poſtridie mane induebat; dictum eſt enim. *Septem diebus veſtietur illis ejus vice de filiis ſuis.* Sicut ſeptem diebus multiplicabat veſtes ita pariter ſeptem diebus oleo ungebatur de die in diem; Si vero miniſtraverit antequam multiplicatus ſit veſtibus ſeptem diebus, aut priuſquam unctus ſit cunctis ſeptem diebus, ejus miniſterium eſt legitimum; quandoquidem ſi multiplicatus veſtibus, & unctus ſit hora una, ſummus erat ſacerdos ad omnia factus.

In templo ſecundo defuit oleum unctionis ex teſtimonio omnium Judæorum. *Hieroſol. Sekalim* 49. 3. משנגנז הארון נגנז עמו צנצנת המן וצלוחית שמן המשחה ומקלו של אהרן ופרחיו ושקדיו וארגז שהשים פלשתים אשם לאלהי ישר׳ מי גנזו יאשיהו גנזו כיון שראה שכתוב יולך יי׳ אותך ואת מלכך אשר תקים עליך אל גוי אשר לא ידעת אתה ואבותיך עמד גנזו Poſtquam abſcondita eſt arca, cum ea abſconditum eſt vaſculum mannæ, lecythus olei unctionis, & baculus Aharon & ejus flores, & amygdalæ, & ſcrinium quod dono miſerunt Philiſtæi Domino Deo Iſrael: Quis abſcondit? Joſias abſcondit? qui poſtquam vidit, quod ſcriptum eſt *Deut.* XXVIII. 36. *Ducet te Dominus & regem tuum quem conſtitueris ſuper te in gentem, quam ignoras tu & patres tui.* Surrexit, & abſcondit. *Hieroſol. Taanith* 65. 1. כל מקום שיש משיח יש ארון וכל מקום שאין משיח אין ארון ואתייא כיי דמר רבי שמואל בר ינא בשם רבי אחא חמשה דברים היה המקדש האחרון חסר מן הראשון ואלו הן אש וארון ואורים ותומים ושמן המשחה ורוח הקדש

הקדש. Ubicumque est unctus, est arca, ubicumque non est unctus, non est arca. Et sententia est juxta id quod dicit R. Samuel bar Ina nomine R. Acha. Quinque res defuerunt in sanctuario posteriori, quæ fuerunt in primo, sc. ignis, & arca, & Urim, & Thummim, & oleum unctionis, & Spiritus sanctus. Hinc Pontifices templi secundi vestibus multiplicati sunt. *Pesiktha* 10. והכהן המשיח זה משוח בשמן המשחה בזמן בית הראשון אבל מרובה בגדים היה בבית שני שאין שם שמן משחה שכבר גנוז עם הארון כדאמרינן במסכת הוריות ואותם הכהנים של בית שני נקראים מרובה בגדים על שם ארבעת כלים שלובש כהן גדול יותר מן ההדיוט חשן ואפוד ומעיל וציץ. *Et sacerdos unctus*. Hic est unctus oleo unctionis tempore primæ domus, sed multiplicatus vestibus fuit in domo secunda, ubi defuit oleum unctionis, quod fuit absconditum cum arca; sicuti dictum est in tractatu *Horajoth*; Et sacerdotes domus secundæ vocabantur multiplicati vestibus, quia præ sacerdote vulgari quatuor alias vestes induebat sacerdos magnus, sc. pectorale, Ephod, pallium, & laminam. Nullum erat discrimen inter sacerdotem unctum, & multiplicatum vestibus nisi in juvenco, qui ab uncto offertur pro omnibus præceptis. *Hieros. Horajoth* 47. 3. תני כהן משיח מביא פר מרובה בגדים מביא פר ודלא כרבי מאיר מה טעמא דרבי מאיר משיח ומה תלמוד לומר כהן להוציא למרובה בגדים מאי טעמא דרבנן משיח יכול זה המלך ומה תלמוד לומר כהן לרבות מרובה בגדים אמר רבי הילא כל מדרש ומדרש לענייני אילו נאמר משיח ולא נאמר כהן הייתי אומר על העלם דבר מביא פר ועל שגגת מעשה מביא שעיר הוי צריך הוא שיאמר כהן או אילו נאמר כהן ולא משיח הייתי אומר זה המלך אם תאמר בפר קדמה פר מלך שיוטל על העלם דבר מביא פר ועל שגגת המעשה מביא שעיר הוי צורך הוא שיאמר משיח וצורך הוא שיאמר כהן. Traditio Sacerdos unctus offert juvencum, at multiplicatus vestibus non offert juvencum; quod non est juxta sententiam R. Meir. Quænam est ratio R. Meir? Quia dictum est; *unctus* At cur dictum est *sacerdos*? Ad excludendum multiplicatum vestibus. Quænam est ratio sapientum? Quia dictum est *unctus*. Crederem hunc esse regem? At cur dictum est; *sacerdos*? ad includendum multiplicatum vestibus. Dicit R. Ela; omnis expositio juxta sensum suum. Si enim dictum esset, *unctus*, & non dictum esset, *sacerdos*; dixissem, quod propter ignorantiam rei adduceret juvencum, & propter errorem facti afferret hircum. Idcirco dicendum, *sacerdos*; Aut si dictum esset *sacerdos*, & non dictum esset, *unctus*; dixissem hunc esset regem. Si dices quod in juvenco antecedit Paraſcha regis, quod propter ignorantiam rei afferret juvencum, & propter errorem facti afferret hircum; idcirco dicendum fuit *unctus*, paritérque dicendum fuit, *sacerdos*. *Siphra* 10. משיח יכול זה המלך תלמוד לומר הכהן יכול המרובה בבגדים תלמוד לומר משיח המשיח שאין על גבי משיח. *Unctus*. Crederem hunc esse regem? Idcirco dictum est: *sacerdos*. Si sacerdos, crederem multiplicatum vestibus? Idcirco dictum est; *unctus*, unctus, cui nemo sit superior. *Babylon. Horajoth* loc. cit. Tradiderunt sapientes. Per משיח *unctum* *Levit.* VI. 15. Nequis putet forte intelligendum esse regem; ideo notanter dicendum erat: *sacerdos*. Si dictum fuisset, כהן *sacerdos*, & non unctus; ne quis putaret forte intelligendum esse sacerdotem multiplicatum vestibus; ideo notanter dicendum erat *unctus*. Si dictum fuisset משיח *unctus* omisso ה emphatico, nequis putaret forte intelligendum esse unctum belli, ideo notanter dicendum erat, והכהן המשיח *& sacerdos ille unctus*: Scilicet qui non est unctus juxta ipsum, vel pro ipso, ut sit ejus vicarius. Quo sensu id intelligitur? Sicut dixit Raba: Per הירך *femoris illius*. *Genes.* XXXII. 32. cum He Emphatico notati, intelligitur duorum femorum dexterrimum, ideoque non sinistrum; ita hic etiam per המשיח *unctum illum* cum He Emphatico notatum, intelligitur unctorum dexterrimus. h. e. summus sacerdos. Dixit Mar: Per unctum *Levit.* VI. 15. Nequis putet forte intelligendum esse regem. Rex juvencumne offert? Imo vero hircum ipse offert: Necesse esse putasne me dicere? propter errorem facti offert hircum; propter ignorantiam rei offert juvencum: significare nobis voluit. Nihil interest inter sacerdotem unctum oleo unctionis, & eum, qui per vestes multiplicatur &c. Quod hic in Mischna traditur, non est juxta sententiam R. Meir. Nam sic R. Meir: Ecce traditio est. Multiplicatus vestibus juvencum offert, qui venit propter omnia præcepta: ut sentit R. Meir. Non autem assensi sunt ei omnes sapientes. Quæ ratio R. Meir? Quia traditio est: Per *unctum Levit.* VI. 15. Nihil aliud intelligere nisi eum, qui unctus est oleo unctionis. De eo qui vestibus multiplicatur, unde probatur. Ex eo quod dictum est *Levit.* l. c. הכהן המשיח *sacerdos ille unctus*. *Paulo post*

12.

12. 2. Tradiderunt ſapientes *Levit.* XXI. 10. *Et ſacerdos ille ſummus ex fratribus ſuis*. Per hunc intelligitur ſummus ſacerdos. *Super cujus caput fuſum eſt oleum unctionis*; per hunc intelligitur unctus belli: *Et implebit manum ſuam, ut induat veſtes*. Per hunc intelligitur multiplicatus veſtibus. *Maimonides* ibid. אין בין כהן משיח בשמן המשחה למרובה בגדים אלא פר שמביא כהן המשיח אם שגג באחת המצוה שחייב עליהן חטאת שנאמר אם הכהן המשיח יחטא ונומר אבל לשאר הדברים שוין הם. Nullum eſt diſcrimen inter ſacerdotem unctum oleo unctionis, & multiplicatum veſtibus, niſi in juvenco quem offert ſacerdos unctus, ſi erraverit in aliquo ex præceptis, pro quibus tenetur ſacrificio pro peccato: Dictum eſt enim Levit. VI. 15. *Si ſacerdos unctus peccaverit &c.* At in reliquis rebus ſunt pares.

Prohibetur in textu quemquam ungi ex oleo unctionis præter ſummos ſacerdotes & reges. ואל בני ישראל תדבר לאמר שמן משחת קדש יהיה זה לי לדרתיכם על בשר אדם לא ייסך ונומר ואשר יתן ממנו על זר ונכרת מעמיו. *Et ad filios Iſrael loqueris, dicendo: Oleum unctionis ſanctitatis erit hoc mihi in generationes veſtras: Super carnem hominis non ungetur &c. Et qui dabit de eo ſuper alienum, & excidetur e populis ſuis*. *Toſaphtha Macoth* cap. 3. הסך שמן המשחה שעשה משה במדבר הרי זה חייב כרת סכו בראשו בגופו באחת מכל אבריו אף על פי שלא שפסף הרי זה חייב וכמה יסוך ויהא חייב כרת אחד הסך ואחד הניסוך במה דברים אמורים בזמן שהיו שניהם מזידין אבל אם היו שוננין פטורין אחד שוגג ואחד מזיד שוגג פטור ומזיד חייב. Qui ungat de oleo unctionis, quod fecit Moſe in deſerto, reus eſt excidii; ſi ungat caput ſuum, & corpus ſuum & aliquod ex ſuis membris, quamvis non conterat, reus eſt; & quantum unget, ut reus ſit excidii? Si alter ungat, ſive alter ungatur. De quo hæc dicta ſunt? Quando uterque prudens faciat, ſi vero per ignorantiam faciant, liberi ſunt; ſi alter imprudens, & alter prudens faciat, imprudens eſt liber, & prudens reus eſt. *Gemara Babyl. Kerithuth* 78. Tradiderunt ſapientes: Siquis ungat oleo unctionis beſtiam, aut vaſa, liber eſt ab hac pœna; ſi gentiles aut defunctos liber eſt. Recte, eum liberum eſſe, qui beſtiam, aut vaſa oleo iſto inungat: Quia ſcribitur *Exod. Super carnem hominis non ungetur*: cum beſtia & vaſa non ſint homo. Item ſiquis defunctos inungat; eum liberum eſſe; cum ſimul ac aliquis moritur, defunctus vocetur, nec amplius homo ſit; ſed ſiquis gentiles eo ungat, quare liber eſt, cum tamen & hi ſint homines? Reſpondeo eos non cenſeri pro hominibus, quia ſcribitur *Ezech.* XXXIV. 31. *Vos grex meus, & grex paſcuorum meorum, homo vos*. Scilicet vos Iſraelitæ vocamini. Atqui ſcribitur *Num.* XXXI. 36. *Et animæ hominis* 16000. Reſpondeo; ideo hoc gentiles hic vocari *homo* ut eo nomine excipiat beſtiam. Atqui ſcribitur *Jon.* IV. 2. *Plures* 120000. *hominum*. Reſpondeo & hoc dictum eſſe ad excipiendum beſtias. Aut ſi malis dicam, ſicut tradidit doctor Gemaricus primus R.Elieſer. Quicunque continetur ſub ungente, continetur ſub interdicto: *Nequaquam* ייסך *ungetur*. Et quicunque non continetur ſub eo, neque continetur ſub interdicto; ne ab aliis ſe ungi patiatur. Traditio alia: Si quis ungat oleo unctionis beſtiam, & vaſa, gentiles & defunctos, liber eſt. Si autem reges, aut ſacerdotes, eo ungat. R. Meir eum teneri hac pœna cenſet. R. Jehuda autem eum abſolvit. Quantum autem inungat oportet, ut reus fiat? R. Meir; ſi vel quantuluncunque inunxerit. R. Jehuda dicit, ſi tantam portionem inunxerit de eo, quanta eſt oliva. Atqui dixerat R. Jehuda; ungentem abſolvi. Reſpondeo: R. Jehuda tum abſolvit eum qui ungit, ſi reges aut ſacerdotes ungat; reum autem habere; ſi idiotas vel alios vulgares Iſraelitas ungat. R. Meir; & R. Jehuda in quonam diſſentiunt? Reſpondit R. Joſeph; eos in iſto loco diſſentire; quia R. Meir putavit; ſcribitur *Exod.* XXX. 32. *Super carnem hominis non ungetur*. Et ſcribitur verſ. 33. *Et qui dabit de eo ſuper alienum*. Sicut unctio intelligenda eſt de quantulocunque; ita etiam dationem intelligendam eſſe de quantulocunque. R. Jehuda autem putavit, colligi dationem quæ fit ſuper alienum, ex datione vulgari. Sicut datio vulgaris intelligitur tum eſſe, ſi cui datur tanta portio, quanta eſt oliva; ita etiam præterea dationem ſuper alienum ea menſura definiendam eſſe ſi tantum olei ejus dederit, quanta eſt oliva. Sed unctionem ad ungendum reges & ſacerdotes, quia ſcribitur omnem definiendam eſſe quantulocunque. Et dixit R. Joſeph in quonam diſſentiunt R. Meir & R. Jehuda? de regibus & ſacerdotibus. R. Meir putavit; id quod ſcribitur verſ. 33. *Et qui dederit de eo ſuper alienum* valere apud regem & ſacerdotem, qui jam (*poſtquam uncti ſunt*) pro alienis haben-

di sint. R. Jehuda autem putavit: requiri a nobis illis verbis, non dandum esse super eum, tum demum, cum quis alienus est ab initio suo, & usque ad finem suum. Regem autem & sacerdotem ab initio non fuisse alienos; cum revera ab initio uncti sint. Dixit R. Acha Et concessit R. Meir, his rationibus adductus, in sententiam R. Jehuda &c. *Paulo post fol.* 79. Dixit R. Joseph controversia est de datione olei unctionis & de mutatione, seu diversitate, quam diverse tradimus: sed de datione vulgari, communi omnium sententia statui, quod ea determinanda sit mensura olivæ quantitatis. Fundamentum. Tradidit aliquis coram R. Elieser: Quicunque continetur sub ungente, continetur sub interdicto: Nequaquam ייסך *ungetur Exod.* xxx. 32. Quicunque autem non continetur sub eo, non continetur sub interdicto, ne ab aliis se ungi patiatur. Respondit ei vers. 32. non ייסך *ungetur* scribitur. Et legitur. Non יסיך *Glossa*: *Vox* יסיך *significat*: *præcipi quod non ungere debeat*, *nisi seipsum*, *non autem quod non ungere debeat alios: præcipi unum ei*, *ut non ungat eum*: *gentilem autem non esse filium præcepti*, *seu præcepto obnoxium*) Tradidit R. Chanania coram Raba. Unde probatur de summo sacerdote, quod si acceperit de oleo unctionis, quod est super capite suo, dederitque super intestina sua, reus sit? Quia dicitur vers. 32. *Super carnem hominis non ungetur*. Dixit R. Acha filius Rabæ ad R. Aschen; id quod dixit, undenam est? Nam traditio est. Sacerdos qui ungit oleo Trumæ, seu debitæ sibi oblationis, filium filiæ suæ Israelitam, volvendo se circumrotat per ipsum, & nihil curat, seu nullum sibi ea in re facit scrupulum in conscientia. Dixit ei ibi: *Levit.* XXII. 9. *Et moriatur in eo quia profanabunt eum*: scribitur. Scilicet oleum unctionis, postquam חללים h. e. ex profano, non ab utroque parente sacerdotali semine nati sunt: ecce profanatur: sed de oleo unctionis scribitur *Levit.* XXI. 12. *Quia corona Dei ipsius super ipso* &c. Oleum unctionis vocavit illud Deus: quod etiam si est super eo, non profanatur. *Maimonides* l. c.
הסך משמן המשחה כזית במזיד חייב כרת
ובשוגג מביא חטאת קבועה שנאמר ואשר
יתן ממנו על זר ונכרת מעמיו ואין חייבין
אלא על סיכת שמן המשחה שעשה משה
שנאמר ממנו מזה שנאמר בו שמן משחת
קדש יהיה זה לי ומעולם לא נעשה שמן
אחר חוץ ממה שעשה משה אחד הסך
את עצמו ואחד הסך אחרים שנאמר ואשר
יתן ממנו על זר הסך כלים ובהמה וגוים
שהם כבהמה או שסך מתים בו פטור
שנאמר על בשר אדם לא ייסך וגומר הנותן
משמן המשחה על גבי מלך או כהן גדול
שכבר נמשחו פטור שנאמר ואשר יתן
ממנו על זר ואין אלו זרים אצלו אבל
הסך ממנו אפילו למלך וכהן גדול חייב
שנאמר על בשר אדם לא יסך כל אדם
וכהן גדול שנטל שמן המשחה מראשו
וסך במעיו חייב כרת והיא שיסוך ממנו
בכזית. Si quis de oleo unxerit, quanta est oliva, per contumaciam, reus est excidii, si per ignorantiam tenetur sacrificio pro peccato suo; dictum est enim: *& qui dabit de eo super alienum excidetur de populi suis*. At non tenentur nisi de unctione olei quod fecit Mose: dictum est enim; *qui dederit ex eo*; hoc significat de quo scriptum est. *Oleum unctionis erit hoc sanctum mihi*. At nunquam in perpetuum factum est aliud unctionis oleum, præter hoc quod fecit Mose. Tam qui se ungit, quam is qui alios ungit. Dictum est enim; *& qui dabit de eo super alienum*. Siquis ungat vasa, & bestiam, aut ethnicos, qui sunt bestiæ similes, aut ungat mortuos liber est; dictum est enim: *super carnem hominis non ungetur &c.* Si quis dabit de oleo unctionis super regem, aut super summum sacerdotem, quoniam jam uncti sunt liber est; dictum est enim. *Et qui dabit de eo super alienum*. At isti non sunt alieni; at si de eodem illo ungat vel regem, vel summum sacerdotem, reus est. Dictum est enim. *Super carnem hominis non ungetur*; omnem hominem complectitur. Si autem sacerdos summus sumat oleum unctionis de capite suo, atque ungat viscera sua, reus est excidii, si ungat, quanta est oliva.

Deinde prohibetur in textu ne oleum ad hujus similitudinem perficiatur. ובמתכנתו לא תעשו כמוהו קדש הוא קדש יהיה לכם. *Et in forma*, seu *summa ejus non facietis*, *quale hoc est*; *sanctitas illud est*; *sanctitas erit vobis*. *Tosaphta Macboth* l. c. המפטם שמן המשחה הרי זה חייב והסך ממנו פטור אלא אינו חייב משום מיעל בלבד. Qui componat oleum unctionis, reus est; si ex eo se ungat, liber est; at non tenetur duntaxat nomine prævaricationis. *Babyl. Kerithuth* 77. Siquis misceat vel conficiat hoc oleum eo tantum animo, ut modum discat, quo factum erat tempore Mosis, ut deinde tradat illud cœtui, idque non servet vel usurpet in privatum usum, tum is liber est ab hac pœna; si autem misceat eo animo, ut ex eo ungatur, tum reus est. Siquis autem alius, qui non miscuit illud,

lud, ungatur, seu ungi se patiatur ex illo ipso oleo unctionis Mosaico, tum liber est; ideo quia non fiunt rei nisi propter unctionem olei, quod fecit Mose duntaxat. Dixit Mar: Eum qui misceat oleum, eo tantum animo ut discat modum, quo factum erat tempore Mosis, ut deinde confectum reddat coetui, liberum esse unde probatur? Probatur ea *Exod.* xxx. 33. collato cum vers. 37. ubi mentio fit מתכונתו *formæ* seu *compositionis ejus*, & suffimenti vers. 37. *Non facietis vobis*. Scilicet, si fit vobis, seu vestri causa privatum in usum factum; tum hoc est quod prohibetur; sed si quis conficiat illud, ut tradat coetui, tum liber est. Ita etiam de oleo colligendum est, quod siquis illud conficiat, ut tradat coetui liber sit. At vice versa, ratio suffimenti colligi debuisset ex oleo. Ut, sicut siquis conficiat oleum ad dimidias partes: liber est: ita etiam eadem sit ratio suffimenti, quod siquis conficeret illud ad dimidias partes, liber esset. Ergo dixit Raba suffimenti ratione seu respectu, si quis illud ita conficiat, liber est: Dixit tibi Raba. De oleo scribitur vers. 33. *In forma* seu *summa ejus non facies*, *quale hoc est*. Si sit, *quale hoc est* prohibetur, sed si sit dimidia pars ejus, approbanda esse videtur. De suffimento scribitur vers. 37. *Et suffimentum quod facies*. Scilicet si sit totus actus faciendi. At fieri posset ut suffiat partem vel dimidium mane, dimidium inter duas vesperas. *Maimonides* l. c. העושה שמן המשחה כמעשה הזה וכמשקל הזה ולא הוסיף ולא גרע במזיד חייב כרת בשוגג מביא חטאת קבועה שנאמר אשר ירקח כמוהו והוא שנעשה אותו והמשח בו אבל אם עשאו להתלמד או ליתנו לאחרים פטור. Qui componit oleum unctionis juxta hanc compositionem & pondus, neque augeat, neque diminuat, per contumaciam, reus est excidii, si per imprudentiam, tenetur sacrificio pro peccato stabili; dictum est enim. *Et in forma*, seu *summa ejus non facietis*, *quale est hoc*. Dummodo hoc faciat, ut eo se ungat: at si faciat, ut addiscat, aut det aliis liber est.

Olei unctionis cura asservandi commissa est Eleazaro primogenito Aharon, qui patri in Pontificatu successit. *Num.* IV. 16. ופקדת אלעזר בן אהרן הכהן שמן המאור וקטרת הסמים ומנחת התמיד ושמן המשחה פקדת כל המשכן וכל אשר בו בקדש ובכליו. *Et committatur Eleazaro filio Aharon sacerdotis oleum pro lucernis, & suffitus aromatum, & munus quotidianum, & oleum unctionis, custodia totius tabernaculi, & omnium vasorum, quæ in illo sunt*. In tabernaculo asservabatur, uti constat ex I. *Reg.* I. 39. ויקח צדוק הכהן את קרן השמן מן אהל וימשח את שלמה. *Sumsitque Sadoch sacerdos cornu olei de Tabernaculo; & unxit Salomonem*. Ubi *Raschi*. את קרן השמן משמן המשחה שעשה משה מן אהל שהארון נתון בעיר דוד וצלוחית של שמן המשחה לפני הארון כמו שאנו שנין בסדר יומא. *Cornu olei* de oleo unctionis, quod fecit Mose: *de tabernaculo*: quia arca collocata erat in civitate David; Et lecytus olei unctionis coram arca, sicut legimus in tractatu Joma. *Radak*. את קרן השמן הוא שמן המשחה מן האהל מאהל מועד כי שם היה שמן המשחה ואף על פי אהל מועד היה בזמן ההוא בגבעון הלך שם צדוק או שלח להביאו ואף על פי שאמר כי צלוחית של שמן המשחה היתה נתונה לפני הארון זה היה כשהארון היה באהל מועד כשהוציאו משם למלחמת פלשתים הצלוחית וצנצנת המן הניחו שם באהל מועד ולא לקחו משם אלא הארון ואם הביאו הצלוחית ואחר כך והניחוה לפני הארון. *Cornu olei*; hoc erat oleum unctionis; *de tabernaculo conventus*; quia ibi erat oleum unctionis; & quamvis tabernaculus conventus tum esset in Gabaon, illuc se contulit Sadoch, aut misit, qui adduceret; & quamvis dicatur de lecytho olei unctionis, quod esset collocatus coram arca; hoc factum est; quando arca erat in tabernaculo conventus, quando vero illam eduxerunt ad bellum Philistæorum, lecythum, & vasculum mannæ in tabernaculo conventus reliquerunt, neque inde acceperunt nisi arcam; si vero adduxerunt lecythum, deinde posuerunt coram arca.

Unctionum, & unguentorum species variæ apud Veteres, quas præcipue illustrabimus ex cl. *Reineri Vervvey* dissertatione de variis unctionum generibus. Trojanis temporibus μύρα Græcis incognita. *Plinius* lib. XIII. I. Quis primus (*inquit*) invenerit non traditur. Iliacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur. Oleo simplici commixto e fruticibus odore, præsertim rosa utebantur. Rosaceum oleum laudat *Homerus* Iliad. lib. XXIII. ubi Venus Hectorem ῥοδόεντι χρῖεν ἐλαίῳ *Rosaceo oleo inunxit*. *Photius* ex *Ctesiæ* excerpt. Indicis multa refert oleorum & unguentorum genera. ὅτι λίμνη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς σταδίων ὀκτακοσίων ἡ περίμετρος, ἐν ᾗ ἀνέμου μὴ πνέοντος ἐπάνω τῆς λίμνης ἔλαιον, ὡς τὸ ἡμέτερον ἐφίσταται, καὶ πλοιαρίοις πλέοντες δι᾽ αὐτῆς, ἐκ μέσης αὐτῆς σκαφίοις τοῦ ἐλαίου ἀπαρύονται καὶ χρῶνται. χρῶνται δὲ καὶ ση-

σάμῳ. καὶ τῷ καρυΐνῳ δὲ χρῶνται. κρεῖσσον δὲ τὸ λιμναῖον. Lacus est apud eos octingentorum stadiorum ambitum habens, cui quoties a nullo vento agitur, oleum nostro simile supernatat. Quod quidem ex ejus medio scaphiis hauriunt, navigiolis per eum navigantes, atque eo utuntur; utuntur autem & oleo & sesamo, & ex nucibus, sed præstantius est, quod e lacu illo hauritur. *Idem ibid.* οἱ δὲ ἄνδρες οὐ λούονται μὲν, τὰς δὲ χεῖρας ἀπονίζονται. Ἐλαίῳ δὲ χρίονται τρὶς τοῦ μηνὸς, τῷ ἀπὸ τοῦ γάλακτος γινομένῳ καὶ ἐκτρίβονται δέρμασι. At viri se non lavant, sed manus duntaxat abluunt. Sed ter in mense oleo se ungunt, quod e lacte conficitur, & se pellibus abstergunt. *Et paulo post de oleo ex quodam verme confecto.* Ἀγρεύσαντες δὲ τριάκοντα ἡμέρας κρεμῶσιν αὐτὸν καὶ ἀγγεῖα, ὑποτιθέασι. καὶ ῥεῖ ἐξ αὐτοῦ ὅσον δέκα κοτύλας Ἀττικὰς τὸ πλῆθος. Ὅταν δὲ παρέλθωσιν αἱ τριάκοντα ἡμέραι ἀπορρίπτουσι τὸν σκώληκα, καὶ τὸ ἔλαιον ἀσφαλισάμενοι, ἄγουσι τῷ βασιλεῖ μόνῳ τῶν Ἰνδῶν. Τοῦτο τὸ ἔλαιον, ὡς πῦρ, ἐφ' ᾧ ἂν ἐπιχυθῇ ἀνάπτει, καὶ καταφλέγει ξύλα καὶ ζῶα, καὶ ἄλλως οὐ σβέννυται εἰ μὴ πηλῷ πολλῷ καὶ τε παχεῖ. Ubi cæperunt, per triginta dies suspensum, vasis suppositis relinquunt, intra quod tempus ex eo distillant, quæ decem Cotylas Atticas implere possint. Elapsis triginta diebus ipsum vermem abjiciunt, oleum autem adhibitis custodibus ad solum Indorum regem mittunt. Oleum hoc, id cui superfusum fuerit, accendit, & ligna pariter animaliaque comburit, soloque luto, eo quidem crasso, extingui potest. *Posthæc præstantissimum oleum myrorhodinum describit.* ὅτι ἐστὶ δένδρα ἐν Ἰνδοῖς ὑψηλὰ ὥσπερ κέδρος ἢ κυπάριττος, τὰ δὲ φύλλα ὥσπερ φοίνιξ, ὀλίγον πλατύτερα. ὀνομάζεται δε Ἰνδιστὶ μὲν Κάρπιον, Ἑλληνιστὶ δὲ μυρορόδα. ῥέουσι δ' ἐξ αὐτῶν ἐλαίου σταγόνες, ἃς ἐρίῳ ἀναψῶντες ἀπὸ τοῦ δένδρου, ἀποπιέζουσιν εἰς ἀλαβάστρους λιθίνους. ἐστὶ δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ἀτρέμας ὑπέρυθρον καὶ ὑποπαχὺ, ὄζει δὲ πάντων ἥδιστον. ὄζειν δὲ φασὶν αὐτὸ καὶ ἐπὶ πέντε σταδίους. Habent Indi arbores cedro aut cupresso proceritate pares, quarum folia palmæ foliis paulo latiora, alioqui sunt similia. Nomen illis est Indicum Carpion, Græcum vero Miroroda. Ex illis olei guttæ destillant, quas lana arbori impressa excipientes in lapideos Alabastros, illam exprimendo infundunt. Est autem id subrubrum & crassiusculum, adeoque fragrans, ut ad quinque stadia ejus odor perveniat. *Herodotus* in Euterpe Ægyptiorum unguenta describit. Ἀλείφατι δὲ χρέωνται Αἰγυπτίων οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες, ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ τὸ καλέουσι μὲν Αἰγύπτιοι Κίκι. ποιεῦσι δὲ ὧδε. παρὰ τὰ χείλεα τῶν τε ποταμῶν καὶ τῶν λιμνέων σπείρουσι, τὰ σιλλικύπρια ταῦτα. τὰ γὰρ ἐν Ἕλλησι αὐτόματα ἄγρια φύεται, ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ σπειρόμενα καρπὸν φέρει πολλὸν μὲν δυσώδεα δέ. τοῦτον ἐπεὰν συλλέξωνται, οἱ μὲν κόψαντες ἀπιποῦσι. οἱ δὲ καὶ φρύξαντες ἀπέψουσι, καὶ τὸ ἀπορρέον αὐτοῦ συγκομίζονται. ἐστὶ δὲ πῖον, καὶ οὐδὲν ἧσσον τοῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ προσηνές, ὀδμὴν δὲ βαρέαν παρέχεται. πρὸς δὲ τοὺς κώνωπας ἀφθόνους ἐόντας τάδε σφί ἐστὶ μεμηχανημένα. Ægyptii, qui palustria accolunt, unguento utuntur ex fructus Sillicypriorum, quod appellant Ægyptii Kiki, hunc in modum conficientes. Sillicypria hæc, quæ apud Græcos ultro nascuntur; ad oras fluminum stagnorumque serunt, multum quidem fructum ferentia, sed graveolentem. Hunc ubi collegerunt, alii contusum ad ignem, alii in sartagine coquunt, & quod ex eo defluit, excipiunt, pingue quiddam, & non minus ad lucernas idoneum, quam oleum, sed graveolentiam exhibens. Sunt autem adversus culices, quorum magna vis est, hæc ab iis excogitata.

Inter Græcos & Romanos præ ceteris unguentis *Nardinum* fuit celebratum. *Nardus* pro locorum varietate varia sortita est nomina. *Horatius* lib. II. Od. II. *Nardum Assyriam* dixit pro *Syria*, non quod in Syria nasceretur, sed quod montis, ubi nascitur, pars una Syriam, & altera Indiam respicit. *Achæmeniam* quoque *Nardum Horatius* in Ephod Od. 13. appellavit.

Nunc & Achæmenia
Perfundi Nardo juvat.

Costum Achæmenium Tibullus appellat lib. III. Eleg. 6. Nardinum unguentum ex variis oleis commiscebatur. Constabat enim *Omphacino*, *Balsamino*, *ligno Balsami*, *flore junci odorati*, *calamo odorifero aromatico*, *amaraca*, *costo*, *amomo*, *nardo*, *cassia odorata*, *fructibus Balsami*, *& myrrha*; quo pretiosius fieret, adjungebatur cinnamomum. *Plinius* lib. XIII. 2. Nardinum (*inquit*) sive foliatum constat omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Hinc celebratur apud *Marcum*: Νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς. Pretiumque ejus indicatur. Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων. Caussam tanti pretii indicat If. *Casaubonus* Exer. XIV. quod nempe illis temporibus unica fuerit urbs Ladicea, quæ unguentum hujusmodi cum laude effecerit. Nec multo ante Galeni tempora in

in aliis etiam urbibus cæperit fieri. Celebratur quoque ab *Horatio*, qui cadum integrum vini optimi exiguo nardi vaſculo comparari poſſe ſcribit lib. IV. Od. 12.

Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Quædam unguenta e floribus compoſita erant. *Rhodinum* memoratur a *Plinio* l. c. Sed divulgata maxime unguenta crediderim roſa, quæ plurima ubique gignitur. Itaque ſimpliciſſima rhodini mixtura diu fuit, additis omphacio, flore roſæ, crocino, cinnabari, calamo, melle, junco, ſalis flore, aut anchuſa, vino. *Cyprinum*, poſthæc memoratur, de quo *Plinius* l. c. Et idem cyprinum ex cypro & omphacio, & cardamomo, calamo, aſpaltho, obrotano. Aliqui & in cyprinum addunt myrrham & panacen. Hoc optimum Sidone, mox Ægypto, ſi non addatur ſeſaminum oleum. Durat & quadriennio. Excitatur cinnamomo. *Baccarinum*, memorat *Ariſtophanes*, de quo multo apud Comicos, & præcipue Hipponacem, qui ſcribit: Βακκάρει δὲ τὰς ῥῖνας ἤλειφεν. *Æchylus*. Ἐγώγε τὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα. *Peto Baccarinum & unguentum*: Erat & *Crocinum*, de quo *Plinius* l. c. Similis ratio & in Crocino, additis cinnabari, anchuſa, vino. Erat & *Myrrhinum*, de quo *Plinius* ibid. Myrrha & per ſe unguentum facit ſine oleo, ſtacte duntaxat, alioquin nimiam amaritudinem affert.

Cetera unguenta ex herbarum foliis fiebant; quale erat *Amaracinum* ex Amaraco dictum; quæ herba a Syris & Ægyptiis *Sampſucum* dicebatur, de quo *Plinius* lib. XXI. cap. 11. Amaracum Diocles Medicus & Sicula gens appellavere, quod & Ægyptus, & Syria ſampſucum. Et *Dioſcorides* affirmat σάμψυχον a Cizycenis, a Siculis Amaracum appellari. Hoc unguentum memorat *Lucretius* lib. VI.

Denique Amaracinum fugitat ſus,
& timet omne
Unguentum. Nam ſetigeris ſubus
acre venenum eſt.

Hinc *Gellius*. Vetus (*inquit*) adagium eſt, nihil cum fidibus graculo, nihil cum Amaracino ſui. Celebratiora unguenta fiebant ex radicibus arborum, inter quæ prædicatur *Cinnamominum*, de quo *Plinius* l. c. Cinnamomino adjicitur balaminum oleum, xylobalſamum, calamus, juncus, balſami ſemina, myrrha, mel odoratum. Unguentorum hoc craſſiſſimum. Pretia ei a XXXV. ad X. CCC.

Erat & unguentum, quod *Ambroſia* dicebatur, de quo *Athenæus* Deipnoſophiſt. lib. IX. ἡ δ' Ἀμβροσία ὕδωρ ἀκραιφνὲς ἔλαιον, παγκαρπία. ἅπερ ἔμβαλλε. Eſt autem Ambroſia, aqua pura, oleum, & fructuum omne genus: hæc miſce ad ambroſiam.

Narciſſinum (inquit *Plinius* l.c.) quoque ex flore Narciſſi deſiit componi. Ratio faciendi duplex ſuccus & corpus. Ille olei generibus fere conſtat, hoc odorum. *Plutarchus* Sympoſ. lib. III. Probl. 1. ſcribit hunc florem torporem inducere. Καὶ τὸν Νάρκισσον (ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ) ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις.

Oenanthinum (inquit *Plinius* l. c.) in Cypro, deinde in Ægypto præpoſitum, poſtea Adramittio. *Megalinum* memorat *Dioſcorides* lib. I. cap. 46. quod *Plinius Megalium* appellat. Poſtea (*inquit*) multo ſucceſſit propter gloriam appellatum Megalium, ex oleo balanino, balſamo, calamo, junco, Xylobalſamo, caſia, reſina. Hujus proprietas ut ventiletur in coquendo, donec deſinat olere. Rurſus refrigeratum odorem ſuum capit. *Athenæus* lib. XX. ab inventore Megallo, Siculo ita dictum affirmat. *Telinum* (inquit *Plinius* l. c.) fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, fœno græco, melle, melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Mæandri poetæ Comici ætate: *Iſidorus* lib. IV. cap. 12. a Delo inſula Telinum fuiſſe dictum vult. Unguenta (*inquit*) quædam dicuntur a locis, ut Telinum, cujus Julius Cæſar meminit, dicens: Corpus ſuavi Telino ungimus. Hoc conficiebatur in inſula Delo, quæ eſt una e Cycladibus. Quod falſum eſt; quod juxta *Dioſcoridem* lib. I. cap. 18. μύρον τήλινον dicatur, quia præcipua pars, ex qua conficiebatur, erat τῆλις, Latine *fœnum Græcum*. Erat & *melinum*, de quo *Plinius* ibid. E malis quoque cotoneis, & ſtrutheis fit oleum (ut dicemus) melinum, quod in unguenta tranſit, admixtis omphacio, cyprino, ſeſamino, balſamo, junco, caſia, abrotano. *Suſinum* præterea memorat *Plinius* l. c. Suſinum (*inquit*) tenuiſſimum omnium eſt. Conſtat ex liliis, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aſpaltho.

Unguentum regium l. c. cap. 2. *Plinius* celebrat. Ergo regale unguentum appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur; conſtat myrobalano, coſto, amomo, cinnamomo, comaro, cardamomo, nardi ſpica, maro, myrrha, caſia, ſtyrace, ladano, opobalſamo, calamo, juncoque Syrio, oenanthe,

the, malobathro, ſerichato, cypero, aſpaltho, panace, croco, cypro, amaraco, colato melle, vino.

Sed ſatis de unguentis; nunc de unguentorum uſu in ſacris. Deorum ſimulacra in conſecratione ungebantur. *Arnobius* lib. I. Lubricatum (*inquit*) lapidem, & ex olivo unguine ſordidatum tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar, & beneficia poſcebam nihil ſentiente de trunco. *Minutius Felix* ad Marcum Fratrem. Non boni viri eſt, Marce frater, hominem domi foriſque lateri tuo hærentem, ſic in hac imperitiæ vulgaris cœcitate deſerere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos ſane & unctos, & coronatos. *Lucianus* in Deorum concilio. Αλλὰ ἤδη πᾶς λίθος, καὶ πᾶς βωμὸς χρησμωδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ, καὶ στεφάνους ἔχῃ, καὶ γόητος ἀνδρὸς εὐπορήσῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν. Sed jam lapis omnis, omniſque ora vaticinatur, quæ ſit oleo perfuſa, & coronas habeat, cuique vir præſtigiator ſuppetat. *Athenæus* lib. IX. Deipnoſoph. Διὸς Κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε. Καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα στέψαντα ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ μετώπου ἄωτον κρόκινον κρεμαννύμεναι καὶ ἐνθεῖναι ὅτι εὕρῃς. ἐγχεῖν ἀμβροσίαν. Jovis Cteſii ſigna ita ſtatuenda: Cadiſcum novum utrinque anſatum operculo tegendum: Simulacri auribus coronam e lana alba imponito. Ex humero ejus dextro lanam ſuſpendito coloris crocei: amicito etiam ut erit tibi commodum, deinde Ambroſiam illi affundito. *Bætilos* ſuos Ethnici oleo perfundebant. *Pauſanias* in Phocicis. Τούτου καὶ ἔλαιον ὁσημέραι καταχέουσι, καὶ κατὰ ἑορτὴν ἑκάστην ἔρια ἐπιτιθέασι ἀργά. Hunc quotidie oleo perfundunt, ſinguliſque feſtis lanam in eo ponunt rudem. *Termini* quoque ungi ſoliti ſunt. *Siculus* Flaccus. Cum terminos (*inquit*) diſponerent, ipſos quoque lapides in ſolidam terram certos collocabant, proxime ea loca, quibus foſſis factis defixuri eos erant. Et unguento velaminibuſque & coronis eos coronabant. In foſſis autem in quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiaque immaculata cæſa, facibus ardentibus injectis, foſſæ cooperati ſanguinem inſtillabant, eoque thura & fruges jactabant; favos quoque & vinum aliaque, quibus conſuetudo eſt terminis ſacrum fieri. Conſumtiſque omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapides collocabant; atque ita diligenti cura confirmabant; adjectis etiam quibuſdam ſaxorum fragminibus circumcalcabant quo firmius ſtarent. Tale ergo ſacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant. *Apulejus* Floridorum lib. I. Ut ferme (*inquit*) religioſis viatoribus moris eſt, cum aliquis lacus, aut aliquis locus ſanctus in via oblatus eſt, votum poſtulare, donum apponere, pauliſper aſſidere. *Et mox*. Neque enim juſtius religioſam moram viatori objecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata; vel enim colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus. *Apulejus* iterum in Apolog. Nam ut audio, percenſentibus iis, qui iſtum novere, nulli Deo adhuc ævi ſupplicavit, nullum templum frequentavit. Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere. Iſte vero ne diis rurationis, qui eum paſcunt, ac veſtiunt, ſegetis ullas, aut vitis aut gregis primitias impartit. Nullum in villa ejus delubrum ſitum, nullus locus conſecratus. Et quid ego de luco & delubro loquor? Negant vidiſſe ſe qui fuere, unum ſaltem in finibus ejus aut lapidem unctum, aut ramum coronatum.

Plantæ quoque Diis conſecratæ oleo ungebantur. Hinc Spartanæ puellæ apud *Theocritum* Idyl. XVIII. in Helenes Epithalamio

Πρῶται δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λαζόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον.

Primæ autem tibi ex argentea Pyxide humidum unguentum
Capientes, ſtillabimus ſub umbroſam platanum.

Mos lapides ungendi colendique originem proculdubio cepit ab eo lapide, quem erexit in ſtatuam Patriarcha Jacob in Bethel de quo *Geneſ.* XXVIII. 18. וישכם יעקב בבקר ויקח את האבן אשר שם מראשתיו וישם אתה מצבה ויצק שמן על ראשה. *Et ſurgens Jacob mane, & accepit lapidem, qui erat ſub ejus capite, & poſuit eum ſtatuam.* Et mox ויקרא את שם המקום ההוא בית אל. *Et vocavit nomen loci illius Bethel.* Hinc hujuſmodi lapides Ethnici βαιτύλους dixerunt. Quæ ſententia confirmatur ab Judæorum traditione qui dicunt. Quamvis conſecrationem hanc Deus ratam habuerit, ſicuti dictum eſt *Geneſ.* XXXI. 13. *Ego ſum Deus ille, fortis, Deus Bethelis, ubi unxiſti ſtatuam*; atque ille cippus temporibus Pa-

Patriarcharum amatus fuerit: postea tamen oderit eum, propterea quod Chananæi deduxerunt illum in ritum Idololatriæ. Verisimile est Chananæos hunc lapidem adorasse, aliosque illi similes extruxisse, & ad imitationem Jacobi oleo unxisse, ac consecrasse. *Augustinus* lib. xvi. cap. 38. de Civit. Dei. Nec more (*inquit*) Idololatriæ lapidem perfudit oleo Jacob, veluti faciens illum Deum. Neque enim adoravit eundem lapidem, vel illi sacrificavit.

Sed missis unctionibus sacris, de profanis multa dicenda sunt. Palæstritæ oleo ungebantur. Hinc Græci Palæstras λιπαρὰς nominant, idest *pingues* & *oleo nitidas*, eo quod certaturi ungerentur, teste Scholiaste *Theocriti*. λιπαρὰν δὲ λέγει παλαίςραν ἐπεὶ οἱ παλαίοντες ἐλαίῳ πρότερον ἠλείφοντο, εἶτα ἐπάλαιον. De hoc fit mentio apud *Clementem Alexandrinum* Pædagog. lib. II. cap. 8. Καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ τοῖς μελίτταις καὶ τοῖς ἐν τόμοις ἐςὶ πολέμιον ζώοις. Ἀνθρώπων δὲ τοὺς μὲν ὠνησεν ἔςι δὲ οὓς εἰς μάχην ἐξεκαλέσατο. καὶ τοὺς πρότερον φίλους ἀλληλιμμένους τοῦτο ἐν τοῖς ςαδίοις ἐκτρέπει εἰς τὸ τῆς ἀγωνίας πάμμαχον. Hoc unguentum, quo Luctatores utebantur fiebat subacta oleo cera, addito pulvere Ægyptio, ideoque *Ceroma* dictum. *Martialis* lib. IV. Epigr. XIX.

Seu lentum Ceroma teris.

Hospites, qui in ædes alicujus divertebant, ungebantur. Sic Telemachus & Pisistratus in ædes Menelai adventantes lavantur ab ancilla, & unguntur, uti videre est apud *Homerum* Od. IV. Apulejus Metamorph. lib. I. Fotis (*inquit*) sarcinulas hospitis susceptas cum fide conde in illud cubiculum: ac simul e promtuario oleum unctui, lintea tersui, & cetera huic eidem usui profer ocyter; & hospitem meum produc ad proximas balneas, satis arduo itinere, atque prolixo fatigatus est. *Apulejus* iterum ibid. lib. I. Illico (*inquit*) lavacro trado. Quod unctui quod tersui opus, ipse præministro. Sordium enormem eluviem exfrico &c. Post lotionem ungere sese consuevisse docet *Eustachius* Iliad. x. ἐλαίῳ δ' ἐχρίζοντο οἱ λουσάμενοι ἐμφράττοντες τοὺς σωματικοὺς πόρους; ὡς ἂν κατὰ λοῦτρον ςέγοιεν τὴν ὑγρότητα. Hinc conqueritur *Christus* apud *Lucam* VII. 44. de Simone leproso dicens. *Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacbrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti; hæc ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti; hæc autem unguento unxit pedes meos.*

In tanta veterum laxuria varia variis corporis partibus unguenta assignata, uti videre est apud *Athenæum*. Caput collum, supercilia, ac capilli oleo *Serpellino* inungebantur, & apud Thoricenses, *Amaracino*; genæ & mammillæ φοινικίνῳ, genua & collum ἑρπυλλίνῳ, brachiorum unum *Sisymbrino*; & tibiæ a genu usque ad imos ungues μύρῳ Αιγυπτίῳ, ossa nervique *Cressino*, & *Amaracino*, nares *Baccarino* teste *Hipponace* βακκάρει δὲ τὰς ῥῖνας ἤλειφεν. Apud Græcos & Romanos caput & capilli *Nardo* perfundebantur. *Tibullus* lib. III. Eleg. 6.

Jamdudum Tyrio madefactus tempora Nardo.

Et *Amomo*. *Martialis* lib. VIII. Epig. 76.

Si sapis Assyrio semper tibi crinis Amomo
Splendeat.

Balsamo. *Juvenalis* Satyr. II.

- - - - hirsuto spirant opobalsama collo

Myrobalano *Horatius* lib. III. Od. 29.

Pressa tuis balanus capillis

Et *Myrrha* Idem lib. III. Od. 14.

Myrrheum nodo cohibere crinem.

Pomponius Porphyrio hoc loco legit *myrteum*. Colorem (*inquit*) myrteum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flavum & nigrum. Quæ lectio confirmatur a *Tibullo* lib. III. Eleg. 4.

Stillabat Tyrio myrtea rore coma.

Ex *Virgilio* tamen legendum est *myrrheum*

- - - - - - crines
Vibrati calido ferro, myrrhaque madentes.

Et *Ovid.* lib. v.

Et madidos myrrha currum crinale capillos

Et Malobathro. *Horatius*

- - - - - - nitentes
Malobathro Syrio capillos.

Vel mœchæ pauperrimæ crines ungebant, uti videre est in *Martiale* lib. III. Epigr. 82.

Et Cosmianis fusis ampullis
Non erubescit murice aureo nobis
Dividere mœchæ pauperis capillare.

Non bene olebant, qui unguentis olerent teste *Martiale* lib. II. Epigr. 12.

Esse quid hoc dicam, quod oleat tua basia myrrham,
Quodque tibi est semper non alienus odor?

Hoc

Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Posthume, semper:
Posthume, non bene olet qui bene semper olet.

Hinc *Cicero* ad *Atticum* Epist. I. commendat mulieres, qui unguenta odorifera negligunt. Quanquam (*inquit*) tua illa horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant: & ut meliores ita bene olere, quia nihil olebant, videbantur. Ut calvitiem dissimularent se unguentis ungebant. *Martialis* lib. VI. Epigr. 57.

Mentiris fictos unguento, Phæbe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calva comis.
Tonsorem capiti non est adhibere necesse,
Radere te melius spongia, Phæbe, potest

Alii unguentis usi sunt ad ostentandam luxuriam. *Claudianus* de bello Gildon.

Umbratus dux ipse rosis, & marcidus ibit,
Unguentis crudusque cibi.

Et *Lucianus* in libro de Amoribus. ὁ πόσαις δὲ ἀρκεῖν ἡ μέλαινα χαίτη νομίζεται, τῶν γεγαμηκότων πλῦτον εἰς ταύτην ἀναλίσκυσιν, ὅλην Αραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τειχῶν ἀποπνέυσαι. Aliæ vero, quibus nigra coma videtur ad formam sufficere, omnes maritorum opes in hanc impendunt, totam pene Arabiam ex capillis spirantes. *Cicero* pro Roscio Amerino: Ipse vero (*inquit*) quemadmodum composito & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterva togatorum, videtis Judices. *Archestratus* apud *Athenæum* lib. II. Ut semper habeant caput floribus omnis generis, quos terra fert, redimitum, & unguentis liquidis ac suavibus comam delibutam. *Seneca* Thes. Act. V. in choro

Quis me prohibet flore recenti
Vincire comam prohibet, prohibet
Vernæ capiti fluxere rosæ,
Pingui madidus crinis amomo
Inter subitos stetit horrores.

Statius

Nec pingui crinem deducere amomo.

Ovidius

Spissaque de nitidis tergit amoma comis.

Sidonius Apollinaris

Indus odorifero crinem madefactus amomo.

Anacreon in pluribus locis

Ἐμὲ μᾶλλον ὡς ἐπιζῶ
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον
Potius manente vita
Roseas meo corollas
Capiti serasque odores.

Lucanus lib. X. Pharsal.

Accipiunt sertas nardo florente coronas
Et nunquam fugiente rosa multumque madenti
Infudere comæ, quod nondum evanuit aura
Cinnamon, externas nec perdidit aera terras
Advectumque recens vicinæ messis amomum.

Catullus Epigr. X.

Respondi id quod erat, mihi nec ipsi
Nec prætoribus esse, nec cohorti,
Cur quisquam caput unctius referret.

Tibullus lib. II. Eleg. 2.

Illius puro distillent tempora nardo.

Sextus Propertius lib. III. Eleg. 9.

Sit mensæ ratio, noxque inter pocula currat,
Et crocino nares murrheus ungat onyx.

Vina unguentis mixta potabantur. *Ælianus* Histor. lib. XII. cap. 31. μύρῳ οἶνον μιγνύντες ὅτως ἔπινον. *Juvenalis* Satyr. VI.

Cum perfusa mero spumant unguenta falerno,
Cum bibitur concha.

Martialis Epig. 108.

Hac licet in gemma, quæ servat nomina Cosmi,
Luxoriose bibas, si foliata sitis.

De unguento *foliato* jam supra dictum est; Verisimile est fuisse *Nardinum*, de quo *Plautus* in Milite Gloriosl. Act. III. Scen. 2.

Demisit Nardini unam amphoram Cellarius.

Lucianus in Nigrino. τύτυς γὰρ εἶναι τὺς μέσυ χειμῶνος ἐμπιπλαμένυς ῥόδων. καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ παράκαιρον ἀγαπῶντας. τύτυς εἶναι τὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας. Hos illos esse, qui media etiam hyeme rosis opplentur; earumque raritatem intempestivam amant; hos illos esse, qui unguenta bibunt. *Catullus* Epigr. 64.

Quam jucunda mihi munera libet onyx.
Vester onyx casto colitis quæ jura cubili.

Horatius lib. IV. od. 12.

- - - Nardo vina merebere
Nardi parvus onyx eliciet cadum.

Pli-

Plinius libr. XIV. cap. 13. Lautiſſima (*inquit*) apud priſcos vina erant, myrrhæ odore condita, ut apparet in *Plauti* fabula, quæ *Perſa* inſcribitur, quanquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dorſennus his verſibus decernit

Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.

Et in Achariſſione.

Panem & polentam, vinum, murrhinam.

Scævolam quoque & Lælium, & Arteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in *Pſeudolo* ſit.

Quod ſi opus eſt ut dulce promat
Indidem, ecquid habet? rogas?
Murrhinam, paſſum, defrutum mellinam.

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, ſed inter dulcia quoque nominatam. Celebrata eſt luxuria Coſmi cujuſdam, qui ſe immergebat in vas æneum multis ac diverſis odoribus plenum, de quo *Juvenalis* Sat. VI.

- - - - Et Coſmi toto mergatur aheno.

Hinc luxurioſi *uncti* dicebantur. *Juvenalis*

- - - - Unctamque Corinthum.

Juvenes ut Amaſiis placerent, unguentis delibuti erant. *Horatius* Ephod od. 5.

Senem, quod omnes rideant adulterum
Latrent ſuburbanæ canes
Nardo perunctum, quale nec perfectius
Meæ laborarunt manus.

Apulejus lib. VI. Metamorph. Et ecce (*inquit Pſyche*) inepta ego divinæ formoſitatis gerula, quæ nec tantillum quidem indidem mihi delibo, vel ſic illi amatori meo formoſa placitura. Hinc *Veneri* unguenta aſſignantur. *Statius* Sylv. lib. III.

- - - - - Maternoſque rogos unxiſtis amomo.

Lucianus in Icaromenippo deſcribens Deorum convivium. ϗ ἄρτον ἡ Δημήτηρ παρεῖχε, ϗ ὁ Διόνυσος οἶνον, ϗ ὁ Ηρακλῆς κρέα, ϗ μύρτα ἡ Αφροδίτης. Pro μύρτα legendum μύρα *unguenta*.

Facies quoque unguentis delibutæ. *Plautus* in Moſtell. Act. I. Scen. 2.

P. Tum tu igitur cedo parpuriſſeum. S. Non do: ſcita es tu quidem:
Nova pictura interpolare vis opus lepidiſſimum:
Non iſtanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere,
Neque ceruſſam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.

Idem Trucul. Act. II. Scen. 2.

Quia adeo fores noſtras unguentis uncta es auſa accedere,
Quia quæ iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.

Tertullianus lib. de cultu Fœminarum. Quæ cutem (*inquit*) medicaminibus ungunt, genas rubore maculant. *Et alibi*. An cum ceruſſa, purpuriſſo, & croco, & in illo ambitu capitis reſurgatis?

In nuptiis, ludis, diebus feſtis, & lætis ſe ungi conſueverant veteres. *Apulejus* IV. Miles. Nam viſa ſum mihi (*inquit*) de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipſo violenter extracta, per ſolitudines avias infortunatiſſimi mariti nomen invocare, eumque ut primum meis amplexibus viduatus eſt, adhuc unguentis madidum coloris floridum conſequi me veſtigio. *Idem* lib. VI. deſcribens Amoris & Pſyches nuptiale convivium. Vulcanus (*inquit*) cœnam coquebat: Horæ roſis & ceteris floribus purpurabant omnia: Gratiæ ſpargebant balſama: Muſæ voce canora perſonabant &c. *Horatius* Epod Od. 13.

Nunc & Achæmenia
Perfundi Nardo juvat, & fide Cyllenea
Levare diris pectora
Sollicitudinibus.

Tibullus lib. I. Eleg. 7.

Huc ades & centum ludos, Geniumque choreis
Concelebra, & multo tempora funde mero:
Illius & nitido ſtillent unguenta capillo.

Idem lib. II.

Ipſe ſuos Genius adſit viſurus honores
Illius puro diſtillent tempora nardo.

In conviviis & compotationibus præcipue unguenta uſitata. *Juvenalis* Sat. IX.

Dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas
Poſcimus.

Horatius lib. II. Od. 3.

Qua pinus ingens, albaque populus
Umbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis, qua obliquo laborat
Lympha fugas trepidare rivo.
Huc vina & unguenta, & nimium breves
Flores amænæ ferre jube roſæ.

Idem alibi

Cur non ſub alta vel platano, vel hac
Pinu jacentes ſic temere - - -
Dum licet, Aſſyriaque Nardo
Potamus uncti.

Seneca lib. II. de ira cap. 33. Ad cœnam invitavit eum eo die, unguentum & coronas miſit. *Claudianus* lib. de Bel. Gildonico.

Ut vino calefacta Venus tunc ſævior ardet
Luxuries, mixtis redolent unguenta coronis
Crinitos inter famulos, pubemque canoram.

Et paulo poſt.

Umbratus dux ipſe roſis, & marcidus ibat
Unguentis, cruduſque cibo, titubanſque Lyæo
Confectus ſenio, ſtupris, morbiſque ſolutus.

Horatius iterum lib. I. Od. 5.

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſum liquidis urget odoribus.

Et lib. II. Od. 7.

Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi, coronatus nitentes
Malabathro Syrio capillos.

Et lib. III. Od. 14.

I pete unguentum puer, & coronas
Et cadum Marſi memorem duelli

Et lib. I. Epiſt. 14.

Quem tenues docuere togæ, nitidique capilli.

Lucretius lib. IV.

Eximia veſte, & victu convivia, ludi
Pocula crebra, unguenta, coronæ, ſerta parantur
Nequicquam.

Martialis lib. III. Epigr. 12.

Unguentum (fateor) bonum dediſti
Convivis, here ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt bene olere, & eſurire.
Qui non cœnat, & ungitur, Fabulle,
Hic vere mihi mortuus videtur

Huc reſpicit *Luc.* cap. VII. 46. Ubi Chriſtus Phariſæum increpat, quod unguentum non dederit. ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας. αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας.

Unguentis in conviviis additæ coronæ. Anacreon

Ἐμοὶ μέλει μύροισι καταβρέχειν ὑπήνην
Ἐμοὶ ῥόδοισι καταςέφειν καρήνα.
Mihi curæ eſt unguentis madefacere cæſariem;
Mihi curæ eſt roſis coronare verticem.

Lucianus de Aſino. καὶ δειπνῶ σὺν αὐτῇ καὶ ἐκ τοῦ μύρου ἀλείφομαι καὶ ςεφανοῦμαι τῷ φιλτάτῳ καὶ εἰς ἀνθρώπους με ἀναςώσαντι ῥόδῳ. *Servius* ad illud VII. Æneid.

- - - - Frondenti tempora ramo
Implicat.

Diebus feſtis ita epulabantur. *Plinius* lib. XXI. cap. 3. Sutiles (*inquit*) coronas Saliorum ſacris invenimus ſolennes & cœnis. *Martialis* lib. V. Epigr. 65.

Laſſenturque roſis tempora ſutilibus

Idem lib. II. Epigr. 9.

Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique Deorum
Quod modo divitibus lapſa corona comis.

Ovidius lib. IX. Metamorph.

- - - Quam ſi conviva jaceret
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.

Et lib. V. Faſtor.

Tempora ſutilibus pinguntur tecta coronis
Et latet injecta ſplendida menſa roſa.
Ebrius incinctis phylira conviva capillis

Juvenalis Satyr. V.

Quale coronati Thraſea Helvidiuſque bibebant.

Claudianus lib. II. de raptu.

Grata coronati peragunt convivia manes.

Plautus in Pſeudolo Act. V. Sc. 2.

Quid te ego video? *Pſeud.* cum corona ebrium
Pſeudolum tuum.

Et in Amphytr. Act. III. Sc. 4.

Capiam mihi coronam in caput, aſſimilibabo
Me eſſe ebrium.

Sponſæ præterea maritorum portas ungebant. *Donatus* ad *Terent.* Hec. Act. I. Sc. 2. Cum puellæ nuberent, maritorum portas ungebant, ibique lanam figebant. *Servius* ad illud IV. Æneid.

Velleribus niveis, & feſta fronde revinctum.

Moris (*inquit*) fuerat, ut nubentes puellæ ſimul cum veniſſent ad limen mariti portas antequam ingrederentur, propter auſpicium caſtitatis ornarent laneis vittis, unde ait: *velleribus niveis*: Et oleo ungerent.

Cedrio unguento libri peruncti. *Martialis* de ſuo libello lib. III. Epigr. 2.

Ce-

Cedro nunc licet ambules perunctus.

Ovidius Trist. lib. I. Eleg. I.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Vitruvius lib. II. cap. 9. Item Cedrus & Juniperus easdem habent virtutes, & utilitates; sed quemadmodum ex cupressu & pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedrium dicitur, nascitur, quo reliquæ res cum sint unctæ (uti etiam libri) a tineis, & carie non læduntur.

Cadavera demum unguentis ungebantur. Antiquissimum habemus monimentum *Genes.* L. 2. ויצו יוסף את עבדיו הרפאים לחנט את אביו ויחנטו הרפאים את ישראל וימלאו לו ארבעים יום כי כן ימלאו ימי החנטים. *Præcepitque servis suis medicis, ut aromatibus suis condirent patrem; Quibus jussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum.* Et ibid. vers. ult. *de Josepho* ויחנטו אתו ויישם בארון במצרים. *Et conditus aromatibus repositus est in loculo in Ægypto.* Ratio condiendi cadavera apud Ægyptios describitur ab *Herodoto* lib. II. Οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι. πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέοντες. μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὦν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν, καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηΐῳ, αὖτις διηθέουσι θυμιήμασι τετριμμένοισι, ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων πλὴν λιβανωτοῦ πλήσαντες, συῤῥάπτουσι ὀπίσω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταριχεύουσι νίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα. πλεῦνας δὲ τουτέων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ δὴ ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα. ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρὸν, καὶ κατακληΐσαντες οὕτω θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς. τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους τὴν δὲ πολυτελείην φεύγοντας σκευάζουσι ὧδε. ἐπεὰν κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ τῆς κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐν ὦν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην, οὔτε ἀνατάμοντες αὐτὸν, οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδὺν. κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες, καὶ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας. τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον. ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥστε ἅμα ἑωυτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει. τὰς δὲ σάρκας τὸ νίτρον κατατήκει. καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον, καὶ τὰ ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νέκρον, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες. At hi (*Taricheutæ*) relicti in ædibus hunc in modum diligentissime condiunt corpus. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, ut quamque partem educentes, ita locum ejus medicamentis explentes. Dehinc acutissimo lapide Æthiopico circa ilia conscindunt, atque illac omnem alvum proluunt: quem ubi repurgatum, ac vino palmeo eluerunt, rursus odoribus contusis proluunt: tum alvum complentes contusa myrrha pura, & casia, & aliis, excepto thure, odoribus, iterum consuunt. Ubi hæc fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies. Nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, Syndone byssina totum incisis loris involvunt, gummi illinentes, quod Ægyptii glutinis loco plerunque utuntur. Et deinde recepto propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusumque ita reponunt in loculo, & rectum statuunt ad parietem. Siquidem mortuos sumtuosissime apparant. Eos autem, qui mediocria volunt, nimium fugientes sumtum, ita apparant. Clysterem unguine, quod e cedro gignitur, complent: Deinde ex hoc alvum mortui ipsam neque scindentes, neque extrahentes, sed per secessum, prehenso viæ posterioris hiatu, infarciunt, & tot quot dixi diebus sale condiunt; quorum dierum ultimo cedrinum unguentum quod prius ingesserant, ex alvo egerunt, quod tantam habet vim, ut una secum alvum, atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantum cutis & ossa relinquuntur. Ubi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotii suscipiunt. Quod attinet Æthiopum condituram, illi quoque exsiccabant cadavera, sed arefacta gypso inducebant eodem *Herodoto* teste in Thalia. Ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνήνωσι, εἴτε δὴ καθάπερ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλως κως, γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν γραφῇ κοσμέουσι ἐξομοιεῦντες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν. Ἔπειτα δὲ οἱ περιϊστᾶσι στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην. ἡ δέ σφι πολλὴ καὶ εὔεργος ὀρύσσεται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν διαφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐδεμίην

μίνη ἄχαειν παρεχόμενος, ὅτε ἄλλο ἀεικὲς ἐδὲν καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νεκρῷ ἐνίοι τὸν μὲν δὴ ἔχοισι τὴν στήλην ἐν τοῖσι οἰκίοισι οἱ μάλιστα προσήκοντες, πάντων ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας οἱ προσάγοντες. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες ἱστᾶσι περὶ τὴν πόλιν.

Vulgo cadavera priusquam condirentur, lavabantur. *Euripides* in Heeuba

Ὡς παῖδα λετροῖς τοῖς πανυστάτοις λέσω.

Homerus Iliad. Σ.

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν

Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ

Et tunc quidem lavarunt; & unxerunt pingui oleo,

In lectis vero componentes linteo subtili texerunt,

Ad pedes a capite, desuper autem alba palla.

Virgilius Æneid. VII.

- - - - Corpusque lavant frigentis & ungunt.

Lucianus de luctu. μετὰ ταῦτα δὲ λέσαντες αὐτὸς, ὡς ἐχ ἱκανῆς τῆς κάτω λίμνης λετρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, προτίθενται, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες ἵνα μὴ ῥιγῷεν δηλονότι παρὰ τὴν ὁδὸν, μηδὲ γύμνοὶ βλέποιντο τῷ κερβέρῳ. *Herodianus* lib. IV. τὸ μὲν γὰρ σῶμα τῦ τελευτήσαντος πολυτελεῖ κηδείᾳ κατάθάπτυσιν.

Unguenta quibus condirentur, varia erant. *Martialis* lib. x. 97.

Dum myrrham & casiam flebilis uxor emit.

Sed inprimis Amomum adhibuerunt. *Statius* Syl. lib. II.

- - - Assyrio cineres adolentur Amomo.

Persius Sat. III.

- - - Tandemque beatulus alto.
Compositus lecto, crassisque lutatus Amomis.

Non solum corpora, sed etiam ossa unguentis spargebantur. *Tibullus* lib. III. Eleg. 2.

Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa

Incinctæ nigra candida veste legant

Et paulo post

Illic quas mittit dives Panchaia merces

Eoique Arabes, dives & Assyria,

Et nostri memores lacrymæ fundantur eodem &c.

Immo & cineres. *Ausonius* in Heroum Epitaphiis 36.

Sparge mero cineres, bene olenti & unguine nardi,

Hospes & adde rosis balsama puniceis.

Unguenta in rogos conjiciebantur. *Herodianus* lib. IV. cap. 2. de Cæsarum consecratione. Ἐς δὴ τὸ οἴκημα τὸ δεύτερον ἀνακομίσαντες τὴν κλίνην τιθέασιν ἀρώματά τε καὶ θυμιάματα πάντα ὅσα γῆ φέρει. ἔπι τινες καρποὶ ἤ πόαι χυμοί τε συμβαλλόμενοι πρὸς εὐωδίαν, ἀνακομίζονται, καὶ σωρηδὸν χέονται. *Propertius* lib. IV.

Cur nardo flammæ non oluere meæ?

Martialis lib. XI. Epigr. 55.

Unguenta & casias, & olentem funera myrrham

Thuraque de medio semicremata rogo,

Et quæ de stygio rapuisti cinnama lecto

Improbe de turpi, Zoile, redde sinu.

Hæc unguenta in rogos conjiciebantur, ut cadavera citius cremarentur. *Herodianus* l. c. πάντα δὲ ῥᾶστα ἀνάπτεται ἀμαρῶς ὑπὸ τῦ πυρὸς, φρυγάνων τε πλήθεσι, καὶ θυμιαμάτων ἐπιθέντος. Cadavera a veteribus condita, ne putrescerent. *Cicero* lib. I. Tuscul. Condiunt (*inquit*) Ægyptii mortuos, & eos domi servant: Persæ etiam cera circumlitos condiunt, ut quammaxime permaneant diuturna. Melle, similiter oblita corpora ne putrescerent. *Plinius* lib. XXII. cap. 24. Mellis quidem (*inquit*) ipsius natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, jucundo sapore, atque non aspero, alia quam salis natura. Xenophon Histor. lib. v. narrat quod Agesipolis Spartæ rex mortuus ἐκεῖνος μὲν ἐν μέλιτι τεθεὶς, καὶ νομιθεὶς οἴκαδε τῆς βασιλικῆς ταφῆς melle oblitus domum deportatur, ac regiam sepulturam consequitur: *Statius* lib. III. Syl.

Duc & ad Æmathios manes, ubi belliger urbis

Conditor, Heblæo perfusus nectare durat.

Corippus de laudibus Justini minoris lib. III. num. I.

Thura sabæa crepant, fragrantia mella locatis

Infundunt pateris, & odoro balsama succo.

Centum aliæ species, unguentaque mira feruntur,

Tempus in æternum sacrum servantia corpus;

Su-

Supremum patri talem celebrabat
honorem
Auguſto melior Juſtinus Cæſare
princeps.

Varro in Crono περὶ τροφῆς apud *Nonium* cap. III. num. 261.

Quare Heraclides Ponticus plus
ſapit,
Qui præcepit, ut comburerent,
quam Democritus,
Qui ut in melle ſervarent, quam
ſi vulgus
Sequutus eſſet, peream ſi centum
denariis
Calicem mulſi emere poſſimus.

Cornelius Nepos in Ageſilao. In morbum (*inquit*) implicitus deceſſit; ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre poſſent, quod mel non haberent, cera circunfuderunt, atque in domum retulerunt. *Diodorus Siculus* lib. XV. de eodem Ageſilao. *οἱ πάροντες κηρὸν ἐπιτήξαντες τῷ νεκρῷ μέλιτος ἐ παρόντος, ἀπήγον σπαρτιᾶται εἰς Λακεδαίμονα*. Cera cadaveri illiquefacta, quia mel non ſuppetebat, Lacædemonem retulerunt Spartiatæ. *Plinius* lib. XVI. cap. II. cedrio peruncta fuiſſe cadavera ne putreſcerent, teſtatur. Primus (*inquit*) ſudor aquæ fluit, hoc in Syria cedrium vocatur, cui tanta vis eſt, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum, eo perfuſa ſerventur. *Idem* lib. XXIV. cap. 5. Cedri ſuccus ex ea quomodo fieret, diximus, magni ad humina uſus, ni capiti dolorem inferret, defuncta corpora incorrupta ævis ſervat, viventia corrumpit, mira differentia, cum vitam auferat ſpirantibus, defunctiſque pro vita ſit.

Nonnulli Interpretes non condita unguentis, ſed combuſta fuiſſe cadavera apud Hebræos Ethnicorum more putarunt, moti exemplis *Saulis* & filiorum, quorum cadavera Jabeſitæ combuſſerunt 1. *Sam.* XXXI. 12. 13. *Jorami* 2. *Paral.* XXI. 19. *Mortuuſque eſt in infirmitate peſſima, & non fecit ei populus combuſtionem, ſecundum combuſtionem patrum ipſius. Aſæ.* ibi. XVI. 14. *Et ſepelierunt eum in ſepulcro ſuo, --- poſueruntque eum ſuper lectum ſuum, quem impleverant aromatibus, & odoramentis omnimodis pigmentatis in pigmentario opere, & combuſſerunt* לו *ei combuſtionem magnam uſque valde*. Et Zedekiæ *Jerem.* XXXIV. 5. *In pace morieris, & combuſtionibus patrum tuorum regum priorum, ſic comburent tibi, & heu Domine, plangent tibi;* Et *Amos* VI. 10. *Et tollet eum patruus ſuus, & cremabit eum, ad educendum oſſa de domo*. *Jabeſitarum* circa *Saulem* & ejus filios facinus fuit omnino ſingulare, qui ea de cauſa eorum cadavera combuſſerunt, ne illos defoſſos nova ignominia Philiſtæi afficerent. Taceo, quod 1. *Paral.* X. 12. nulla fit mentio hujus combuſtionis, forte rei plane inſolitæ. Qui locus ita vertitur a *Chaldæo*. ויקלו עליהון כמה דקלך על חמך מלכוא. *Et cremarunt ſuper illis, ſicut cremare ſolent ſuper regibus illic loci*. Præterea 2. *Sam.* XXI. 12. dicuntur longo poſt tempore eorum oſſa fuiſſe refoſſa & ſepulta. Quod vero dicitur de *Joramo*, *Aſa*, & *Zedekia*, explicatu facile eſt; Nullibi enim dicitur *combuſſerunt* אותו *ipſum*, ſicut dictum eſt de *Saule* & ejus filiis אתם *illa* ſc. cadavera, ſed *combuſſerunt* לו *illi*. Cum ל præcedit, tunc deſignat combuſtionem in honorem alicujus; ſicuti dictum eſt *Deut.* XII. 31. *filios & filias ſuas comburebant* באש לאלהיהם *igni Diis ſuis*. Quod ſpectat *Amoſi* locum *R. Nathan* in cap. Concord. vocem מסרף, quæ nuſpiam alias in S. Codice occurrit expoſuit per אחי אמו *fratrem matris*, quia antecedit דוד, ſc. אח האב *frater patris*, cui conſentit *R. Jehuda F. Karjas*, & *Kimchius* in lib. radic. *Schindlerus* in Lex. *Vatablus*, & *Pagninus*. Verum melius explicabitur, ſi dicatur מסרפו idem eſſe ac משרף לו *cremans illi*, vel in honorem ejus pro more adolens thymiamata inter ſepeliendum, aut efferendum, ne peſtilenti odore inceſtarentur præſentes. Accedit traditio Judæorum, qui aſſerunt regias ſuppellectiles in regum funeribus fuiſſe concrematis. *Avoda Zarab* II. שורפין על המלכים ולא מדרכי האמורי׳ דכתיב ובחוקותיהם לא תלכו אלא דכולי עלמא שריפה לאו חוקה הוא אלא חשבותא הוא. Buſta regia non ſunt ex conſuetudine Amorrhæorum, de quibus præcipitur *Levit.* XVIII. 3. *In ſtatutis eorum ne ambuletis:* Sed totus mundus novit hanc combuſtionem eſſe honorificam. De Aſa, de quo dicitur 2. *Paralipomen.* XVI. tradit *Raſchi* ejus tantum lectum cum aromatibus deflagraſſe. מיני בשמים מרוקחים במרקחות מעשה רוקח שרפו לו לאפר ואותו זורו עליו כמו שישורפין על המלכים Species aromatum arte pigmentaria compoſitorum cremarunt in locum pulveris, eoque reſperſerant ipſum, ſicut ſolent facere regibus. *Maimonides Ebel.* cap. ult. מלך או נשיא שמת יש להן לשרוף מטתו וכל כלי תשמישו ואין בזה דרך האמורי ולא משום השחתה שנ׳ בשלום תמות וכמשרפות אבותיך הראשונים ישרפו לך. Si rex aut princeps moriatur, licet concremare lectum ejus una

cum

cum utenſilibus cunctis, neque hoc ſit juxta morem Amorrhæorum, aut perdendi tanto animo. Dictum eſt enim *Jerem.* XXXIV. 5. *In pace morieris, & juxta combuſtionem patrum tuorum comburent tibi.* Idem *Melachim* cap. II. 1. איך משתמשין באחת מכל כלי תשמישו וכשהוא מרת כולן נשרפין לפניו. Non utuntur ulla ſupellectili regali, ſed cum ille moritur, comburunt univerſam coram ipſo. Synedrii principes hujuſmodi combuſtione celebratos fuiſſe conſtat ex *Avoda Zarah* l. c. כשם ששורפין על המלכים כך שורפין על הנשיאין ומה הם שורפין מיטתן וכלי תשמישתו ומעשה שמת רבן גמליאל הזקן ושרף עליו אונקלוס הגר שבעים מנה צורי. Quemadmodum cremant propter reges, ita & propter Synhedrii principes; Quid autem cremant? Lectum & utenſilia eorum. Accidit, ut moreretur Raban Gamaliel ſenior, ut combureret propter eum Onkelos proſelytus ſeptuaginta minas Tyrias. Apud Ethnicos quoque obtinuit conſuetudo cum cadavere combuſtam ſupellectilem ſepeliendi. *Lucianus* de luctu. Veſtem καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, *& reliquum mundum* rogo injectum exuſſerint, aut una cum cadavere ſepelierint, perinde ac ſi illic ſit uſurus, & apud inferos fruiturus.

Aromatibus Hebræorum cadavera condita fuiſſe teſtatur illud *Matth.* XXVI. 10. *Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me --- Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum* πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με, *ad funerandum me fecit.* Et *Marc.* *Quod habuit, ipſa fecit, prævenit ungere corpus meum* εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν *ad funerationem.* Et *Johan.* *Maria ergo accepit libram unguenti piſtici pretioſi, & unxit pedes Jeſu --- Sinite illam* εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου *in diem pollincturæ meæ ſervavit illud.* Eſt autem ἐνταφιάζειν ad ſepulturam parare, unde ἐνταφιαστὴς, qui id agit (teſte *Auguſtino* lib. I. locutionum Tom. 3.) quod exhibetur corporibus humandis vel ſiccando, vel involvendo, & alligando, in quo opere maxime Ægyptiorum cura excellit. ἐνταφιασμὸς in Lexico veteri Græco-Latino exponitur *Pollinctura*, ſeu *Funeratio*. Proprie tamen (ut annotat ex *Budæo Stephanus*) ἐνταφιασμὸς dicitur, quum corpus mortuum τοῖς ἐνταφίοις, ſc. ὀθονίοις *linteis* ſuis ſepulcralibus involutum condendum præparatur. *Fullerus* vero Miſcell. lib. VI. cap. 28. annotat, quoniam iſtud de more fiebat additis unguentis aromatices, hinc ἐνταφιασμὸς etiam pro ipſa ſumitur unctione, ſeu pollinctura. Fuit igitur hæc unctio per anticipationem ſepulcralis ut aſſerit *Eucherius* Lugdunenſis Epiſcopus Homil. in cap. XXVI. *Matth.* Significatio eſt non perditio; in proximo paſſurus ſum, ideoque mulier hoc unguentum mihi attulit ad ſepeliendum. Mos autem antiquitus fuit, ut nobilium corpora ſepelienda ungerentur, & cum aromatibus ſepelirentur. *Johannes* cap. XIX. 40. aperte aſſerit hunc fuiſſe Judæorum morem. *Acceperunt ergo corpus Jeſu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus,* καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν, *ſicut mos eſt Judæis ſepelire.*

Apud Chriſtianos diu viguit hæc condiendi cadavera conſuetudo; *Tertullianus* Apologetic. cap. XLII. Thura plane non emimus. Si Arabiæ quæruntur, ſcient Sabæi pluris & carioris ſuas merces Chriſtianis ſepeliendis profligari, quam diis fumigandis. *Idem* lib. de reſurrectione carnis. Proinde enim & corpora medicata ſepulturæ Mauſolæis, & monumentis ſequeſtrantur. *Minutius Felix*. Non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honeſtatis, reſervatis unguenta funeribus. *Clemens Alexandrinus* lib. II. Pædagog. cap. VIII. Nimiæ unguentorum unctiones, juſta quæ fiunt mortuis potius, quam familiarem vitæ conſuetudinem redolent. *Prudentius* hymno ad exequias defunctorum

> Candore nitentia claro
> Prætendere lintea mos eſt
> Aſperſaque myrrha Sabæo
> Corpus medicamine ſervat.

CAPUT V.

De inauguratione Aharonis & filiorum ejus.

Exod. cap. XXIX. deſcribitur ritus quo Aharon ejuſque filii conſecrati ſunt. וזה הדבר אשר תעשה להם לקדש אתם לכהן לי לקח פר אחד בן בקר ואלים שנים תמימים ולחם מצות וחלת מצה בלולה בשמן סלת חטים תעשה אתם ונתת אותם על סל אחד והקרבת אתם בסל ואת הפר ואת שני האלים ואת אהרן ואת בניו תקריב אל פתח אהל מועד ורחצת אתם במים. *Sed & hoc facies ut mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos; paneſque azymos, & cruſtulam abſque fermento, quæ conſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de ſimila triticea cuncta facies. Et poſita in caniſtro offeres; vitulum autem & duos arietes: & Aharon & filios ejus applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimo-*

monii; Cumque laveris patrem cum filiis ſuis aqua. Sacerdotes in templo miniſtrantes lavandi erant. *Toſaphta Menachoth* cap. 1. שלא רחץ ידים ורגלים כיצד מקדש ידיו ורגליו בכלי שרת בפנים קידש ידיו ורגליו בכלי שרת בחוץ או מכלי חול בפנים או שטבל במי מערה ועבד עבודתו פסולה וגומר כהנים שלא טבלו ולא קדשו ידיהם ורגליהם וכן כהן גדול שטבל ולא קידש ידיו ורגליו בין עבודה לעבודה ובין בגדים לבגדים ועבד עבודתו כשרה אבל כהנים שלא טבלו ולא קדשו ידיהם ורגליהם וכן כהן גדול שטבל ולא קידש ידיו ורגליו מן הבקר ועבד עבודתו פסולה אחד כהן גדול ואחד כהן הדיוט ששמשו שחרית ולא רחצו ידיהם ורגליהם הרי אלו הייבים מיתה שנאמר בבואם אל אהל מועד ירחצו מים ולא ימותו היה עומד ומקריב כל הלילה לאורה טעון קידוש ידים ורגלים רבי אומר אין הלינה פוסלת בקידוש ידים ורגלים רבי אלעזר ברבי שמעון אומר אפילו הוא פוסק בעבודה שלשה ימים אין הלינה פוסלת בקידוש ידים ורגלים. Qui non laverit manus & pedes; quomodo ſanctificabantur manus & pedes? vaſis ſacris interius. Si ſanctificaſſet manus & pedes vaſis ſacris exterius, aut vaſis profanis interius, aut laverit aquis putei, & miniſtraverit, ejus miniſterium eſt illegitimum &c. Sacerdotes, qui non laverint, neque ſacrificaverint manus & pedes, & ſimiliter ſummus ſacerdos, qui non laverit, neque ſanctificaverit manus & pedes inter unum & alterum miniſterium, & inter veſtes & veſtes, & miniſtraverit, ejus miniſterium eſt legitimum. Si vero ſacerdotes non laverint, neque ſanctificaverint manus & pedes, & ſimiliter ſummus ſacerdos, qui non laverit, neque ſanctificaverit manus, & pedes, & miniſtraverint, ejus miniſterium eſt illegitimum; Tam ſummus ſacerdos, quam ſacerdos vulgaris, qui mane miniſtraverint, & non laverint manus & pedes; ecce rei ſunt mortis, dictum eſt enim *Exod.* xxx. 20. *Quando ingrediuntur in tabernaculum conventus lavabunt aquis, ne moriantur*. Si ſtans offerret tota nocte uſque ad lucem debet ſanctificare manus & pedes. Rabi dicit; Nox non profanat ſanctificationem manum & pedum. R. Elieſer bar R. Simeonis dicit; vel ſi occupatus ſit triduo in miniſterio; pernoctatio non profanat ſanctificationem manum & pedum. *Toſaptha Joma* cap. 1. כהנים שלא טבלו ולא קדשו ידיהם ורגליהם וכן כהן גדול שלא טבל ולא קדש ידיו ורגליו מן הבקר ועבד עבודתו פסולה אחד כהן גדול ואחד כהן הדיוט ששמשו שחרית שלא רחצו ידיהם ורגליהם חייבין מיתה שנאמר בבואם אל אהל מועד וגומר היה עומד ומקריב כל הלילה טעון קידוש ידים ורגלים רבי אומר הלינה פוסלת בקידוש ידים ורגלים רבי אלעזר ברבי שמעון אומר ואפילו עוסק בעבודה כל שבעת הימים אין הלינה פוסלת בקידוש ידים ורגלים. Si ſacerdotes non laverint, & non ſanctificaverint manus & pedes, & ſimiliter ſummus ſacerdos, non laverit, & non ſanctificaverit manus & pedes mane & miniſtraverit, ejus miniſterium eſt illegitimum. Tam ſummus ſacerdos, quam ſacerdos vulgaris, ſi miniſtraverint mane, & non laverint manus & pedes, rei ſunt mortis; dictum eſt enim. *Exod.* l. c. *Quanto ingredientur in tabernaculum conventus &c.* Si ſtans offerat tota nocte, debet ſanctificare manus & pedes. Rabi dicit, pernocantio profanat ſanctificationem manum & pedum. R. Eliezer bar Simeonis dicit; vel ſi occupatus ſit toto ſeptiduo in miniſterio; pernoctatio non profanat manus & pedes. *Hieroſol. Joma* 39. 3. ידים מהו שיפסלו משם יוצא ולאו מתניתא היא קידש ידיו ורגליו וניטמו מטבולין והן טהורות רצה לא נפסלו משם יוצא ואתיא כמאן דאמר אין הלינה פוסלת בידים מה צריכה ליה ברם הבא כמאן דאמר לינה פוסלת בידים ידים מהו שיפסלו משם מחוסר זמן ולאו מתניתא היו קידש ידיו ורגליו היום לעבודה של מחר אמר רבי יוחנן תרומה הדשן תחלת עבודה של מחר היא צריך לקדש ידיו ורגליו מן הכיור משוקע במים רבי חנינה ברבי יוסף אמר מכיון שמסר יום ללילה דיין חברייא בשם רבי יוחנן משהוא מגביהו הוא משקיעו מתניתא פליגא על רבי חייה בר יוסף קידש ידיו ורגליו ביום צריך לקדשן בלילה בלילה צריך לקדשן ביום דברי רבי רבי לעזר בי רבי שמעון אומר אפילו עסוק בעבודה כל שלשה אינו צריך לקדש ידיו ורגליו שאין הלינה פוסלת בידים בשירי עבודות אבל בתחילת עבודות צריך רבי חייה בר יוסף פתרי מתני' קדש ידיו ורגליו ביום אינו צריך לקדשן בלילה בשירי עבודות אבל בתחילת עבודות צריך לקדשן ביום דברי רבי אלעזר בר שמעון אומר אפילו עסוק בעבודות כל שלשה אינו צריך לקדש ידיו ורגליו שאין הלינה פוסלת בידים בשירי עבודות אבל בתחלת עבודות צריך רבי יוחנן פתר מתניתא קידש ידיו ורגליו ביום צריך לקדשן בלילה בשירי עבודות בלילה צריך לקדשן ביום דברי רבי לעזר בי רבי שמעון אומר אפילו אסור בעבודה כל שלשה אינו צריך לקדש ידיו ורגליו שאין הלינה פוסלת בידים בין בתחלת עבודות בין בשירי עבודות חילפיי אמר כשם שאין הלינה פוסלת בידים כך אין הלינה פוסלת בכיור מתניתא פליגא על רבי חילפיי קידש ידיו ורגליו ביום אינו צריך לקדש בלילה בלילה צריך לקדש

לקדש ביום דברי רבי רבי לעזר בי רבי שמעון אומר אפילו עוסק בעבורה כל שלשה אינו צריך לקדש ידיו ורגליו שאין הלינה פוסלת בידים הא בכיור פוסלת תלמידיו דרבי יותנן בשם חילפיי הריני קידש ידיו ורגליו כו׳ שאין הלינה פוסלת בידים הא בכיור פוסלת ובלבד מיום ללילה. Quid manuſne profanantur nomine exeuntis? Nonne eſt Miſna? Sanctificat pedes & manus, & ſi polluantur, abluuntur, & illæ purificantur. Si egrediatur; non polluuntur nomine exeuntis; Et res eſt juxta ſententiam illius qui dicit; pernoctatio non profanat manus. Quid neceſſe eſt? Profecto hoc loco juxta opinionem illius qui dicit; pernoctatio profanat manus. Manus quid? profananturne nomine tempore indigentis? Atqui extat Miſna: ſanctificat hodie manus propter miniſterium craſtinum. Dicit R. Jochanan; Decineratio eſt principium miniſterii craſtini; & oportebat ſanctificare manus & pedes ex labro, quod erat ſubmergendum in aquis. R. Chjia bar Joſeph dicit; poſtquam data eſt dies noctui; ſatis eſt. Socii nomine R. Jochanan; poſtquam lavarunt, ſubmergebant. Miſna opponitur R. Chjia bar Joſeph. Si ſanctificet manus & pedes in die, non habet opus ſanctificare in nocte; ſi in nocte oportet ſanctificare in die, verba Rabi. Rabi Elieſer filius R. Simeonis dicit; quamvis integro triduo occupatus ſit in miniſterio, non opus habet ſanctificare manus & pedes, quia pernoctatio non profanat manus in reliquiis miniſterii; at in principio miniſterii neceſſe eſt. R. Chjia bar Joſeph exponit Miſnam; ſi ſanctificet manus & pedes in die, non habet opus ſanctificare in nocte in reliquiis miniſterii ſed in principio miniſterii oportet ſanctificare manus & pedes; verba Rabi; R. Elieſer bar R. Simeonis dicit, quamvis occupatus ſit in miniſterio integro triduo, non opus habet ſanctificare manus & pedes, quia pernoctatio non profanat manus in reliquiis miniſterii, ſed in principio miniſterii neceſſe eſt; R. Jochanan exponit Miſnam; ſi ſanctificet manus & pedes in die, opus habet ſanctificare in nocte in reliquiis miniſterii ſi in nocte neceſſe eſt ſanctificare in die; verba Rabi. R. Elieſer filius R. Simeonis dicit, quamvis obligetur in miniſterio, integro triduo, non opus habet ſanctificare manus & pedes, quia pernoctatio non profanat manus, ſive in principio ſive in reliquiis miniſteriorum. Chilphi dicit; ſicut pernoctatio non profanat manus, ita pariter pernoctatio non profanat labrum. Miſna opponitur R. Chilphi; ſi ſanctificet manus & pedes in die non opus habet ſanctificare in nocte, ſi in nocte oportet ſanctificare in die, verba Rabi. R. Elieſer filius R. Simeonis dicit; vel ſi occupatus fuerit in miniſterio integro triduo non opus habet ſanctificare manus & pedes, quia pernoctatio non profanat manus. Ecce labrum profanat. Diſcipuli R. Jochanan nomine Chilphi Sic eſt. Si ſanctificet manus & pedes &c. quia pernoctatio non profanat manus, ecce labrum profanat; dummodo de die in noctem.

Sacerdos vel purus in atrium intrare non poterat, niſi prius laviſſet. *Hieroſ. Joma* 40. 2. כיני מתניתא לא הנה אדם נכנס לעזרה ולעבודה אפילו טהור עד שהוא טובל לא סוף דבר לעבודה אפילו שלא לעבודה שאלו את בן זומא מה מקום לטבילה זו אמר להם מה אם בשעה שהוא נכנס מקודש לקודש טעון טבילה מחול לקודש כל שכן לא צורכא מקודש לקודש לא יהא טעון טבילה מחול לקדש יהא טעון טבילה אמר רבי שמי וכיני מה אם מקודש לקודש שאינו ענוש כרת טעון טבילה מחול לקודש שהוא ענש כרת לא כל שכן יהא טעון טבילה ואפילו מקודש לקודש יהא ענש כרת כי תנינן תמן השתחוה או ששהא כדי השתחוה עד כמה היא שיעור השתחווה רבי סימון בשם רבי יהושע בן לוי עד כדי ויכרעו אפים ארצה על הרצפה וישתחוו רבי אבהו מוסיף עד הודו ליי כי טוב רבי מנא מוסיף עד כי לעולם חסרו. Ita eſt Miſna; nemo ingredietur in atrium & ad miniſterium vel purus, niſi prius laverit; non eſt rei finis ad miniſterium, ſed etiam præter miniſterium. Interrogarunt ben Zoma; quænam eſt ratio hujus lotionis? Reſpondit illis; ſi quo tempore ingreditur de ſancto in ſanctum, debet lavare, de profano in ſanctum nonne multo magis? Non eſt neceſſe; etenim de ſancto in ſanctum non tenebatur lotione, ſed de profano in ſanctum tenebatur lotione. Dixit R. Same; Atque ita eſt; ſi de ſancto in ſanctum, ubi non eſt pœna excidii, debet lavare, de profano in ſanctum, ubi eſt pœna excidii, nonne multo magis debebit lavare? Vel de ſancto in ſanctum erat pœna excidii; extat enim traditio; adorabit aut morabitur, quantum ſatis ſit ad adorandum; Quantum eſt ſpatium adorationis? R. Simon nomine R. Jehoſua ben Levi; uſque dum poſſit recitare hæc verba. *Et corruentes proni in terram ſuper pavimentum adoraverunt*. 2. *Paral.* VII. 3. R. Abau addit uſque ad verba illa: *Et laudaverunt Dominum; quoniam bonus*. Ibid. R. Mena addit uſ-

uſque ad verba. *Quoniam in ſeculum miſericordia ejus*. Ibid. *Babyl. Joma* 30. שאלו את בן זומא טבילה זה כמה אמר להם ומה המשנה מקודש לקודש וממקום שענוש כרת למקום שענוש כרת טעון טבילה המשנה מחול לקודש וממקום שאין עונש כרת למקום שענוש כרת אינו דין שטעון טבילה רבי יהודה אומר סרך טבילה היא זו כדי שיזכור טומאה ישנה שבידו ויפרוש במאי קא מפלגי באחולי עבודה קא מפלגי לבן זומא מחול עבודה לרבי יהודה לא מחול עבודה ולבן זומא מי מחול והתניא כהן גדול שלא טבל ולא קדש בין בגד לבגד ובין עבודה לעבודה עבודתו כשרה אחד כהן גדול ואחד כהן הדיוט שלא קידש ידיו ורגליו שחרית ועבד עבודה עבודתו פסולה אלא למיקם בעשה קא מיפלגי לבן זומא קאי בעשה לרבי יהודה לא קאי בעשה. Interrogarunt ben Zoma: hæc lotio qua de cauſa? Reſpondit illis; ſi varians de ſancto in ſanctum, & de loco, ubi eſt pœna excidii in locum ubi eſt pœna excidii, lavabat, varians de profano in ſanctum, & de loco, ubi non eſt pœna excidii, in locum ubi eſt pœna excidii, non erit æquum, ut debeat lavare? R. Jehuda dicit; conjungitur hæc lotio, ut veteris ſuæ immunditiei recordetur, & recedat. In quo conſiſtit diſſenſio? in profanando miniſterio in hoc conſiſtit; juxta opinionem ben Zoma; profanatur miniſterium, at juxta ſententiam R. Jehuda non profanatur. At juxta mentem ben Zoma ubi profanatur? Nonne extat traditio? Sacerdos ſummus ſi non laverit, & non ſanctificaverit inter veſtem, & veſtem, & inter miniſterium, & miniſterium, ejus miniſterium eſt legitimum: tam ſacerdos ſummus quam ſacerdos vulgaris ſi non ſanctificaverit manus & pedes mane & miniſtraverit, ejus miniſterium eſt illegitimum; ſed in ſtatuendo, quod violaverit præceptum affirmativum, in hoc conſiſtit controverſia; juxta mentem ben Zoma, violatur præceptum affirmativum: at juxta ſententiam R. Jehuda non violatur. *Toſaphta Joma* cap. 1. שאלו את בן זומא מה טעם לטבילה זו אמר להם אם הנכנס מקדש לקדש מקום שאין ענוש כרת טעון טבילה הנכנס מחול לקדש מקום שענוש כרת אינו דין שיטען טבילה רבי יהודה אומר לא היתה טבילה זו אלא מפני הנזכר פעמים שטומאה ישנה שהולך לטבול נזכר שהוא טמא וחוזר ובא לו. Interrogarunt ben Zoma: Quænam eſt ratio hujus lotionis? Reſpondit illis ſi ingrediens, de ſancto in ſanctum, in locum, ubi non erat pœna excidii debebat lavare, ingrediens de profano in ſanctum, in locum, ubi eſt pœna excidii, non erit æquum, ut lavare deberet? R. Jehuda dicit; non erat hujuſmodi lotio; ſed quoniam aliquando recordaretur, in ſe eſſe veterem immunditiam; quando ibat ad lavandum, & recordabatur ſe eſſe impurum, abibat & recedebat.

De fonte Ethan derivabantur aquæ in labrum. *Hieroſol. Joma* 41. אמר רבי יהושע בן לוי אמת המים היתה מושכת לו מעיטם והיו רגלי שבדרום פחותין כרימונים רבי שמעון בר כרסנא בשם רבי אחא הים בית טבילה לכהנים הוא והים לרחצה לכהנים בו ולא כלי הוא אמת המים מושכת לו מעיטם והיו רגלי שבדרום פחותין כרימונים. Dicit R. Jehoſua ben Levi; canalis aquæ derivabatur de Ethan; pedes (*boum*) aperti erant in auſtro inſtar malogranatorm; R. Simeon bar Carſana nomine R. Acha. Mare erat domus lotionis ſacerdotibus; & mare ad lavandos ſacerdotes; Nonne erat vas? Canalis aquæ derivabatur de Ethan, & pedes aperti erant in auſtro inſtar malogranatorum.

Labro ben Catin duodecim fecit Epiſtomia, ut duodecim ſacerdotes, qui in ſacrificio jugi offerendo occupati erant, ſimul eodem tempore lavarentur. *Hieroſ. Joma* 41. בן קטן עשה שנים עשר דד לכיור כדי שיחיו שנים עשר אחיו הכהנים העוסקין בתמיד מקודשין ידיהן ורגליהן בבת אחד ואי סלקא דעתך שוחט מקבל תליסר הוו אלא לאו שמע מינה זורק מקבל שמע מינה אמר ליה ר׳ אחא ברי הדרבא לרב אשי אף אנו נמי תנינא שחט השוחט וקבל המקבל ובא לו לזרוק שמע מינה. Ben Catin feret duodecim epiſtomia labro, ut duodecim ejus fratres ſacerdotes, qui occupati erant in ſacrificio jugi, ſimul ſanctificarent manus & pedes; ſi putas, quod mactans *ſanguinem* acceperit; erant tredecim; ſed minime: hinc intelligitur; adſpergens accipiebat; hinc intelligitur; dicit R. Acha filius Raba ad R. Aſe; Nos etiam legimus; mactans mactabat, & accipiens accipiebat, & ibat & adſpergebat; hinc intelligitur. *Toſaphta Joma* cap. 11. בן קטין עשה שנים עשר דד לכיור שנים עשר כהנים מקדשין ממנו שמתחלה לא היו בו אלא שנים ושנים כהנים מקדשין ממנו. Ben Catin fecit duodecim Epiſtomia labro; duodecim ſacerdotes ex eo ſanctificabantur, a principio duo tantum habebat, & duo tantum ex eo ſacerdotes ſanctificabantur.

Ritus lavandi ſic deſcribitur in *Toſaphta Menachoth* cap. 1. ביצד הוא מקדש נותן יד ימינו על גבי רגל ימינו ויד שמאלו על גבי רגל שמואל משפשף ומרחיץ משפשף ומרחיץ ר׳ יהודה אומר

אפילו שתי ידים זו על גבי זו מקדש אמרו לו אי אפשר לו . Quomodo fiebat ſanctificatio ? Ad pedem dextrum dextram manum applicabat, & lævam lævo, defricabat, & lavabat, defricabat & lavabat; R. Jehuda dicit; quamvis ambas manus, alteram alteri applicaret, ſanctificabat. Reſponderunt illi; non erat illi poſſibile. De lotionibus ſummi ſacerdotis in die expiationum alibi uberrime diſſeretur.

Luſtrationes apud Ethnicos ſimiliter frequentes. *Charemon* Ægyptius apud *Porphyrium* περὶ ἀποχ. lib. IV. teſtatur ſacerdotes Ægyptios ante cultum ſolemniorem τρὶς τῆς ἡμέρας ἀπελȣ́οντο ψυχρῷ ἀπό τε κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίςȣ, καὶ πρὸς ὕπνον. *Ter unoquoque die ſe frigida abluebant: a lecto, ante prandium, & cum ad dormiendum ſe conferebant*. Et mox. Λȣτρῷ μὲν ȣ̓̂ν καὶ κατὰ τὸν ἄλλον ἐχρῶντο βίον, ȣ̓ μὴν ȣ̓́τωσὶ πλεονάζον. Frigida quidem aliis temporibus utebantur, ſed non tam crebro. *Herodotus* lib. II. cap. 37. de ſacerdotibus Ægyptiis ſcribens. λȣ̃νται δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάςης ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάςης νυκτός. *Lavantur quotidie frigida, interdiu bis, & bis noctu*. De Græcis *Theophraſtus* Charact. περὶ δεισιδ. ἐπὶ τοῖς τριόδοις -- -- κατὰ κεφαλῆς λȣ́σασθαι. *Aqua in caput adſperſa in compitis ſe luſtrare ſolitos*. De Romanorum luſtrationibus *Ovidius* lib. V. Faſtor.

> Huc venit incinctus tunica mercator, & urna
> Purus ſubfuſa, quam ferat, haurit aquam:
> Uda fit hinc laurus: Lauro ſpargantur ab uda
> Omnia.

Virgilius lib. VI. Æneid.

> Idem ter ſocios pura circumtulit unda
> Spargens rore levi, & rami frondentis olivæ
> Luſtravitque viros.

Apud *Plutarchum* Cornelius Androtioni mandavit: λȣ́σασθαι πρὸ τῆς θυσίας τȣ̃ θύμβρεως. νενομίσθαι γὰρ ȣ̓́τω τȣ̀ς καλλιερȣ̃ντας. *Cicero* Quæſt. IV. Aquæ adſperſione labem corpoream tolli, & caſtimoniam corporis judicabant. *Ovidius* lib. II. Faſtor.

> Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
> Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Virgilius lib. II. Æneid.

> - - - ſacra manu, patrioſque penates
> Me bello e tanto digreſſum, & cæde madentem
> Attrectare nefas, donec me flumine vivo
> Abluero.

Ovidius iterum lib. IV. Faſtor.

> His Dea placanda eſt, hæc tu converſus ad aras
> Dic quater, & vivo perlue rore manus.

Idem l. c. verſ. 655.

> Bis caput intonſam fontana ſpargitur unda,
> Bis ſua faginea tempora fronde tegit.

Heſiodus

> -- -- πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα
> Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.

Lactantius lib. V. cap. 19. Flagitiis omnibus inquinati veniunt ad precandum, & ſe pie ſacrificaſſe opinantur, ſi cutem laverint, tanquam libidines intra pectus incluſas ulli amnes abluant. *Tertullianus* lib. de Baptiſmo. Penes veteres quiſquis homicidio ſe infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat. *Ovidius* iterum Faſtor. V.

> Spargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos,
> Et peragit ſola fallere voce preces.
> Ablue præteriti perjuria temporis, inquit,
> Ablue præterita perfida verba fide.

Idem natales luſtrationum Græciæ attribuit Faſtor. lib. II.

> Græcia principium moris dedit: illa nocentes
> Impia luſtratos ponere facta putat.
> Actorides Peleus, ipſam quoque Pelea Phoci
> Cæde per Hæmonias ſolvit Acaſtus aquas.

Epiphanius adverſ. Hæreſ. lib. I. teſtatur Judæos aliquos hoc errore ductos putare ablutionibus peccata poſſe expiari. εἰ ὅλως ȣ̓κ ἀπέχονται τȣ̃ ἁμαρτάνειν, νομίζοντες ὅτι τὸ ὕδωρ καθαρίσει τȣ̀ς ἐνδελεχῶς καθ' ἑκάςην ἁμαρτάνοντας μάταιος αὐτῶν ἡ ὑπόνοια, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα φρȣ̃δον καὶ ἕωλον. Quod ſi peccare omnino non deſinunt, exiſtimantque ſe cum perpetuo, ac diebus ſingulis peccent, expiari aqua poſſe, vehementer aberrant; nec eſt eorum inſtituto vanius, aut abſurdius quicquam. Idem ſentiunt Turcæ teſte *Gabriele Sionita* de origin. urb. & moribus cap. 15. Has lotiones quotidianas (*inquit*) ad leviora delenda peccata fieri autumant, pro gravioribus emundandis, balneis utuntur; ac lotione

ne totius corporis ad crimina delenda opus esse nugantur.

Quotiescunque cibis vescebantur, manes veteres lavare consueverunt. *Homerus* Odyss. IV.

> Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα,
> Νίψασθαι. παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.
> Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα.
>
> Aquam ancilla in gutturnio fudit ferens
> Ad lavandum, juxta vero politam extendit mensam,
> Cibum vero veneranda custos apposuit.

Plautus in Pers. Act. v. sc. 2.

> - - - Huc accumbe: ferte aquam pedibus.

Petronius Satyr. Tandem ergo discubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus. Post epulas quoque manus lavabantur teste *Platone Comico* apud *Athenæum* lib. XV.

> - - - τί ἐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις
> Ἐγὼ δὲ λύτρον παραχέων ἐπέρχομαι
> - - - Mensas cur non cito removes?
> Ipse aquam manibus lavandis ut affundam venio.

Discrimen inter has duas lotiones ex *Athenæo* lib. IX. cap. 18. cognoscitur. παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρός. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. Veteribus (*inquit*) ante prandium & cœnam, dictum erat κατὰ χειρὸς, cœnatis autem & pransis ἀπονίψασθαι. *Jamblichus* de vita Pithagoræ cap. XXI. refert ejus discipulos μετὰ τὸν περίπατον λουτρῷ χρῆσθαι λουσαμένους τε ἐπὶ τὰ σιτία ἀπαντᾶν. *Post ambulationem lotionibus usos fuisse, post lotiones ad cibum capiendum convenisse*. Judæos quoque pransuros manus sæpe abluisse constat ex cap. VII. 3. 4. *Marc.* πάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι - - καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. Ethnicos non solum in principio & fine convivii, sed sæpius inter prandendum ad singula fercula manus abluisse constat ex *Athenæo* lib. IV. cap. I.

Ethnici censuere puritatem lustrationibus fuisse comparatam. *Laertius* in Pythagora. λευχειμονοῦντας καὶ ἁγνεύοντας τὴν δὲ ἁγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν καὶ λουτρῶν καὶ περιρραντηρίων alba veste indutos, & puritati operam dantes; puritatem autem lustrationibus & balneis & adspersionibus comparandam. *Porphyrius* de abstinentia lib. II. εἶναι (φασὶ) τὴν ἁγνείαν φυλακὴν πρὸς εὐλάβειαν, οἷον σύμβολον ἢ σφραγῖδα θείαν &c. *purificationem ajunt esse pietatis præsidium, & quasi symbolum aut sigillum divinum, quo quis ab iis, quibus pollui posset, tutus consistat*. Sacris initiandi, & consecrandi purificationibus se mundabant. *Apulejus* Metam. lib. IX. scribit Ægyptios sacerdotes suos solenni lustratione consecrare solitos. Sacerdos (*inquit*) stipatum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas: Et prius sueto lavacro traditum, præfatus Deum veniam, purissime circumrorans abluit. Sacerdotes quoque Æthiopum hoc ritu fuisse consecratos testatur *Diodorus Siculus* Biblioth. Hist. lib. III. καθαρεύειν ἅπαντας τοὺς περὶ τὴν τῶν Θεῶν θεραπείαν ὄντας, ὁμοίως ἐξυρημένους. Omnes Deorum cultui & ministerio consecratos, aqua purificari debere, & capite esse abraso. Persæ quoque hunc ritum observabant teste *Nonno*, quod primus ille ritus, quo *Mithræ* religioni devovebantur, esset διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολὺ complures dies per multum aquæ natare. Græcos etiam præmissa sedula purgatione ad mysteria accessisse testatur *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. V. οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρὰ Ἕλλησιν, ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. Non immerito apud Græcos in mysteriis suis primum locum tenent expiationes & lustrationes, sicut apud barbaros lavacra tantum. *Theo Smyrnæus* in Mathemat. cap. I. asserit quinque fuisse ad sacra quædam mystica gradus, quorum primum καθαρμὸν *purgationem* seu ablutionem vocat. *Augustinus* contra Donatistas lib. VI. cap. 25. In multis Idolorum sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur. *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. VI. πρὸ τῆς τῶν μυστηρίων παραδόσεως καθαρμούς τινας τοῖς μυεῖσθαι μέλλουσιν ἀξιοῦσιν. ὡς δέον τὴν ἄθεον ἀποθεμένους δόξαν, ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τρέπεσθαι παράδοσιν. Priusquam mysteria tradunt, purificationes quasdam adhibent initiandis: hoc volentes opinionibus impiis depositis, ita demum ad rectam traditionem eundum.

Sacrificantes præcipue lavabantur. *Plautus* Aul. III. Sc. 6.

> Ego eo lavatum ut sacrificem.

Idem ibid. IV. Sc. 2.

> Nunc lavabo ut rem divinam faciam.

Tibullus lib. I. Eleg. 3.

> - - - - dum sacra colis, pureque lavari

Te memini.

Macrobius Satur. lib. III. cap. I. Conſtat Diis ſuperis ſacra facturum corporis ablutione purgari, cum vero inferis litandum eſt; ſatis actum videtur, ſi adſperſio ſola contingit. In hac lotione præcipua ratio manuum habebatur. *Dionyſ.* lib. VII. χερνιψάμενοι γὰρ αὐτοὶ, καὶ τὰ ἱερὰ καθαρῷ περιαγνίσαντες ὕδατι. *Homerus* Iliad. ζ.

> Χερσὶ δ' ἀνίπτοισι Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
> Ἅζομαι.

Heſiodus lib. II. ἔργ.

> Μὴ δέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον
> Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μή δ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.

Et paulo poſt.

> - - - - Πρὶν γ' εὔξῃ ἰδὼν εἰς καλὰ ῥέεθρα.
> Χεῖρας νιψάμενος.

Plautus Trucul. Act. II. Sc. 5.

> - - - - Fer huc verbenam mihi thus & bellaria
> Date aquam manibus.

Tibullus lib. II. Eleg. I.

> - - - - pura cum veſte venite:
> Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Sacerdotes poſt ablutionem veſtibus ſacris induebantur ut habetur *Exod.* l. c. ולקחת הבגדים והלבשת את אהרן את הכתנת ואת מעיל ואת האפד ואת החשן ואפדת לו בחשב האפד ושמת המצנפת על ראשו ונתת את נזר הקדש על המצנפת. *Indues Aharon veſtimentis ſuis, tunica, & pallio, & Ephod, & pectorali, quod accingetur cingulo Ephod: Et pones tiaram in capite ejus, & laminam ſanctam ſuper tiaram.* Lev. VIII. 7. ויתן עליו את הכתנת ויחגר אתו באבנט וילבש אתו את המעיל ויתן עליו את האפד ויחגר אתו בחשב האפד ויאפד לו בו וישם עליו את החשן ויתן אל החשן את האורים ואת התמים וישם את המצנפת על ראשו וישם על המצנפת אל מול פניו את ציץ הזהב נזר הקדש כאשר צוה יהוה את משה. *Et veſtivit illum tunica, & accinxit illum balteo, & induit illum pallio, & deſuper Ephod impoſuit; & accinxit cingulo Ephod, eoque illum præcinxit; & poſuit ſuper illum pectorale, & poſuit in pectorali Urim & Thummim, & ejus capiti impoſuit tiaram, & poſuit ſuper tiaram contra ejus frontem laminam auream, coronam ſanctitatis, ſicut præceperat Dominus Moſi.* Targum Onkeloſi. ויהב עלוהי ית כתונא וזריז יתיה בהמיינא ואלביש יתיה ית מעילא ויהב עלוהי ית אפודא וזריז יתיה בהמיין אפודא ואתקן ליה ביה ושוי עלוהי ית חושנא ויהב בחושנא ית אוריא וית תומיא ושוי ית מצנפתא על רישיה ושוי על מצנפתא לקביל אפוהי ית ציצא דדהבא כלילא דקודשא כמא דהפקיד יי ית משה. *Et dedit ſuper illum tunicam, & præcinxit balteo, & induit illum pallio, & dedit ſuper illum Ephod, & præcinxit illum cingulo Ephod, & cum eo aptavit. Et poſuit in illo pectorale, & poſuit in pectorali Urim & Thummim, & poſuit tiaram ſuper ejus caput, & poſuit ſuper tiara contra faciem ejus laminam auream, coronam ſanctitatis, ſicut præceperat Dominus Moſi.* Hic ordo induendi veſtes indicatur; ut interiores prius, & deinde exteriores induantur. *Maimonides* de vaſis Sanctuarii cap. x. כיצד סדר לבישת בגדים לובש המכנסים תחילת וחוגר את המכנסים למעלה לטיבורו מעל מתניו ואחר כך לובש הכתונת ואחר כך חוגר את האבנט כנגד אצילו ידיו ומקיפו כרך כרך עד שנגמר וקושר ואחר כך צונף במצנפת כמין כובע כהן גדול אחר שחוגר באבנט לובש המעיל ועל המעיל האפוד והחושן וחוגר בחשב האפוד על המעיל מתחת החשן ולפיכך נקרא מעיל האפוד שחוגרו באפוד ואחר כך צונף במצנפת וקושר הציץ למעלה מן המצנפת ושערו היה נראה בין ציץ למצנפת ושם היה מניח תפילין בין ציץ למצנפת. Quo ordine induuntur veſtes? Primo induit feminalia, quæ ſtringit ſupra umbilicum circa lumbos, & poſtea induit tunicam; poſtea ſtringit balteum circa axillas pluribus involucris; Poſtea circumvoluit tiaram inſtar caſſidis. Summus ſacerdos balteo conſtricto induit pallium, pallio ſuperinduit Ephod & pectorale, ſtringitque cingulo Ephod ſupra pallium infra pectorale; ideo vocatur (pro lege מעיל חשב) cingulum Ephod, quod Ephod cingatur. Poſtea involuit (*caput*) tiara, & alligat laminam ſupra tiaram; ejuſque capilli apparebant inter laminam & tiaram, ubi ponebant phylacteria ſc. inter laminam & tiaram. *Peſikta* 9. שהיה בד של בוץ ומכנסי בד יהיו על בשרו מ״ט ילבש על בשרו להביא לבישת מצנפת ואבנט להרמת הרשן שכהן הדיוט משמש בד׳ כלים כתנת ומכנסים מצנפת ואבנט ולמה הזכיר אלו השנים בלבד ללמדנו שלא יהא דבר קודם למכנסים שנ׳ ילבש על בשרו שכיון שטבל ועלה ונסתפג בסדינו מיד הוא לובש המכנסים ולמה הקדים מדו בד למכנסים לפי שמכסה כל הגוף אבל מכל מקום אע״פ שהקדימו הכתוב מכנסים קודם שנ׳ על בשרו עד שבשרו מגולה ולבש להביא מצנפת ואבנט שאין עבודה במקדש בלא ד׳ כלים נאמר כאן ולבש ונאמר להלן ורחץ במי את בשרו

בשרו ולבשם מה להלן כל הכלים לובש אף כאן כל הכלים לובש כל הכלים הראויים לכהן הדיוט שהרי כהן גדול משמש בח׳ כלים ד׳ שאמרנו ומוסיף עליהן חשן ואפוד ומעיל וציץ ר׳ שמעון אומר מדובר אלו ד׳ כלים שנ׳ ולבש הכהן את בגדי הבד בגדי הקדש ומכנסי בד יהיו על בשרו שלא יהא דבר קודם למכנסים. Dictum est *Levit.* VI. 10. ut sit ex bysso; *& feminalia linea erunt super carnem suam*. Cur dictum est: *induet super carnem suam*? ad includendum vestitionem tiaræ & baltei ad removendum cinerem; etenim sacerdos vulgaris ministrat quatuor vestibus, tunica, & femoralibus, tiara, & balteo. Et cur hæc rursus duntaxat memorantur? ad docendum quod nihil sit, quod antecedat femoralia; dictum est enim; *induet super carnem suam*; etenim quando lavat, & adscendit, & se abstergit linteo, statim induit feminalia; & cur anteponitur מדו femoralibus? Quia operit totum corpus; tamen quamvis semper in textu anteponitur, tamen femoralia antecedunt; dictum est enim *super carnem suam*; donec ejus caro operiatur: *& induet*; ad includendum tiaram & balteum; quia non fit ministerium in sanctuario, sine quatuor vestibus. Dictum est hic: *& induet*; & dictum est illic: sc. *Levit.* XVI. *Et lavabit in aquis carnem suam, & induet*: Sicut illic induere debebat omnes vestes, ita pariter hoc loco; omnes vestes convenientes sacerdoti vulgari; quia sacerdos summus ministrat octo vestibus, quatuor jam memoratis, quibus addebantur pectorale, Ephod, & pallium, & lamina. R. Simeon dicit; ex hoc loco probantur quatuor vestes; dictum est enim; *Et induet sacerdos vestes lineas, vestes sanctitatis, & feminalia linea erunt super carnem suam*.

Post vestium indutionem sequitur unctio, de qua *Exod.* l. c. ולקחת את שמן המשחה ויצקת על ראשו ומשחת אתו *Et accipies oleum unctionis, & fundes super caput ejus, & unges eum*. Et *Levit.* VIII. ויקח משה את שמן המשחה וימשח את המשכן ואת כל אשר בו ויקדש אתם ויז ממנו על המזבח שבע פעמים וימשח את המזבח ואת כל כליו ואת הכיור ואת כנו לקדשם ויצק משמן המשחה על ראש אהרן וימשח אתו לקדשו. *Tulit & unctionis oleum, quo unxit tabernaculum, cum omni supellectili sua, & sanctificavit illa, & adspersit ex eo super altare septem vicibus, & unxit altare, & omnia vasa ejus, & labrum, & ejus basim ad illa sanctificanda, & effudit ex oleo unctionis super caput Aharon, & unxit illum ad ejus sanctificationem*. *Siphra* 22. 2. ויקח משה את שמן המשחה ר׳ יהודה אומר שמן המשחה שעשה משה במדבר מעשה ניסים נעשו בו מתחילתו ועד סופו שמתחילה לא היה אלא שנים עשר לוג שמן זית הין לסוך בו עצים לא היה מסתפק עד כמה האור שורף עד כמה העצים בולעים עד כמה יורה בולעת ממנו נמשחו אהרן ובניו כל שבעת ימי המילואים ממנו נמשחו כהנים גדולים ומלכים ואפילו כהן גדול בן כהן גדל טעון משיחה ואין מושחין מלך בן מלך ומפני מה משחו את שלמה מפני מחלוקתו של אדוניהו ואת יואש מפני מחלוקתו של יהויקים שהיה גדול ממנו שתי שנים וכולו קיים לעתיד לבא שנ׳ שמן משחת קודש יהיה זה לי לדורותיכם וימשח את המשכן את כל אשר בו לא כמשחת אהרן ובניו של אחר שמלביש היה מושחם וכן הוא אומר בשמן הטוב על הראש יכול שמשחם עד שלא הלבישם ת״ל היורד על פי מידותיו אבל משחת כל הכלים כל כלי וכלי בפני עצמו טעון משיחה שנ׳ וימשח את המזבח ואת כל כליו ואת הכיור ואת כנו לקדשם הא למדת שכל כלי וכלי טעון משיחה בפני עצמו. *Et tulit Mose oleum unctionis*. R. Jehuda dicit: in oleo unctionis, quod fecit Mose in deserto (pro מעשה lege כמה) quot miracula facta sunt ab initio usque ad ejus finem! Ab initio non fuerunt nisi duodecim logi olei olivæ Hin, ad ungendum ex eo ligna, non satis erat. Quantum ignis incendit! Quantum ligna absorbuerunt! Quantum ahenum absorbuit! ex illo uncti sunt summi sacerdotes & reges; vel summus sacerdos filius summi sacerdotis ungendus erat; at non ungebatur rex filius regis; at qua de causa unxerunt Salomonem? propter dissensionem Adoniæ. Et Joas propter dissensionem Joachim, qui erat natu major biennio. Et totum servatur in tempus futurum; dictum est enim *Exod.* XXX. 31. *Oleum unctionis sanctum erit hoc mihi in generationes vestras*. *Et unxit tabernaculum cum omni suppellectili sua*. Non secundum unctionem Aharon, & filiorum ejus, qui uncti sunt, postquam vestiti sunt; atque ita dictum est *Ps.* CXXXIII. *Sicut oleum bonum super caput*. Crederem quod ungerentur, antequam vestirentur? Idcirco dictum est ibid. *descendens in oram vestimentis ejus*. At unxit omnia vasa; omnia & singula vasa seorsim ungenda erant. Dictum est enim: *Et unxit altare, & omnia vasa ejus, & labrum, & ejus basim ad illa sanctificanda*. Hinc eruitur omnia & singula vasa seorsim fuisse ungenda. *Pesiktha* 12. ויקח משה את שמן המשחה

רבי

רבי יהודה אומר שמן המשחה שעשה משה ראה כמה נסים נעשו בו וכו' כדמפורש בהוריו' כדמפורש לעיל וישמח את המזבח לא כמשיחת אהרן ובניו משיחת כל הכלים משיחת אהרן ובניו מאחר שהלבישן חוזר ומשוחן שנ' כשמן הטוב על הראש משיחת כלים כל כלי וכלי טעון משיחה בפני עצמו ויצק משמן המשחה בתחלה היה יוצק שמן על ראשו ואחר כן נותן לו בין ריסי עיניו. *Et tulit Moſe oleum unctionis*. R. Jehuda dicit. In oleo unctionis, quod fecit Moſe, vide quot miracula facta ſunt! &c. Sicut exponitur in *Horajoth*; ſicut ſupra expoſitum eſt. *Et unxit altare*; non juxta unctionem Aharon, & filiorum ejus fuit unctio omnium vaſorum. In unctione Aharon, & filiorum ejus, poſtquam veſtiti ſunt, iterum uncti ſunt; dictum eſt enim l. c. *ſicut oleum bonum ſuper caput*. In unctione vaſorum, omnia & ſingula vaſa ſeorſim ungebantur; *Et effudit ex oleo unctionis*. A principio effudit oleum ſuper caput; Et poſtea dedit oleum inter palpebras oculorum.

לא נמצא בשפתיו שלא אסר את המותר
ולא התיר את האסור בשלום ובמישור הלך
אתי שלא הירהר אחר המקום כדרך שלא
הירהר אברהם ורבים השיב מעון שהשיב
פושעים לתורה ואומר מישרים אהבוך
ויאמר משה אל אהרן ואל אלעזר ואל
איתמר בניו רבי אומר בגדולה מתחילין
מן הגדול ובקלקלה מתחילין מן הקטן מנין
שנאמר ויאמר יי אל הנחש כי עשית זאת
ונומר ואבה אשית בינך ובין האשה ואל
האשה אמר ונומר בתחילה נתקלל נחש
ואחר כך נתקללה חוה ואחר כך נתקלל
אדם ראשיכם אל תפרעו אל תגדילו פרע
יכול אל תפרעו מן הכובע הרי אתה דן
נאמר כאן פריעה ונאמר להלן פריעה מה
פריעה האמורה להן גידול שיער אף פריעה
האמורה כאן גידול שיער ובגדיכם לא
תפרומו ולא תקרעו בגדיכם ולא תמותו
ממשמע לאו אתה שומע הין ועל כל העדה
יקצף ואחיכם כל בית ישראל יבכו את
השרפה אשר שרף יי׳ מה תלמוד לומר
את השרפה הרי אתה דן נאמר כאן שריפה
ונאמר להלן שרפה מה שריפה האמורה
כאן שריפת נשמה וגוף קיים אף שריפה
האמורה להלן שריפת נשמה וגוף קיים
שריפה האמורה בבת כהן והאמורה באשה
ואמה ומפתח אהל מועד לא תצאו יכול
בין בשעת עבודה בין שלא בשעת עבודה
תלמוד לומר ומן המקדש לא יצ׳ ולא יחלל
אימתי אינו יוצ׳ ולא יחלל הוי אומר בשעת
עבוד׳ פן תמותו ממשמע לאו אתה שומע
הין כי שמן משח׳ יי׳ עליכם ויעשו כדבר
משה קיימו עליהם מצות משה רבן וכן
הכתוב משבח ישרא׳ בפרשת שילוח טמיאים
ויעשו כן בני ישרא׳ וישלחו אותם אל מחוץ
למחנה וכן הכתו׳ משבח את יהושע כאשר
צוה יהוה את משה כן צוה משה את יהושע
וכן עשה יהושע. *Et fuit in die octavo*. Hic textus est unus ex illis, qui explicandus est. Dictum est hic: *Et fuit in die octavo*. Et alibi, sc. *Exod.* XIX. 16. *Et fuit in die tertio*. Ignoramus utrum fuerit tertius dies hebdomadæ, an tertius enumerationis. Quando autem dicit ibid. vers. 11. *In die enim tertia descendet Dominus coram universo populo super montem Sinai &c. Et fuit in die tertio, & mane inclaruerat*. Dicendus est fuisse tertius dies enumerationis, qui erat sextus mensis. Et hic dictum est: *Et fuit in die octavo*. Nos ignoramus utrum fuerit octavus enumerationis, an octavus mensis. Quando autem dicit *Levit.* VIII. 33. *Septem enim diebus implebitur manus vestra*. Dicendus tibi est fuisse octavus enumerationis, non autem octavus mensis. Ille dies insignitus fuit decem prærogativis. Fuit primus creationis mundi, primus principum, primus sacerdotii, primus ministerii, primus, in quo descendit ignis, primus comestionis sacrificiorum; primus, in quo interdicta fuerunt excelsa, primus noviluniorum, primus, in quo habitavit Divinitas in Israel, primus benedictionis Israelis. *Vocavit Mose Aharon, & filios ejus*. Quia Deus honoravit in principio Aharon, similiter Mose honoravit in fine. Et unde pro-

probatur, quod honoraverit Aharon in principio? ex eo quod dictum est *Exod.* XIX. 24. *Ascendesque tu, & Aharon tecum.* Similiter Mose honoravit in fine; dictum est enim. *Vocavit Mose Aharon, & filios ejus.* Et posthæc. *Seniores Israel.* Dixitque ad Aharon. *Tolle tibi vitulum filium bovis in sacrificium pro peccato.* Ad docendum, quod Mose dixerit Aharon; Aharon frater meus, quamvis, acceptus sis Deo, quod sis expiatus ab delictis tuis, tamen necesse est, ut Satanæ os claudas. Mitte munus ante te, priusquam ingrediare in sanctuarium. Fortasse te odio habebit, quando ingredieris in sanctuarium. Et fortasse dices. Non erit necessaria expiatio nisi mihi. Nonne Israelitæ quoque opus habent expiatione? Dictum est enim *Lev.* IX. 3. *Et ad filios Israel loqueris dicens. Tollite hircum caprarum in sacrificium pro peccato.* Quid viderunt Israelitæ ut offerent, plusquam Aharon? Et dixit illis; vos peccastis in principio, pariterque peccastis in fine. Peccastis in principio; ex eo quod dictum est *Genes.* XXXVII. 31. *Et mactarunt hircum caprarum.* Et peccarunt in fine, eo quod fecerunt vitulum conflatilem. Veniat hircus caprarum, & expiet pro opere hirci caprarum; Veniat vitulus, & expiet pro opere vituli. *Et bovem, & arietem pro sacrificiis.* Quia eorum peccatum assimilatum fuit duabus speciebus; ex eo quod dictum est *Exod.* XXXII. 8. *Feceruntque sibi vitulum conflatilem. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem bovis comedentis herbam.* Veniat bos & expiet pro opere bovis. Veniat vitulus & expiet pro opere vituli. Scitote, quod acceptum sit Deo, ut vestra delicta expientur. Peccatum, pro quo vos timetis, jam sacrificatum est; dictum est enim *Levit.* loc. cit. *Ut immoletur coram Domino.* Dixerunt Israelitæ coram Mose: Quomodo provincia potest laudare regem, quando non videt facies regis? Respondit illis: *Hodie enim Dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta, quæ præcepit Mose.* Diligenter: *Et accessit universa congregatio, & stetit coram Domino.* Omnes lætantes accesserunt, & steterunt in conspectu ejus. Simile est regi, qui uxori iratus est, eamque expulit. Post aliquot dies placatur; illa vero statim sibi lumbos præcingit, sibique humeros alligat, eique plusquam consueverat ministrat. Similiter omnes Israelitæ postquam viderunt, quod placatus esset Deus, ut eorum delicta expiarentur, lætantes omnes accesserunt, & steterunt coram eo; ideoque dictum est. *Et accessit universa congregatio, & stetit coram Domino. Et dixit Mose: hoc est verbum, quod præcepit Dominus; facite.* Dixit Mose Israelitis. Expellite ab vestro corde illam malam tentationem, omnesque in uno timore estote, ut serviatis coram Domino, sicut ille est unicus in mundo; sic vestrum ministerium sit peculiare coram illo; Dictum est enim; *Et circumcidetis præputium cordis vestris.* Qua de causa? *Quia ego sum Dominus Deus vester*; Ille est Deus Deorum, & Dominus Dominantium; *Facite: apparebit vobis gloria Domini. Et dixit Mose ad Aharon.* Hoc est quod dicit textus *Psalm.* XCVIII. 6. *Moses & Aharon in sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus. Invocabant Dominum; & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos:* Ad docendum, quod tres omnes sibi invicem possent comparari. *Accede ad altare.* Cuinam est hoc simile? Simile regi terreno, qui despondit uxorem, quæ coram illo erubescit; &, ad eam ingreditur soror, ei que dicit; qua de causa huc ingressa es, nisi ut ministres regi? Confide; ingredere & ministra regi. Hoc idem dixit Mose Aharon: Aharon frater meus; qua de causa electus es, ut esses summus Sacerdos, nisi ut ministrares coram Domino S. B. Confide, & ingredere, & ministra ministerium tuum. Et alii dicunt: Videbat Aharon altare juxta similitudinem bovis, & ab illo sibi timebat. Et illi dixit Mose; Frater meus; nihil est, quod ab illo tibi timeas, confide; accede ad illud; idcirco dictum est: *Accede ad altare. Ex accessit Aharon ad altare.* Diligenter. *Et mactavit vitulum suum in sacrificium pro peccato suo.* Ab suo sacrificio primum incipit. Et obtulit sacrificium populi; postquam absolvit sacrificia sua; venit ad sacrificium populi. Scito, quod ejus sacrificium magis expiaret, quam sacrificium populi; eo quod sacrificium populi non expiet pro sacerdotibus; At ejus sacrificium expiabat pro se, & pro populo; dictum est enim; *Et immola sacrificium pro peccato tuo, & holocaustum tuum, & expia pro te & pro populo; & immola sacrificium populi, & expia pro eo.* Dictum est enim. *Et mactavit illum, & adspersit illum, sicut primum.* Sicut in primo necessaria fuit expurgatio, in hoc quoque necessa-

ſaria fuit expurgatio. Sicut in primo duæ erant neceſſariæ adſperſiones, quæ ſunt quatuor: in hoc quoque duæ ſunt neceſſariæ adperſiones, quæ ſunt quatuor; *Et obtulit holocauſtum, & fecit juxta inſtitutum*. Sicut holocauſtum decorticandum, & in fruſta cædendum erat, hoc quoque decorticandum, & in fruſta cædendum fuit. Sicut holocauſtum totum comburendum erat, hoc quoque totum comburendum fuit. Sicut in holocauſto ſacerdos ſtans prope altare adſpergebat; in hoc quoque ſtans prope altare adſpergebat. Sicut in holocauſto, ſi ex altari membra dimoverentur, in ſtruem reſtituenda erant, in hoc quoque ſi membra ex altari dimoverentur, in ſtruem reſtituenda fuerunt. *Et obtulit munus, & implevit manum ſuam ex illo*. Dictum eſt hic *impletio*, pariterque dictum eſt illic *impletio*, ſicut *impletio* eo loco dicta ſignificat plenitudinem pugilli, ita pariter *impletio* hoc loco dicta ſignificat plenitudinem pugilli; ſicut in plenitudine pugilli eo loco dicta, ſi pugillo acceperit, & in ejus manum adſcenderet lapillus, aut granum ſalis, aut thuris, illegitimum eſt; ita pariter in plenitudine pugilli hoc loco dicta, ſi pugillo acceperit, & in ejus manum adſcendat lapillus, aut granum ſalis aut thuris, illegitimum eſt. *Et adolevit ſuper altare præter holocauſtum matutinum*. Quid hoc venit ad nos docendum? Si ad docendum, quod ſi non inveniat munus, adducat pecus, jam dictum eſt; *Obtulit holocauſtum, & fecit illud juxta inſtitutum*. Si ita eſt, cur dictum eſt; *& adolevit ſuper altare præter holocauſtum matutinum*? Ad docendum, quod ſi ibi affuerint duo munera, alterum cum holocauſto, & alterum ſeorſim offeratur. *Et mactavit bovem, & arietem ſacrificium pacificorum, quod erat pro populo*. Hinc docentur pacifica pro cœtu. *Et pectora & femur dexterum ventilavit Aharon ventilando*. Ad demonſtrandam dignitatem Aharon, & filiorum ejus, qui paucis momentis didicerunt ſeptem miniſteria ſc. mactationem, & *ſanguinis* acceptionem, ſparſionem, adſperſionem, diſtillationem, abſterſionem, effuſionem, & expiationem. *Et fuit in die octavo*. Hic eſt dies octavus ſanctificationis Aharon, & filiorum ejus. Aut crederem fuiſſe octavum menſis? Quando vero dicit; *Exod.* XL. 15. *Et fuit in menſe primo, in anno ſecundo, in principio menſis erectum eſt tabernaculum*. Hinc docetur, quod in principio menſis erectum eſt tabernaculum. Crederem erectum fuiſſe in principio menſis, & Divinitatem habitaſſe in principio menſis? Idcirco dictum eſt: *Et in die, quo erectum eſt tabernaculum, operuit nubes*. Hinc docetur, quod eo die, quo erectum eſt tabernaculum, Divinitas habitavit propter opera Aharon. Quia in omnibus operibus ſeptem dierum impletionum miniſtravit Moſe, at Divinitas ejus opera non habitavit; donec venit Aharon, & miniſtravit veſtibus ſacerdotii, & ejus opera habitavit Divinitas: Dictum eſt enim. *Hodie enim Dominus apparebit vobis*. Cur dictum eſt; *& fuit*? ad docendum, quod fuerit lætitia coram Deo in cœlo, ſicut eo die, quo creati ſunt cœli & terra. In opere creationis dictum eſt; *Et fuit veſpera, & fuit mane*. Hic vero dictum eſt: *& fuit*. Quando Iſraelitæ perfecerunt opus tabernaculi venit Moſe & benedixit illis; ſicuti dictum eſt: *Exod.* XXXIX. 43. *Et vidit totum opus, & benedixit eis Moſe*. Qua benedictione benedixit? Dixit illis. *Habitet Divinitas in operibus manuum veſtrarum*. R. Meir dicit: hoc modo benedixit. *Dominus Deus patrum veſtrorum adjiciat ſuper vos, ſicut vos millies;* & ipſi dixerunt: *Et ſit jucunditas Domini ſuper nos, & opera manuum noſtrarum conſtituat ſuper nos, & opera manuum noſtrarum conſtituat*. At pro eo tempore dictum eſt: *Cant.* III. *Egredimini & videte filiæ Sion:* Filii illuſtres; *regem Salomonem*, regem cujus eſt pax, *in diademate, quo coronavit illum mater ſua:* Hoc eſt tentorium conventus, quod efformatum fuit ex hyacintho, purpura, coccino, & byſſo. *Mater ſua*. Non eſt אמו niſi Iſrael. Dictum eſt enim *Iſai.* cap. LI. 4. *Et gens mea me auſculta. In die deſponſationis illius*. In die, quo habitavit Divinitas in domo. *Et in die lætitiæ cordis ejus*. In die quo deſcendit ignis novus de cœlo, & conſumſit ſuper altare holocauſtum & adipes. *Et elevavit Aharon manus ſuas ad populum, & benedixit ei*. Ea hora dignus factus eſt Aharon donis ſacerdotii, & meritum acquiſivit tam pro ſe quam pro ſuis generationibus, ut manus elevaret uſque ad reſurrectionem mortuorum. *Et deſcendit poſt oblatum ſacrificium pro peccato, & holocauſtum, & pacifica;* poſtquam complevit ſua ſacrificia, cum lætitia deſcendit ab altari. *Et venit Moſe & Aharon ad tentorium conventus*. Poſtquam vidit Aharon fuiſſe oblata omnia ſacrificia, eorumque opera omnia perfecta fuiſſe, ne-

que descendisse Divinitatem in Israelem, stans mœstus erat Aharon, & dixit; Scio, quod mihi iratus sit Deus, & mei causa non descenderit Divinitas in Israel. Sed tantum mihi fecit frater meus Mose, ut ingressum sim, ut erubescerem, quod non viderem descendere Divinitatem in Israel. Subito ingressus est cum eo Mose, & misericordiam petierunt, & descendit Divinitas in Israelem; sicuti dictum est: *Et ingressus & Mose & Aharon in tabernaculum conventus. Et egressus est ignis de conspectu Domini*. Quando viderunt ignem novum, qui descendit ab altitudine cœlorum, & qui absumsit super altare holocaustum & adipes; aperuerunt os suum, & dixerunt canticum; & pro illa hora dictum est *Ps.* XXXII. 1. *Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio*. Eo tempore exsiliit pœna super Nadab & Abihu. Et alii dicunt, ab Sinai sibi commeruisse; etenim quando viderunt Mosem & Aharon præcedere alios, & se post illos, & populum universum post se incedere; dixit Nadab ad Abihu; Quandonam morientur isti duo senes, & nos hunc cœtum regemus? Dixit tum Deus S. B. videbimus, quis alterum sepeliat: illi vos sepelient, & regent cœtum. Alia explicatio. Quando viderunt filii Aharon oblata fuisse omnia sacrificia, omniaque opera facta fuisse, neque descendisse Divinitatem in Israelem; Dixit Nadab ad Abihu; quomodo potest fieri; ut quis cibum sine igne coquat? Confestim acceperunt ignem extraneum, & ingressi sunt in adytum; dictum est enim? *Et sumserunt duo filii Aharon Nadab & Abihu, unusquisque thuribulum suum, & immiserunt ignem*. Dixit illis Deus; ego vos glorificabo plusquam vos me glorificastis. Vos intulistis in meum conspectum ignem immundum, at ego igne puro vos comburam. Qualis fuit eorum mors? Duo funiculi ignis egressi sunt de sancto sanctorum, & in quatuor divisi sunt, & duo in alterius nares, totidemquem in nares alterius ingressi sunt; corpus combustum est, vestes vero servatæ sunt; sicuti dictum est: *Et egressus est ignis de conspectu Domini*. Stans Aharon obstupuit, & dixit; Væ mihi; Tantum ego & filii mei peccavimus, ut tantum mihi acciderit! Ingrediens Mose ad eum dixit: Aharon frater meus; In Sinai mihi dictum est; Sanctificaturus sum ego hanc domum; summo viro ego illam sanctificabo. Ego putavi aut per me aut per te fuisse sanctificandam. Nunc inventi sunt filii tui me & te majores, eo quod in illis sanctificata est domus. Quando hoc audivit Aharon, justum esse asseruit hoc judicium, & tacuit; sicuti dictum est: *Et tacuit Aharon*. Solent enim justi justificare in se judicium. Abraham; justificavit in se indicium; dictum est enim. *Et ego pulvis & cinis*. Jacob justificavit in se judicium; Dictum est enim; *Gen.* XXXII. 10. *Minor factus sum cunctis miserationibus tuis, quas fecisti servo tuo*. David justificavit in se judicium; dictum est enim *Psal.* XXXVIII. 6. *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Et vocavit Mose Misael, & Elisaphan filios Oziel patrui Aharon, & dixit ad eos; Accedite, & tollite fratres vestros*. Hinc dixerunt, quod mortuis non essent polluendi; quia Eleazar & Ithamar erant sacerdotes, neque pro illis se immundarunt. Quinam se immundarunt? Levitæ. *Et accedentes, transtulerunt eos cum tunicis suis*. Hinc docemur, quod de illis mortuis majorem curam habuerit Deus, quam de viventibus; etenim si corpora combusta fuissent, & vestes servatæ non fuissent, nudati, & contemti fuissent. Verum combustum est eorum corpus, & vestes servatæ sunt. Hinc fieri potest argumentum a minori ad majus; si istis, qui sibi Dei iram excitarunt, contra ejus voluntatem ingredientes ad conspectum suum, ita fecit; justis vero quanto magis? *Et locutus est Mose ad Eleazar, & Ithamar*. Hinc dixerunt, quod pro interfectis ab Synhedrio nulla omnino navanda sit opera. Fortasse dicetis; Ingrediemur domum, & mærebimus, & lugebimus, & plangemus. Minime; Deus enim vobis præcepit; *Et de ostio tabernaculi conventus non egrediemini*. Hinc dixerunt; sacerdos summus, cui aliquis moriatur, non egrediebatur post feretrum; Si ingrediebatur, illi se operiebant & ipse se discooperiebat; illi se discooperiebant, & ipse se operiebat. *Et fecerunt juxta præceptum Mosis*. Justificarunt in se judicium, & siluerunt. *Et elevavit Aharon manus suas ad populum & benedixit ei*. Hic textus extra locum suum collocatus est; dicendum enim erat; & descendit post oblatum sacrificium pro peccato, & holocaustum, & pacifica. *Et elevavit Aharon manus suas, & benedixit illis*; Etenim post ejus descensum elevavit manus suas, & benedixit populo. *Et benedixit illis*; tu dicis, quod sive stans, sive non stans, *sc. sedens*

dens benedixerit. Idcirco dictum est *Deut.* x. 8. *Ut staret coram Deo, ut ministraret & benediceret in nomine illius.* Comparanda est benedictio ministerio; sicut ministerium stando peragendum erat; pariter benedictio stando peragenda erat. Similiter dictum est 2. *Paralip.* xxx. 27. *Surrexerunt autem sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo; & exaudita est vox eorum, pervenitque oratio eorum in habitaculum sanctum suum ad cœlos.* Regnante Ezechia rege Juda, quod legi operam darent, quid dictum est de illis? *Pervenitque oratio eorum in habitaculum sanctum suum ad cœlos.* In temporibus novissimis, quod servirent Idololatriæ, quid dictum est de illis? *Et cum extenderitis manus vestras, occultabo oculos meos a vobis.* *Isai.* I. 15. *Et benedixit illis.* Nescimus, quænam sit hæc benedictio. Repetit textus, nobisque explicat. *Num.* VI. 25. *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.* Usque ad verba. *Et ponat tibi pacem. Et venit Mose & Aharon in tabernaculum conventus.* Cur ingressus est simul Mose & Aharon? ut doceretur Aharon opus suffitus; aut non est ingressus, nisi alius rei gratia. Ecce argumentum; descensus (*ab altari*) tenebatur ad benedictionem, & ingressus tenebatur ad benedictionem; sicut descensus fuit tempore ministerii, ita pariter ingressus fuit tempore ministerii. Unde probatur, quod ingressus teneretur ad benedictionem? Si exitus qui non tenebatur ad lotionem tenebatur ad benedictionem ingressus, qui tenebatur ad lotionem, non erit æquum, ut teneretur ad benedictionem? Aut dicendum in contrarium; Si ingressus qui non tenebatur ad benedictionem, tenebatur ad lotionem, exitus, qui tenebatur ad benedictionem, non erit æquum, ut teneretur ad lotionem? Minime: Si dixisti de ingressu, ratio est, quod egrediatur de profano in sacrum, idem dices de exitu, quod egrediatur de sacro in profanum? Nihil valet argumentum in contrarium. Atque iterum argumentandum est. Descensus tenebatur ad benedictionem, & ingressus tenebatur ad benedictionem; sicut descensus tempore ministerii, ita pariter ingressus tempore ministerii. Qua de causa ingressus est Mose cum Aharon? Ut doceret eum opus suffitus. *Et egressus est ignis de conspectu Domini.* Postquam viderunt ignem novum descendisse de cœlo, & absumsisse super altare holocaustum, & adipes, ceciderunt super facies suas, & laudarunt Dominum. Similiter in diebus Salomonis ceciderunt super facies suas; dictum est enim 2. *Paral.* VII. 3. *Et omnes filii Israel viderunt descendentem ignem de cœlo, & gloriam Domini super domum, & corruerunt super faciem terræ super pavimento, & se incurvarunt, ut glorificarent Dominum, quia bonus, quia in æternum misericordia ejus.* Et pro illo tempore dicit *Zachar.* XIV. *Et erit suave Domino munus Juda, & Hierusalem sicut dies ab æterno, & sicut anni antiqui. Sicut dies ab æterno*, sicut tempora Mosis; *& sicut anni antiqui*, sicut anni Salomonis. Rabi dicit; *sicut dies ab æterno*, sicut dies Noachi; *& sicut anni antiqui*, sicut anni Abelis, quibus non erat Idololatria in mundo. *Et sumserunt duo filii Aharon.* Ipsi quoque lætati sunt, quando viderunt ignem novum, constiterunt, ut adderent amorem amori. *Et sumserunt.* Hoc nihil aliud significat, nisi lætitiam. *Nadab & Abihu*; quid dicendum erat, *filii Aharon?* Quia non impertierunt honorem τῷ Aharon. Nadab & Abihu non sumserunt consilium a Mose. *Unusquisque cum thuribulo suo.* Quisque seorsim egressus est; neque alter alterum consuluit. *Et obtulerunt coram Domino ignem alienum, quem non præceperat illis.* R. Ismael dicit; crederem simpliciter fuisse ignem alienum? Idcirco dictum est; *quem non præceperat illis.* Et sine consilio intulerunt. R. Akiba dicit; Non intulerunt nisi ex furnulis; dictum est enim. *Et obtulerunt coram Domino ignem alienum*; si ita est; cur dictum est; *quem non præceperat illis?* Quia non consulerunt Mosem eorum præceptorem. R. Eleasar dicit; non fuerunt rei, nisi quod docuerunt constitutionem coram Mose eorum præceptore; & siquis doceat constitutionem coram suo magistro, reus est mortis. Narratur casus de quodam discipulo, qui docuit in ejus conspectu; dixitque ad Ima Salum ejus uxorem; Hic non vivet ista hebdomada, & mortuus est; post Sabbathum illum convenerunt sapientes, eique dixerunt; Rabi; esne propheta? Et illis respondit. Non sum ego propheta, neque filius prophetæ; sed traditionem habeo ab meis præceptoribus, quod si quis doceat constitutionem coram suo præceptore, reus sit mortis. *Et egressus est ignis de conspectu Domini*; Docemur, quod egressus sit ignis de sancto sanctorum, & eorum animam combusserit. Aba Jose ben Dosthai dicit: duo fila ignis egressa sunt de sancto sanctorum, quæ in quatuor dispartita sunt,

sunt, quorum duo in alterius nares, totidemque in nares alterius ingressa sunt. *Et ambsumsit illos*. Eorum anima combusta fuit, at vestes eorum non fuerunt combustæ; dictum est enim; *& accesserunt, & portarunt illos cum tunicis suis*; tunicisne latorum, an ferentium? Idcirco dictum est; *Et absumsit illos; illos*, non autem vestes. Et in alio textu dictum est. *Et filiis Aharon facies tunicas;* tunicas sacerdotibus, non autem tunicas Levitis. *Et mortui sunt coram Domino*. R. Eliefer dicit; non mortui sunt nisi in loco, quo licebat ingredi Levitis; sicuti dictum est; *Et accesserunt, & portarunt illos cum tunicis suis*. Si ita est, cur igitur dictum est; *& mortui sunt coram Domino*? Percussit eos Angelus, & foris expulit, & eduxit. R. Akiba dicit, non mortui sunt nisi in loco interiori; dictum est enim; *& mortui sunt coram Domino*. Si ita est, cur igitur dictum est: *Et accesserunt, & portarunt illos cum tunicis suis?* Hinc docemur, quod sumta forfice ferrea traxerint, atque eduxerint. *Dixitque Mose ad Aharon. Hoc est quod locutus est Dominus; cum meis propinquis sanctificabor;* Hic sermo dictus est Mosi in Sinai, & ignoravit, donec factum contigit. Dixit Mose ad Aharon; Frater non mortui sunt filii tui, nisi propter sanctificationem nominis Dei S. B. sicuti dictum est; *& congregabor illic filiis Israel, & sanctificabitur bonor meus*. Quando Aharon cognovit, filios suos esse amicos Dei, siluit, & recepit mercedem silentii sui. Hinc dixerunt; siquis Dei voluntati obsecundat, & tacet, bonum est illi signum. Similiter dicit David *Psalm*. XXXVII. 7. *Tace Domino, & spera*. Et per Salomonem dictum est *Ecclesiast*. III. 7. *Tempus tacendi, tempus loquendi, tempus pro omnibus*. Tempus, quo homo loquatur; *& vocavit Mose Misael, & Elisaphan filios Oziel patrui Aharon*. Quando autem dicit textus *Exod*. VI. 18. *Filii Cath, Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel*. Cur dictum est; *patrui Aharon?* Comparatur factum Ozielis facto Aharon. Sicut Aharon erat sectator pacis in Israel, ita pariter Oziel erat sectator pacis in Israel; Et unde probatur Aharon fuisse sectator pacis in Israel? Ex eo quod dictum est *Num*. XX. 30. *Et vidit omnis congregatio, quod mortuus esset Aharon, & flevit Aharon triginta diebus universa domus Israel*; Et de Mose dictum est quod eum fleverint filii Israel. Qua de causa flevit Aharon triginta diebus universa domus Israel; & Mosen filii Israel tantum fleverunt? Quia Aharon non dicebat viro, atque mulieri; peccasti; sed quoniam eos Mose correxit, dictum est de eo. *Et fleverunt filii Israel Mosen*. Similiter explicatur traditio de Aharon. *Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis. Malach*. II. 5. Quod esset sectator pacis in Israel. *Et dedi ei timorem, & timuit me*. Ibid. Quod in se susceperit omnia verba legis cum metu & timore; Quid dicendum est; *Et propter nomen meum contritus est?* Dixerunt sapientes, quod eo tempore, quo Mose effudit oleum unctionis super caput Aharon, contremuit, & cecidit retrorsum, & dixit: væ mihi, quod prævaricatus sim in oleo unctionis. Respondit ei Spiritus sanctus. *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum, sicut oleum bonum super caput, quod descendit super barbam, barbam Aharon, quod descendit in oram vestimentis ejus, sicut ros montis Hermon, qui descendit in montem Sion. Psal*. CXXXIII. Sicut in hoc rore non est prævaricatio, ita pariter in oleo unctionis non est prævaricatio. *Lex veritatis fuit in ore ejus. Malach*. ibid. Eo quod non immundavit mundum, neque immundum purificavit. *Et iniquitas non est inventa in labiis ejus:* Ibid. Eo quod non interdixit permissum, neque interdictum permisit. *In pace & in æquitate ambulavit mecum*. Ibid. Quod non judicavit de operibus Dei, quomodo non judicavit Abraham. *Et multos avertit ab iniquitate*. Ibid. quod rebellantes revocavit ad legem. Similiter dictum est *Cant*. I. *Cum rectitudine te dilexerunt*. *Et locutus est Mose ad Aharon, & ad Eleazar, & Ithamar filios ejus*. In dignitate fit initium a majori, & in punitione a minori; unde probatur? Ex eo quod dictum est. *Genes*. III. 14. *Et ait Dominus ad serpentem, quia fecisti hoc &c. Inimicitias ponam inter te & mulierem &c. Mulieri quoque dixit &c*. In principio maledictus fuit serpens, & postea ipsa maledicta est, & post eam maledictus est Adam: *Capita vestra nolite nudare*. Nolite comam alere; Crederem, mitra non fuisse capita nudanda? Ecce argumentum; dictum est hic פריעה pariterque dictum est *in Nazyreo* פריעה sicut פריעה eo loco dicta significat alere comam, ita pariter hoc loco. *Et vestimenta nolite scindere*. Et vestimenta vestra nolite lacerare; *ne moriamini*. Ex hac negatione deducitur affirmatio. *Et super omnem cœtum indignabitur*.

Et

Et fratres vestri, universa domus Israel plangent incendium, quod incendit Dominus. Quid dicendum erat: *incendium*? Ecce argumentum: Dictum est hic incendium, pariterque *in filia sacerdotis* dictum est *incendium*; sicut *incendium* eo loco dictum est incendium animæ, & corpus intactum remanet, ita pariter hoc loco; hoc est incendium dictum in filia sacerdotis, pariterque dictum in uxore, & in matre. *Et de ostio tabernaculi conventus non egrediemini*. Crederem sive tempore ministerii, sive non tempore ministerii? Idcirco dictum est *Levit.* XXI. 12. *Et de sanctuario non egredietur, & non profanabit*. Ecce dictum est tempore ministerii. *Ne moriamini*. Ex hac negatione deducitur affirmatio. *Quia oleum unctionis est super vos*. *Qui fecerunt omnia, sicut præceperat Mose*. Confirmarunt præceptum Mosis eorum præceptoris. Et similiter textus commendat Israelitas in Parascha de educendis immundis *Num.* V. *Et fecerunt filii Israel, & ejecerunt illos extra castra*. Similiter textus commendat Josue: *Sicut præcepit Dominus Mosi, ita præcepit Mose Josue, & sic fecit Josue*. *Pesiktha*. ויהי ביום חשמיני לשון שמחה גדולה ביום שנבראו בו שמים וארץ במעשה בראשית כתיב ויהי ערב ויהי בקר וכאן נאמר ויהי שכיון שכילו ישראל את מלאכת המשכן בא משה ובירכן שנאמר וירא משה את כל המלאכה ומה היא ברכת משה שבירכן אמר להן יהי רצון שתשרה שכינה על מעשה ידיכם על אותה השעה הוא אומר צאינה וראינה בנות ציון בנות המצויינות לי במלך שלמה במלך שהשלום שלו בעטרה שעטרה לו אמו אומו כמו ולאומי אלי האזינו שהיה המשכן מצוייר בתכלת וארגמן ותולעת שני ושש ביום ששרתה שכינה על ישראל וביום שמחת לבו ביו׳ שירדה אש חרשה מן המרום וליחכה את העולה ואת החלבים ביום השמיני שמיני למלואי׳ שבעת ימים היה משה מחנכן בעבודה קרא משה לאהרן ולבניו ולזקני ישראל להראותם גדולתו של הקדוש ברוך הוא ועבודת נוהו ששם בתוך בני ישר׳ וכן הוא אומר כי כה אמר רם ונשא שוכן עד וקדוש שמו מרום וקדו׳ אשכון אע״פ שמרום וקדוש אשכון אף אני שוכן את דכא ושפל רוח ויאמ׳ משה זה הדבר אשר צוה יי׳ לעשות ברכת העם דכתי׳ ויצאו ויברכו את העם וגו׳ ויאמ׳ אל אהרן קח לך עגל משלך עגל בן שנה בכל מקום זה היה חוץ משבעת ימי המלואי׳ שהקריב משה שנאמ׳ וישחט ויקח משה וכאן וישחט את עגל החטאת אשר לו ולא כדרך יום הכפורים האמור בפרשת אחרי מות צריך וידוי וכאן לא היה מתודה ואל בני ישראל תדבר

לאמר שהיה הדבור בזרוז ושור ואיל לשלמים כי היום יי׳ נראה אליכם כבוד יי׳ שירדה אש מן השמים לעיניכם לאכול את העולה ואת השלמים ויקחו את אשר צוה משה לא איחרו ולא עיכבו קרב אל המזבח מוטב שיבוא זכאי ויכפר על החייב ואת החלב ואת הכליות ואת היותרת מן הכבד ללמדך שכליות ויותרת הכבד לא נקראו חלבים שנאמר ואת הכליות ואת העולה המציאו אליו לשון הקרבה לנתחיה ואת הראש כדרך ששנינו בתמיד לא היה שובר את הרגל לא נוקבו מתוך ערקובו ותולה בו היה מפשיט ויורד עד שהוא מגיע לחזה הגיע לחזה חותך את הראש ונותנו למי שזוכה בו חתך את הכרעים ונתנן למי שזכה בהן מרק את ההפשט וכו׳ הראשון בראש וברגל הראש בימינו חרטומו כלפי זרועו וקרניו בין אצבעותיו ובית שחיטתו מלמעלן והפרד נתון עליה הרגל שבימין בשמאלו ובית עורה לחוץ וכו׳ ואת החלבים מן השור ומן האיל הזכורים בו ומן האיל האליה הפסיק הענין בא להוסיף האליה וישימו החלבים על החזות חזר וקרא הכל חלבי׳ לעניין הקטרה אבל לעניין אכילה שם חלב לבד ושם אליה וכליו׳ ויותרת הכבד לבד ואינם בכלל חלב כעניין שאמר למעלה ואת החלב ואת הכליות ואת החזות ואת שוק הימין הניף אהרן תנופה לפני יי׳ באותה שעה זכה אהרן במתנות כהונה שהרי המלואי׳ למשה היה למנה וישא אהרן את ידיו אל העם באותה שעה זכה לנשיאות כפים לו ולבניו עד סוף כל הדורו׳ וירד מעשות החטאת והעולה והשלמים משנפנה מקרבנו ירד לו מעל גבי המזבח בשמחה ויבא משה והארן אל פני אהל מועד ויצאו ויברכו את העם וגומ׳ מלמד שאחר שברכם אהרן לא נראתה שכינה והיה משה מצטער נכנסו שניהם ונתפללו שנאמר ויבא משה ואהרן אל אהל מועד וגומ׳ עליהם הכתוב אומר טובים השנים מן האחד ואומר הנה מה טוב ומה נעים שבת אחים גם יחד הוא שאמר למעלה זה הדבר אשר צוה יי׳ תעשו וירא אליכם כבוד יי׳ ותצא אש מלפני יי׳ ותאכל על המזבח את העולה ואת החלבים וירא כל העם וירונו ויפלו על פניהם כיון שראו אש חרשה שירדה משמי מרום ולחכה על גבי המזבח נפלו על פניהם ואמרו שירה על אותה השעה הוא אומר רננו צדיקים ביי׳ לישרים נאוה תהלה אש שירדה בימי משה לא פסקה עד שירדה בימי שלמה שנאמ׳ וכל ישראל רואים ברדת האש ויקחו בני אהרן שלא נטלו עצה מן אהרן נדב ואביהוא איש מחתתו שניהם בעצה אחת ויתנו בהן אש וישימו עליה קטרת ויקריבו לפני יי׳ אש זרה אשר לא וגומ׳ שעשו שלא ברשות אמרו אף על פי שאש יורד מן השמים מצוה להביא מן ההדיוט שנאמר ונתנו בני אהרן אש על המזבח אלא שהיה להם ליטול

ליטול רשות דבר אחר ויקחו שני בני
אהרן ממשמע שנאמר נדב ואביהוא איני
יודע שהם שני בני אהרן אלא מלמד
שלא חלקו כבוד לאהרן נדב ואביהוא
שלא נטלו עצה ממשה ויקרבו לפני יי׳
אש זרה אשר לא צוה אותם הכניסוה
בלא עתה רבי אליעזר אומר לא נתחייבו
מיתה בני אהרן אלא על שהורו הלכה
לפני משה רבן שכל המורה הלכה בפני
רבו חייב מיתה דבר אחר ויקחו שני בני
אהרן נדב ואביהוא איש מחתתו כיון שירד
אהרן מעשות החטאת והעולה והשלמים
ועדין האש לא ירדה נכנסו משה ואהרן
ובאו אל אהל מועד ללמדו על מעשה
הקטרת כיון שראו שני בני אהרן שהקטרת
עקר מיד לקחו איש מחתתו שנאמר אשר
לא צוה אותם אבל למשה ואהרן צוה
כיון שראה אהרן שמתו בניו על הקטרת
היה מתפחד להקטיר קטרת בין המתים
ובין החיי׳ שנאמר ויאמ׳ משה אל אהרן
קח את המחתה ונומ׳ מהרה אמר לו
אהרן שני בני מתו על שהכניסו מן החוץ
לפנים ואתה אומר אלי הוצא מן הקדש
לחוץ אמר לו הולך מהרה ואל תהא
מפליג על הדבר שכן נגזרה גזרה לבוא
מעשה הקטורת לכפר על מעשה הקטרת
בקטרת נתעצבה ובקטרת תשמח מיד ויעש
כן אהרן ונומר ותצא אש מלפני יי׳
מלמד שיצתה אש מבית קדש הקדשים
ושרפה את נשמתן אבא יוסי בן דוסאי
אומר שני חוטין של אש יצאו מבית קדש
הקדשים ונתחלקו לארבעה ונכנסו שנים
בחוטמו של זה ושנים בחוטמו של זה
ומתו ותאכל אותם שרפה ולא
בגדיהם שנאמר וישאום בכותנותם
בכותנותיהן נישאין שהיו להן כתנות שנאמר
ולבני אהרן תעשה כותנות ולא למישאל
ולאלצפן בני עזיאל למדנו שבכתנות של
מיתים שהלוים לא היו להם כתנות
וימותו לפני יי׳ בעין מיתה הנשמה נשרפת
והגוף היה קיים רבי אליעזר אומר וימותו
לפני יי׳ לא מתו בפנים ולא בחוץ מקום
שהלוים מותרין ליכנס לשם שנאמר ויקרבו
וישאום א״כ מהו לפני יי׳ נגפם המלאך
ודחם והוציאם לחוץ רבי עקיבה אומר
לפני יי׳ מתו והלוים גררום בחכות של
ברזל והוציאום לחוץ ואיסי בן עקיבה
אומר לא מתו נדב ואביהוא אלא שלא
ליתן פתחון פה לבאי העולם לאמר לא
שרת שכינה באהל מועד וכיון שנכנסו
נדב ואביהוא לפני לפנים באהל מועד
אמר הקדוש ברוך הוא אם אני מאריך
אפי עם אלו יהא כל אחד ואחד מישראל
עושה כך מוטב ימותו נדב ואביהוא ואל
יתמעט כבודי אפילו שעה אחת מיד אמר
למלאך ונגפם אם על הקרובים כך על
הרחוקים על אחת כמה וכמה במסכת
סנהדרין מפרש וכבר היו משה ואהרן
מהלכין בדרך ונדב ואביהוא מהלכין אחריהן
אמר לו נדב לאביהוא מתי ימותו שני
זקנים הללו ואני ואתה נגהיג הדור אמר
להן הקדו׳ ברוך הוא הא נראה מי קובר

את מי וכמה בנים היו לו לאהרן שהיו
ראויין לישרף כנדב ואביהוא אלא שזכות
אבותם עמדה להם רבי ירמיה אומר
בארבעה מקומות מזכיר מיתת בני אהרן
ובכל מקום מזכיר סרחונם ללמדך שלא
מתו אלא על הקריבה ועל הקרבה
ועל שלא נכנסו בעצה ועל אש
זרה שהקריבו ר׳ אליעזר המודעי אומר
בוא וראה כמה חביבין צדיקי׳ לפני מי
שאמר והיה העולם שכל מקום שמזכיר
מיתתן מזכיר סרחונן להודיעך שלא היה
בידם אלא זו בלבד והרי דכתיב קל וחומר
אם בשעת הכעס חס הקדוש ברוך הוא
עליהם קל וחומר בשעת רצון וכן הוא
אומר בעת רצון פריתיך ויאמר משה
אל אהרן הוא אשר דבר יי׳ לאמר בקרובי
אקדש כיון שראה משה את אהרן עומד
ותוהה אמר לו אוי לי שכך היא עבירה
בידי וביד בני וכך הניעתני נכנס משה
אצלו והיה מפייסו בדברים אמר לו אהרן
אחי זה מסיני נאמר לי עתיד הקדו׳ ב״ה
לקדש את הבית הזה ובאדם גדול אני
מקדשו והייתי אומר בי או בך הבית הזה
מתקדש ועכשו נמצאו שני בניך גדולי׳ ממני
וממך שבהם הבית הזה נתקדש כיון ששמע
אהרן כך צידק עליו את הדין שנאמר
וידום אהרן וכן הוא אומר ונועדתי שמה
לבני ישראל ונקדש בכבודי כיון שידע
אהרן שמתו בניו על קידוש שמו של הקב״ה
מיד שתק כמה גדולה שתיקה שהרי
אהרן קבל שכר עליה וכן דוד אומר דום
ליי׳ והתחולל לו שלמה אומר עת לחשות
ועת לדבר ויקרא משה אל מישאל
ואל אלצפן בני עוזיאל דוד אהרן מה
תלמוד לומר דוד אהרן והלא כבר נאמ׳
ובני קהת עמרם ויצהר וחברון ועזיאל
למעשה אהרן מה אהרן רודף שלום
בישראל שנאמר ויבכו את אהרן שלשים
יום ונומ׳ אפילו הנשים מה שלא נאמר
במשה אף עוזיאל רודף שלום היה וכן
אומר על אהרן בשלום ובמישור הלך אתי
שלא הרהר על דרכי המקום ויקרא
משה אל מישאל ואל אלצפן בני עוזיאל
דוד אהרן לפי שהכהנים מטמאין למתים
ואמר להם ללוים להטמא ויאמר אליהם
קרבו בשני טעמים מלמד ששני פעמים
אמר להם לפי שהיו יראים ליקרב לכך
עליו שני טעמים בקריאתו ויקרבו
וישאום בכותנותם מלמד שהם הקדו׳
בה על הצדיקי׳ במיתתן יותר מבחייהן
שהרי לא נתבזו שישרפו בגדיהם ואם
על מי שהכעיסוהו כך חס עליהן קו׳ על
שאר הצדיקים שעושין רצונו ויאמר
משה אל אהרן ולאלעזר ולאיתמר בניו
רבי אומר בגדולה מתחילין מן הגדול
ובקלקלה מתחילין מן הקטן ראשיכם אל
תפרעו אל תגדלו פרע או שמא תאמר
אל תפרעו ראשיכם מן הכובע הריני דן
נאמר כאן פירוע ונאמר להלן גדל פרע
שער ראשו מה להלן פירוע גידול שיער
אף כאן פירוע גידול שיער ובגדיכם לא
תפרומו אל תקרעו בגדיכם ולא תמותו

ממשמע

ממשמע לאו אתה שומע הין את השריפה אשר שרף יי׳ מיכאן אתה למר לשריפת בת כהן שזינת שהיא שריפת נשמה וגוף קיים כרמפורש במסכת סנהדרין בפרק אלו הן הנשרפין ומפתח אהל מועד לא תצאו יכול אפילו בלא שעת העבודה תלמור לו׳ ומן המקרש לא יצא ולא יחלל אימתי מחלל ביציאתו בשעת העבודה הא אינו מרבר אלא בשעת העבודה פן תמותו כל מקום שנאמר השמר פן ואל אינו אלא לא תעשה וממשמע לאו אתה שומע הין כי שמן משחת יי׳ עליכם מכאן לכל הכהני׳ המשוחים שהם בלא יצאו ולא יחללו מכאן אמרו כהן גרול שמת לו מרת אינו יוצא עמהן וכו׳ ויעשו כרבר משח שקיימו עליהן מצות רבן שבח לו לתלמיר שמקיים מצות רבו וכן הוא אומר במצרים וילכו ויעשו בני ישראל כאשר צוה יי׳ את משה ואת אהרן כן עשו וכן הוא ביהוש׳ כאשר צוה יי׳ את משה עברו וכן צוה משה את יהושע וכן עשה יהושע וירבר יי׳ אל אהרן לאמ׳ לפרט אהרן כשם שהיה הדבור אל אהרן . *Et fuit in die octavo*; ex ſignificatu magnæ lætitiæ in die, quo creati ſunt cœli & terra; in opere creationis ſcriptum eſt; *Et fuit veſpera, & fuit mane*. Hinc dictum eſt; *Et fuit*. Poſtquam perfecerunt Iſraelitæ opus tabernaculi venit Moſe, & benedixit illis; Dictum eſt enim *Exod.* XXXIX. 43. *Et vidit Moſe univerſum opus*. Et quænam fuit benedictio, qua benedixit illis Moſe? Dixit illis; ſit beneplacitum, ut habitet Divinitas in opere manuum veſtrarum. Pro eo tempore dictum eſt *Cantic.* III. II. *Egredimini & videte filiæ Sion*: filiæ diſtinctæ; *regem Salomonem*; regem cujus eſt pax; *in diademate, quo coronavit illum mater ſua*; אומו, ſicut ſcriptum eſt *Iſai.* LI. 4. *Et gens mea me auſculta*. Quod tabernaculum efformatum erat hyacintho, & purpura, & cocco, & byſſo; in die quo deſcendit Divinitas de cœlo ſuper Iſrael. *In die lætitiæ cordis ſui*, in die quo deſcendit ignis novus ſuper altare, & abſumſit holocauſtum, & adipes. *In die octavo*, octavo impletionum; Septem diebus miniſtravit Moſe in miniſterio. *Vocavit Moſe Aharon, & filios ejus, & ſeniores Iſrael*; ad videndum magnificentiam, & miniſterium quietis ſuæ inter filios Iſrael. Similiter dictum eſt *Iſ.* LVII. 15. *Quia hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen ejus in excelſo, & in ſancto habitans*. Quamvis in alto, & in ſancto habitans; tamen ego *habitans cum contrito & humili ſpiritu*. *Et dixit Moſe; hoc eſt verbum quod præcepit Dominus*: ad faciendam benedictionum populi; dictum eſt enim; *Et egreſſi ſunt & benedixerunt populo. Dixitque ad Aharon: Tolle tibi vitulum*: de tuis bonis; vitulus eſt ſemper anniculus; & hic erat preter ſeptiduum impletionum, quem obtulit Moſe; dictum eſt enim: *Et mactavit, & ſumſit Moſe*. Et hoc loco dictum eſt. *Et mactavit vitulum pro peccato ſuo*. Non ita factum eſt in die expiationum, quia in die expiationum commemorato in Paraſcha *poſt mortem*, fuit neceſſaria confeſſio; at hoc loco confeſſio neceſſaria non fuit. *Et ad filios Iſrael loqueris dicens*; ut allocutio ſit cum feſtinatione. *Et bovem & arietem pro pacificis; hodie enim Dominus apparebit vobis; gloria Domini*; deſcendet enim ignis de cœlo vobis ſpectantibus ad abſumendum holocauſtum & pacifica. *Tulerunt ergo cuncta quæ præcepit Moſe*. Non diſtulerunt, neque tardarunt. *Accede ad altare*. Melius eſt ut veniat juſtus, & expiet pro reo. *Et adipem, & renunculos, & reticulum jecoris*; ad docendum, quod renunculi & reticulum jecoris non dicantur adipes; dictum eſt enim; *& renunculos*. *Et holocauſtum concidet*; ex ſenſu oblationis; *In fruſta & caput*. Sicut legimus in tractatu *Tamid* cap. IV. Non frangebant pedem, ſed perforabant eum in medio curvaturæ pedis, ſuſpendebatque eum, tum excoriabat, deſcendens uſque dum appropinquaret ad pectus, quando appropinquabat ad pectus abſcindebat caput, deditque illud ei, cui obtigerant ea, abſcindebat pedes, dabatque illi, cui obtigerant, abſoluta excoriatione &c. Primus cum capite & pede, caput dextra tenebat, converſis ad brachium naribus, cornibuſque inter digitos poſitis, pars ea colli, qua mactabatur, ſurſum erat, & adipes ipſi impoſiti; dextrum pedem ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exterius collocata erat &c. *Et adipes de bove & de ariete*, ibi memoratos; *& de ariete caudam*. Interrupit ſubjectum venit ad addendam caudam. *Poſuerunt adipes ſuper pectora*. Iterum vocat omnia adipes propter adolitionem; ſed propter abſumtionem adeps ſeorſum appellatur, & cauda, & renunculi, & reticulum jecoris ſeorſim appellantur, neque comprehenditur adeps; ſicuti ſupra dictum eſt; *& adipem, & renunculos*. *Et pectora & armum dexterum*. *Et ventilavit Aharon ventilando coram Domino*; Tum dignus factus eſt Aharon muneribus ſacerdotii; quia ſacrificia impletionum data ſunt Moſi. *Et eleva-*

vavit Aharon manus suas ad populum; tum dignus factus est elevatione manuum, tam ipse, quam ejus filii usque ad finem omnium generationum; *Et descendit post facta sacrificia pro peccato & holocaustum, & pacifica;* post ventilata sacrificia descendit de altari cum lætitia. *Et venit Mose & Aharon in tabernaculum conventus, & egressi sunt, & benedixerunt populo &c.* Hinc docetur, quod post benedictionem Aharon non apparuit Divinitas, & mærore affectus est Mose; & ingressi sunt ambo, & orarunt; dictum est enim. *Et venit Mose & Aharon in tabernaculum conventus &c.* De illis textus dicit *Ecclesiast.* IV. 9. *Melius est duos esse simul.* Similiter dictum est *Psal.* CXXXIII. *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.* Hoc supra dictum est. *Hic est sermo, quem præcepit Dominus, facite, & apparebit vobis gloria Domini. Et devoravit super altare holocaustum, & adipes. Et timuit universus populus, & corruerunt, & ceciderunt in facies suas.* Quando viderunt ignem novum descendentem de altitudine cœlorum, & absumentem super altare, ceciderunt in facies suas, & dixerunt canticum; pro eo tempore dictum est *Psal.* XXXII. I. *Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio.* Ignis qui descendit tempore Mosis, non cessavit donec descendit tempore Salomonis, dictum est enim 2. *Paral.* VII. 3. *Et omnis Israel vidit descendentem ignem. Et sumserunt filii Aharon*: inconsulto Aharon. *Nadab & Abihu, unusquisque thuribulum suum;* Ambo uno consilio. *Et immiserunt ignem, & in illis posuerunt suffitum, & obtulerunt coram Domino ignem alienum, quem non præceperat &c.* fecerunt absque facultate. Dixerunt; quamvis ignis descendit de cœlo; præceptum est ut afferatur de vulgari; Dictum est enim *Levit.* I. 7. *Et ponent filii Aharon ignem super altare.* Verum sumenda erat ab illis facultas. Alia explicatio. *Et sumserunt duo filii Aharon;* ex sensu literali; dictum est enim; *Nadab & Abihu;* non ignorabam duos fuisse filios Aharon; & hinc docetur, quod non sint impartiti honorem τῷ Aharon Nadab & Abihu, qui non consuluerunt Mosen. *Et obtulerunt coram Domino ignem alienum, quem non præceperat illis.* Intuluerunt intempestive. R. Elieser dicit; non fuerunt rei mortis filii Aharon, nisi quod docuerunt constitutionem coram Mose eorum magistro; omnis enim, qui docet constitutionem coram suo magistro, reus est mortis. Alia explicatio. *Et sumserunt duo filii Aharon Nadab & Abihu, unusquisque thuribulum suum;* Postquam descendit Aharon post oblatum sacrificium pro peccato, & holocaustum, & pacifica, & adhuc ignis non descenderat, ingressi sunt Mose & Aharon, & vanerunt in tabernaculum conventus, ut doceretur opus suffitus; postquam viderunt duo filii Aharon, quod suffitus dissiparetur, statim sumserunt unusquisque thuribulum suum. Dictum est; *quem non præceperat illis.* At Mosi & Aharon præceperat. Postquam vidit Aharon filios suos mortuos fuisse propter suffitum; expavit, ut adoleret suffitum inter mortuos & vivos; dictum est enim *Num.* XVI. 46. *Dixit Mose ad Aharon. Tolle thuribulum &c. Festinanter.* Respondit illi Aharon; duo mei filii mortui sunt, eo quod intulerunt de spatio exteriori in interius; & tu mihi dicis; effer de sanctuario in spatium exterius. Dixit illi. Abi festinantur, neque ab hoc dissentias; decretum enim est, ut veniat opus suffitus ad expiandum opus suffitus. In suffitu dolore affectus es, & in suffitu lætaberis. *Confestim ita fecit Aharon &c. Et egressus est ignis de conspectu Domini:* Hinc docetur, quod egressus fuerit ignis de sancto sanctorum, & eorum animas combusserit. Aba Jose ben Dosthai dicit. Duo fila ignis egressa sunt de sancto sanctorum, & in quatuor dispertita sunt, & duo in nares alterius, totidemque in alterius nares ingressa sunt; & mortui sunt; *Et absumsit illos;* illos combussit, non autem ejus vestes. Dictum est enim *Ex. Et filiis Aharon facies tunicas.* Non autem Misael & Elisaphan filiis Oziel; Hinc docemur tunicas fuisse mortuorum; quia Levitæ non habebant tunicas. *Et mortui sunt coram Domino.* Ex eorum morte ostenditur, quod earum anima combusta fuerit, corpus autem intactum remansit. R. Eliezer dicit: *Et mortui sunt coram Domino.* Non mortui sunt in loco interiori, sed in exteriori, quo Levitis ingredi licebat; Dictum est enim: *Et accesserunt, & portaverunt.* Si ita est, cur dictum est; *coram Domino?* Percussit eos Angelus, & expulit, & eduxit foras. R. Achiba dicit; Coram Domino mortui sunt, & Levitæ forcibus ferreis traxerunt, & eduxerunt. Et Isi ben Achiba dicit; mortui sunt Nadab & Abihu, ne daretur facultas hominibus dicendi; non habitat Divinitas in tabernaculo con-

conventus; & quando ingressi sunt Nadab & Abihu in adytum in tabernaculum conventus. Dixit Deus S. B. Si differam iram meam in istis, quanto magis unusquisque ex Israelitis hoc faciet; melius est ut moriantur Nadab & Abihu, ne minuatur mea gloria vel uno momento; statim dixit Angelo; & percussit illos: Si ita in proximis, quanto magis in longinquis! Exponitur in tractatu *Sanhedrin*; Mose & Aharon per viam incedebant; & post illos Nadab & Abihu; dixit Nadab ad Abihu; Quandonam morientur isti duo senes; & ego & tu regemus generationem? Dixit illis Deus S. B. Videbimus quis alterum sepeliat; & filii omnes Aharon comburendi erant, sicut Nadab & Abihu; sed merita eorum patrum servavit illos. R. Jeremia dicit; in quatuor locis memoratur mors filiorum Aharon, & ubique memoratur eorum peccatum; ad docendum, quod non sunt mortui nisi propter oblationem, & quod ingressi sint sine consilio, & propter ignem alienum, quem obtulerunt. R. Elieser Amudi dicit: Veni & vide, quam sint amabiles justi in conspectu illius, qui dicit, & fuit mundus; quod ubi memorantur eorum mors, eorum quoque peccatum memoretur; ad ostendendum, quod nihil sit in eorum potestate nisi hoc duntaxat. Ecce scriptum est a minori ad majus; si tempore indignationis miseretur illis Deus S. B. tempore propitiationis quanto magis! Atque ita dictum est *Isai. In tempore beneplaciti redemi te. Et dixit Mose ad Aharon; hoc est quod loquutus est Dominus; cum meis propinquis sanctificabor*. Quando vidit Mose, quod Aharon timidus consisteret; dixit illi, væ mihi; tantum ego & filii mei peccavimus, ut tantum mihi acciderit? Ingressus est Mose ad eum, & verbis sedavit. Dixit illi: Aharon frater meus; Hoc in Sinai dictum est mihi; sanctificaturus erat Deus S. B. hanc domum; Summo viro ego illam sanctificabo; Et dixi, per me, aut per te hanc domum fuisse sanctificandam; At nunc inventi sunt tui filii me & te majores; per eos enim illa sanctificata est; Quando hæc audivit Aharon, justificavit in se judicium; dictum est enim; *Et tacuit Aharon*. Similiter dictum est. *Et notum feci nomen suum filiis Israel, & sanctificatum est in honore meo*. Postquam cognovit Aharon mortuos esse suos filios propter sanctificationem nominis Dei S. B. statim tacuit. Quam magnum est silentium! ejus causa Aharon recepit mercedem. Similiter dicit David *Psalm.* XXXVII. 7. *Tace Domino, & spera in eo*. Salomon dicit. *Tempus tacendi, & tempus loquendi. Et vocavit Mose Misael & Elisaphan filios Oziel patrui Aharon*. Cur dictum est: *patrui Aharon?* Nonne jam dictum est? *Et filii Cahat Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel?* Ut comparetur factum Ozielis facto Aharon; Sicut Aharon fuit sectator pacis in Israel: Dictum est enim; *Et fleverunt Aharon triginta diebus &c. vel fœminæ;* Quod non dictum est de Mose; Ita pariter Oziel fuit sectator pacis. Similiter dictum est de Aharon. *In pace & in æquitate ambulavit mecum*. Non inquisivit in vias Dei. *Et vocavit Mose Misael, & Elisaphan filios Oziel patrui Aharon*. Quia sacerdotes non polluebantur mortuis; & dixit Levitis, ut se polluerent; *& dixit illis; accedite:* duabus de causis; ad docendum; quod duabus vicibus dixerit illis; quia timebant accedere; ideoque duabus vicibus appellavit. *Et accesserunt, & portarunt eos cum tunicis suis;* Ad docendum, quod miseretur Deus S. B. justis in eorum morte magis quam in eorum vita; etenim non fuerunt spoliati, & vestes ejus non fuerunt combustæ. Illis, qui tantum peccarunt, sic miseretur Deus, quanto magis ceteris justis, qui faciunt ejus voluntatem! *Et loquutus est Mose ad Aharon, & Eleazar, & Ithamar filios ejus*. Rabi dicit; in dignitate fit initium a majori, & in punitione a minori. *Capita vestra nolite nudare*. Nolite comam alere. Aut fortasse dices, non esse mitra capita nudanda? Est argumentum. Dictum est hic פירוע pariterque dictum est in *Nazyreo*. Si alat cæsariem lapitis sui; Sicut eo פירוע designat alere comam; hic quoque, similiter. *Et vestimenta vestra nolite scindere;* nolite lacerare vestimenta vestra. *Ne moriamini*. Ab hac negatione deducitur affirmatio. *Incendium quod incendit Dominus*. Hinc doceris combustionem filiæ sacerdotis, quæ scortata fuerit, cujus anima comburitur, & corpus conservatur, sicut exponitur in tractatu *Sanhedrin* cap. VIII. *Et de ostio tabernaculi conventus non egrediemini;* Crederem vel tempore quo non ministrat? Idcirco dictum est; *Et de sanctuario non egredietur, & non profanabit*. Quando profanabit? si egrediatur tempore ministerii. Ecce non agitur nisi de tempore ministerii. *Ne moriamini*. Ubique dicitur השמר פן ואל

ואל non agitur niſi de præcepto negativo ; & ex hac negatione deducitur affirmatio. *Quia oleum unctionis eſt ſuper vos*. Hinc probatur, quod omnes ſacerdotes uncti prohibentur egredi, & profanare. Hinc dixerunt. Sacerdos ſummus, ſi aliquis ſibi moriatur, non egrediebatur cum illis &c. *Et fecerunt juxta verbum Moſis*. Confirmarunt in ſe præcepta eorum magiſtri. Laudandus eſt diſcipulus, qui confirmat in ſe præcepta ſui magiſtri. Similiter dictum eſt in Ægypto. *Et inceſſerunt, & fecerunt, ſicut præceperat Dominus Moſi ſervo ſuo, & Aharon, ſic fecerunt*. Et ſic in Joſue. *Sicut præceperat Dominus Moſi ſervo ſuo*; atque ita pariter præcepit Moſe Joſuæ; *Et ſic fecit Joſue*.

phemabat & ille lacerabat; descendit ab asino impegitque pugnum in ejus pectus. Eique dixit; habet ne mater tua vestes, quæ mihi sint sufficientes? Hoc dicit, quod lacerandum sit propter cognomina, & sit lacerandum hoc tempore. Propter incendium legis unde probatur? Ex eo quod dictum est. *Jerem.* XXXVI. 23. *Cumque legisset Judi tres pagellas, vel quatuor.* Quid *tres pagellas vel quatuor?* tres, quatuor versus. Quando pervenit ad quintum versum; quod Deus doluit super ejus peccata, statim *scidit illud scalpello scribæ &c. Neque timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua.* Qui viderit discipulum sapientis mortuum, perinde est ac videat librum legis combustum. Dicit R. Abau; veniat super me, si quicquam gustavi toto eo die. R. Jona erat in Tyro, quando audivit, quod obdormierit filius R. Abau quamvis comederit caseum, & biberit aquam, conclusit jejunium eo die. R. Ba & R. Huna bar Chjia sederunt, & venit ulula & extulit Thephilim. R. Huna bar Chjia cægit, R. Ba strangulavit. Dixit illi Rabi Huna bar R. Chjia vel parum absuit, quid eo deveniremus ut incenderetur lex. Dixit illi: cur eo devenisti? dixit Rabi Jeremia nomine Rab; non lacerant nisi propter librum legis, quem combusserit rex Israel manu sua, sicut Jehoakim filius Josiæ rex Juda, & ejus socii. Ela filius R. Eliefer nomine R. Chanina; qui videt librum legis qui comburatur, debet lacerare propter pellem seorsim, & propter scripturam seorsim; qua de causa? Quia dictum est *Jerem.* XXXVI. 27. *Postquam combusserat rex volumen, & sermones; volumen*; hoc est pergamenum; *& sermones*; hæc est scriptura. R. Barabia, R. Chalbo, Ela filius R. Eliefer nomine R. Chanina; futurum est, ut Deus S. B. faciat caput infirmi justis in seculo venturo; qua de causa? Quia scriptum est. *Psal.* XLVII. 14. *Ponite corda vestra in virtute ejus.* לחולה scriptum; & justi commostrant illum digito; & dicit; quod hic est Deus Deus noster semper in æternum, ille reget nos usque ad mortem; usque ad mortem in occulto; usque ad mortem cum solicitudine; usque ad mortem, ut isti mundi; Interpretatur Onkelos אתנא סירא, mundus in quo non est mors & justi commostrant illum digito; & dicit, quod hic est Deus Deus semper in æternum, ille qui reget nos usque ad mortem; ille reget nos in hoc seculo; ille reget nos in seculo futuro. Et propter Hierusalem, & domum sanctuarii; dictum est *Jerem.* XLI. 5. *Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri rasi barba, & scissis vestibus.* Tam qui audiat dirutam esse Hierusalem, quam qui videat Hierusalem in suo excidio, debet lacerare; Qui videt Hierusalem a Sophim, debet lacerare; est qui docet; addet ad lacerationem. Est qui docet; a principio lacerabit palmum, & addet quantuluncunque; & est qui docet; a principio lacerabit palmum, & addet tres digitos. R. Jose, R. Jeremia nomine R. Chjia bar Ba R. Ezechia, R. Jeremia nomine R. Jochanan juxta sententiam illius qui dicit; a principio palmum lacerabit, & addet quantuluncunque. Quid ad separandam oram? R. Jeremia, R. Chjiah nomine R. Simeonis ben Lakisch ad separandum; dictum est I. *Sam.* I. II. *Apprehendens autem David vestimenta sua.* Apprehensio non est minor palmo; *Et scidit illa.* R. Simeon dicit nomine R. Jehosua ben Levi hinc probatur esse separandam oram. Si mortuus aliquis illi moriatur, lacerabit; si mortuus alter illi moriatur, quamvis audierit de patre, & de matre, & de magistro, a quo sapientiam didicit, semel pro omnibus lacerabit; R. Jehuda ben Thima dicit; lacerabit pro hoc seorsim, & pro illo seorsim, dummodo lacerationem patris & matris non faciat pro additamento; Non quod illa antecedat, sed ideo ne addat super lacerationem patris & matris. R. Chalbo, & R. Mithana, Jose bar Menascia nomine Rabi; decisio est juxta mentem R. Jehuda ben Thima; Si mortuus sibi moriatur, lacerabit; si mortuus alius moriatur, addet ad lacerationem & lacerabit; Quo usque? Dicit R. Chanina; donec perveniat ad umbilicum. Doctor quidam coram R. Zangora; quamvis commutet vestes toto septiduo, debet lacearare. Respondit illi R. Zangora; hoc quod dicis, in ceteris propinquis; sed pro patre & matre, vel post multum tempus lacerabit; si mortuus aliquis illi moriatur, lacerabit, si alius moriatur, elongabit tres digitos, & lacerabit; si perfecerit ab anteriori parte, a posteriori incipiet, si a superiori perfecerit, ab inferiori incipiet; si utrinque perfecerit, R. Chjiah filius R. Ada de Jophi dicit; fiet quasi nudus. R. Chanina bar Papa adscendit ad R. Tanchum bar Chjiah; egressus est ad eum vestitus integris vestibus. Quid סנטיריה? sunt vestes non scissæ. Dixit illi; unde hoc didi-

didiciſti? Reſpondit illi; ſic faciebat Simon meus magiſter. Dixit illi; ora pro nobis. Reſpondit illi; divide rupturam tuam; quod toto eo anno ille extendit coram familia ſua. Dicit R. Jochanan; toto ſeptiduo gladius evaginatus eſt; uſque ad triginta contrimiſcet; poſt duodecim menſes reſtituet rupturam. Cuinam hac ſimile eſt? fornici lapidum, ſi unus deſtruatur, deſtruuntur omnes; Et dicit R. Elieſer ſi naſcatur filius maſculus in ea familia, tota ea familia ſanatur; unde probatur, quod lugens ſtans debeat lacerare? Ex eo quod dictum eſt *Job. I. 20. Tunc ſurrexit Job & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite*. R. Jehuda bar Pazi nomine R. Jochanan; hinc probatur, quod lugens ſtans debeat lacerare. Dicit R. Jochanan; docet R. R. Iſa, ut conſuat poſtero die Quando dormiat. R. Iſa docet, R. Chjiah bar Ba, ut calceum induat eo die. Dicit R. Zangora; nulla eſt diſſenſio; qui dicit; conſuet poſtero die, calceum induet poſtero die; & qui dicit; calceum induet eo die, conſuet eo die. Dicunt illi; mortuus eſt Ruben; & lacerat; poſthæc dicunt illi; mortuus eſt Simeon; ecce ſatisfecit debito lacerationis; Dicunt illi; mortuus eſt Ruben, & lacerat; & poſthæc dicunt illi; Vivit, & eſt mortuus. Eſt qui docet, quod ſatisfecerit debito lacerationis; Eſt qui tradit, quod non ſatisfecerit debito lacerationis; Qui dicit, quod ſatisfecerit debito lacerationis; quia jam laceravit; qui dicit, quod non ſatisfecerit debito lacerationis, quia pro vivo laceravit. Et præterea hinc traditur; Si quis lacerat, & redeat in illum anima, ſi ſuper loco, non eſt neceſſe, ut laceret; ſi in aliud tempus, debet lacerare. Quantum erit ſuper loco? ut ſatis ſit, ut loquatur; Quantum erit ſatis, ut loquatur? R. Simeon dicit nomine R. Jehoſua ben Levi; quantum ſatis eſt, ut petat pacem inter hominem & ejus ſocium. Aba bar bar Chana nomine R. Jochanan, quantum ſatis eſt, ut petat pacem inter magiſtrum & diſcipulum, & dicat; pax tibi Rabi &c. Super omnibus mortuis non ſeparabit menſuram oræ ſed pro patre & matre; verba R. Meir. R. Jehuda dicit, qui lacerat, & non dividat oram, hæc laceratio eſt inſulſa. R. Jochanan diſputavit cum R. Jehuda in duobus. R. Jochanan audivit, quod R. Chanina ægrotaret, abiit ut illum viſitaret, & in itinere audivit illum mortem obiiſſe. Secundum illud, quod legimus; ſacerdos ſummus lacerabat ſuperne, & vulgaris inferne. R. Elieſer nomine Cahana, ſuperne ſuperne ab ora, inferne inferne ab ora. R. Jochanan dicit; inferne ſimpliciter. Et concluſio Rabi Elieſer nomine R. Cahana juxta mentem R. Jehuda. Non; juxta mentem R. Jehuda nullo modo lacerabit. Quid igitur? Gravius erat in ſummo ſacerdote, qui non ſeparabat niſi ab ora; Pro omnibus mortuis craſſe reſuet poſt ſeptem dies, & poſt triginta conſuet; pro patre & matre nunquam in perpetuum conſuet. Traditio nomine R. Nathan; mulier ſtatim craſſe reſuet, & poſt triginta dies conſuet, pro patre & matre nunquam in perpetuum conſuet. Quænam eſt iſta ſutura? quaſi textura. Et ſcala, & ſartura non impediunt. Pro omnibus mortuis non lacerat niſi ſuperiorem veſtem duntaxat. Pro patre & matre vel decem alteram ſuper alteram. Induſium non impedit. Mulier non lacerat niſi ſuperiorem duntaxat. Traditio: R. Simeon ben Elieſer dicit: Mulier lacerat interiorem, & convertit ad poſteriorem partem, atque lacerat reliquas. Sed de cauſis, & ritibus lacerationis uberrime agetur in *Maimonidis* tractatu *Ebel*, quem ſuo loco nunc primum ex Hebraico Latine redditum & notis illuſtratum edemus.

Veſtes lacerandi conſuetudo ab Judæis ad reliquas gentes derivavit. *Diodorus Siculus* lib. I. p. 3. c. 3. de Ægyptiis. ὁπότε γὰρ ἐκλείποι τὶς τὸν βίον τῶν βασιλέων, πάντες οἱ κατὰ τὴν Αἴγυπτον κοινὸν ἀνηγοῦντο πένθος, ϗ τὰς μὲν ἐσθῆτας κατερρήττοντο τὰ δ' ἱερὰ συνέκλειον, ϗ τὰς θυσίας ἔπειχον, ϗ τὰς ἑορτὰς οὐκ ἦχον, ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα ϗ δύο. Nam poſt regum cujuſpiam e vita exceſſum omnes per Ægyptum luctu communi ſuſcepto, lacerare veſtes, ſacras ædes claudere, ſacrificia inhibere, nec feſta celebrare per LXXII. dies ſolebant. Vid. *Heliod.* lib. VI. Æthiop. Hiſt. De Perſis idem *Diodorus Siculus* lib. XVII. Biblioth. refert multas poſt Darium victum mulieres, τὰς ἐσθῆτας περιερρηγυίας, μετ' ὀδυρμῶν ἐκ τῶν σκηνῶν *veſtibus diſruptis cum lamentationibus ex tabernaculis* exceſſiſſe. Quod confirmat *Q. Curtius* lib. III. cap. II. Ingens (*inquit*) circa eam nobilium fœminarum turba conſtiterat, laceratiſque crinibus abſciſſaque veſtes priſtini decoris immemores, reginas, dominaſque, veris quondam, tunc alienis nominibus, invocantes. Idem lib. X. cap. 5. de matre Darii, audita morte Alexandri. Ad Darii quoque matrem celeriter perla-

ta

ta est, abscissa ergo veste, qua induta erat lugubrem sumsit, laceratisque crinibus humi corpus abjecit. Idem lib. IV. cap. 10. de spadone, qui mortem uxoris Darii nunciavit. E Spadonibus (*inquit*) qui circa reginam erant, Tyriotes inter trepidationem lugentium elapsus, per eam portam, quæ quia ab hoste aversa erat, levius custodiebatur, ad Darii castra pervenit, exceptusque a Vigilibus, in tabernaculum regis perducitur, gemens & veste lacerata. *Et lib.* V. cap. 12. de Spadonibus Darii fortunam dolentibus. Posthæc autem *Regis* spado gemitu non modo tabernaculum, sed etiam castra complevit. Irrupere deinde alii, laceratisque vestibus, lugubri ac barbaro ululatu, regem deplorare cœperunt. *Herodotus* in Thalia lib. III. Πέρσαι δὲ ὡς τὸν βασιλέα εἶδον, ἀνακλαύσαντα πάντες τάς τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατήρεικόν τε, καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. Persæ (*inquit*) ut regem *Cambisen* lamentantem conspexere, universi tum vestimenta resciderunt, tum effuso ploratu sunt usi. Et lib. VIII. in Urania. ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔχοι Ξέρξης, ἔτρεφε οὕτω δή τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας, ὡς τὰς ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα, καὶ αὐτοὶ ἦσαν ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθείῃσι. De Græcis *Plutarchus* de Cleopatra in Antonio. Δεξαμένη δὲ αὐτὸν, καὶ κατακλίνασα, περιερρήξατο τοὺς πέπλους ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ τὰ στέρνα τυπτομένη, καὶ σπαράττουσα ταῖς χερσὶ, καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ αἵματος, ἀναματτομένη, δεσπότην ἐκάλει, καὶ ἄνδρα, καὶ αὐτοκράτορα, καὶ μικροῦ δεῖν ἐπιλέλης τῶν αὐτῆς κακῶν. Ut eum (*Antonium*) hoc modo accepit, & deposuit in lectum, pepla, eum lamentans, dilaceravit, pectusque suum percutiens, & lanians manibus, cruoremquem facile abstergens, dominum, virum, imperatorem appellavit, ac suorum pene malorum est, illius miseratione, oblita. *Herodianus* lib. I. Histor. τοιαῦτά τινά ἔπεισι, καὶ ῥηξαμένη ἐσθῆτα. *Xenophon* παιδείας lib. III. ὁ παῖς αὐτοῦ ὡς ἤκουσε ταῦτα περιεσπαράξατο τὴν τιάραν, καὶ τοὺς πέπλους κατερρήξατο, αἱ δὲ γυναῖκες &c. Puer istius quum audivit hæc, destruxit tiaras, & peplos discidit, mulieres vero &c. Et lib. I. ὡς δ᾽ οὖν τοῦτο ἤκουσεν ἡ γυνὴ περικατερρήξατό γε τὸν ἄνωθεν πέπλον, καὶ ἀνεδίρατο. Quum igitur hæc audisset mulier, disrupit certe superius peplum. Ad Græcis a Romanos hic ritus derivavit. De *Julio Cesare* testatur *Svetonius* in ejus vita cap. 33. quod trajecto Rubicone flumine, *pro concione fidem militum fleus, ac veste a pectore discissa* invocaverit. De *Augusto* narrat *Dio Cassius*, *ipsum vestes, audita clade Vari, & legionum disrupisse*. De *Claudio Nerone Cæsare Svetonius* iterum in ejus vita. Postquam (*inquit*) deinde etiam Galbam & Hispanias descivisse cognovit, collapsus, animoque male fracto, diu & sine voce, ac prope intermortuus jacuit. Usque resipuit, veste discissa, capite converberato, actum de se pronunciavit. *Aurelius Victor* scribit Maximinum Imperatorem cognita Africæ defectione, vestem scidisse, in parietem irruisse, & gladium præ indignatione arripuisse. *Dio Cassius* lib. XLVIII. Utriusque exercitus (*inquit*) milites audita pace ducum, inter se etiam salutasse, statimque multas utrinque vestes dilacerasse, more lugentium, quod quisque audivisset cognatorum, vel propinquorum, qui ex utraque parte interierunt. *Livius* Decad. I. lib. I. de mulieribus Sabinis. Tum Sabinæ mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus passis, scissaque veste victo malis muliebri pavore, ausæ se inter tela volitatia inserre, ex transverso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras. *Silius Italicus* lib. XIII. de *Scipione* audita suorum morte

> Huc tristis lacrymas, & funera acerba suorum
> Fama tulit; duris quanquam non cedere suetus
> Pulsato lacerat nidentes pectore amictus.

Statius in Glauciam

> Tu modo fusus humi, lucem aversaris iniquam,
> Nunc torvus pariter vestes, & pectora rumpis.

Idem in Priscillam

> - - - tunc flere & scindere vestes
> Et famulas lassare greges, & vincere planctus.

Et Theb. III.

> - - - - sanguineo discissus amictu
> Luctus.

Virgilius lib. V. de Æneа cognito Classis incendio

> Tum pius Æneas humeris abscindere vestem,
> Auxilioque vocare Deos, & tendere palmas.

Terentius Eunuch. Act. IV. sc. 3. de Eunucho ob stupratam Virginem

> Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem
> Vestem omnem misere discidit; tum ipsam capillo conscidit.

Plautus Trucul. Act. I. Sc. I.

Aut auram periit, aut conscissa
pallula est.

Tacitus lib. XI. Annal. cap. 36. Solus Mnester cunctationem attulit dilaniata veste, clamitans: aspiceret verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium jussis Messalinæ dedisset. *Seneca* lib. I. de ira cap. 16. Quid opus est, inquit Hieronymus, cum velis cædere aliquem, prius labia tua mordere? Quid si ille vidisset desilientem de tribunali proconsulem, fasces lictori auferentem, & sua vestimenta scindentem, quia tardius aliena scindebantur? *Virgilius* vestes laceras durante luctu gestatas fuisse testatur Æneid. XII.

Demittunt mentes: it scissa veste
Latinus
Conjugis attonitus fatis, urbisque
ruina.

Juvenalis Satyra X.

Incolumi Troja Priamus venisset
ad umbras
Assarici magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum cervicibus, inter
Iliadum lacrymas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla:
Si foret extinctus diverso tempore, quo jam
Cœperat audaces Paris ædificare
carinas.

Luctus præterea summo sacerdoti prohibetur in textu. ועל כל נפשת מת לא יבא ולאביו ולאמו לא יטמא. *Et ad omnes animas mortui non ingredietur; Et super patre suo, & matre sua non polluetur*. Ubi *Siphra*. ועל כל נפשות מת לא יבוא אמר ר׳ עקיבא מניין לרביעית דם שהוא משני מתים ת״ל ועל כל נפשות מת שתי נפשות ומת אחד לא יבוא לא יטמא חייב בלא יבוא וחייב בלא יטמא אין לי אלא כהן גדול שהוא חייב בלא יבוא ובלא יטמא מנין לכהן הדיוט שהוא בלא יבוא ובלא יטמא ת״ל לא יטמא לא יטמא לגזירה שוה מה לא יטמא אמור בכהן גדול חייב בלא יבוא וחייב בלא יטמא אף לא יטמא האמור בכהן הדיוט חייב בלא יבוא וחייב בלא יטמא לאביו ולאמו לא יטמא יטמא הוא למת מצוה. *Et super omnes animas mortui non ingredietur*. Dicit R. Akiba; unde probatur pro quartario sanguinus duorum mortuorum? Ex eo quod dictum est; *& super omnes animas mortui;* duæ animæ, & unus mortuus. *Non ingredietur, & non polluetur*: reus est propter præceptum; *non ingredietur;* & reus est propter præceptum; *non polluetur*. Non probo nisi de summo sacerdote, quod sit reus propter præceptum; *non ingredietur*, & propter præceptum; *non polluetur;* De sacerdote vulgari unde probatur; quod *non ingredietur; & non polluetur?* Ex eo quod dictum est; *Non polluetur, non polluetur*. A pari sicut in eo quod dictum est *non polluetur* in summo sacerdote, reus est propter præceptum, *non ingredietur*, & propter præceptum; *non polluetur;* ita pariter *non polluetur* dictum in sacerdote vulgari, reus erit propter præceptum; *non ingredietur*, & propter præceptum; *non polluetur*. *Et super patre suo, & matre sua non polluetur*; Sed polluetur mortuo præcepti. *Pesiktha* l. c. ועל כל נפשת חסר ויו״ מלמד שאפילו רביעית דם שיצא משני מתים מטמא באהו לא יבא חייב בל יבוא ובל יטמא לאביו ולאמו לא יטמא אבל מטמא הוא למת מצוה. *Et ad omnes animas;* deest *Vau;* ad docendum, quod vel quartarium sanguinis, quod defluat ex duobus mortuis, polluat in tentorio: *non ingredietur;* reus est propter præceptum; *non ingredietur;* & propter præceptum; *non polluetur*. *Et super patre suo, & matre sua non polluetur;* at polluetur mortuo præcepti. Mortuo præcepti, sc. pro eo, qui a nemine sepeliebatur, polluebatur summus sacerdos. *Siphri* 6. 3. כל ימי הזירו לי״י נפש מת לא יבוא הרי הכתוב מוצאו מכלל תגלחת ובא לו ללמד על הטומאה על נפש מת לא יבוא שומע אני נפשות בהמה כמשמע תלמוד לומר לאביו ולאמו במה ענין מדבר בנפשות אדם ר׳ ישמעאל אומר אינו צריך שכבר נאמר לא יבוא בנפשות המטמא הכתוב מדבר אילו הם אילו נפש אדם ומה תלמוד לומר לאביו ולאמו לא יטמא לאביו ולאמו אינו מטמא אבל מטמא הוא למת מצוה הא עד שלא יאמר יש לי בדין הואיל וכהן גדול בל יטמא לקרוביו ונזיר בל יטמא לקרובים אם למדתי לקרובים לכהן גדול שמטמא למת מצוה אף נזיר מטמא למת מצוה ועוד קל וחומר ומה כהן גדול שקדושתו קדושת עולם הרי הוא מטמא למת מצוה נזיר שקדושתו קדושת שעה אינו דין שיטמא למת מצוה לא אם אמרת לכהן גדול שאינו מביא קרבן על טומאתו לפיכך מטמא למת מצוה תאמר בנזיר שמביא קרבן על טומאתו שלא יטמא למת מצוה תלמוד לומר לאביו ולאמו לא יטמא לאביו ולאמו לא יטמא אבל מטמא הוא למת מצוה או לאביו ולאמו לא יטמא אבל מטמא הוא לשאר מתים אמרת קל וחומר ומה כהן הדיוט שמטמא הוא לקרובים אין מטמא לשאר מתים נזיר שאין מטמא לקרובים אינו דין

דין שלא יטמא לשאר מתים הא מה
תלמוד לומ' לאביו ולאמו לא יטמא לאביו
ולאמו אינו מטמא אבל מטמא הוא למת
מצוה הא עד שלא יאמר יש לי בדין
נאמר כלל בכהן גדול ונאמר כלל בנזיר
מה כלל האמור בכהן גדול בל יטמא
לקרובים אף כלל האמור בנזיר בל יטמא
לקרובים אתה דן מכהן גדול ואני אדון
מכהן הדיוט נאמר כלל בכהן הדיוט ונאמר
כלל בנזיר מה כלל האמור בכהן הדיוט
הרי הוא מטמא לקרובים אף כלל האמור
בנזיר הרי הוא מטמא לקרובים אתה דן
מכהן הדיוט ואני אדון מכהן גדול תלמוד
לומר לאביו ולאמו לאחיו ולאחותו לא
יטמא להם במותם אם היה כהן גדול
לאביו ולאמו אין מטמא אבל מטמא הוא
למת מצוה אם הלך לשחוט את פסחו
לאחיו אין מטמא אבל מטמא הוא למת
מצוה אם היה כהן הדיוט לאחותו אין
מטמא אבל מטמא הוא למת מצוה
אבל לבנו ולבתו לא נאמר שאין הקטנים
ניזורים לא יטמא להם במותם
אינו מטמא אבל מטמא הוא בנינעם
ובזיבתם אין לי אלא בנזיר בכהן גדול
מניין תלמוד לומר לאמו בכהן גדול שלא
הייתי צריך שכבר קל וחומר הוא ומה אם
במקום שכהן הדיוט מטמא לאחיו מאביו
אין כהן גדול מטמא לאביו מקום שאין
כהן הדיוט מטמא לאחיו מאמו דין הוא
שלא יהא כהן גדול מטמא לאמו אם
זכיתי מן הדין מה תלמוד לומר לאמו
בכהן גדול מופנה להקיש ולדון גזירה שוה
נאמר כאן אמו ונאמר להלן אמו מה אמו
האמור להלן מטמא בנינען ובזיבתם אף
אמו האמור כאן מטמא בנינען ובזיבתם

Cunctis diebus, quibus separatus est Domino, ad animam mortui non veniet; *Num.* VI. 6. Ecce textus educit a generali abrasionis, & venit ad docendum de immunditie; Idcirco dictum est; *ad animam mortui non veniet*. Crederem comprehendi vel animas animalium? idcirco dictum est; *Et pro patre suo, & matre sua non polluetur*. De quo agitur? de animabus hominum. R. Ismael dicit; non est necesse, quia jam dictum est: *Non veniet*. De animabus, quæ polluant, textus agit; quænam sunt istæ? sunt animæ hominum; Si ita est; cur igitur dictum est; *& pro patre suo, & matre sua non polluetur?* Pro patre & matre non polluetur; at pollui potest pro mortuo præcepti. Ecce priusquam dictum esset, mihi erat argumentum; Etenim cum summo sacerdoti non licebat se polluere propter propinquos, neque Nazyræo licebat se polluere propter propinquos; si didici ex propinquis summi sacerdotis, quod posset se polluere mortuo præcepti; etiam Nazyræo licebit se polluere mortuo præcepti. Quod probatur argumento a minori ad majus; Si summus sacerdos, cujus sanctitas est sanctitas perpetua, potest se polluere mortuo præcepti; Nazyræus, cujus sanctitas non est æterna, non erit æquum ut possit pollui mortuo præcepti? Minime: Si dixisti de summo sacerdote, qui non affert sacrificium pro sua immunditia, ideoque poterit se polluere mortuo præcepti, dices de Nazyræo, qui affert sacrificium pro sua immunditie, eaque de causa non debebit se polluere mortuo præcepti? Idcirco dictum est; *pro patre suo & matre sua non polluetur;* pro patre & matre non polluetur, ac licebit se polluere mortuo præcepti. Aut dictum est, quod pro patre, & matre se polluere non possit, sed possit se polluere pro ceteris mortuis. Dixisti? Argumentum a minori ad majus; Si sacerdos vulgaris, qui potest se polluere propter propinquos, non potest se polluere pro ceteris mortuis; Nazyræus, qui non potest se polluere propter propinquos, non erit æquum, ut se polluere non possit pro ceteris mortuis? Cur igitur dictum est; *pro patre suo, & matre sua non polluetur?* Pro patre & matre se polluere non debebit, sed potest se polluere mortuo præcepti. Ecce priusquam dictum esset mihi erat argumentum; dictum est generale in summo sacerdote pariterque generale dictum est in Nazyræo, sicut in generali memorato in sacerdote summo interdicitur, ne polluatur propinquis; ita pariter in generali memorato in Nazyræo interdicitur, ne polluatur propinquis. Tu deducis ab summo sacerdote; at ego deducam ab sacerdote vulgari. Dictum est generale in sacerdote vulgari, pariterque dictum est generale in Nazyræo; sicut in generali, quod dicitur in sacerdote vulgari, præceptum est, ne polluatur propinquis, ita pariter in generali, quod dicitur in Nazyræo, præceptum est, ne polluatur propinquis. Tu deducis ab sacerdote vulgari, at ego deducam ab summo sacerdote. Dictum est *Levit.* XXI. *Pro patre suo, & matre sua, pro fratre suo, & sorore sua non pulluetur;* sed polluetur pro mortuo præcepti; Si fuerit summus sacerdos, pro patre, & matre non polluetur, sed polluetur mortuo præcepti; si pergeret ad sacrificandum suum sacrificium Paschale, pro suo fratre non polluetur, at polluetur mortuo præcepti; si esset sacerdos vulgaris, pro sua sorore non polluetur, at polluetur mortuo præcepti.

At pro ſuo filio, & ſua filia non dictum eſt; quia minorennes non fiunt Nazyræi. *Non polluetur pro illis in eorum morte*. In eorum morte non polluetur, at propter eorum plagas, & eorum pollutiones polluetur. Non probo niſi de Nazyræo; de ſummo ſacerdote unde probatur? ex eo quod dictum eſt; *pro matre ſua*; in ſacerdote ſummo; quod non erat neceſſe ut diceretur; quoniam deduci poterat argumento a minori ad majus; ſi ubi ſacerdos vulgaris polluitur fratre ex patre, ſummus ſacerdos non polluitur pro ſuo patre, quando ſacerdos vulgaris non polluitur fratre ex matre, non erit æquum, ut ſummus ſacerdos non polluatur pro ſua matre? Si hoc argumento uti poteram; cur dictum eſt, *pro matre ſua*, in ſummo ſacerdote? Ergo amplius argumentum eſt a pari; Dictum eſt hic *pro matre ſua*; dictumque eſt ibi *pro matre ſua*; ſicut pro ſua matre eo loco memorata poteſt ſe polluere in eorum plagis & pollutionibus; ita pariter pro ſua matre hoc loci memorata poteſt ſe polluere in eorum plagis, & pollutionibus. *Hier. Nazir.* 55. 4. כהן גדול כו׳ כתיב ועל כל נפשות מת לא יבוא מה אנן קיימין אם לאוסרן על הרחוקים הרי הוא בכלל כהן הדיוט אלא אם אינו ענין לרחוקים תניהו עניין לקרובים כתיב ועל כל נפשות ואת אמר אכן א״ר חייה בר גמרא מי כן איסור אחר איסור בתורה אלא להתיר מת מצוה אית דבעי נישמעינ׳ מן הדא לא יטמא בעל בעמיו בעמיו אינו מיטמא מיטמא הוא למת מצוה אית דבעי מישמעינה מן הכא להקלו להחלו אינו מטמא אבל מטמא הוא למת מצוה אית דבעי מישמעינה מן הדא כי קללת אלהים תלוי הא שהוא מוזהר על קללת השם מוזהר הוא על מת מצוה ושאינו מוזהר על קללת השם אינו מוזהר על מת מצוה התיבון הרי גוים אילו שמיתתן בתלייה יצא זה שמיתתו בסייף קבור מצות עשה מניין אתה מרבה סייף שנהרג בו עץ שנתלה בו סודר שנחנק בו מה ת״ל תקברנו יכול יקברו עצמו ת״ל כי קבור תקברנו קבורה לו ולעצו ולאבנו הא כיצד מעמיק שלשה כדי שלא תעלם המחרישה תקברוו כולו ולא מקצתו תקברנו מיכן שאם שייר ממנו לא עשה כלום שנ׳ כי קבור תקברנו מיכן שאינו נעשה מת מצוה עד שהוא ראשו ורובו. *Sacerdos ſummus, & Nazyræus &c.* Scriptum eſt; *Et ad omnes animas mortui non ingredietur*. Quomodo nos explicabimus? Si ad prohibendum ab longinquis, ecce comprehenditur ſacerdos vulgaris; Si vero non poterit explicari de longinquis, explicabitur de propinquis; ſcriptum eſt; *Et ad omnes animas*; tu ita dicis? Dicit R. Chjia bar Gamra; hinc docetur interdictum poſt interdictum in lege; Sed ad permittendum mortuum præcepti. Hoc intelligendum eſt ex illo; *Non polluetur in populis ſuis*. *Levit.* XXI. 1. In populis ſuis non polluetur; at polluetur mortuo præcepti Explicandum eſt ex illo quod dictum eſt; *non polluetur*; at polluetur mortuo præcepti; Explicandum eſt ex illo, quod dictum eſt *Deuteron.* XXI. 23. *Quia maledictus a Deo eſt, qui pendet in ligno*. Qui præmonetur de maledictione nominis Divini, præmonetur etiam de mortuo præcepti; qui vere non præmonetur de malidictione nominis Divini, non præmonetur de mortuo præcepti. Oppoſitio; Ecce gentiles, quorum mors fit ſuſpenſione; excluditur hic, cujus mors fit gladio. Sepultura eſt præceptum affirmativum; unde probatur ad includendum gladium, quo interfectus eſt, lignum, quo ſuſpenſus eſt, ſudarium, quo ſtrangulatus eſt? ex eo quod dictum eſt *Deut.* ibid. *Sepelietis*; crederem, quod cum eo ſepeliretur? Idcirco dictum eſt; *ſepeliendo ſepelietis*. Cum eo ſepelietur ejus lignum, & lapis. Quomodo? Profunde hæc tria ſepeliantur, ne ejus aratio lateat. *Sepelietis*, totum, non autem ejus partem; *Sepelietis*. Hinc docetur, quod ſi aliquid de illo reliquum ſit, nihil fecit. Dictum eſt enim; *ſepeliendo ſepelietis*; Hinc probatur, quod non ſit mortuus præcepti; niſi affuerit ejus caput, & major pars.

Licebat tamen ſummo ſacerdoti in luctu ſacrificare. *Siphra* l. c. ומניין אם עבד עבודתו כשירה ת״ל ולא יחלל את מקדש אלהיו הא כהן הדיוט שעבד אונן עבודתו פסולה כי שמן משחת אלהיו עליו אין לי אלא משוח בשמן המשחה המרובה בגדים מניין ת״ל כי שמן משחת אלהיו עליו אני יי׳ להגיד מה גרם. Unde probatur, quod ſi miniſterium miniſtraſſet, ejus miniſterium eſſet legitimum? Ex eo quod dictum eſt, *Et non profanabit ſanctuarium Domini Dei ſui*. Hinc ſacerdos vulgaris, ſi lugens miniſtraret, ejus miniſterium erat illegitimum. *Quia oleum unctionis Dei ſui ſuper illo*. Non probo niſi de uncto oleo unctionis; de veſtibus multiplicato, unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *Quia oleum unctionis Dei ſui ſuper illo*. *Ego Dominus*; ad oſtendendum, quænam ſit cauſa. *Hier. Horajoth* 47. 4. כהן גדול מקריב אונן ולא אוכל דברי ר׳ מאיר ר׳ יהודה אומר כל אותו היום ר׳ שמעון אומר גמר כל העבודה שבידו ובא

ובא לו בין רבי מאיר לר' שמעון הרא בין ר' יהודה לרבי שמעון הרא בין ר' מאיר לר' יודה הכנסה ר' יעקב בר דסיי מפשק ביניהון ר' מאיר אומר היה בפנים היה יוצא היה בחוץ לא היה נכנס ר' יודה אומר היה בפנים היה יוצא היה בחוץ לא היה נכנס ר' שמעון אומר גומר את כל העבודה שבידו ובא לו. Sacerdos summus in luctu sacrificat; & non comedit; verba R. Meir; R. Jehuda dicit; toto eo die; R. Simeon dicit; perficit omne ministerium, quod est in sua potestate, & abit; Hoc est discrimen inter R. Meir, & R. Simeonem; & hoc est discrimen inter R. Jehuda & R. Simeonem; differentia inter R. Meir & R. Jehuda consistit in ingressu. R. Jacob bar Dasi dividit inter illos. R. Meir dicit; si sit intus, non egreditur, si foris, non ingreditur. R. Jehuda dicit; si intus, egreditur; si foris non ingreditur. R. Simeon dicit; perficit totum ministerium, quod est in sua potestate, & abit. *Babyl. Joma* 13. 2. ת"ר כהן גדול מקריב אונן ואינו אוכל ר' יהודה אומר כל היום וגו' דתני' היה עומד המקריב על גבי המזבח שמע שמת לו מת מניח עבודתו ויוצא דברי ר' ר' יוסי אומר יגמור. Tradiderunt Sapientes. Sacerdos summus in luctu offert, at non comedit. R. Jehuda dicit; toto die &c. Traditio: Si stans offerat super altare, & audiat sibi aliquem mortuum esse, deserit ministerium suum, & abit; verba R. Jehuda; R. Jose dicit; perficiet. Vid. Tosaphta *Sevachim*, & Tosaphta *Horajoth*.

Pergit Textus *Levit.* l. c. ומן הקדש לא יצא עמהם אינו יוצא יוצא הוא אחריהם אלא הן ניכסין והוא גלה הן נכסין והוא נגלה ויוצא עמהן עד פתח העיר דברי רבי מאיר ר' יהודה אומר ומן המקדש לא יצא אינו יוצא כל עיקר. *Et de sanctuario non egredietur*. Non egredietur cum illis, at licet ei egredi post illos; ut illis tectis ipse sit detectus, (lege הן נגלין והוא יכסה) illis detectis, ipse sit tectus; & egreditur cum illis usque ad portam urbis; verba R. Meir; R. Jehuda dicit; *Et de sanctuario non egredietur*. Nullo modo egredietur. *Hierosol. Horajoth* 48. 1. ר' יוסי בי ר' בון בשם רב הונה מתניתא דר' שמעון ומן המקדש לא יצא עמהן לא יוצא יוצא הוא אחריהן אלא הן נכסין והוא נגלה ויוצא אחריהן עד פתח העיר דברי רבי מאיר רבי יודא אומר אינו יוצא מן המקדש כתיב ומן המקדש לא יצא למר אינו יצא ואם יצא לא היה חוזר. R. Jose discipulus R. Bon nomine R. Huna; Misna R. Simeonis; *Et de sanctuario non egredietur*; cum illis non egredietur; at potest egredi post illos; illis tectis; ipse erat detectus; Et post illos egrediebatur usque ad portam urbis; verba R. Meir; R. Jehuda dicit; non egrediebatur de sanctuario; scriptum est enim; *& de sanctuario non egredietur*; ad docendum, quod egredi non debeat; si egreditur; non redit.

Domus in sanctuario summo sacerdoti in templo exstructa fuit, ut toto die in Sanctuario habitaret. *Maimonides* de vasis sanctuarii cap. v. ובית יהיה לו מוכן במקדש והוא הנקרא לשכת כהן גדול ותפארתו וכבודו שיהיה יושב במקדש כל היום ולא יבא אלא לביתו בלבד בלילה או שעה שתים ביום ויהיה ביתו בירושלם ואינו זז משם. Domus erat ei parata in sanctuario, & vocabatur conclave summi sacerdotis; Atque honestum ac decorum erat eum in sanctuario sedere tota die, ex quo nusquam abibat nisi in domum suam, idque noctu tantum aut ad summum horam unam, aut duas interdiu; & habebat domum Hierosolymæ, unde nusquam discedebat.

Summus Pontifex duo habebat conclavia in Sanctuario; *Babyl. Joma* 19. תנא ללמרו חפינה אמר רבי פפא שתי לשכות היו לו לכהן גדול אחת לשכת פרהדרין ואחת לשכת בית אבטינס אחת בצפון ואחת בדרום אחת בצפון דתנן שש לשכות היו בעזרה שלש בצפון ושלש בדרום שבדרום לשכת המלח ששם היו נותנין מלח לקרבן לשכת הפרוה ששם היו מולחין עורות קדשים ועל גגה היתה בית טבילה לכהן גדול ביום הכיפורים לשכת המדיחין ששם היו מדיחין קרבי קדשים ומשם מסבה לגג בית הפרוה שלש שבצפון לשכת העץ לשכת הגולה לשכת הגזית לשכת העץ אמר רבי אלעזר בן יעקב שכחתי מה היתה משמשתה אבא שאול אמר לשכת כהן גדול היתה אחור שתיהן וגג שלשתן שוה לשכת הגולה היה שם בור הגולה והגלגל נתון עליו ומשם מספיקין מים לכל העזרה לשכת הגזית שם היתה סנהדרין של ישראל יושבת ודנה את הכהנים ומי שנמצא בו פסול היה לבוש שחורים ומתעטף שחורים ויוצא וילך לו ושלא נמצא בו פסול היה לובש לבנים ומתעטף לבנים ונכנס ומשמש עם אחיו הכהנים אחת בדרום דתנן שבעה שערים היו בעזרה שלשה בצפון ושלשה בדרום ואחד במזרח שבדרום שער הדלקה שני לו שער הקרבן שלישי לו שער המים שבמזרח שער ניקנור ושתי לשכות היו שם אחת בימינו ואחת בשמאלו אחת לשכת פנחס המלבש ואחת לשכת עושי חביתין שבצפון שער ניצוץ וכמין אכסנדרה היה ועליה בנויה לו עד גביו ושם כהנים שומרים מלמעלה ולוים מלמטה ושלפנים היטנו החול ושני לו שער הקרבן שלישי

cla- לו

לו שער בית המוקד ותניא חמש טבילות ועשרה קרושין טובל כהן גדול ומקדש בו ביום וכולן בקודש בית הפרוה חוץ מזו שהיתה בחול על גבי שער המים ובצד לשכתו היתה ולא ידענא אי לשכת פרהדרין בצפון ולשכת בית אבטינס בדרום או לשכת בית אבטינס בצפון ולשכת פרהדרין בדרום ומסתברא דלשכת פרהדרין בדרום הואי מאי טעמא מקדים קאי ומסך את רגליו וטביל ואזיל לצפון וגמר חפינה ואתי לבית המקדש ועביד עבודה כולי יומא לבהדי פניא מרו עליה והדר אזיל לדרום וטביל ונייח דאי אמרת לשכת פרהדרין בצפון מקדים קאי ומסיך רגליו ואזיל לדרום וטביל וגמר חפינה ואתי לבית המקדש ועביד עבודה כוליה יומא להדי פניא מרו עליה והדר אזיל לדרום וטביל ובעי מהדר ועיזל לצפון ומינח ומיטרח מטריחנן ליה כולי האי אלמא לא מתרחינן ליה טפי דאי צדוקי הוא ליפרוש אי נמי שלא תזוח דעתו עליו דאי לא תימא הכי נעבדינהו לתרוייהו באי הדדי אי נמי תסגיליה בחדא Traditio ; ut addiſceret pugillationem. Dicit R. Papa ; duo erant conclavia ſummo ſacerdoti , alterum dicebatur conclave Parhedrin, & alterum conclave domus Abthines, alterum ſitum erat in aquilone, & alterum in auſtro; alterum in aquilone ; etenim legimus *Middoth* v. 2. Sex conclavia erant in atrio, tria in aquilone, & tria in auſtro; quæ in auſtro, conclave ſalis, ubi reponebatur ſal pro ſacrificio, conclave Happaruæ, ubi ſaliebantur pelles victimarum, & in ejus tecto erat domus lotionis ſummo ſacerdoti in die expiationum, conclave lavantium, ubi lavabantur victimarum inteſtina, atque inde cochlea aſſurgebat in tectum domus Happaruæ. Tria in aquilone, conclave ligni, conclave captivitatis, conclave cæſi lapidis; conclave ligni; dicit R. Elieſer bar Jacob; reperi quis ejus fuerit uſus. Aba Saul dicit; conclave ſummi ſacerdotis poſt utrumque fuit; & horum trium tectum fuit æquale; conclave captivitatis , ubi erat puteus captivitatis, atque trochlea impoſita erat, & inde ſuppeditabant aquas toti atrio. Conclave cæſi lapidis , ubi conſidebat ſynhedrium Iſraelis, & judicabat ſacerdotes; & qui vitiatus deprehendebatur, atris veſtibus indutus & involutus egreſſus abitat ; Qui vero ſine vitio deprehendebatur , albis veſtibus indutus & involutus, ingreſſus miniſtrabat cum ſacerdotibus fratribus ſuis. Alterum in auſtro ; Etenim legimus *Middoth* I. 4. Septem erant portæ in atrio , tres in aquilone, & tres in auſtro , & una in oriente; quæ in auſtro , porta ardoris , ſecunda poſt eam porta oblationis , & tertia ordine porta aquarum ; In oriente erat porta Nicanoris , quæ duo habebat conclavia, unum a dextra , & alterum a ſiniſtra ; unum erat conclave Pinchaſi veſtiarii , & alterum conclave cruſtulario deſtinatum . Ad aquilonem erat porta prominentiæ , forma pergulæ cujuſdam , ſupra quam ædificatum erat cœnaculum , ita ut ſuperiori loco ſacerdotes excubias agerent, Levitæ vero inferiori; Et eo interius erat intermurale ; ſecunda ordine erat porta oblationis , & tertia porta domus incendii. Atqui extat traditio: Quinquies lavabat, & decies ſanctificabat (*manus & pedes*) eo die ſacerdos magnus , & omnes lavabat in ſancto in domo Happaruæ, excepta hac, quæ fiebat in profano ſuper porta aquarum ; & erat in utrum ſui conclavis ; at ignoramus , latere fuerit conclave Parhedrin in aquilone, & conclave domus Abtines in auſtro , an conclave domus Abtines in aquilone , & conclave Parhedrin in auſtro ; & probabile eſt conclave Parhedrin fuiſſe ſitum in auſtro ; Qua de cauſa? Ad orientem ſtabat, & abluebat pedes ſuos, & lavabat, & veniebat ad aquilonem, & perficiebat pugillationem , & veniebat in domum ſanctuarii , & miniſtrabat miniſterium totum diei ; donec veſpera exuebat veſtes , & deinde ibat ad auſtrum, & lavabat, & dormitum ibat ; Si vero dicas conclave Parhedrin fuiſſe in aquilone : In oriente ſtabat ; & abluebat pedes ſuos , & veniebat ad auſtrum , & lavabat , & perficiebat pugillationem , & veniebat in domum ſanctuarii, & miniſtrabat totum miniſterium diei ; donec veſpera ſpoliabat veſtes ſuas , & poſtea ibat ad auſtrum , & lavabat, iterunque ire debebat ad aquilonem , & dormiebat ; Quid? tantum ne defatigando defatigabimus ? Certe multum defatigabimus ; Etenim ſi eſſet Sadducæus; ſe ſeparabat a miniſterio ; aut ne ejus mens ſuperbiret; ſi ita non diceremus; duo ſimul conclavia facienda erant , aut unum tantum ſufficeret . Conclave Parhedrin olim appellatum fuit conclave Conſiliariorum . Babyl. Joma 8. 2. תניא ר׳ יהודה וכי לשכת פרהדרים הית׳ והלא לשכת בלווטי היתה אלא בתחלה היו קורין אותה לשכת בלווטי ומתוך שנותנין עליו ממון לכהונה ומחליפין אותה כל שנים עשר חודש כפרהדרין הללו שמחליפין אותן כל שנים עשר חודש לפיכך היו קורין אותה לשכת פרהדרין. Traditio R. Jehuda. Quid? Eratne conclave Parhedrin ? Nonne erat conclave conſiliariorum ? At a principio appellarunt con-

cla-

clave consiliariorum; Et eo quod dederunt pecuniam pro sacerdotio, & mutabantur duodecimo quoque mense, sicut isti Parhedrin, qui duodecimo quoque mense mutabantur, appellarunt conclave Parhedrin. Ubi *Raschi*. פרהדריז פקידי המלך לשכת בלווטי לשון שרים כן היתֹ נקראת לשכת שרים בתחילה כל ימי שמעון הצדיק שהאריך ימים היו קוראין אותה לשכת בלוטי מתוך שנותנין ממון לכהונה מתוֹ שכהניֹ בית שני היו עומדין על ידי ממון שנותנין על כהונה גדולה למלכי בית חסמוני מחליפין אותה כל שנים עשר חרש כלומר שרשעיֹ היו ולא היו מוציאיֹ שנתן ועומדיֹ אחר תחתיו וכל כהן המתחרש בה סותם אותה ובונה בניך יהא מן הראשון שתהא קרוייה על שמו ונמצא מתחלפת כל שנה ושנה כפרהדריֹ הללו שהמלך מתחלפן בכל שנה ושנה חזרו לקרותֹ לשכת פרהדרין. Parhedrin; visitatores regis. Conclave בלווטי ex significatione שרים, principum; ita enim appellabatur conclave principum ab initio. Omni tempore Simeonis Justi, qui prolongavit dies suos, illud appellarunt conclave consiliariorum. Eo quod dabant pecuniam pro sacerdotio. Eo quod sacerdotes domus secundæ præsidium habebant in pecunia, quam dabant pro summo sacerdotio regibus domus Chasmonæorum, duodecimo quoque mense mutabantur; i. e. erant impii, neque complebant annum suum, & alius ejus loco eligebatur; Et quivis sacerdos, qui mutabatur, claudebat illud, & exstruebat ædificium priori elegantius, quod suo nomine appellabat, & deprehendebatur, quod singulis annis mutaretur. Sicut Parhedrin isti, quos rex singulo quoque anno mutat; rursus appellatum fuit conclave Parhedrin. Hierosl. Joma 38. 2. ללישכת פלהדרין אבא שאול היה קורא אותה לשכת בולווטין בראשונה היו קורין אותה לשכת בולווטין ועכשיו הן קוראין לשכת פלהדרין. Conclave Paledrin. Aba Saul illud appellat conclave consiliariorum. A principio appellabatur conclave consiliariorum; Et nunc appellant conclave Paledrin. Erant Πάρεδροι apud Græcos consilii publici assessores, qui principi assidebant: bini singulis annis eligebantur, qui postquam annum absolvissent, officio se abdicabant. Pollux. Πάρεδροι δ' ὀνομάζονται, οὓς αἱρεῖται ἄρχων, καὶ βασιλεὺς, καὶ πολέμαρχος, δύο ἕκαστος οὓς βούλεται. Assessores nominantur, quos Archon, Rex, & Imperator eligunt, binos unusquisque quos voluerit.

Præmonetur deinde in textu summus sacerdos ducere virginem. הוא אשה בבתוליה יקח. *Ipse uxorem in virginitate sua accipiet*. Ubi *Siphra*. הוא לא המלך הוא ולא הנזיר הוא לרבות כהן משוח מלחמה אשה בבתוליה יקח פרט לבוגרת שכלו בתוליה רֹ אלעזר ורֹ שמעון מכשירין בבגורת נאמר אלמנה מה תֹל גרושה שאילו נאמר אלמנה ולא נאמר גרושה הייתי אומר אלמנה שהיא מותרת לכהן הדיוט אסורה לכהן גדול גרושה שהיא אסורה לכהן הדיוט אינו דין שתהא אסורה לכהן גדול אלו כן הייתי אומר אלמנה שהיא מותרת לכהן הדיוט זרעו ממנו חולין גרושה שהיא אסורה לכהן הדיוט יהא זרעו ממנה ממזר תֹל גרושה ולא יחלל או אילו נאמר גרושה ולא נאמר אלמנה הייתי אומר גרושה שהיא אסורה לכהן הדיוט זרעו ממנו חולין אלמנה שהיא מותרת לכהן הדיוט זרעו ממנו כשר תֹל אלמנה ולה יחלל גרושה ולא יחלל אלמנה להחמיר עליה וגרושה להקל עליה וקללה איזו היא זו שנולדה מאחד מכל הפסולים זונה מה תֹל שיכול אין לי אלא כהן גדול שנעשה זרעו מן הפסולות ממנה חולין מניין לכהן הדיוט שנעשה זרעו מן הפסולות ממנה חולים תֹל זונה זונה לגזירה שוה מה זונה אמורה בכהן גדול זרעו מן הפסולות ממנה חולים אף זונה האמורה בכהן הדיוט זרעו ממנה חולים את אלה לא יקח אלה לא יקח ולא יחלל ואין זרעו מן הנדה חולים והלא דין הוא מה אילו שאינו חייב על ביאתו כרת זרעו ממנה חולין נדה שהוא חייב על ביאתה כרת אינו דין שיהא זרעו ממנה חולין תֹל את אלה לא יקח ולא יחלל אין זרעו מן הנדה חולין כי אם בתולה מלמד שהוא מצווה על הבתולה מעמיו להביא בת גיורת עמונית שתהא כשירה לכהונה יקח אשה מה תֹל מניין אתה אומר אירס את אלמנה ונתמנה להיות כהן גדול יכנוס תֹל יקח אשה מעשה ביהושעֹ בן גמלא שקידש מרתא בת ביתוס ומינהו המלך להיות כהן גדול וכנסה יכול אפילו עשה מאמר ביבמתו יכנוס תֹל יקח אשה ולא יבמה ולא יחלל זרעו אין לי אלא זרע שהוא מתחלל היא עצמה מניין ודין הוא ומה אם הזרע שלא עבר עבירה הרי הוא מתחלל היא שעברה עבירה אינו דין שיתחלל הוא עצמו יוכיח שעבר עבירה ואינו מתחלל לא אם אמרת באיש שאין מתחלל בכל מקום תאמר באשה שהיא מתחללת בכל מקום ואם נפשך לומר לא יחלל ולא יחלל אף מי שהיה כשר ונתחלל בעמיו להביא בת חלל זכר שתהא פסולה מן הכהונה רֹ יהודה אומר בת גר זכר כבת חלל זכר כי אני ייֹ מקרשו להגיד מה גרם. *Ipse*; non Rex; *Ipse*, non Nazyræus; *& ipse*; ad includendum sacerdotem unctum belli; *uxorem in virginitate sua accipiet*. Excludit adultam, cujus virginitates jam imminutæ sunt; R. Elea-

R. Eleazar, & R. Simeon probant adultam. Cum dicat; *viduam*: quid dicendum erat *repudiatam*? Quia ſi dixiſſet viduam, & non dixiſſet repudiatam; dixiſſem; vidua, quæ licita eſt ſacerdoti vulgari, interdicta eſt ſummo ſacerdoti, repudiata quæ interdicta eſt ſacerdoti vulgari, non erit æquum, ut interdicta ſit ſummo ſacerdoti? Si ita dixiſſet, ego dixiſſem; viduæ quæ licita eſt ſacerdoti vulgari, ejus proles eſt profana, repudiatæ, quæ interdicta eſt ſacerdoti vulgari, proles eſt notha; Idcirco dictum eſt; *Et repudiatam*, *& non profanabit*. Aut ſi dixiſſet repudiatam, & non dixiſſet viduam; dixiſſem repudiatæ, quæ eſt interdicta ſacerdoti vulgari, proles eſt profana, viduæ, quæ licita eſt ſacerdoti vulgari, proles erit legitima? Idcirco dictum eſt; *viduam & non profanabit*, *repudiatam*, *& non profanabit*; vidua ad aggravandum, & repudiata ad allevandum: *& profanam*. Quænam eſt profana? Hæc eſt, quæ nata ſit ex aliquo de omnibus profanis, ſeu illegitimis. *Scortum*. Quid dicendum erat? Crederem non poſſe probari de ſummo ſacerdote, quod proles, quæ naſcatur ex muliere ſibi interdicta, ſit profana; unde probatur de ſacerdote vulgari, quod proles, quæ naſcatur a muliere ſibi interdicta, ſit profana? Ex eo quod dictum eſt; *ſcortum*, *ſcortum*. A pari; Sicut ſcortum memoratum in ſummo ſacerdote facit profanam prolem mulierum ſibi interdictarum; ita pariter ſcortum memoratum in ſacerdote vulgari facit profanam prolem mulierum ſibi interdictarum. *Iſtas non accipiet*. Iſtas non accipiet; *& non profanabit*; ſed proles, quæ naſcitur ex menſtruata, non eſt profana. At eſt argumentum; Sicut iſtarum, quarum concubitu non tenetur excidio, proles eſt profana; menſtruatæ, cujus concubitu tenetur excidio, non erit æquum ut proles ſit profana? Idcirco dictum eſt; *Iſtas non accipiet*, *& non profanabit*; at proles ex menſtruata, non eſt profana. *Sed tantum Virginem*; Docemur, quod jubetur accipere virginem. *De populis ſuis*; ad includendam filiam proſelytæ Ammonitidis, ut ſit legitima ſacerdotio. *Accipiet uxorem*. Cur dictum eſt? Unde probatur, quod ſi uxorem duxiſſet viduam, & poſtea electus eſſet ſummus ſacerdos, cum ea poſſit concumbere? Ex eo quod dictum eſt: *Accipiet uxorem*. Narratur hiſtoria de Jehoſua ben Gamla, qui duxit Martham filiam Baithos, & elegit eum Rex in ſummum ſacerdotem, & cum ea concubuit. Crederem, vel ſi duxerit fratriam, cum ea poſſit concumbere? Idcirco dictum eſt אשה, *mulierem*, ſed non fratriam. *Et non profanabit ſemen ſuum*; Non probo niſi de prole, quæ profanatur, ipſa unde probatur? Et eſt argumentum; Si proles, quæ non peccat, profanatur, ipſa, quæ peccat, non erit æquum, ut profanetur? Ipſemet probet in contrarium, qui quamvis peccet, non profanatur. Minime; ſi dixiſti de viro, qui nullomodo profanatur; dices de muliere, quæ quovis modo profanatur? Si putas poſſe argumentari a minori ad majus; jam dictum eſt; *Non profanabit*, *non profanabit*; quæ prius erat legitima, & deinde profanatur. *In populis ſuis*; ad includendam filiam profanam maris; quod ſit illegitima ſacerdotio. R. Jehuda dicit. Filia proſelyti maris eſt ſicut filia profani maris. *Quia ego Dominus*, *qui illum ſanctifico*. Ad indicandum quænam ſit cauſa. *Peſiktha* ibid. והוא הוא ולא מלך הוא ולא נזיר והוא לרבות כהן משוח מלחמה אשה בבתוליה יקח פרט לבוגרת שכלו בתוליה ואי זו זו יתירה על שנים עשרה שנה שהרי שלא אמר בתולה אלא בבתוליה אלמנה מלמד כתובתה מנה ולפי שהותרה לכהן הדיוט הוצרך הכתוב לאסרה לכהן גדול ללמדך שאין בנו ממנה ממזר ﭏ חולין באת אלמנה להחמיר עליה שאעפ״ שמותרת לכהן הדיוט לכהן גדול זרעו ממנה חולין ובאת גרושה להקל עליה שאעפ״ שאסורה לכהן הדיוט אין ממנה ממזר לכהן גדול ﭏ חולין כדין כהן הדיוט וחללה זו שנולדה מאחד מן הפסולין זונה לגזירה שוה מה זונה אמורה בכהן גדול עשה זרעו מן הפסולין ממנה חולין אף כהן הדיוט כן את ﭏה ליקח ולא יחלל אין זרעו מן הנדה חולין ואעפ״ שהיא בונרת כי אם בתולה מעמיו מלמד שהוא מצוה על הבתולה מעמיו להביא בת גיורת ועמונית שתהא כשרה לכהונה יקח אשה שאם ארס את אלמנה ונתמנה להיות כהן גדול יכפיסנה כמעשה דיהושע בן גמלא שיקדש את מרים בת בעתוס מפורש בפרקא קמא במסכת יומא תרקבא דדיפארי עיילא ליה מרים בת בעתוס לינאי מלכא לעולי ליהושע בן גמלא לכהן גדול יקח אשה ולא יבמה ולא יחלל זרעו בעמיו להביא את אשה שמתחללה בשם שזרעו מתחלל אני יי׳ מקדשו להגיד מה נרם. *Et ipſe*; Ipſe, non rex; *Ipſe*, & non Nazyræus; *& ipſe*; ad includendum ſacerdotem unctum belli. *Uxorem in virginitate ſua accipiet*. Excludit adultam; cujus virginitates jam imminutæ ſunt; Et quænam hæc eſt? ultra duodecimum ætatis annum, non enim di-

dixit virginem, ſed *in virginitate ſua*. *Viduam* ad docendum, quod ejus dos ſupputatur. Et quoniam permiſſa erat ſacerdoti vulgari, neceſſe erat, ut textus interdiceret ſummo ſacerdoti; ut doceretur, quod ejus proles non ſit notha, ſed profana; Veniat vidua ad aggravandum ſuper ſe ipſam, quæ quamvis licita ſit ſacerdoti vulgari, proles tamen, quam ſuſceperit ex ſummo ſacerdote, eſt profana; & veniat repudiata ad alleundum ſuper ſe ipſam, quæ quamvis interdicta ſit ſacerdoti vulgari, proles, quam ſuſcipiat ex ſacerdote ſummo, non eſt notha, ſed profana, juxta legem ſacerdotis vulgaris. *Et profanam*; quæ nata ſit ex aliquo de profanis. *Scortum* a pari; ſicut ſcortum memoratum in ſummo ſacerdote facit profanam prolem mulierum ſibi interdictarum; ita pariter in ſacerdote vulgari. *Iſtas non accipiet, & non profanabit*; at proles, quæ naſcitur ex menſtruata, non eſt profana, quamvis teneatur excidio. *Sed tantum virginem de populis ſuis*; ad includendum filiam proſelytæ, & Ammonitidis, ut ſit legitima ſacerdotio; *Accipiet uxorem*; Si duxerit viduam, & eligatur ſummus ſacerdos, cum ea concumbere poteſt; ſicut narratur de Jehoſua ben Gamla, qui duxit Mariam filiam Baithus; explicatur cap. 1. *Joma*. Modium denariorum attulit Maria filia Baithus Jannai regi, ut eligeret Jehoſua ben Gamla ſacerdotem ſummum; Accipiet אשה *mulierem*; non leviram. *Et non profanabit ſemen ſuum in populis ſuis*; ad includendam mulierem, quam profanaverit, ut ejus ſemen ſit profanum. *Quia ego Dominus qui illum ſanctifico*; ad indicandum, quænam ſit cauſa. *Hieroſ. Jevamoth* 7. 3. כהן גדול לא ישא את האלמנה כו' אלמנה לא יקח בין מן האירוסין בין מן הנישואין גרושה לא יקח בין מן האירוסין בין מן הנישואין לא ישא את הבוגרת ר' לעזר ור' שמעון מכשירין בבוגרת שוין שלא יחק את מוכת עץ מה בין בוגרת מה בין מוכת עץ בוגרת כלו בתוליה בעמיה מוכת עץ יצאו בתוליה לחוץ ואית דמחלפין לאישה את מוכה עץ ר' לעזר ור' שמעון מכשירין במוכת עץ ושוין שלא ישא את הבוגרת מה בין בוגרת מה בין מוכת עץ בוגרת עברו ימי הנעורים מוכת עץ לא עברו ימי הנעורים אחות מוכת עץ ר' מאיר ור' שמעון אומ' לא יטמא לה והכמים אומרים יטמא לו יאות ר' מאיר ור' שמעון על דעתין דאילין תני מחלפתה שיטתין דרבנ' תמן אינון אמרין נערה לא בוגרת בתולה לא מוכת עץ והכא אינון אמרין הכין אמר ר' הילא כל מדרש בעניינו תמן ולאחותו

הבתולה פרט לאנוסה ולמפותה או יכול שאינו מוציא את מוכת עץ ה"ל אשר לא היתה לאיש את שהיתה בידי איש לא שהיתה על ידי אחר הקרובה לרבות את הארוסה אליו לרבות את הבוגרת מחלפה שיטתין דרבנן תמן אינון אמרין נערה ולא בוגרת בתולה ולא מוכת עץ קרוב לא ארוסה אליו לא גרושה והכא אינון אמרין אכין א"ר ר' הילא כל מדרש בעניינו אחותו לעולם היא בפני' עד שתצא לחוץ ארוסתו לעולם היא בחוץ עד שתכנס לפני' אנוסתו ומפותתו לא יכניס ואם כנס אין מוציאין מידו אנוסת חבירו ומפותת חבירו ולא יכנוס ואם כנס מוציאין מידו לא ישא את הקטנה אבל נושא את הממאנת וממאנת לא כקטנה היא ממתינין לה עד שתגדיל אירס את האלמנה ונתמנה להיות כהן גדול יכניס ודכוותא אירס את הקטנה ונתמנה להיות כהן גדול יכניס קורא אני עליה אשה לא קטנה. Sacerdos ſummus non ducet viduam &c. Viduam accipiet, ſive ex deſponſationibus, ſive ex connubiis; repudiatam non accipiet, ſive ex deſponſationibus, ſive ex connubiis: Non ducet adultam. R. Elieſer, & R. Simeon probant adultam; in hoc conſentiunt, quod non ducat ligno percuſſam. Quodnam eſt diſcrimen inter adultam & ligno percuſſam? Adulta eſt illa, cujus virginitas conſummata eſt in populo ſuo; percuſſa ligno eſt illa, cujus virginitas extrinſecus periit. Et alii varie ſentiunt. Non ducet ligno percuſſam; R. Elieſer, & R. Simeon permittunt ligno percuſſam; & in hoc conſentiunt, quod non ducat adultam. Quodnam eſt diſcrimen inter adultam, & ligno percuſſam? Adulta eſt illa, in qua puellarum dies præterierunt; percuſſa ligno eſt illa, in qua puellarum dies non præterierunt. De ſorore ligno percuſſæ R. Meir, & R. Simeon dicunt; *Non polluetur illa*. Et Sapientes dicunt; *Polluetur illa*. Recte; R. Meir & R. Simeon ex eorum ſententia; Traditio; diverſa eſt ſententia ſapientum; Ibi illi dicunt; *puella* non adulta; *virgine* non ligno percuſſa; & hic ita dicunt. Dicit R. Ela; omnis expoſitio ſecundum ſuum ſubjectum, ibi; & ſorore *virgine*; excludit coactam, & ſeductam. Aut crederem non eſſe educendam niſi ligno percuſſam? Idcirco dictum eſt: *quæ non eſt nupta viro*; quæ fuerit ſub poteſtate viri; non quæ fuerit ſub poteſtate alterius; *Et propinqua*; ad includendam deſponſatam; *Iſtis*; ad includendam adultam. Diverſa eſt ſententia Sapientum; Ibi dicunt; *puella*, non adulta, *virgine* non ligno percuſſa; *propinqua*, non deſponſata.

Iſtis, non repudiata; & hic ita dicunt? Dicit R. Ela; omnis expoſitio juxta ſuum ſubjectum; ejus ſoror ſemper erit intus; donec foris educatur; ejus ſponſa ſemper erit foris, donec introducatur; coactam, & ſeductam non introducet, ſed ſi introducat, non educunt de ejus poteſtate; Coactam, & ſeductam ab ſocio ſuo non introducet, & ſi introducat; educunt de ejus poteſtate; Non ducet minorennem, at poteſt ducere renuentem; & renuens non eſt ſimilis minorenni; expectant, donec adoleſcat; Si duxerit viduam, & eligatur ſummus ſacerdos, introducet; Et aliquando ſi duxerit minorennem, & eligatur ſummus ſacerdos, poteſt introducere; At in hoc ego lego mulierem, non minorennem.

cundum holocausto; sicut holocaustum non comeditur; ita pariter hoc sacrificium pro peccato non comedebatur. Huic simile dicit R. Jose. *Sed & qui venerant de captivitate filii transmigrationis obtulerunt holocausta Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum Domino! Esdr.* VIII. 35. Potestne esse sacrificium pro peccato holocaustum? Verum sicut holocaustum non comeditur, ita pariter sacrificium pro peccato non comedebatur. R. Jehuda dicit; propter peccatum Idololatriæ attulerunt. R. Simeon dicit; ubicunque dicitur in lege vitulus simpliciter, intelligitur anniculus; dictum est enim *Levit.* IX. 9. *Et vitulum, & agnum anniculos;* Filius juvenci, intelligitur biennis; dictum est enim ibid. vers. 2. *Tolle tibi vitulum filium bovis in sacrificium pro peccato, & arietem in holocaustum perfectos;* perfectos etiam in annis. Bos simpliciter triennis, & quadriennis, vel quinquennis est legitimus; at non adducuntur senes decoris gratia. *Et adducet;* vel post diem expiationum? *Juvencum;* juvencum adducet, at non adducet commutatum. At est argumenta. Etenim, si in privato, cujus sacrificium pro omnibus præceptis non est æquale sacrificio suo diei expiationum, est tamen æquale sacrificium suum pro omnibus præceptis sacrificio suo pro præcepto peculiari; In uncto, cujus sacrificium pro omnibus præceptis est æquale sacrificio suo diei expiationum; non erit æquum, ut suum sacrificium pro omnibus præceptis sit æquale sacrificio suo pro præcepto peculiari? Princeps probet, cujus sacrificium pro omnibus præceptis est æquale sacrificio suo diei expiationum, at ejus sacrificium pro omnibus præceptis non est æquale sacrificio suo pro præcepto peculiari. Hinc ne mireris de uncto, cujus sacrificium pro omnibus præceptis quamvis sit æquale sacrificio suo diei expiationum, tamen non est æquale sacrificium suum pro omnibus præceptis sacrificio suo pro præcepto peculiari. Sed quoniam dictum est; *Et adducet;* crederem potuisse afferre commutatum? Idcirco dictum est *juvencum;* juvencum adducet, at non adducet commutatum. *Et imponet manus suas super caput juvenci;* ad includendum juvencum diei expiationum, cui manus erant imponendæ. Ecce argumentum: Etenim, si iste, qui non obligabatur ad duas confessiones, neque obligabatur ad orationem; *Ah Domine,* tenebatur impositione manuum; juvencus diei expiationum, qui obligabatur ad duas confessiones, & ad orationem; *Ah Domine;* non erit æquum, ut teneretur impositione manuum? Minime; si dixisti de hoc, qui afferebatur propter prævaricationem præcepti cogniti; dices de juvenco diei expiationum, qui non afferebatur propter prævaricationem præcepti cogniti? Quandoquidem non afferebatur propter prævaricationem præcepti cogniti, non erant illi manus imponendæ. Idcirco dictum est; *Et imponet manus suas super caput juvenci;* ad includendum juvencum diei expiationum, quod manus illi esset imponendæ. *Et mactabit juvencum coram Domino;* in aquilone. *Et accipiet.* Dictum est hic acceptio, & dicta est illic, sc. *Exod.* XXIV. 6. acceptio, sicut acceptio eo loco dicta in vase, hic quoque in vase. *Et accipiet unctus;* Non probo nisi de uncto oleo unctionis, de vestibus multiplicato unde probatur? Ex eo quod dictum est; *sacerdos.* Si ejus finis est, ut alium sacerdotem includat, cur dictum est; *& accipiet sacerdos unctus?* Nisi quod præceptum sit, ut accipiat sacerdos unctus; si vero accipiat alius sacerdos, ministerium sit legitimum. *De sanguine juvenci;* de sanguine vitali, non autem de sanguine carnis, neque de sanguine expresso; de juvenco accipiet; *& adducet illum;* legitimum, non profanum; *illum in tabernaculum conventus;* ad excludendum ejus sacrificium pro præcepto peculiari, cujus sanguis non adspergebatur super altare aureum; *Et intinget;* non absterget; *& intinget, & adsperget;* in singulis adspersionibus erat intingendum; *digitum suum;* dictum est hic אצבעו, pariterque dictum est illic, sc. *in leproso* אצבעו, sicut אצבעו eo loco dictus intelligitur aptissimus manus dexteræ, ita pariter hoc loco. *In sanguinem;* ut de sanguine satis sit, ut intingi possit; *Et adsperget;* non distillabit; *& adsperget;* non sparget: *de sanguine; de sanguine,* qui memoratur in subjecto. *Septies,* non septem guttas; *septies;* ut numeret septies; non semel & septies. *Coram Domino;* Crederem per universam domum? Idcirco dictum est; *coram velo;* si coram velo; crederem coram toto velo? Idcirco dictum est; *sanctuarii;* ad docendum, ut intenderet contra vectes. *Et dabit sacerdos de sanguine;* de sanguine, de quo agitur in subjecto; *super cornua;* Ecce duo; & inferius dicit; *super cornua;* Ecce quatuor; ver-

verba R. Simeonis ; R. Jehuda dicit ; *quod est ad ostium tabernaculi conventus altaris suffitus ;* ut altare suffitu inconsacretur ; *suffitus*, ut sit de bonis cœtus ; *aromatum*, ut in eo sint ejus aromata ; *coram Domino ;* cur dictum est ? Dicit R. Nehemia ; quia invenimus in juvenco, qui affertur in die expiationum, quod consisteret in spatio interiori altaris ; *& adsperget super velum ;* quando adspergebat ; crederem in hoc quoque ita factum fuisse ? Idcirco dictum est; *altaris suffitus aromatum coram Domino ;* At sacerdos non stabat coram Domino, *Omnem sanguinem juvenci effundet ;* ad includendum sanguinem juvenci diei expiationum, quod esset effundendus ; *effundet ;* non distillabit; *effundet ;* non sparget; *effundet ;* non adsperget ; *ad fundamentum altaris holocausti ;* at non ad fundamentum altaris interioris. Sed est argumentum ; altare exterius dignum habitum est adspersione sanguinum, & altare interius quoque dignum habitum est adspersione sanguinum ; sicut in altari exteriori, ubi in cornibus adspergebatur sanguis, ibi quoque effundebatur sanguis in fundamentum; ita pariter in altari interiori, ubi adspergebatur in cornibus sanguis, ibi erat effundendus sanguis in fundamentum. Quando autem dicit in juvenco cœtus ; *ad fundamentum altaris holocausti ;* quod non erat necesse ut diceretur; venit ad docendum, quod non esset fundamentum in ipso altari interiori. Et quando dicit in principe ; *ad fundamentum altaris holocausti ;* quod non erat dicendum; si suas reliquias non recipiebat altare interius, reliquiasne altaris exterioris accipiet ? Altera explicatio ; Erat ne fundamentum in altari interiori? Si ita est, cur dictum est ; *ad fundamentum altaris holocausti ?* ut altari holocausti sit fundamentum ; *ad fundamentum altaris holocausti ; quod erat ad ostium tabernaculi conventus ;* hoc erat fundamentum occidentale ; *Et omnem adipem juvenci ;* ad includendum adipem juvenci diei expiationum ad duos renes, & residuum jecoris ; *sacrificii pro peccato ;* ad includendos hircos Idololatriæ ad ea omnia, quæ in subjecto memorantur; *Et auferet ab eo ;* ex conjuncto ; *sicut ablatus erit de bove sacrificii pacificorum*. Quidnam explicatum est in sacrificio pacificorum, quod non sit hoc loco explicatum? Verum, sicut pacifica eorum nomine erant offerenda hoc quoque suo nomine. Sicut pacifica afferebant pacem mundo, hoc quoque afferebat pacem mundo; Aut sicut pacifica tenebantur separatione caudæ hoc quoque tenebatur separatione caudæ; idcirco dictum est ; *de bove sacrificii ;* Aut sicut sacrificia pacifica cœtus pellebant sabbathum, & immunditiem ; hoc quoque expellebat sabbathum, & immunditiem. Bovis pacificis comparavi, at non conparavi pacificis agni. *Et adolebit illa sacerdos super altare holocausti ;* non super altare interius. Sed est argumentum ; Altare exterius dignum habitum est adspersione sanguinum, & altare interius dignum habitum est adspersione sanguinum ; sicut in altari exteriori, ubi adspergebatur sanguis in ejus cornibus, ibi adolebantur adipes; ita pariter in altari interiori, ubi in ejus cornibus aspergebatur sanguis, ibi adolendi erant adipes. At quomodo ego explicabo ; *Non offeretis super illud suffitum alienum, & holocaustum ? Exod.* xxx. 8. In sanctitatibus, quarum sanguinis adspersione non habitum est dignum ; at in sanctitatibus, quarum sanguinis adspersione dignum habitum est ; quandoquidem dignum habitum est adspersione sanguinum, dignum etiam habebitur adolitione adipum. Idcirco dictum est ; *Et adolebit illa sacerdos super altare holocausti ;* Non super altare interius. *Et pellem juvenci, & omnem ejus carnem cum ejus capite, & cum pedibus ejus ; & ventre & ejus fimo, & educet.* Ad docendum, quod totus educatur, quando est integer. Crederem, quod integer educeretur, & integer combureretur? Idcireo dictum est ; *caput ejus & pedes ejus.* Sicut caput & pedes *ibi sc. in holocausto* memorata per dissectionem, ita pariter caput & pedes hoc loco dicta per dissectionem ; Aut sicut caput & pedes ibi memorata per excoriationem, ita quoque caput & pedes hoc loco dicta per excoriationem. Idcirco dictum est ; *cum ventre & fimo ejus. Et educet totum juvencum extra castra ;* extra tria castra ; aut crederem extra una castra? Et quando dicit in juvenco cœtus ; *extra castra ;* quod non erat necesse ut diceretur ; quia jam dictum erat ; *& comburet illum, sicut combussit juvencum primum.* Et posthæc cur dictum est ; *extra castra ?* Ad assignanda illi secunda castra. Et quando dicit ; *in loco cineris extra castra*, quod non erat necesse ut diceretur ; cum jam dictum est ; *ad locum mundum ; ubi effunditur cinis.* Si ita est, cur dictum est; *extra castra ?* ad assignanda illi tertia ca-

castra. *Ad locum mundum*; ut ejus locus sit mundus; & si fuerit immundus, purificetur; ut sit locus ad hoc præparatus; *ubi effunditur cinis*; ut ibi sit cinis, qui præcedat cinerem, qui ibi collocabatur; R. Eliesér ben Jacob dicit; ut sit locus declivis. *Et comburet illum*; legitimum; non reprobum; *super ligna in igne*; Cur dictum est? crederem, quoniam memorata est combustio in loco interiori, pariterque memorata est combustio in loco exteriori; sicut combustio memorata in loco interiori, lignis pro strue idoneis facienda erat, ita pariter combustio dicta in loco exteriori lignis pro strue idoneis facienda esset? Idcirco dictum est; *lignis*; ad includendum ex sensu lignorum vel paleam, vel fœnum, vel stipulam; *in igne*; at non calce, & in cinere calido; *comburetur*; quamvis ibi non esset cinis; donec accendatur ignis in toto corpore. *Pesiktha* 5. 3. אם הכהן המשיח יחטא ולא כשהוא הדיוט לאשמת העם דינו כאשמת העם מה צבור אינו מביא אלא על העלם דבר עם שגגת מעשה אף משיח לא יביא אלא על העלם דבר על שגגת מעשה והקריב על חטאתו אשר חטא כשהוא ממונה אינו מביא חטאתו משעבר פר יכול זקן תלמוד לומר בן או בן יכול קטן תלמוד לומר פר הא כיצד בן שלשה כדברי חכמים רבי מאיר אומר אף בן ארבעה ובן חמשה כשר אלא שאין מביאין זקנים מפני הכבוד רבי שמעון אומר כל מקום שנאמר עגל בתורה סתם בן שנה ועגל וכבש בני שנה בן בקר בן שתי שנים פר בן שלשה שנים והביא את הפר פר הוא מביא אינו מביא חילופין וסמך את ידו על ראש הפר לרבות פר יום הכפורים לסמיכה ושחט את הפר לפני יי׳ בצפון ולקח הכהן המשיח נאמר כאן לקיחה ונאמר להלן לקיחה מה להלן בכלי אף כאן בכלי מדם הפר מדם הנפש ולא מדם העור ולא מדם התמצית מדם הפר דם מהפר יקבלנו והביא אותו כשר ולא פסול אל אהל מועד למעט קרבנו למצוה יחידית שלא יתן מדמו על מזבח הזהב וטבל הכהן ולא מספג וטבל והזה על כל הזאה טבילה את אצבעו בדם מה אצבעו האמורה להלן ימין אף המיומנת שבימין בדם שיהא בדם כדי טבילה והזה לא המטיף והזה לא הזורק מן הדם מן הדם שבענין שבע פעמים ולא שבע טיפין שבע פעמים שיהא מונה שבע פעמים לפני יי׳ את פני פרכת הקדש לא על כל הפרכת אלא מכוון כנגד הבדין ונתן הכהן מן הדם על קרנות הרי שתים ולמטה אומר על קרנות הרי ארבע למדנו שארבע מתנות שבמזבח הפנימי מעכבות לפי שנאמר בפר כהן גדול ובפר העדה קרנות הרי ארבע והיינו דאמרי בסנהדרין נאמרו דמים בפנים ונאמרו דמים בחוץ מה דמים האמורים

בפנים חיסר אחת מן המתנות לא עשה כלום וכן תנינן בזבחים דמן טעון הזייה על הפרכת ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהן מעכבת מזבח קטרת הסמים לפני יי׳ אין הכהן יי׳ מלמד שהכהן עומד מחוץ למזבח קטרת הסמים ומזה על הפרכת אשר באהל מועד לרבות כל הקרנות אשר באהל מועד ואת כל הפר ישפוך ולא יטוף ישפוך ולא יזרוק אל יסוד מזבח העולה אשר פתח וגומר זה יסוד מערבי מיכן שאין מעבירין על המצות לפי שביציאתו מן המשכן ביסוד פתח אהל מועד פוגע ושם היה שופך ביסוד מערבי והיינו דתנן במסכת זבחים שירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון ואת כל חלב פר החטאת לרבות פר יום הכפורים ירים ממנו מן המזבח את החלב המכסה וגומר כאשר יורם משור זבח השלמים מה פרש בזבח השלמים שאינו מפורש כאן אלא מה שלמים לשמן אף זה לשמן משור זבח השלמים מיעטו מן האליה והקטירם הכהן על מזבח העולה לא על מזבח הפנימי ואת עור הפר כולו כשהוא שלם יכול יוציאנו שלם וישרפנו שלם תלמוד לומר על ראשו ועל כרעיו מה ראשו וכרעיו אמורין להלן על ידי ניתוח אף כאן על ידי ניתוח ושמא תאמר על ידי הפשט תלמוד לומר וקרבו ופרשו בלא הפשט והוציא את כל הפר אל מחוץ למחנה שאין צריך שהרי כתיב ושרף אותו כאשר שרף את הפר הראשון ולמה נאמר ליתן לו מתנה שניה ונאמר בדשן אל מחוץ למחנה ליתן לו מתנה שלישית מחנה שכינה ומחנה לויים ומחנה ישראל אל מקום טהור שיהא מתוקן שאם היה טמא יטהרנו אל שפך הדשן ששם היו נותנים את הדשן אל שפך רבי אליעזר אומר שיהא מקומו משופך מדרון ושרף אותו הכשר ולא הפסול על עצים לרבות כל העצים אפילו בקש ובתבן ובגבבה באש ולא בסיד ולא ברמץ ולא בגיבסום רותח ישרף אף על פי שאין שם דשן. *Si sacerdos unctus peccaverit*; non autem quando est privatus. *Propter peccatum populi*; ejus judicium est juxta peccatum populi. Sicut cœtus non affert nisi propter ignorantiam rei cum errore actionis; ita pariter unctus non afferebat nisi propter ignorantiam rei cum errore actionis; *& offeret pro peccato suo, quod peccavit*; Quando eligitur, non affert sacrificium pro peccato pro tempore præterito. *Juvencum*; crederem senem? Idcirco dictum est; *filium*; Crederem parvulum? Idcirco dictum est; *Juvencum*. Quomodo? Filius trium annorum, juxta verba sapientum. R. Meir dicit; vel si fuerit quadriennis, & quinquennis erit legitimus; sed non adducuntur senes decoris gratia. R. Simeon dicit; ubicumque dicitur vitulus in lege simpliciter, intelligitur anniculus,

lus; Dictum est enim; *& vitulum & agnum anniculos;* Bos biennis; juvencus filius bovis, triennis. *Et adducet juvencum*; juvencum adducet, at non adducet commutatum. *Et imponet manus suas super caput juvenci*; ad includendum juvencum diei expiationum, cui erant imponendæ manus; *& mactabit juvencum coram Domino*. In aquilone. *Et accipiet sacerdos unctus*; Dicta est hic acceptio, pariterque illic sc. in *Leproso* dicta est acceptio, sicut ibi in vase, hic quoque in vase. *De sanguine juvenci*; sanguis de juvenco accipiatur; *Et adducet illum*; legitimum, non reprobum. *In tabernaculum conventus*; ad excludendum ejus sacrificium pro præcepto peculiari, cujus sanguis non adspergebatur super altare aureum. *Et intinget sacerdos*; Et non absterget; *Et intinget; & adsperget*; in omnibus adspersionibus intingebat; *digitum suum in sanguine*. Sicut digitus dictus eo loco, *sc. in Leproso*, erat dexter, vel aptissimus manus dexteræ, ita hic etiam; *In sanguine*; ut in sanguine satis sit, quo possit intingere. *Et adsperget*; non distillabit; *& adsperget*; non effundet; *de sanguine;* de sanguine de quo agitur in subjecto. *Septies*; non vero septem guttas; *septies*; ut numeret septies; *coram Domino*; *coram velo sanctuarii*; non ad totum velum; sed intendebat contra vectes. *Et dabit sacerdos de sanguine super cornua*; ecce duo; & inferius dicit; *super cornua;* Ecce quatuor; ad docendum, quod quatuor adspersiones, quæ fiunt in altari interiori, impediant; Quia dictum est in juvenco summi sacerdotis, & in juvenco congregationis, *cornua*, ecce quatuor. Et ecce dixerunt in *Sanhedrin*; memorati sunt sanguines interiores, pariterque memorati sunt sanguines exteriores; sicut in sanguinibus interioribus si una de adspersionibus defuerit, nihil inservit; Idem docetur in *Zevachim*; De sanguine, qui erat adspergendus super velum, & super altare aureum, una ex istis adspersionibus impedit. *Altare suffitus aromatum, coram Domino*; at sacerdos non stabat coram Domino; ad docendum, quod sacerdos consisteret in spatio exteriori altaris suffitus aromatum; *& adsperget super velum, quod est in tabernaculo conventus*; ad includenda omnia cornua, quæ erant in tabernaculo conventus. *Et omnem sanguinem juvenci effundet;* & non distillabit; *effundet;* & non adsperget; *ad fundamentum altaris holocausti, quod est ad ostium &c.* Hoc est fundamentum occidentale; quia non sunt violanda præcepta; quoniam in ejus exitu de tabernaculo occurrit fundamentum ostii tabernaculi conventus, & ibi effundit in fundamentum occidentale; & hoc est quod legimus in tractatu *Zevachim;* reliquias sanguinis effundebat in fundamentum occidentale altaris exterioris. *Et omnem adipem juvenci pro peccato*; ad includendum juvencum diei expiationum. *Auferet ab eo;* ex sacrificio; *adipem, qui tegit &c. Sicut ablatus erit de bove sacrificii pacificorum*. Quid explicatum est in sacrificio pacificorum, quod hic non explicetur? Verum sicut pacifica suo nomine erant offerenda, hoc quoque suo nomine. *De bove sacrificii pacificorum;* ad excludendam caudam. *Et adolebit illa sacerdos super altare holocausti;* non super altare interius. *Et pellem juvenci;* totum, quando est integer; crederem, integrum fuisse educendum, & integrum comburendum? Idcirco dictum est; *caput ejus & pedes ejus;* sicut caput & pedes ibi dicta per dissectionem, hic quoque per dissectionem; Ne forte dicas per decorticationem; idcirco dictum est; *& ventrem ejus, & fimum ejus;* sine decorticatione. *Et educet totum juvencum extra castra;* quod non erat necesse ut diceretur, quia scriptum est; *& comburet illum, sicut combussit juvencum primum*. At cur dictum est? ad assignanda illi secunda castra; Similiter dictum est; *in cinere extra castra;* ad assignanda illi tertia castra; sc. castra Divinitatis, & castra Levitarum, & castra Israelis; *Ad locum mundum;* Ut sit præparatus; si fuerit immundus, purificetur; *Ubi effunditur cinis;* ut ibi reponatur cinis ad effundendum. R. Eliefer dicit; ut ejus locus sit declinis ab austro. *Et comburet illum;* legitimum, non reprobum; *Super ligna;* ad includenda omnia, ligna; vel paleam, vel fœnum, vel stipulam; *In igne;* at non in calce, neque carbone cum cinere, neque gypso ferventi. *Comburet;* quamvis ibi non fuerit cinis.

Præter suum juvencum debebat summus sacerdos immolare juvencum universæ congregationis, si peccaverit, ut expiaretur; uti dictum est *Levit.* IV. 15. ושחט את הפר לפני יהוה והביא הכהן המשיח מדם הפר אל אהל מועד *Et mactabit juvencum coram Domino, & adducet sacerdos unctus de sanguine juvenci in tabernaculum conventus*. *Siphra* ad h. l. ואם הרי זה מוסף על ענין הראשון שתימצא אומר פר משיח ופר עדה עומדין פר משיח קודם לפר עדה לכל מעשיו עדת ישראל יכול בכל העדה הכתוב

הכתוב מדבר תלמוד לומר כאן עדה ולהלן
נאמר עדה מה עדה אמורה להלן בית דין
אף כאן בית דין או מה עדה אמורה להלן
בכהן גדול אף כאן בכהן גדול תלמוד לומר
עדת ישראל העדה המיוחדת שבישראל
ואי זו זו סנהדרי גדולה היושבת בלשכת
הגזית היה אחד מהם גר או ממזר או
נתין או זקן שלא ראה לו בנים יכול יהו
חייבים תלמוד לומר כאן עדה ולהלן נאמר
עדה מה עדה אמורה להלן כלם ראויים
להוריה אף עדה אמורה כאן עד שיהו
כלם ראויים להוריה ולא היה מופלא של
בית דין שם או אמר אחד מהם איני יודע
או שאמר להם טועין אתם יכול יהו חייבין
תלמוד לומר עדת ישראל ישגו עד שיורו
כלם ישגו יכול יהו חייבין על שגגת
המעשה תלמוד לומר ישגו ונעלם דבר הא
אינן חייבין אלא על העלם דבר ועל שגגת
המעשה מתוך שיצאה ע"ז לידון בעצמה
יכול יהו חייבים על שגגת המעשה שלה
תלמוד לומר כאן מעיני ולהלן נאמר
מעיני מה עיני האמור להלן בית דין אף
כאן בית דין ומה מעיני האמור להלן
העלם דבר ועם ששגת המעשה אף מעיני
האמור כאן העלם דבר ועם שגגת המעשה
ונעלם דבר לא שתעלם מצוה כלה כיצד
אמרו אין נדה בתורה אין שבת בתורה
אין ע"ז בתורה יכול יהו חייבים תלמוד
לומר ונעלם דבר לא שתעלם מצוה
כלה אבל אמרו יש נדה בתורה אבל הבא
על שומרת יום כנגד יום פטור יש שבת
בתורה אבל המוציא מרשות לרשות
ומרשות היחיד לרשות הרבים פטור יש
ע"ז בתורה אבל המשתחוה פטור יכול
יהו פטורים תלמוד לומר ונעלם דבר לא
כל הגוף תתוך שיצאת ע"ז לידון בעצמה
יכול יהו חייבים על העלם מצוה כלה
תלמוד לומר כאן מעיני ולהלן נאמר
מעיני מה מעיני אמור כאן פרט לכל גוף
אף מעיני האמור להלן פרט לכל הגוף
הורו בית דין ועשו יכול יהו חייבים תלמוד
לומר הקהל ועשו ההוריה תלויה בבית דין
והמעשה תלוי בקהל מצות יי' לא מצות
המלך ולא מצות בית דין מצות האמורים
במשיח הן מצות האמורות כאן מכל מצות
יי' לא כל מצות יי' פרט לשמיעת הקול
ולבטוי שפתים ולטומאת מקדש וקדשיו
אשר לא תעשנה ואשמו כשם שנפרעים
מן היחיד כך נפרעין מן הצבור ידעו שהורו
וטעו ולא ידעו מה הורו יכול יהו חייבים
תלמוד לומר ונודעה החטאת לא שיוודעו
החוטאים אשר חטאו והקריבו חטאו שני
שבטין מביאין שני פרים חטאו שלשה
מביאים שלשה או אינו אומר אלא חטאו
שני יחידין מביאין שני פרים חטאו שלשה
מביאין שלשה תלמוד לומר הקהל הקהל
חייב וכל קהל וקהל חייבין הכיצד חטאו
שני שבטין מביאין שני פרים חטאו שלשה
מביאין שלשה ושאר שבטים שלא חטאו
מביאין על ידיהן פר שאף אלו שלא
חטאו מביאין על ידי החוטאין לכך נאמר
הקהל לחייב על כל קהל וקהל דברי רבי

יהודה רבי שמעון אומר שבעה שבטים
שחטאו מביאין שבעה פרים ובית דין
מביאין עליהן פר שנאמר כאן קהל ולהלן
נאמר קהל מה קהל אמור להלן בית
דין אף כאן בית דין רבי מאיר אומר
חטאו שבעה שבטים או רובן ובית דין
מביאין עליהם פר כלם פטורין שנאמר כאן
קהל ולהלן נאמר קהל מה קהל אמור
להלן בית דין אף כאן בית דין רבי שמעון
בן אלעזר אומר משמו חטאו ששה והן
רובו או שבעה אף על פי שאינן רובו הרי
אלו חייבין וסמכו זקני יכול זקנים מן השוק
תלמוד לומר זקני עדה אי זקני עדה יכול
כל הזקנים שבעדה תלמוד לומר העדה
המיוחדים שבעדה וכמה הן וסמכו שנים
זקני שנים אין בית דין שקול הרי חמשה
דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר וסמכו
זקני שנים אין בית דין שקול הרי שלשה
ידיהם ידי כל יחיד ויחיד ידיהם על ראש
הפר פר טעון סמיכה ואין שעירי ע"ז
טעונין סמיכה דברי רבי יהודה רבי שמעון
אומר פר טעון סמיכה בזקנים אין שעירי
ע"ז טעונין סמיכה בזקנים שרבי שמעון
אומר כל חטאת צבור שדמה נכנס לפנים
טעונה סמיכה ושחט את הפר לפני יי'
בצפון נאמר כאן פני פרכת ונאמר להלן
פני פרכת מה פני פרכת אמור להלן פני
פרכת הקדש אף פני פרכת האמור כאן
פני פרכת הקדש ועשה כאשר עשה וכפר
מה תלמוד לומר לכפול את ההזיות וללמד
שאם חיסר אחת מן המתנות לא עשה
כלום יכול אף מתן שבע שאם חיסר אחת
מהן לא עשה כלום שכן מתן שבע
מעכבות בכל מקום ומניין למתן ארבע אם
חיסר אחת מהן לא עשה כלום תלמוד
לומר וכן יעשה ועשה לפר לרבות פר
יום הכפורים כאשר עשה לפר לרבות פר
כהן משיח החטאת לרבות שעירי ע"ז או
יכול שאני מרבה את שעירי רגלים תלמוד
לומר לו החטאת מה ראית לרבות שעירי
ע"ז ולהוציא שעירי רגלים אחר שריבה
הכתוב מיעט מרבה אני שעירי עבודה זרה
שהן באין על עבודת מצוה ידועה ומוציא
שעירי רגלים שאין באין על עבודת מצוה
ידועה וכפר עליהם אף על פי שלא סמכו
ונסלח להם אף על פי שלא נתן בשירי
הדם מה ראית להכשיר בסמיכה ובשירי
הדם ולפסול בהזיות אחר שריבה הכתוב
מיעט מפני מה אני מכשיר בסמיכה
ובשירי הדם שאין מעכבין את הכפרה
ופוסל אני בהזיות שהן מעכבות את הכפרה
והוציא את הפר אל מחוץ למחנה חוץ
לשלש מחנות ושרף אותו כאשר שרף את
הפר הראשון הא מיכן את אומר פר משיח
ופר עדה עומדים פר משיח קודם לפר
עדה בכל מעשיו יכול אף שעירי עבודה
זרה יקדמוהו ודין הוא אם פר יחיד קודמו
פר ושעיר לא יקדמוהו תלמוד לומר פר
פר ראשון ואין שעירי עבודה זרה ראשונים
או אינו אומר אלא פר ישרף ואין שעירי
עבודה זרה נשרפין תלמוד לומר חטאת
הקהל בנין אב לכל חטאות הקהל שישרפו

והלא שעירי רגלים שהן חטאות הקהל יכול ישרפו תלמוד לומר הוא ומה ראית לרבות שעירי עבודה זרה ולהוציא שעירי רגלים אחר שריבה הכתוב מיעט מרבה אני את שעירי עבודה זרה שהן באין על עבירת מצוה ידועה ומוציא שעירי רגלים שאין באין על עבירת מצוה ידועה והלא פר יום הכיפורים אינו בא אלא על עבירת מצוה ידועה וטעון שריפה מה זרה מיוחד שדמו נכנס לפנים יצאו אלו שאין דמן נכנס לפנים חטאת שיהו כל מעשיה לשם חטאת הוא פרט לששרפו שלא לשמו

Et si. Addit primo subjecto; deprehenditur, quod dicat; si adstent juvencus uncti, & juvencus congregationis; juvencus uncti antecedebat juvencum congregationis in omnibus ejus operationibus. *Congregatio Israelis;* Crederem, quod textus agat de tota congregatione? Idcirco dictum est hic עדה, pariterque dictum est *Num.* xxxv. 24. עדה; sicut עדה eo loco dicta designat synhedrium, ita pariter עדה hoc loco dicta designat synhedrium; aut dicam; sicut עדה eo loco dicta designat synhedrium viginti trium, ita pariter עדה hoc loco dicta designabit synhedrium viginti trium? Idcirco dictum est; *Congregatio Israel;* congregatio peculiaris Israelis; & quænam illa erat? synhedrium magnum, quod considebat in conclavi cæsi lapidis. Si quis ex iis fuerit proselytus, aut spurius, aut Nethinæus, aut senex, qui non vidisset filios, crederem quod rei essent? Idcirco dictum est *congregatio;* Dictum est hic עדה & similiter dictum est illic עדה, sicut עדה eo loco dicta ea est, ut omnes idonei sint ad docendum, ita pariter עדה hoc loco dicta ea esse debet, ut omnes sint idonei ad docendum. Si abesset maximus Synhedrii; aut aliquis ex iis diceret; ignoro; aut diceret; vos erratis; crederem quod rei essent? Idcirco dictum est; *Si congregatio Israel erraret;* donec omnes doceant. *Erraret.* Crederem quod teneretur propter errorem actionis? Idcirco dictum est; *Erraret, & abscondita esset res.* Hinc non tenentur nisi propter ignorantiam rei, & propter errorem actionis. Quoniam Idololatria ex genere egressa est, ut de seipsa judicaret; crederem quod per ipsam tenerentur propter unum errorem actionis? Idcirco dictum est hic *ab oculis*, pariterque illic, sc. in *Idololatria* dictum est *ab oculis;* sicut עיני eo loco dictum designat synhedrium, ita pariter עיני hoc loco dictum designat synhedrium; Et sicut מעיני hic dictum designat ignorantiam rei cum errore actionis, ita pariter מעיני ibi dictum designat ignorantiam rei cum errore actionis. *Et abscondita esset res;* Non quod esset occultum totum præceptum. Quomodo? Si dicerent; non est menstruata in lege, non est sabbathum in lege, non est Idololatria in lege; crederem quod rei essent? Idcirco dictum est; *Et abscondita esset res;* non quod absconditum esset totum præceptum. Si vero dicerent; Est præceptum menstruatæ in lege: at qui comcumbit cum ea, quæ observat de die in diem, liber est; est præceptum Sabbathi in lege, sed qui educit de loco in locum, & de loco privato in locum publicum, liber est. Est præceptum Idololatriæ in lege, sed qui se incurvat, liber est; Crederem non teneri (sacrificio?) Idcirco dictum est; *& abscondita esset res.* Non totum essentiale. Quoniam Idololatria egressa est de genere, ut de se ipsa doceat; crederem teneri (sacrificio) propter ignorantiam totius præcepti? Idcirco dictum est hic מעיני, pariterque dictum est illic מעיני, sicut מעיני hoc loco dictum excludit totum essentiale; ita pariter מעיני ibi dictum excludit totum essentiale. Si synhedrium docuisset & fecisset, crederem teneri (sacrificio?) Idcirco dictum est; *congregatio, & facient;* Doctrina pendet a Synhedrio, & actio pendet a congregatione. *Ab omnibus præceptis Domini;* Non præceptis regis, non præceptis Synhedrii; præcepta memorata in uncto sunt præcepta, quæ hoc loco memorantur. *Ab omnibus præceptis Domini.* Non ab omnibus præceptis Domini; excludit auditum vocis, & pronunciationem labiorum, & immunditiem sanctuarii & ejus sanctitatum; *quæ non sunt facienda, & deliquerint.* Sicuti (Deus) ultionem sumit de privato, ita pariter de cœtu. Si cognoscerent, quod docuerint, & erraverint, & ignoraverint id quod docuerunt; crederem teneri (sacrificio?) Idcirco dictum est; *Et notum fuerit peccatum;* Non autem cognoscant peccatores. *Quod peccarunt; & offerent.* Si duæ tribus peccabunt, adducent duos juvencos, si tres, tres adducent; Aut dictum est; si duo privati peccabunt, adducent duos juvencos, si tres, tres adducent. Idcirco dictum est: *Congregatio;* Congregatio tenetur; & singulæ & omnes universitates tenentur. Quomodo? Si duæ tribus peccabunt, adducent duos juvencos, si tres, tres adducent; & reliquæ tribus, quæ non peccarunt, earum gratia juvencum adducent; illæ quoque, quæ non peccarunt, adducent propter illas, quæ peccarunt; Idcirco di-

dictum est; *congregatio*; ad obligandum omnes singulas universitates; verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; si septem tribus peccaverint, adducent septem juvencos, & synhedrium pro illis juvencum adducet. Dictum est enim hic קהל, pariterque dictum est illic, *sc. vers.* 13. קהל, sicut קהל eo loco dicta designat synhedrium, ita pariter קהל hoc loco dicta designat synhedrium. R. Mehir dicit; si peccassent septem tribus, aut earum major pars, & pro illis synhedrium adduceret juvencum, omnes sunt liberæ; dictum est enim hic קהל, pariterque illic dictum est קהל, sicut קהל ibi dicta designat synhedrium, ita pariter קהל hoc loco dicta designat synhedrium. R. Simehon ben Elesaar dicit suo nomine; si peccassent sex tribus, & essent major pars, aut septem, quamvis non essent major pars, ecce tenentur (sacrificio.) *Et imponent seniores;* crederem seniores ex foro? Idcirco dictum est; *seniores congregationis;* Si seniores congregationis, crederem omnes seniores congregationis? Idcirco dictum est; *congregationis*; illustriores congregationis. Et quot sunt? *Imponent*; *ecce duo*; *seniores*; ecce duo; nunquam synhedrium erat æquilibratum; ecce quinque; verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; *& imponent seniores*; ecce duo. Nunquam synhedrium erat æquilibratum; ecce tres. *Manus suas*; manus singulorum: *manus suas super caput juvenci*. Juvenco imponendæ erant manus; at hircis Idololatriæ non erant manus imponendæ; verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; juvenco erant manus a senioribus imponendæ; at hircis Idololatriæ non erant manus a senioribus imponendæ. Dicit enim R. Simeon; omne sacrificium pro peccato cœtus, cujus sanguis inferebatur, tenebatur impositione manuum. *Et mactabit juvencum coram Domino*; in aquilone; dictum est hic *coram velo*, & dictum est illic, *sc. in juvenco* uncti; *coram velo;* sicut *coram velo* eo loco dictum designat locum coram velo sanctitatis, ita pariter *coram velo* hoc loco dictum designat locum coram velo sanctitatis. *Et faciet, sicut fecit; & expiabit*. Cur dictum est? ad duplicandas adspersiones sanguinis; ad docendum, quod si una defuerit ex adspersionibus, nihil inserviat; Crederem, quod in septem adspersionibus si una ex iis defuerit, nihil inserviret; quia deprehenditur, quod septem adspersiones semper impedirent? Ex unde probatur, si de quatuor adspersionibus una defuerit, nihil inserviat? Ex eo quod dictum est; *Et sic faciet*. *Et faciet juvenco;* Ad includendum juvencum diei expiationum. *Sicut fecit juvenco;* ad includendum juvencum sacerdotis uncti; *sacrificii pro peccato;* ad includendos hircos Idololatriæ. Aut crederem includendos quoque esse hircos solemnitatum? Idcirco dictum est; *sacrificii pro peccato*. Quid vidisti, ut includeres hircos Idololatriæ, & excluderes hircos solennitatum? Postquam includit textus, exclusit; Includam ego hircos Idololatriæ, qui non adducuntur propter sacrificium præcepti cogniti; & excludam hircos solennitatum, qui non adducebantur propter sacrificium præcepti cogniti. *Et expiabit pro illis*. Quamvis non imposuerint manus; *& remittetur illis*; quamvis non effuderit reliquias sanguinis. Quid vidisti, ut permitteres in impositione manuum, & in reliquiis sanguinis, & reprobares in adspersionibus? Postquam includit textus excludit; quia ego permitto in impositione manuum, & in reliquiis sanguinis, quia non impediunt expiationem; & reprobo in adspersionibus, quia expiationem impediunt. *Et educet juvencum extra castra*; extra tria castra; *& comburet illum*; *sicut combussit juvencum primum*. Hinc tu dicis, quod si adstent juvencus uncti, & juvencus cœtus, juvencus uncti antecedat juvencum cœtus in omnibus ejus operationibus. Crederem, quod etiam hirci Idololatriæ præcederent? Et probari potest argumento. Si juvencus qui solus est, præcedit, juvencus & hircus non præcedent? Idcirco dictum est: *juvencus*; *juvencus primus*; at hirci Idololatriæ non sunt primi. Aut dictum est, quod juvencus combureretur, at hirci Idololatriæ non comburerentur? Idcirco dictum est; *sacrificium pro peccato cœtus*; Constitutio principii, quod omnia sacrificia pro peccato cœtus comburantur. At crederem hircos solennitatum, qui erant sacrificium pro peccato cœtus, fuisse comburendos? Idcirco dictum est; *illud*. Quid vidisti, ut includeres hircos Idololatriæ, & excluderes hircos solennitatum? Postquam textus includit, excludit; includam ego hircos Idololatriæ, qui adducuntur propter prævaricationem præcepti cogniti, & excludam hircos solennitatum, qui non adducebantur propter prævaricationem præcepti cogniti. Atqui juvencus diei expiationum, qui quamvis non adduceretur propter prævaricationem præcepti cogniti, tamen erat comburendus. Quid ille, qui erat peculiaris, cujus san-

sanguis inferebatur? Excluduntur isti, quorum sanguis non inferebatur. *Sacrificium pro peccato;* ut ejus omnes operationes perficiantur nomine sacrificii pro peccato; *Illud est;* excludit, si alieno nomine fuisset combustus.

Plerique ex Judæis interpretibus censent vaccam rufam fuisse a summo sacerdote combustum, quamvis dicatur *Numer.* XIX. 3. prima ab Eleazaro filio Aharon, vivente adhuc patre fuisse combusta. *Siphri* 20. 3.

וידבר יי' אל משה ואל אהרן זאת חוקת
התורה אשר צוה יי' לאמר דבר אל בני
ישראל ויקחו אליך פרה ארומה תמימה
אשר אין בה מום אשר לא עלה עליה
עול יש פרשיות שכולל בתחילה ופורט
בסוף ופורט בתחילה וכולל בסוף וזו כללה
בתחילה וכללה בסוף ואתם תהיו לי ממלכת
כהנים וגוי קרוש אלה הדברים אשר תדבר
אל בני ישראל פרט אלה הדברים כלל
זאת חוקת הפסח כלל כל בן נכר לא
יאכל בו פרט זאת חוקת התורה כלל ויקחו
אליך פרה אדומה תמימה פרט כלל ופרט
אין בכלל אלא מה שבפרט זאת חוקת
התורה רבי אליעזר אומר נאמר כאן חוקה
ונאמר להלן חוקה מה חוקה האמורה
להלן בבגדי לבן הכתוב מדבר אף חוקה
האמורה כאן בבגדי לבן הכתוב מדבר
שאלו תלמידיו את רבן יוחנן בן זכאי
באזו כלים פרה נעשית אמר להם בבגדי
זהב אמרו לו והלא למדתנו רבינו בבגדי
לבן אמר להם אם מה שראו עיני ומה
ששרתו ידי שחכתי כך קל וחומר למה
שלמדתי וכל' כך למה כדי לחדד את
התלמידים ויש אומרים הילל הזקן היה
אלא שלא היה יכול לומר מה ששרתו ידי
ויקחו מתרומות הלשכה אליך שתהא גיזבר
לדבר וכשם שהיה משה גיזבר לדבר כך
היה אהרן גיזבר לדבר כיוצא בו אתה
אומר בשמן המשחה פרה ארומה רבי
אליעזר אומר עגלה בת שנתה ופרה בת
שתים וחכמים אומרים עגלה בת שתים
ופרה בת שלש ובת ארבע רבי מאיר
אומר אף בת חמש כשירה זקינה כשירה
אלא שלא ממתינים לה שמא תשחיר
שלא תיפסל פרה שומע אני שחורה או
לבנה תלמוד לומר תמימה תמימה לארמות
או תמימה למומים כשהוא אומר אשר
אין בה מום אשר לא עלה עליה עול הרי
מומים אמורים הא מה תלמוד לומר
תמימה שתהא תמימה לארמות אשר אין
בה מום למה נאמר הא עד שלא נאמר
יש לי בדין מה מוקרשים שאין מלאכה
פוסלת בהן מום פוסל בהם פרה שמלאכה
פוסלת בה אינו דין שיהא מום פוסל בה
לא אם אמרת במוקרשים שעשייתן בטהרה
לפיכך מום פוסל בהם תאמר בפרה
שעשייתה בטומאה לפיכך לא יהיה מום
פוסל בה הרי פסח יוכיח שעשייתו בטומאה
ומום פוסל בו והוא יוכיח לפרה אף על
פי שעשייתו בטומאה שיהא מום פוסל בה.
לא אם אמרת בפסח שיש לו זמן קבוע
לפיכך מום פוסל בו תאמר בפרה שאין
לה זמן קבוע לפיכך לא יהיה מום פוסל
בה תלמוד לומר אשר אין בה מום איסי
בן עקביא אומר אשר אין בה מום למה
נאמר הא עד שלא יאמר יש לי בדין ומה
מוקרשים שאין נפסלים בשחור ולבן מום
פוסל בהם פרה שנפסלת בשחור ובלבן
אינו דין שיהיה מום פוסל בה אם זכיתי
מן הדין מה תלמוד לומר אשר אין בה
מום שהיה בדין לעגלה ערופה שתיפסל
סמומים ומה מוקרשים שאין מלאכה פוסלת
בהם מום פוסל בהם עגלה שמלאכה
פוסלת בה אינו דין שיהיה מום פוסל
בה תלמוד לומר אשר אין בה מום בה
אין מום הא אם יש מום בעגל הרי זו
כשירה ורבי יהודה בן בתירה אומר ומה
חטאת העוף שמקריביה טהורים אין מום
פוסל בה פרה שמקריביה טמיאים אינו דין
שיהיה מום פוסל בה תלמוד לומר אשר
אין בה מום בה אין מום הא אם יש
בעובדיה הרי זו כשירה אמר רבי יאשיה
נמותי לפני רבי יהודה בן בתירה כיצד
המום בעובדיה והראני בין שתי אצבעותיו
יוצא ולא שני זנבות אשר לא עלה עליה
עול בעול שלא לעוברה הכתוב מדבר ואם
תאמר בעול של עיברה אמרת קל וחומר
הוא ומה עגלה שאין המום פוסל בה עול
פוסל בה פרה שהמום פוסל בה אינו דין
שיהא העול פוסל בה הרי מוקרשים יוכיחו
שהמום פוסל בהם ואין עול פוסל בהם
והן יוכיחו לפרה שאף על פי שהמום
פוסל בה לא יהיה עול פוסל בה לא אם
אמרת במוקרשים שאין נפסלים בשחור
ובלבן לפיכך אין העול פוסל בהם תאמר
בפרה שנפסלת בשחור ובלבן לפיכך יהי
עול פוסל בה תלמוד לומר אשר לא עלה
עליה עול בעול שאינו של עבודה הכתוב
מדבר מניין לעשות שאר עבודה בעול
אמרת קל וחומר הוא ומה עגלה שאין
המום פוסל בה עשה בה שאר מלאכה
כעול פרה שהמום פוסל בה אינו דין
שנעשה שאר מלאכה כעול חילוף הן
הדברים ומה פרה שהמום פוסל בה לא
עשה שאר מלאכה כעול עגלה שאין המום
פוסל בה אינו דין שלא נעשה בה שאר
מלאכה כעול תלמוד לומר אשר לא עובד
בה דנתי וחילפתי בטל או חילוף זכיתי
כבתחילה ומה עגלה שאין המום פוסל בה
עשה בה שאר מלאכה כעול פרה שהמום
פוסל בה דין הוא שנעשה בה שאר
מלאכה כעול ונתתם אותה אל אלעזר
הכהן בא הכתוב ולימר על הפרה שנעשית
בסגן תדע שכן הוא שהרי אהרן קיים
ואלעזר שורף את הפרה ונתתם אותה זו
נעשית באלעזר ושאר הפרות נעשות בכהן
גדול דברי רבי מאיר רבי יוסי ברבי יהודה
ורבי שמעון ורבי אליעזר בן יעקב אומר
זו נעשית באלעזר ושאר הפרות בין בכהן
גדול ובין בכהן הדיוט והוציא אותה ולא
שיוציא אחרת עמה מיכן אמרו שאם לא
היתה פרה רוצה לצאת אין מוציאין עמה
שחורה

שחורה שלא יאמרו שחורה שחטו ולא
ארומה ושלא יאמרו שתים שחטו רבי
אומר לא מן השם הוא זה אלא משנאמר
והוציא אותה לבדה אל מחוץ למחנה להר
המשחה ושחט אותה בא הכתוב ולימר על
הפרה שתהא מלאכה פוסלת בשחיטתה
ושחט אותה מגיד שלא נתנבלה בשחיטתה
פסולה ושחט אותה מיכן אמרו אין עושים
שתי פרות כאחת ושחט אותה לפניו שיהיה
אחד שוחט ואלעזר רואה ולקח אלעזר
הכהן עד למה נאמר והלא כבר נאמר
ונתתם אותה אל אלעזר הכהן ומה תלמוד
לומר ולקח אותה אלעזר הכהן בכיהונו
מרמה באצבעו מצוותה מצות יד ולא
מצות כלי שהיה בדין הואיל ולוג שמן
מכשיר ודם פרה מכשיר אם למדתי ללוג
שמן שאין כשר אלא ביד אף דם פרה
לא יהיה כשר אלא ביד אתה דן מלוג
שמן ואני ארון מלוג האשם מדם האשם
אמרת הפרש לוג שמן כשר ומוכשר להכשיר
אם למדתי ללוג שמן שאין כשר אלא ביד
אף דם פרה לא יהיה כשר אלא ביד
וממקום שבארת אי מה להלן מכלי ליד
אף כאן מכלי ליד תלמוד לומר מרמה
באצבעו מצוותה מצות יד ולא מצות כלי
אצבעו ימנית שבידו אתה אומר ימנית או
כל אצבעות תלמוד לומר וטבל הכהן את
אצבעו הימנית הואיל ונאמרו אצבעות
בתורה סתם ופרט לך הכתוב באחת מהם
שאינה אלא ימנית אף פורטני כל אצבעות
שבתורה שלא יהו אלא ימנית המיומנת
שבימין הרגילה שבאצבעות והזה אל נכח
פני אהל מועד שיהא מתכוין ורואה פתחו
של היכל בשעת הזאת הדם והזה אל נכח
פני אהל מועד שאם לא הוקם המשכן או
אם קיפלה הרוח את היריעה לא היתה
פרה נעשית חטאת והזה אל נכח פני אהל
מועד למה נאמר והלא כבר נאמר מרמה
באצבעו ומה תלמוד לומר מרמה לפי
שהוא אומר שבע פעמים שומע אני שבע
הזיות וטבילה אחרת תלמוד לומר מרמה
שבע פעמים מגיד שחוזר לדם שבע פעמים
שבע פעמים שיהו מעכבות זו את זו שהיה
בדין הואיל ונאמרו הזיות בפנים ונאמרו
הזיות בחוץ אם למדתי לפנימיות שהם
מעכבות זו את זו אף החיצונות יהיו
מעכבות זו את זו לא אם אמרת בפנימיות
שהם מכפרות לפיכך מעכבות זו את זו
תאמר בחיצונות שאין מכפרות לפיכך לא
יעכבו זו את זו תלמוד לומר שבע פעמים
לפני יי׳ שיהו מעכבות זו את זו ושרף
את הפרה לעיניו את עורה ואת בשרה
ואת דמה על פרשה ישרוף בא הכתוב
ולימר על הפרה שתהא מלאכה פוסלת
כשריפתה הא עד שלא יאמר יש לי
בדין אם פוסלת בשחיטתה לא תפסול
בשריפתה אם זכיתי מן הדין מה תלמוד
לומר ושרף את הפרה לעיניו אלא בא
הכתוב ולימר על הפרה שתהא מלאכה
פוסלת בה בשעת שחיטתה עד שתיעשה
אפר ושרף את הפרה לעיניו לא פרים
הנשרפים שהיה בדין ומה פרה שאין נעשית

בפנים מלאכה פוסלת בשריפתה פרים
הנעשים בפנים אינו דין שתהא מלאכה
פוסלת בשריפתה לא אם אמרת בפרה
שהמלאכה פוסל בשחיטתה לפיכך פוסלת
בשריפתה תאמר בפרים הנשרפים שאין
מלאכה פוסל בשחיטתם לפיכך לא תפסול
בשריפתם ותפסול בשחיטתה והדין נותן
ומה פרה שאין נעשית בפנים מלאכה
פוסלת בשחיטתה פרים הנשרפים שנעשים
בפנים אינו דין שתהא מלאכה פוסלת
בשחיטתה תלמוד לומר ושרף את הפרה
ושחט את הפרה ולא פרים הנשרפים
ושרף את הפרה לעיניו שיהיה אחד שורף
ואלעזר רואה את עורה ואת פרשה מה
פרשה במקומו אף כולם במקומו מיכן
אמרו הדם כל שהו לא יחזיר ואם החזיר
פסל ורבי נתן אומר מקנח ידו בנופה של
פרה ושרף את הפרה להביא את הפקיעים
מיכן אמרו הבשר כל שהוא יחזיר ואם
לא החזיר פסל עצם כל שהוא יחזיר לא
החזיר לא פסל בכזית כל שהוא יחזיר
ואם לא החזיר פסל ושרף את הפרה
ריבוי אחר ריבוי ואין ריבוי אחר ריבוי
אלא למעט דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא
אומר עד שיצת האור ברובו ורבי יהודה
אומר ישרף שלא ימעיט את העצים

Et locutus est Dominus ad Mosen, & Aharon dicens; hoc est statutum legis, quam præcepit Dominus dicens; loquere ad filios Israel; & accipient tibi vaccam rufam perfectam, in qua non sit macula, & non adscenderit super ipsam jugum. Deprehenduntur Paraschæ, in quibus proponitur in principio generale, & in fine particulare; & particulare in principio, & in fine generale; at in hac generale in principio, & generale in fine, (*legendum particulare in fine*) Dictum est *Exod*. XIX. 6. *Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta; hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel*; particulare; *Hæc sunt verba*; generale; *Hoc est statutum Paschæ*; generale; *omnis alienigena non comedet de eo*; particulare. *Hoc est statutum legis*; generale; *Et accipient tibi vaccam rufam perfectam*; particulare; generale & particulare; non est in generali nisi quod est in particulari. *Hoc est statutum legis*. R. Elieser dicit; dictum est hic *statutum*, pariterque dictum est illic, sc. *Levit*. XVI. 34. *statutum*; sicut in statuto eo loco dicto textus loquitur de vestibus albis, ita pariter in statuto hic dicto textus loquitur de vestibus albis. Interrogarunt discipuli Raban Jochanan ben Zachai; quibus vestibus comburenda erat vacca? Respondit illis, vestibus aureis. Dixerunt illi; Nonne nos docuisti, præceptor noster, vestibus albis? Respondit illis; si quæ viderunt mei oculi, quæ ope-

operatæ sunt manus meæ oblitus sum, quæ didici quanto magis! At hæc omnia faciebat, ut acueret discipulos. Et alii dicunt hunc fuisse Hillel seniorem; sed ille non poterat dicere; quod operatæ sunt manus meæ. *Et accipient*; de separatione conclavis; *Tibi*. Ut sit pro hac re quæstor. Sicut in hoc Mose erat quæstor, sic pariter Aharon in hoc erat quæstor. Huic simile tu dicis de oleo unctionis. *Vaccam rufam*. R. Eliefer dicit, vitulam anniculam; & vaccam biennem; & sapientes dicunt, vitulam biennem, & vaccam triennem, & quadriennem. R. Meir dicit, vel quinquennem fuisse legitimam, vel vetulam fuisse legitimam; sed non expectabatur dum senesceret, ne fortasse nigresceret, & reprobaretur. *Vaccam*; crederem nigram? aut albam? Idcirco dictum est; *perfectam* respectu rubedinis, aut dicam perfectam respectu macularum? Quando dicit; *in qua non sit macula*. Cur dictum est? Quamvis non esset dictum, poteram ego probare argumento; Sicut animantia sanctificata, quæ opus non reprobabat, reprobabat macula, vaccam, quam opus reprobabat, non erit æquum, ut macula reprobaret? Minime; si dixisti de sanctificatis, quæ in puritate erant offerenda, ea de causa macula reprobabat, dices de vacca, quæ in immunditie immolabatur; ideoque macula illam non reprobabit? Sacrificium Paschale probet, quod in immunditie offerebatur, & macula illud reprobabat; illud probet de vacca, quæ quamvis immolabatur in immunditie, tamen illam macula reprobabat. Minime; si dixisti de sacrificio Paschali, cui est tempus statutum, ideoque illud macula non reprobabat, dices de vacca, cui non erat tempus statutum, ideoque illam macula non reprobabat? Idcirco dictum est; *in qua non sit macula*. Isi ben Akiba dicit; *in qua non sit macula*; cur dictum est? Si enim non dictum esset, ego poteram probare argumento; Sicut animantia sanctificata, quæ nigredo, & albedo non reprobabat, macula reprobabat; vaccam, quam albedo & nigredo reprobabat, non erit æquum ut macula reprobaret? Si ego uti poteram hoc argumento, cur igitur dictum est; *in qua non sit macula?* Quia erat argumentum pro vitula decollanda, ut maculis reprobaretur; Si sanctificata, quæ opus non reprobabat, macula reprobabat, vitulam, quam opus reprobabat, non erit æquum ut macula reprobaret? Idcirco dictum est; *in qua non sit macula*. In ea non sit macula; at si fuerit macula in vitula, erit legitima. Et R. Jehuda ben Bethira dicit; Si sacrificium pro peccato volucris, quod puri offerant, macula non reprobabat; vaccam, quam immundi immolabant, non erit æquum, ut macula non reprobaret? Idcirco dictum est; *in qua non sit macula*. In ea non sit macula; at si fuerit in iis, qui offerunt, erit legitima. Dicit R. Josia; dixi coram R. Jehuda ben Bethira, Quomodo intelligitur macula in offerentibus? Ostendit mihi inter duos ejus digitos duas caudas exeuntes. *Et non adscenderit super ipsam jugum*. De jugo, in quo non factum sit opus, textus loquitur; At si dicas de jugo, in quo factum sit opus; dixisti? argumentum a minori ad majus: Si vitulam, quam macula non reprobabat, jugum reprobabat, vaccam, quam macula reprobabat, non erit æquum ut jugum reprobaret? Ecce animantia sanctificata probabunt, quæ macula reprobabat, at jugum non reprobabat; & illa probant pro vacca, quam licet macula reprobaret, jugum non reprobabit. Minime; si dixisti de sanctificatis, quæ nigredine & albedine non reprobabantur, ideoque jugum non reprobabat, dices de vacca, quam nigredo & albedo reprobabat, ideoque jugum reprobabat? Idcirco dictum est; *Et non adscenderit super ipsam jugum*; de jugo in quo non factum sit opus, textus loquitur. Unde probatur consideranda fuisse cetera opera uti jugum? Dixisti? Probari potest argumento a minori ad majus. Si in vitula, quam macula non reprobat, considerabantur cetera opera uti jugum; in vacca, quam macula reprobabat, non erunt consideranda cetera opera uti jugum? Ego dicam in contrarium. Si in vacca, quam macula reprobabat, non considerabantur cetera opera, uti jugum; in vitula, quam macula non reprobabat, non erit æquum ut non sint consideranda cetera opera, uti jugum? Idcirco dictum est *Deuter.* XXI. 3. *In qua non factum sit opus*. Prius argumentatus sum, & deinde in contrarium, & contrarium abolitum est; utar igitur argumento sicut in principio. Si in vitula, quam macula non reprobabat, considerabantur cetera opera uti jugum, in vacca, quam macula reprobabat, æquum erit, ut considerentur cetera opera uti jugum. *Et dabitis illam Eleazaro sacerdoti*; venit textus ad docendum, quod vacca a vicario esset immolanda; Scito

to hoc ita fuisse, quia Aharon vivebat, & Eleazar comburebat vaccam. *Et dabitis illam*; illa immolata fuit ab Eleazaro; at ceteræ vaccæ immolatæ fuerunt a summo sacerdote; verba R. Meir. R. Jose bar R. Jehuda, & R. Simeon, & R. Eliefer ben Jacob dicunt; hæc immolata fuit ab Eleazaro, at ceteræ vaccæ immolatæ fuerunt tam a summo quam a vulgari sacerdote. *Et educet illam*; Non educet aliam cum illa; Hinc dixerunt, quod si vacca egredi nollet, non educebatur nigra cum illa; ne diceretur nigra, non ruffa comburi, & ne dicerentur duæ comburi. Rabi dicit, non hac de causa, sed ex eo quod dictum est; *& educet illam*; solam. *Extra castra*; ad montem unctionis; *& mactabit illam*. Venit textus, quod vacca inter mactandum reprobaretur. *Et mactabit illam*; ostendit, quod si inter mactandum fieret cadaver, reprobaretur. *Et mactabit illam*. Hinc dixerunt, non fuisse duas vaccas simul immolandas; *& mactabit illam coram ipso*; Alter mactabat, & Eleazar videbat. *Et accipiet Eleazar sacerdos*; cur iterum dictum est? Nonne jam dictum est; *& dabitis illam Eleazaro sacerdoti*. Et cur dictum est: *Et accipiet Eleazar sacerdos?* Ut sit in suo sacerdotio. *De ejus sanguine digito suo*; Ejus præceptum erat, ut fieret manu non vase; quia erat argumentum; logus olei permittebat, & sanguis vaccæ permittebat; si didici, quod logus olei non permitteret nisi manu, ita pariter sanguis vaccæ non permittet nisi manu. Tu argumentaris ex logo olei, at ego argumentabor ex logo olei de sanguine sacrificii pro delicto. Dixisti? distinguo; logus olei permittit, & idoneus est ad permittendum; si didici, quod logus olei non permittat nisi manu, ita pariter sanguis vaccæ non permittet nisi manu; Et ab argumento quod adducis; sicut ibi ab vase ad manum, hic quoque ab vase ad manum. Idcirco dictum est; *de ejus sanguine digito suo*; Hoc præceptum peragendum erat manu non vase; *digito suo*; dextero manus; Tu dicis dexterum; at ego dicam quemlibet digitum. Idcirco dictum est; *Levit.* XIV. 16. *Et intinget sacerdos digitum suum dexterum*; Quoniam sæpe memorati sunt digiti in lege simpliciter, & designat tibi textus in aliquo loco non esse nisi dexterum, ego quoque declaro quemvis digitum in lege memoratum non esse nisi dexterum, aptissimum manus, promtissimum omnium digitorum. *Et adsperget contra facies tabernaculi*; ut intendat & inspiciat portam templi, quo tempore adspergit. *Et adsperget contra facies tabernaculi*; Si enim non fuisset erectum tabernaculum, aut ventus complicasset aulæum, non fiebat expiatio. *Et adsperget contra tabernaculum conventus*; Cur dictum est? Nonne jam dictum est, *de ejus sanguine digito suo?* Et cur dictum est *de ejus sanguine?* Quia dictum est; *septies*; crederem septem adspersiones, & unam infusionem? Idcirco dictum est; *de ejus sanguine septies*; ostendit; quod septies in sanguinem intingebat; *septies*; quod inter se impedirent; quia erat argumentum; Quandoquidem memorantur adspersiones interiores, pariterque memorantur adspersiones exteriores; si didici de interioribus, quod inter se impedirent ita pariter exteriores inter se impedient. Minime; si dixisti de interioribus, quæ quoniam expiabant, idcirco inter se impediebant, dices de exterioribus, quæ quoniam non expiabant idcirco inter se non impedirent? Idcirco dictum est; *septies coram Domino*; ut inter se impediant. *Et comburet vaccam in conspectu suo, ejus pellem, & ejus carnem, & ejus sanguinem, super ejus fimum comburet.* Venit textus ad docendum, quod vacca inter comburendum opere reprobaretur. Igitur priusquam dixisset, mihi erat argumentum; si inter mactandum reprobatur, non reprobabitur inter comburendum. Si poterat uti hoc argumento, quid dicendum erat; *& comburet vaccam in conspectu suo?* Sed venit textus ad docendum, quod vacca opere inter mactandum reprobabatur, juvenci qui intus offerebantur, non erit æquum ut opere inter mactandum reprobarentur? Minime; si dixisti de vacca, quæ quoniam opere inter mactandum reprobabatur, idcirco inter comburendum reprobabatur; dices de juvencis comburendis, qui quoniam opere inter mactandum non reprobabantur, idcirco non reprobabantur inter comburendum? Quod reprobentur inter mactandum; est argumentum. Si vacca, quæ intus non offertur, opere inter mactandum reprobatur; juvenci comburendi, qui intus offeruntur, non erit æquum, ut opere inter mactandum reprobentur? Idcirco dictum est; *& comburet vaccam*; *& mactabit vaccam*; non autem juvencos comburendos. *Et comburet vaccam in conspectu suo*; ut alius comburat, & Eleazar inspiciat; *pellem ejus, & fimum ejus*. Sicut fimus in loco suo, sic reliquum omne in suo loco. Hinc dixerunt

deis, & terreis. Qua de causa? quia lotus diei legitimus erat in comburenda vacca; Etenim legimus; Immundabant sacerdotem combusturum vaccam, & immergebant illum, ad excludendam opinionem Sadducæorum, qui dicebant, in occasu solis fuisse illam comburendam; decreverunt illi sapientes vasa stercorea, lapidea, & terrea, ne reciperent immunditiem; quia sic non vilescunt in ea. Et cur variatum est aquilonare meridionale? Quia sacrificium pro peccato erat, & sacrificium pro peccato obligabatur ad aquilonem; scriptum est enim *Num.* XIX. 4. *Contra facies tabernaculi conventus*. Statuerunt illi sapientes conclave aquilonare meridionale; ut sic illis innotesceret. Quid Bira? Dicit Raba bar bar Chana; dicit R. Jochanan; erat locus in monte domus, & Bira erat nomen ejus. Et Risch Lakisch dicit; totum sanctuarium dicebatur Bira; dictum est enim I. *Paral.* XXIX. 19. *Ædem, cujus impensas paravi*. Unde hæc probantur? Dicit R. Meniumi bar Chalchia, dicit R. Machasia bar Idi, dicit R. Jochanan; dicit textus *Levit.* VIII. 34. *Sicut fecit hac die, sic præcepit Dominus ut fiat ad expiandum pro vobis*. לעשות; hoc est opus vaccæ. לכפר; hoc est opus diei expiationum; Concedatur, quod integer textus de vacca non conveniat; *ad expiandum*; scriptum est; & vacca minime est apta ad expiandum: sed dicam, quod integer textus de die expiationum agat; dixerunt; doceat id ubi dicitur; צואה צואה *præcepit præcepit*; etenim scriptum est hic. *Præcepit Dominus ad faciendam*; pariterque illic scriptum est. *Hoc est statutum legis, quod præcepit Dominus dicendo*; sicut illic de vacca agitur, hic quoque de vacca; sicut hic fiebat separatio; ita pariter illic; Et dicam de præcepto diei expiationum; scriptum est enim *Levit.* XVI. 34. *Fecit igitur sicut præceperat Dominus Mosi*. Explicetur præceptum, quod factum antecedit, a præcepto, quod factum antecedat; neque explicetur præceptum, quod facto postponatur, a præcepto, quod factum antecedit. Et dicam præceptum sacrificiorum; scriptum est enim *Levit.* VII. 38. *In die quo præcepit filiis Israel*. Explicatur צוה *præcepit* ex צותו *præcepit*, at non explicetur צותו ex צוה. Quid hinc deducitur? Ecce est traditio discipuli R. Ismael. *Et revertetur sacerdos*; *Et ingredietur*. *Levit.* XIV. Hæc est reversio, & ille ingressus. Hoc est, quando assimilari possit, sed quando assimilari potest, assimilat. Addiscimus; *ad expiandum*; hoc est opus diei expiationum; aut dicam expiationem sacrificiorum. Scimus nos, quod sacerdoti, qui advenit, sit necessaria separatio; Dixerunt; fortasse non erit necessaria separatio universæ classi domus patris. Explicetur res, cui statutum est tempus, ab re, cui tempus sit statutum, ad excludendum sacrificia quotidiana: Disputant; Et dicam de festis; explicetur res, quæ sit usitata semel in anno, ab re quæ usitata sit semel in anno; ad excludendos dies festos, qui non celebrantur semel in anno; At dicam diem festum unum; & si dicas; ignoramus, quinam ex illis sit? Si dies solennis azymorum; jam explicat textus a principio; si dies solennis tabernaculorum, ejus præceptum jam multiplicatur. Sed explicetur separatio septidui in diem unum a separatione septidui in diem unum; at non explicetur separatio septidui in septiduum a separatione septidui in diem unum. At dicam diem octavum, in quo sit separatio septidui in diem unum. Explicetur res, quam non præcedat sanctificatio, ab re, quam non præcedat sanctificatio; neque explicetur res, quam præcedat sanctificatio, ab re, quam non præcedat sanctificatio. Non? est argumentum a minori ad majus. Nunc res, quam non præcedit sanctificatio, requirit separationem, res, quam præcedit sanctificatio, non multo magis? Dicit R. Misceriascia; non est hic textus illi similis: R. Ase dicit; nulla est vis a principio: fundamentum festi non requirit separationem, accessorium ipsum requiret separationem? vel juxta sententiam illius qui dicit; Dies octavus est festus per se ipsum; Hoc agitur juxta propositum. פזר קשב; sors erat perseipsam; sed quod spectat debitum diei primi; docetur, qui non celebravit festum in die primo solennitatis, celebrabit vel die ultimo solennitatis. Et dicam, quod in Pentecoste fiat separatio septidui in diem unum. Dicit R. Aba; explicetur juvencus unus & aries unus ab uno juvenco, & ab uno ariete; ad excludendum festum Pentecostis, in quo duo arietes offeruntur; Recte juxta mentem illius, qui dicit in die expiationum fuisse oblatum unum tantum arietem; at juxta opinionem illius, qui dicit, duo fuerunt arietes; Quid dicendum est? Extat traditio: Rabi dicit: unus aries, qui hic memoratur, est aries memoratus in quinto Numeratorum; R. Elieser bar R. Simeonis dicit; duo

erant

erant arietes, alter hoc loco, & alter in quinto Numeratorum memoratus; quamvis dicat R. Eliefer bar R. Simeonis, ibi alter propter debitum diei, & alter propter addititia, tamen excluditur festum Pentecostes, quia propter debitum diei duo immolabantur; At dicam principium anni, quod in eo fieret separatio septidui in diem unum; Dicit R. Abau; explicetur ejus juvencus, & ejus aries ab ejus juvenco, & ab ejus ariete; ad excludendum festum Pentecostis, & principii anni, quod erant cœtus. Recte juxta mentem illius qui dicit; *Sume tibi;* de bonis tuis; sed juxta mentem illius, qui dicit; de bonis cœtus; quid est dicendum? Extat traditio: *Sume tibi;* de bonis tuis; *& fac tibi;* de bonis tuis; *Et sument tibi*, de bonis cœtus: Verba R. Josiæ: R. Jonathan dicit: tam *sume tibi*, quam *& sument tibi;* de bonis cœtus. At cur dictum est; *sume tibi?* & si dici liceret, de bonis tuis; ego volo magis ex eorum bonis. Aba Chanen dicit nomine R. Eliefer; Alter textus dicit *Deut.* x. 1. *Fac tibi arcam ligneam;* & alter dicit. *Exod.* xxv. 9. *Et facite arcam de lignis Sethim.* Quomodo? Hic, quando Israelitæ faciunt voluntatem Dei, & illic, quando non faciunt voluntatem Dei; Hactenus non est dissensio; At in acceptionibus simplicibus, & in operationibus simplicibus; Acceptiones simplices; *Sume tibi aromata;* Operationes simplices; *Fac tibi duas tubas argenteas.* Sed istæ sunt explicationes; explicatur, quod sit de bonis tuis, in impletionibus postquam scriptum est *Levit.* IX. 3. *Et ad filios Israel loqueris dicendo: Tollite hircum caprarum in sacrificium pro peccato. Et dixit ad Aharon: Tolle tibi vitulum filium bovis in sacrificium pro peccato.* Quid hinc mihi eruitur? *sume tibi;* ex bonis tuis. In die expiationum, postquam scriptum est *Lev.* XXI. 3. *Cum hoc ingredietur Aharon in sanctuarium cum juvenco filio bovis in sacrificium pro peccato &c. Et a congregatione filiorum Israel sumet duos hircos caprarum in sacrificium pro peccato; & offeret juvencum suum in sacrificium pro peccato.* Quid hinc mihi eruitur? Quid לך? de bonis suis. R. Ase dicit: explicetur juvencus pro peccato, & aries in holocaustum a juvenco pro peccato, & ab ariete in holocaustum; ad excludendum principium anni & festum Pentecostis, ubi duo fuerunt holocausta. Rabina dicit: explicetur ministerium faciendum a summo sacerdote a ministerio faciendo a summo sacerdote, ad excludenda hæc omnia argumenta, quod non esset ministerium faciendum a summo sacerdote; & nonnulli dicunt; dicit Rabina; explicetur ministerium in principio ab ministerio in principio, excluduntur hæc, quæ non sunt principium; Quid principium? fortasse principium in summo sacerdote, id est prius, sed ministerium in principio in loco explicetur a ministerio in principio in loco; quia venit R. Dimi; dicit; R. Jochanan unum docet, Risch Lakisch duo docet; R. Jochanan unum docet; *Ut fiat ad expiandum;* hoc est opus diei expiationem. Et Risch Lachisch duo docet; *Ut fiat:* hoc est opus vaccæ; *ad expiandum;* hoc est opus diei expiationum. R. Jochanan unum docet; & ecce legimus: Septiduo ante diem expiationum, & septiduo ante diem combustionis vaccæ; gradus sc. communis erat; Et dicit R. Mininmi bar Chalchia, dicit R. Machasia bar Idi, dicit. R. Jochanan; *sicut fecit hoc die, sic præcepit Dominus, ut fiat ad expiandum pro vobis. Ut fiat;* hoc est opus vaccæ; *ad expiandum;* hoc est opus diei expiationum; venit ad excludendum. Quia venit Rabin; dicit R. Jochanan nomine R. Ismaelis; *ut fiat;* hoc est opus vaccæ; *ad expiandum;* hoc est opus diei expiationum. Respondit Risch Lakisch ad R. Jochanan; unde hoc doces? Num ex impletionibus? Si ex impletionibus; Omne quod textus in illis impedit, illic quoque impedit. Et si dicas hic quoque. Atqui legimus; & substituunt alium sacerdotem; at non docent; separant; Et si dicas; quid significat; substituunt? separant; ad docendum, quod utrumque substituerent, aut utrumque separarent. Respondit illi; sed doctor hinc docet, dicens, de Sinai scriptum est *Exod.* XXIV. 16. *Et texit illum nubes sex diebus; & vocavit Mosen septimo die.* Postquam scriptum est; *& vocavit Mosen septimo die;* quid significat *sex diebus?* Hæc est constitutio principii, quod si quis ingrediatur in castra divinitatis, debeat se separare sex diebus: At ecce legimus septem in Misna. R. Jehuda ben Bethira multum observabat immunditiem domus suæ. Respondit R. Jochanan ad Risch Lakisch; concedatur juxta meam opinionem, quod doceatur ex impletionibus; sc. quod extet traditio; quod tam hunc quam illum aspergebant integro septiduo ex omnibus sacrificiis pro peccato, quæ illic erant, ita pariter aspergebatur in impletionibus; Verum juxta

ta tuam sententiam docendum est de Sinai; adspersio in Sinai qualis fuit? Et juxta tuam sententiam qualis? Recte in impletionibus fuit sanguis, & hic aqua; Non est dissensio: quia docet R. Chjiah; Veniant aquæ pro sanguine; verum juxta tuam sententiam; adspersio in Sinai qualis fuit? Respondit illi Gradus communis fuit: traditio juxta mentem R. Jochanan, traditio juxta mentem Risch Lakisch. Traditio juxta mentem R. Jochanan ex eo probatur, quod scriptum est *Levit.* XVI. 3. *Cum hoc ingredietur Aharon in sanctuarium;* sicuti dictum est in subjecto; Quod est propositum impletionum? Quid dictum est in subjecto impletionum? Aharon per septiduum separabatur in die unum. Et Mose tradidit illi toto septiduo, ut initiaretur in ministerio; Et pariter in generationibus summus sacerdos separabatur septiduo, & uno die ministrabat; & duo discipuli sapientum ex discipulis Mose tradiderunt ut toto septiduo in ministerio initiaretur; Hinc dixerunt; septiduo ante diem expiationum separabant summum sacerdotem de domo sua in conclave Parhedrin; & quemadmodum separabant summum sacerdotem, ita pariter separabant sacerdotem vaccam combusturum in conclave, quod erat super palatio, aquilonare meridionale, & super utrumque adspergebant integro septiduo de omnibus sacrificiis pro peccato, quæ ibi erant; At si dicas; in impletionibus sanguis, & hic aquæ; dixisti? Veniant aquæ pro sanguine. Et dictum est; *Sicut fecit hoc die, sic præcepit Dominus ut fieret ad expiandum pro vobis. Ut fieret;* hoc est opus vaccæ; *ad expiandum;* Hoc est opus diei expiationum. Et quod dicitur *cum hoc*, requiritur essentialiter; *cum juvenco filio bovis in sacrificium pro peccato, & ariete in holocaustum;* dixerunt si per sacrificium solum, dixisset textus; *cum hoc, aut cum istis;* Quid *cum hoc?* Hinc duo eruuntur; & cur *&* *dicit?* Et si dices, quod dies expiationum sit primus qui requirat separationem; uti deprehenditur in impletionibus, sed in die expiationum simpliciter non; aut potest dici, quod in summo sacerdote prius requireretur separatio; sed summus sacerdos simpliciter non: veni & audi; *Sicut fecit &c.* Traditio juxta mentem Risch Lakisch. Mose adscendit in nube, & tectus est nube, & sanctificatus est nube, ut acciperet legem Israeli in sanctitate; dictum est enim *Exod.* XXIV. 16. *Et habitavit gloria Domini super montem Sinai;* Hoc est factum post Decalogum, quod fuit principium quadraginta dierum; verba R. Jose Galilæi; R. Akiba dicit: *Et habitavit gloria Domini.* A principio mensis. *Et texit nubes montem, & vocavit Mosen; & omnis Israel stabant.* Non venit textus nisi ad impartiendum honorem Mosi. R. Nathan dicit: Non venit textus nisi ad abstergendum cibum & potum, qui erat in ejus visceribus, ut assimilaretur Angelis ministerii. R. Matthia ben Charas dicit, non venit textus, nisi ad terrorem illi incutiendum; ut lex daretur in terrore, & metu, & trepidatione; dictum est enim *Psal.* II. 11. *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Qui ונילו ברעדה *& exultate ei cum tremore?* Dicit R. Ada bar Methana, dicit Rabi in loco exultationis ibi sit trepidatio. Ubi consistit dissensio R. Jose Galilæi, & R. Akibæ? In dissensione horum doctorum; exstat enim traditio: In die sexto mensis data fuit lex Israeli; R. Jose dicit in septimo; qui dicit in sexto; in sexto data est, & in septimo adscendit; scriptum est enim; *& vocavit Mose in die septimo;* & qui dicit in septimo, in septimo data est, & in septimo adscendit. R. Jose Galilæus sentit juxta mentem primi doctoris, qui dicit in sexto mensis data est lex, idcirco hoc est opus post decalogum; *Et habitavit gloria Domini super montem Sinai; & texit nubes sex diebus Mosen, & vocavit Mosen in die septimo;* ad accipiendam reliquam legem; si vero putas: *quod habitavit gloria Domini a principio mensis; & texit nubes montem; & vocavit Mosen in die septimo* ad accipiendum decalogum; ecce ejus acceptio fuit ab sexto die, & ecce sublata est nubes a sexto; At R. Akiba sentit juxta mentem R. Jose; in septimo die mensis data est lex Israeli; Concedatur juxta mentem R. Akiba; scilicet deprehendetur, quod in decimo septimo die Tamutz fractæ sint tabulæ, quatuor & viginti mensis Sivan, & sedecim Thamuz complent quadraginta dies, quibus fuit in monte, & sexto decimo Thamuz descendit, & venit & fregit tabulas. Verum juxta mentem R. Jose Galilæi qui dicit: sex separationis, & quadraginta montis, usque ad viginti sex Thamutz non fractæ sunt tabulæ; dicit tibi R. Jose Galilæus; quadraginta dies montis includuntur in sex separationis; Dicit doctor; *Et vocavit Mosen, Mosen; & omnis Israel stabant;* hoc favet R. Elieseri; dicit enim R. Elieser; *Et vocavit* Mo-

Mosen, Mosen; & omnis Israel stabant. Non venit textus nisi ad impartiendum honorem Mosi. At regerunt: קול לו Vocem illius Mose audiebat, at omnis Israel non audiebat; Nulla est dissensio. Hoc intelligitur in Sinai, & illud in tabernaculo conventus; & si velis dicere; nulla est dissensio; hoc intelligitur in vocatione, & illud in allocutione. R. Zericha explicavit hos textus coram R. Eliefer, & dixerunt; dicit R. Zericha; R. Eliefer, argumentatur; & scriptum est *Exod.* XL. 33. *Nec poterat Mose ingredi in tabernaculum conventus, quia super illud habitabat nubes*. Et similiter scriptum est Ibid. XX. 21. *Et ingressus est Mose in medium nubis*. Apprehendit Sanctus Benedictus Mosen, & deduxit in nubem; Discipulus R. Samuelis docet: Dictum est hic; *in medium;* pariterque dictum est illic, sc. *Exod.* XIV. 22. *Et ingressi sunt filii Israel in medium aquarum*. Sicut ibi via; scriptum est enim; *& aquæ illis erant murus;* ita pariter hoc loco via. *Et vocavit Mosen, & dixit*; Cur præcedit vocatio allocutionem? Docet lex modo humano; non enim dicet homo verbum socio suo, nisi prius vocaverit; Hoc favet τῷ R. Chanina; dicit enim R. Chanina; Nemo dicet verbum socio suo, nisi prius vocaverit, dicendo. Dicit R. Musia bar filii R. Masia nomine R. Musia Raba; unde probatur; quod si quis loqui velit cum socio suo, non loquetur, priusquam illi dicat; tecum loquar? dictum est enim; *& locutus est Deus ad Mosen de tabernaculo conventus dicendo*; Concluditur, quod ambo judicent de impletionibus; Quicquid in illis scriptum est; in illis impedit; si dicas de impletionibus; R. Jochanan, & R. Chanina; alter dicit; quicquid in illis scriptum est, in illis impedit; & alter dicit; quod impedit in generationibus, in illis impedit, si non impedit in generationibus, in illis non impedit: Conclusio R. Jochanan; qui dicit; quicquid in illis scriptum est, in illis impedit, ex eo quod dicit R. Simeon ben Lakisch τῷ R. Jochanan; si in impletionibus, quicquid in illis scriptum est, in illis impedit. Et nihil illi respondit; nihil concluditur. Quænam est inter illos dissensio? Dicit R. Joseph; In manuum impositione dissentiunt; qui dicit, quicquid in illis scriptum est, in illis impedit; hinc manuum impositio impedit; & qui dicit; Quod non impedit in generationibus, in illis non impedit; hinc non impedit manuum impositio & in generationibus unde probatur quod non impediat? Dictum est enim; *Et imponet manus, & acceptabitur*. Quid? Num impositio manuum expiabat? Atqui non fiebat expiatio nisi in sanguine; dictum est enim *Levit.* XVII. II. *Quia sanguis qui est in anima expiat*. At cur dictum est; *& imponet manus, & acceptabitur?* Si consideret manuum impositionem reliquias præcepti, ab textu consideratur perinde ac non expiet, & expiet. R. Nachman bar Isaac dicit; Ventilatio inter illos intercedit; Qui dicit; quicquid in illis scriptum est, in illis impedit; & qui dicit; quod non impedit in generationibus, in illis non impedit impedimentum; & in generationibus unde probatur, quod non impediat? Scriptum est *Levit.* XIV. 21. *Et ventilabit ad expiandum pro eo*. Quid? Num ventilatio expiabat? At non erat expiatio nisi in sanguine. Dictum est enim *Levit.* XVII. II. *Quia sanguis, qui est in anima expiat*. At cur dictum est; *Et ventilabit ad expiandum pro eo?* Si consideret ventilationem reliquias præcepti, ab textu consideratur perinde ac non expiet & expiet. R. Papa dicit; Separatio septidui inter illos intercedit. Qui dicit; Quicquid in illis scriptum est in illis impedit; qui dicit, quod in generationibus non impedit, in illis non impedit impedimentum; & in generationibus unde probatur, quod non impediat? Ex eo quod sit traditio; quod substituant; at non est traditio; quod separent. Rabina dicit; Vestibus multiplicatio per septiduum, & unctio per septituduum inter illos intercedit; Qui dicit; Quicquid in illis scriptum est, in illis impedit; qui dicit; quod in generationibus non impedit, in illis non impedit impedimentum; Et in generationibus, quod non impediat, unde probatur? Ex eo quod scriptum est *Levit.* XVI. 32. *Expiabit autem sacerdos, qui unctus est, & qui implevit manus suas ad ministrandum vice patris sui*. Cur dictum est? Quia dictum est *Exod.* XXX. *Septem diebus induetur illis sacerdos ejus vice de filiis ejus*. Non probo nisi de vestibus multiplicato per septiduum, & de uncto per septiduum, de multiplicato vestibus per septiduum, & de uncto uno tantum die, & de multiplicato vestibus uno tantum die, & de uncto per septiduum unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Qui unctus est, & qui implevit manus suas*. Semper; Deprehenditur fuisse multiplicandus vestibus per septiduum sicut in principio; quod fuerit ungendus per septiduum

duum ficut in principio, unde probatur? Si vis, tibi dicam; obligat textus ad excludendum; & si vis, tibi dicam; Dicit textus. *Et vestes sanctitatis, quæ sunt Aharonis, erunt filiis ejus post eum, ut in illis ungatur, & in illis impleat manus suas*. Comparetur unctio vestium multiplicationi, sicut vestium multiplicatio per septiduum, ita pariter unctio per septiduum. Quænam est ratio illius, qui dicit; Quicquid in illis scriptum est, impedit? Dicit Rabi Isaach bar Bisana; dicit textus; *Facies Aharon & filiis ejus sic, sic*, impedimentum illud; omne recte se habet; quod relinquit rem omnem, quæ scripta sit in hoc proposito, res quæ non sit scripta in hoc proposito unde probatur? Dicit R. Nachman bar Isaach; Doceat *ostium ostium*. R. Miserascia dicit; scriptum est *Levit*. VIII. 35. *Et custodietis custodiam Domini*. Impedimentum. Tradiderunt sapientes. *Quia sic præceptum est mihi; sicut præceptum est mihi; sicut præceptum est mihi; sicut præcepit Dominus; Quia sic præceptum est mihi; ut in luctu comederent illam sicut præceptum est mihi*; tempore operationis dixit illis; *sicut præcepit Dominus*; non ex meo ingenio ego dixi. Dicit R. Jose bar Chanina; Feminalia non describuntur in Parascha; Quando vero dicit *Exod*. XXIX. I. *Sed & hoc facies, ut mihi in sacerdotium consacrentur*. Ad includenda feminalia, & decimam partem Ephæ; concedatur de feminalibus, quia descripta sunt in subjecto vestium; at decima pars Ephæ unde probatur? Veniat זה זה *hoc* & *hoc* ex hoc sacrificio Aharon. Dictum est *Levit*. VI. 20. *Hæc est oblatio Aharon, & filiorum ejus, quam offerre debent Domino, decimam partem Ephæ*. Dicit R. Jochanan nomine R. Simeonis ben Jochai, unde probatur, quod etiam lectio Paraschæ impediat? Ex eo quod dictum est; *Et locutus est Mose ad congregationem; Hic est sermo, quem præcepit Dominus*; vel allocutio impedit. Quomodo vestiebant? Quomodo vestiebant? Quidquid erat, erat. Sed quomodo vestient in tempus futurum? In tempus futurum pariter; quando ingressi sunt Aharon & filii ejus & Mose cum eis. At quomodo vestiebant? Probabiliter textus in hoc dividunt filios. R. Chjah & Rabi Jochanan; alter dicit, Aharon & postea ejus filii; & alter dicit; Aharon & ejus filii una simul. Dicit Abaje; In tunica, & balteo nemo contendit; Aharon, & postea ejus filii; tam in præcepto quam in executione Aharon anteponitur; Quoniam dissensio est in balteo; Qui dicit Aharon, & deinde ejus filii, probat ex eo quod scriptum est *Levit*. VIII. 7. *Et præcinxit illum balteo*. Et postea scriptum est; *& præcinxit illos balteo*; & qui dicit; Aharon & filii ejus una simul, probat ex eo quod scriptum est ibid. vers. 14. *& præcinges illos*; & qui dicit; Aharon & filii ejus una simul, probat ex eo quod scriptum est; *& præcinxit illum balteo*; Et posthæc; *& præcinxit illos balteo*. Dicit tibi; hic est balteus summi sacerdotis, at hic non est balteus sacerdotis vulgaris; & qui dicit; Aharon, & deinde filii ejus, quia scriptum est; *& præcinges illos balteo*; dicit tibi, hinc nobis probari balteum sacerdotis summi fuisse balteum sacerdotis vulgaris; *Et præcinxit illum balteo; & præcinxit illos balteo*; quid hinc mihi eruitur? Aharon, & deinde ejus filii una simul. Quid deprehenditur? Non opus est, ut præcedat. Separabant summum sacerdotem. Qua de causa separabant? Sicuti dicimus: Si juxta mentem R. Jochanan, juxta ejus sententiam; si juxta sententiam Risch Lakisch, juxta ejus sententiam: Sic dicit; de domo sua cur separabatur? Traditio: Dicit R. Jehuda ben Bethira; dictum est; ne fortasse deprehendatur ejus uxor dubie menstrua & cum eo concumbat. De impiis agimus. Verum ne concumbat cum uxore sua, & deprehendatur dubie menstruata. Dixerunt sapientes coram Rabi Chasda; cujusnam est opinio? juxta mentem R. Akiba, qui dicit, quod menstrua polluat illum, qui cum eo concumbit; & sapientes hoc dicunt; menstruata non polluit maritum qui cum ea concumbit; Respondit Rabi Chasda; quamvis dicant sapientes; usque huc non dissentiunt in hoc sapientes a Rabi Akiba nisi in uno tantum tempore, sed in duobus consentiunt. Dicit R. Zira; hinc eruitur. Qui concumbit cum menstrua non est sicut menstrua, & lotus diei; si dicas, quod qui concumbit cum menstrua sit sicut menstruata; noctu igitur lavabit; in diem posterum quomodo ministrabit ministerium? Et ecce requiritur occasus solis. Sed hinc non eruitur. Qui concumbit cum menstrua non est sicut menstrua; R. Sime ex Nardata dicit, vel si dicas; Qui concumbit cum menstrua est sicut menstrua; separabitur una hora prope immersionem solis. Opponitur; Qui debent lavare, lavant interdiu, menstrua & puerpera noctu lavant; menstrua maxime; qui con-

concumbit cum menstrua, minime, & quicquid venit ad includendum; Seminifluus est similis illi, qui portat reptile; qui concumbit cum menstrua est similis illi, qui polluitur mortuo; Num intelligendum est de lotione? Non de eorum immunditiis præcise scriptum est; de immunditie septidui in eo scriptum est, pariterque de immunditie septidui in eo scriptum est; sed minime pro eorum lotionibus, pro eorum immunditiis finis textus opus illo habuit; sed gravior est illo qui concumbit cum menstrua, qui polluit stratum, & sedile in immunditie levi ad immundandum cibos & liquores. Veni & audi; docet R. Chjia; seminifluus, & seminiflua, & leprosus & leprosa, & qui concumbit cum menstrua, & qui polluitur mortuo lavant interdiu; menstrua & puerpera lavant noctu. Non soluta est quæstio. Et usque dum seperes illos ab immunditie domus suæ, separentur ab immunditie mortui. Dicit R. Tachalipha pater R. Huna bar Tachalipha nomine Raba; hoc dicis: immundities mortui permissa est in cœtu; Rabina dicit, vel si dicas; quod immundities mortui pellatur in cœtu; immundities non mortui deprehenditur, immundities domus tuæ deprehenditur; si dicas; immundities mortui, Rabi Nachman dicit, permissa est in cœtu; & Sesat dicit, expellitur in cœtu; ubique immundant & purificant in eadem ipsa domo patris familias; Nemo dissentit, quod puros facere possint, & immundos facere non possint, sed dissentiunt, circa restituendos & adducendos puros ex alia domo patris familias. R. Nachman dicit; permissa est in cœtu; Non respondemus. R. Sesat dicit; expellebatur in cœtu; & respondemus. Nonnulli dicunt, quamvis ubique purificent & immundent in eadem ipsa domo patris familias; dissentit R. Nachman, & dicit; quod possint facere etiam immundos. Quia omnem immunditiam mortui Deus in cœtu permittit. Dicit R. Sesat; unde probat? exstat traditio; Si stans offerat manus manipuli, & in ejus manu polluatur, dicit; adducatur aliud ejus vice, at si ibi non fuerit nisi illud; dicit illi; sis prudens, & tace. Docetur hinc quod dicat; adducatur aliud ejus vice. Dicit R. Nachman; fateor, ubique reliquias esse comedendas; Oppositio; Si offerat munus juvencorum, & arietum, & agnorum, & in ejus manu polluatur; dicit; adducatur aliud ejus vice; & si ibi non fuerit nisi illud; dicunt illi; Sis prudens & tace. Itane intelligendum? Si fuerint boves, arietes, & agni festi tabernaculorum; dicit tibi R. Nachman; non juvenci: juvenco enim Idololatriæ, quamvis pertineat ad cœtum, non est illi statutum tempus. Respondemus: arietes in ariete Aharon, cui non est statutum tempus, quia spectat ad privatum; Respondemus in agno, qui adducitur cum manipulo, ubi erant reliquiæ ad comedendum. Oppositio: Sanguis, qui immundatus sit, & sit adspersus per ignorantiam, acceptatur, per contumaciam, non acceptatur; quia exstat traditio; quod sit privati. Veni & audi; pro quo expiat lamina? pro sanguine, & carne, & adipe, qui polluuntur sive per ignorantiam sive per contumaciam sive per vim, sive sponte sive in privato, sive in cœtu; & si putas; quod immundities permissa sit in cœtu; Unde mihi probatur, quod acceptatum faciat? Dicit tibi R. Nachman, quia docetur; quod lamina expiaret pro privato; & si velis, dices etiam pro cœtu in eo, cui non esset statutum tempus. Oppositio: Dictum est *Ex.* XXVIII. 38. *Et portabit Aharon iniquitatem sanctificatorum*. Quænam est illa iniquitas, quam portabat? Si sit iniquitas abhominandi; jam dictum est; *non acceptabitur*: Si iniquitas residui; Jam dictum est; *Non imputabitur*. Ecce non portabat nisi iniquitatem immunditiei, quæ permissa est ab generali in cœtu. Objectio R. Sesat; Duo doctores: Extat traditio; Lamina expiabat, sive sit, sive non sit imposita fronti; verba R. Simeonis; R. Jehuda dicit; dum est super fronte, expiat; dum non est super fronte, non expiat. Respondit illi R. Simeon; summus sacerdos in die expiationum probet, quamvis non esset super ejus fronte, tamen expiabat. Respondit illi Rabi Jehuda; non probat summus sacerdos in die expiationum, in quo immundities permissa fuit in cœtu ab generali; quia R. Simeon putat, quod immundities pellatur in cœtu; Dicit Abaje; si frangatur lamina, nemo dissentit, quod non expiet; sed disputant; quando clavo appensa esset; R. Jehuda putat; *super ejus frontem, & portabit*; & R. Simeon putat; *semper, ad expiandum coram Domino*. Quid *semper*? Si dicamus *semper super ejus frontem*; non potest esse; quia deponere debebat, ut se conferret in domum latrinæ: detrahenda illa erat; Sed semper acceptum faciet; & juxta mentem R. Jehuda pariter; ecce scriptum est, *semper*; sit semper; ne ab ea mentem

suam

ſuam abſtrahat, juxta mentem Raba bar R. Huna; etenim dicit Raba bar R. Huna; debet homo geſtare Thephilin omnibus & ſingulis horis, ex argumento a minori ad majus deducto a lamina. Si de lamina, in qua unum tantum erat memoriale, dicit Lex; *ſuper ejus frontem ſemper*; ne ab ea mentem ſuam abſtrahat; In Thephilin, in quibus multa ſunt memorialia, quanto magis! At juxta mentem R. Simeonis qui dicit; ſemper acceptum facit; & ecce ſcriptum eſt; *ſuper ejus frontem, & portabit*; venit ad ſtatuendum illi locum, & R. Jehuda ad ſtatuendum illi locum unde probat? ex eo probat, quod dictum eſt; *ſuper ejus frontem*; & R. Simeon quoque deducit ex eo quod dictum eſt; *ex deſuper ejus frontem*; non ita eſt niſi *ſuper ejus frontem & portabit*; Quid reſpondit? Tibi dicit; quæ fronti conveniens eſt, acceptum facit, quæ non eſt fronti conveniens, non facit acceptum; ad excipiendum, quod ſi fracta fuerit lamina, non faciat acceptum; & R. Jehuda, ſi fracta fuerit lamina, unde probat? probat ex fronte ejus frontem; & R. Simeon מצח מצחו non exponit; Dicemus: iſti doctores ſentiunt cum illis doctoribus. Exſtat traditio: Tam hunc quam illum adſpergunt integro ſeptiduo ex omnibus ſacrificiis pro peccato, quæ ibi erant; verba R. Meir; R. Joſe dicit; Non adſpergebant illum niſi tertio & ſeptimo die duntaxat. R. Chanina Segen ſacerdotum dicit: Sacerdotem combuſturum vaccam adſpergebant toto ſeptiduo; ſummum ſacerdotem in die expiationum non adſpergebant niſi tertio & ſeptimo die. Itane intelligendum? In hoc eſt diſſenſio. R. Meir putat; quod immundities expellatur in cœtu; & R. Joſe putat, quod immundities permittatur in cœtu; & probabile eſt, quod putet R. Joſe, quod permittatur in cœtu; adſperſio includitur; unde mihi probatur? ſed communiter iſti doctores putant, quod immundities expellatur in cœtu; & in hoc conſiſtit diſſenſio; R. Meir putat, quod dicant, lotionem in tempore ſuo fuiſſe ex præcepto; & R. Joſe putat, quod non dicant lotionem in tempore ſuo eſſe ex præcepto. Et putat R. Joſe, quod non dicant lotionem in ſuo tempore eſſe ex præcepto. Atqui extat traditio; ecce ſcriptum eſt ibi: *ſuper ejus carnem*; & ecce non lavabit, non unget, & non conſiſtet in loco inquinato: præparabatur lotio ex præcepto, ſe involvebat alga, & lavabat. R. Joſe dicit: deſcendebat, & lavabat juxta ſuam conſuetudinem, dummodo ſe non fricaret; & hinc probatur lotio in tempore ſuo eſſe ex præcepto; In hoc eſt diſſenſio; quia doctor primus putat, quod non dicant lotionem in tempore ſuo fuiſſe ex præcepto; & R. Joſe putat, quod dicant lotionem in tempore ſuo eſſe ex præcepto; ſed ex omnium conſenſu iſti doctores dicunt lotionem in tempore ſuo eſſe ex præcepto, & in hoc conſiſtit controverſia; Rabi Meir putat; comparandam eſſe adſperſionem lotioni; & R. Joſe putat non eſſe comparandam adſperſionem lotioni. Chanina Segen ſacerdotum, ſi comparetur adſperſio lotioni, vel ſacerdos in die expiationum pariter; ſi non comparetur adſperſio lotioni; vel ſacerdos combuſturus vaccam pariter: nunquam comparatur; & ſacerdos combuſturus vaccam ſimpliciter: cujuſnam hæc eſt ſententia? Tradiderunt ſapientes; nullum eſt diſcrimen inter ſacerdotem combuſturum vaccam, & ſacerdotem in die expiationum, niſi quod hujus ſeparatio fiat in ſanctitate, & fratres ejus ſacerdotes eum tangant, & illius ſeparatio fiat in puritate, & fratres ejus ſacerdotes illum non tangant; Cujuſnam eſt hæc ſententia? aut Rabi Meir, aut Rabi Joſe; quia Rabi Chanina Segen ſacerdotum: fortaſſe hic quoque opponit R. Joſe bar R. Chanina; concedatur: primus, fortaſſe erit tertius, tertius, fortaſſe tertius, quintus, fortaſſe ſeptimus, ſextus, fortaſſe ſeptimus, ſeptimus, fortaſſe ſeptimus; de quarto unde probatur adſperſio? Conſequitur; non in tertio dubitandum eſt, & non in ſeptimo, dubitandum eſt; & pro ratione ad excludendam adſperſionem toto ſeptiduo quomodo intelligitur? & ecce nobis conſtat, quod adſperſio in Sabbatho non pellit Sabbathum; At quid nobis dicendum eſt? ſeptem, excepto Sabbatho, hic quoque ſeptem, excepto quarto; Dicit Rabi; idcirco ſummus ſacerdos in die expiationum; a nobis non pendet res, ſed a conſtitutione menſis res pendet; in tertio die Tirſi debebat ſeparari, & quovis tempore, quo advenerat tertius Tirſi ſeparabatur; ſed ſacerdotem vaccam combuſturum, quia a nobis res pendebat, ſeparamus in die quarto hebdomadæ, quia hoc modo incidet ejus dies quartus in Sabbathum. *In conclave Parhedrin*. Traditio R. Jehuda: Quid? Num conclave Parhedrin appellabatur? Atqui conclave conſiliariorum dicebatur. Sed in principio conclave conſilia-

rio-

riorum appellabant; Propterea quod dabant numos pro ſacerdotio, & mutabantur quovis duodecimo menſe, ſicut Parhedrin mutabantur quovis duodecimo menſe, ideoque vocarunt conclave Parhedrin. Legimus ibi. Definierunt, quod ſapientes non obligarint niſi ad ſeparandum ablationem decimæ, & placentam; Concedatur: de ablatione decimæ non; exſtat enim traditio; Quia miſit in omnes terminos Iſraelis, & vidit, quod non ſepararent niſi ablationem magnam duntaxat, decimam primam, & decimam pauperum non; qui vult educere de poteſtate ſocii ſui, illi incumbit probatio; ſed ſeparabant decimam ſecundam, & adſcendebant, & comedebant Hieroſolymæ; Dicit Ela; quia iſti Parhedrin excutiebant illos quovis duodecimo menſe, & dicebant illis; Vendite vili pretio, vendite vili pretio; & non defatigabant ſapientes. Quid Parhedrin? פורסי, ſc. æſtimatores. Dicit Raba bar bar Chana, dicit R. Jochanan; Quid ſcriptum eſt; *Proverb.* x. 27. *Timor Domini addet dies, & anni impiorum breviabuntur? Timor Domini addet dies*; Hoc eſt ſanctuarium primum, quod ſtetit 410. annis, in quo non miniſtrarunt niſi octodecim ſummi ſacerdotes; *& anni impiorum breviabuntur*; Hoc eſt ſanctuarium ſecundum, quod ſtetit 420. annis, in quo miniſtrarunt pluſquam trecenti ſummi ſacerdotes; detrahe ab his quadraginta annos, in quibus miniſtravit Simeon juſtus, & octoginta, in quibus miniſtravit Jochanan ſummus ſacerdos, decem, in quibus miniſtravit Iſmael ben Phabi, & dicunt, undecim, in quibus miniſtravit Eleazar ben Charſum, hinc & ulterius, detrahe, & computa, omnes & ſinguli non compleverunt annum ſuum. Et dicit R. Jochanan ben Thorata; qua de cauſa dirutus eſt Silo? propter turpitudines, & contemtum ſanctitatum. Propter turpitudines; ſcriptum eſt enim I. *Sam.* II. 22. *Heli autem erat ſenex valde, & audivit omnia, quæ faciebant filii ſui univerſo Iſraeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium tabernaculi*. Quamvis dicat R. Samuel bar Nachmani: dicit R. Jochanan; Qui dicit; Filii Eli peccarunt, non eſt niſi errans, quia morabantur eorum nidos; hinc reputavit eos textus perinde ac cubaverint in contemtu ſanctitatum; quia ſcriptum eſt Ib. verſ. 15. *Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi, ut coquam ſacerdoti; non enim accipiam ab te carnem coctam, ſed crudam. Dicebatque illi immolans; incendatur primum juxta morem hodie adeps, & tolle tibi, quantuncunque deſiderat anima tua; qui reſpondens ajebat ei; nequaquam, nunc enim dabis; alioquin tollam vi*. Pariterque ſcriptum eſt. *Erat ergo peccatum puerorum grande coram Domino, quia retrahebant Dominos a ſacrificio Domini*. Sanctuarium primum qua de cauſa dirutum eſt? propter hæc tria, ſc. propter Idololatriam, & turpitudines, & effuſiones ſanguinis; de Idololatria ſcriptum eſt *Iſai.* XXVIII. 20. *Coanguſtatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat*; Quid ſignificat קצר המצע מהשתרע? Dicit R. Jochanan: קצר מצע ſc. ut ſocietatem ineant ſuper illo duo ſocii ſimul; & והמסכה צרה כהתכנס Dicit Rabi Samuel bar Nachmani; quando perveniebat ad hunc textum, flebat; Dicit illic, de hoc ſcriptum eſt, *Pſalm.* XXXII. 7. *Congregans ſicut in utre aquas maris*. Facta eſt Idololatria æmula Deo. De turpitudinibus ſcriptum eſt *Iſai.* III. 14. *Quod elevatæ ſunt filiæ Sion & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, Eundo & æqualibus paſſibus utendo incedebant; Et in eorum pedibus* תעכסנה. *Quod elevatæ ſunt filiæ Sion*, quod incedebant extenſæ gradu brevi; *& ambulaverunt extenſo collo*; quod incedebant ſtatura erecta; *& nutibus oculorum ibant*; quia erant pleni ſtibio eorum oculi. *Eundo & æqualibus paſſibus utendo incedebant*; quod incedebant calcaneo in latere pollicis; *Et in eorum pedibus* תעכסנה. Dicit R. Iſaach, quod afferrent myrrham, & balſamum, & reponerent in ſuis calceis, & quando accedebant ad juvenes Iſraelitas, calcitrabant, & adſpergebant in illos & excitabant in illis deſiderium malum, uti velenum ſerpentis. De effuſione ſanguinis ſcriptum eſt 2. *Reg.* 16. *Inſuper & ſanguinem innoxium fudit multum nimis, donec impleret Hieruſalem uſque ad os*. At in ſanctuario ſecundo, ubi occupati fuerunt in lege, & in præceptis, & in operibus piis, qua de cauſa dirutum eſt? propter odium gratuitum, ut doceare, quod odium gratuitum æquiparetur tribus peccatis, ſc. Idololatriæ, & turpitudinibus, & effuſioni ſanguinis; fuerunt impii, ſed appenderunt eorum fiduciam in Deo; ſcriptum eſt enim *Mich.* III. 11. *Principes ejus in muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant, & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes; Nunquid non Domi-*

minus in medio nostrum? Non venient super nos mala. Idcirco adduxit Deus S. B. super illos tria decreta contra tria eorum peccata; scriptum enim ib. vers. 12. *Propter hoc causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum*. In sanctuario primo non fuit odium gratuitum. Scriptum est enim *Ezech.* XXI. 12. *Gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super femur*. Et dicit R. Eliefer; Hi sunt homines, qui simul ederunt, & biberunt; & simul transfigerunt gladiis, qui erant in eorum linguis, principes Israelis; Hoc est quod dictum est ibid. *Clama & ulula fili hominis, quia hic factus est in populo meo*. Et est traditio: *Clama & ulula in populo meo*; crederem in omnes? Idcirco dictum est; *Hic in cunctis ducibus Israel*. R. Jochanan, & R. Eliefer dixerant de duobus primis, quorum manifestatum est eorum delictum, manifestatus est eorum finis; de novissimis, quorum non est manifestatum delictum, non est manifestatus eorum finis Dicit R. Jochanan: Melior erat unguis primorum, quam venter novissimorum. Respondit illi Rabi in contrarium; novissimi erant excellentiores, quamvis essent in captivitate, tamen occupabantur in lege; Dixit illi; Palatium probet, quod primis restitutum est, at non est restitutum novissimis. Interrogarunt R. Eliefer; Primi majores, an novissimi? Respondit illis; Date oculos vestros super palatium; & alii dicunt, quod dixerit: testimonium vobis sit palatium. Risch Lakisch lavabat in Jordane. Venit Raba bar bar Chana; & dedit illi manum; Dixit illi; Deus vos odit; scriptum est enim *Cantic.* VIII. 9. *Si murus est, ædificemus super ea propugnacula argentea, si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis*. Si facietis vosmetipsos sicut murum, & adscendetis vos omnes in diebus Ezræ, eritis similes argento in quo putredo non dominatur; nunc una adscenditis sicut ostia, similes estis cedro, in quo putredo dominatur. Quid ארז? Dicit Ela; est cedrus corruptione obnoxia; Quid ססמנור? Dicit R. Abaje; est filia vocis; extat enim traditio: Postquam mortui sunt prophetæ novissimi, Haggæus, Zacaria, & Malachia, remotus est spiritus sanctus ab Israele, & etiam usi sunt filia vocis: & Risch Lakisch quando loquebatur cum Raba bar bar Chana, etiam Rabi Eliefer de terra Israelis, & non erat quod loqueretur Risch Lakisch cum eo; quando loquebatur Risch Lakisch cum eo in platea, negotiabatur sine testibus; cum loquebatur Raba bar bar Chana; dicit Rabi Papa. Occurrit homo inter eos; aut Risch Lakisch erat, & Zeiri, aut Raba bar bar Chana erat; & R. Eliefer quando venit coram R. Jochanan dixit; non hæc est ratio; vel si omnes adscendissent temporibus Esdræ, non habitasset Divinitas in sanctuario secundo; scriptum est enim *Genes.* IX. 27. *Ornet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem*. Quamvis pulchrum fecit Deus Japheth, tamen Divinitas non habitavit nisi in tabernaculis Sem. Persæ unde probantur, quod ab Japheth derivati sint? Ex eo quod scriptum est *Gen.* X. 2. *Filii Japheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Javan, & Thubal, & Mesech, & Tiras*. *Gomer*; hæc est Germamja; *Magog*; hæc est Chantia; *Madai*, hæc est Macedonia; *Javan*, juxta sensum literalem; *Thubal*; hæc est domus Anichi; *Mesech*; est Musia. *Tiras*. Contendunt in hoc R. Simai, & sapientes; & dixerunt R. Simeon, & sapientes; alter dicit: Hæc est domus Turcarum; & alter dicit; hæc est Persia. Docet R. Joseph. *Tiras* est Persia. *Sabatha, & Regma, & Sabatacha*. Docet R. Joseph; terminus interior, & exterior; inter utrumque intercedunt centum Parsæ; & circuitus patebat mille Parsas: *Fuit autem principium regni ejus Babylon, & Arach, & Achad, & Chalane*. *Genes.* ibid. *Babylon* juxta sensum literalem. *Arach*; hæc est longitudo; & *Achad*; hæc est Baschar; *Chalane*; hæc est Nophar Ninphi; *De terra illa egressus est Assur*. *Genes.* ibid. Docet R. Joseph; *Assur* est Seleucia. *Et ædificavit Niniven & plateas civitatis, & Chale*. *Genes.* ibid. *Ninive* juxta sensum literalem. *Rechobboth ir* est פרת דמישן. *Chale* est פרת דבורסיף. *Resen quoque inter Niniven & Chale, hæc est civitas magna*; *Resen* est Ctesiphon. *Hæc est civitas magna*. Ignoratur, utrum Ninive fuit civitas magna, an Resen. Quand vero dicit *Jon.* III. 3. *Et Ninive erat civitas magna itinere trium dierum*; Hinc dicitur Ninive esse civitas magna. Ibi erant Achiman, & Schechi, & Thalemi filii Anak. Tradiderunt. Achiman, dexteratus, i. e. potenti dextera, & robore præditus præ fratribus suis. Schefschi, qui posuit terram in ruinam. Thalemi; qui posuit terram in sulcos, i. e. aravit terram: Alia explicatio. Achiman ædificavit Enath; Schefschi ædificavit Alus; & Thalemi ædificavit Thale-

lebas. Filii Anak, quod eminerent usque ad solem eorum statura. Dicit R. Jehosua ben Levi; dicit Rabi; Futurum est ut Roma cadat in potestatem Persiæ; dictum est enim *Jer.* XLIX. 20. *Propterea audite consilium Domini, quod iniit de Edom, & cogitationes ejus, quas cogitavit de habitatoribus Theman; si non dejecerint eos parvuli gregis, nisi dissipaverint cum eis habitaculum eorum.* Opponit Raba bar Ela; Quid, intelligitur? Si *parvuli gregis* sunt Persæ; scriptum est *Dan.* VIII. 21. *Et aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est, atque Persarum; Porro hircus caprarum rex Græcorum.* Quando adscendit R. Chabiba bar Sormachi dixit coram his sapientibus, quis est, qui non cognoscat horum textuum explanationes? Opposuit oppositionem ad Rabi; Quid *parvuli gregis?* Minor ex ejus fratribus. Docet enim R. Jose. *Tiras*; hæc est Persia. Dicit Raba bar bar Chana, dicit R. Jochanan nomine R. Jehuda bar Elai; Futurum est, ut Roma cadat in potestatem Persiæ; a minori ad majus; si sanctuarium primum quod ædificarunt viri celebres, dirutum est a Chaldæis, & excisi sunt Chaldæi a Persis, sanctuarium secundum, quod ædificarunt Persæ, & dirutum est a Romanis, non erit æquum, ut Romani cadant in potestatem Persarum? Dixit Rab; futurum est, ut Persia veniat in potestatem Romæ; dixerunt Rabi Cahana, & Rabi Ase ad Rab; Ædificatores (diruentur) per destructores. Respondit illis; non est decretum regis; alii dicunt, quod illis dixerit; ipsi quoque destruxerunt synagogas. Traditio: Ita quoque futurum est, ut Persia veniat in potestatem Romæ, eo quod illa destuxerit synagogas; & præterea decretum regis est, ut ædificatores cadant in potestatem destructorum. Dicit R. Jehuda, dicit Rab; non veniet filius David, donec diffundatur regnum impium per novem menses; dictum est enim *Mich.* V. 3. *Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum ejus convertentur ad filios Israel.* Tradiderunt sapientes; omnia conclavia, quæ erant in Sanctuario, non habebant Mesusam, excepto conclavi Parhedrin, quia erat domus habitationis summo sacerdoti. Respondit R. Jehuda; Quam multa erant conclavia in Sanctuario, quæ erant domus habitationis; & tamen non habebant Mesusam? Sed pro conclavi Parhedrin erat decretum. Quænam est ratio R. Jehuda? Dicit Raba; Quia putat R. Jehuda, quod domus omnis, quæ non facta sit pro diebus solis, & pluviæ, non sit domus. Opponit Abaje: Atqui scriptum est *Amos* III. 15. *Et percutiam domum hyemalem, cum domo æstiva;* Respondit illi; *Domus hyemalis*, & *domus æstiva* vocantur, at non vocantur domus simpliciter. Urget Abaje; Tabernacula in festo Tabernaculorum R. Jehuda obligat, & Sapientes absolvunt; & extat de eo traditio: R. Jehuda obligat ad commitionem, & ad Mesusam, & ad decimationem; Si dicamus ex sententia sapientum; concedatur de commixtione, & de Mesusa; quod dicendum sit esse ex mente sapientum; Sed de decimatione quomodo potest dici esse ex mente sapientum? Et fortasse venient ad separandum ex debito pro licito, & ex licito pro debito; Sed dicit Abaje; In septem diebus nemo dissentit, quod teneatur; sed dissensio est in reliquis anni diebus; Sapientes putant, fuisse decretum pro reliquis annis diebus propter septem; & R. Jehuda putat; Non decernimus. Respondit illi Raba; Ecce tabernaculum in festo tabernaculorum docet. Sed dicit Raba; in reliquis anni diebus, nemo dissentit, quod liberum sit; sed dissensio est in septem diebus; Tabernaculum est causa tantum, & conclave est causa tantum. R. Jehuda juxta suam sententiam dicit; tabernaculum habitatio stabilis debet esse & obligatur ad Mesusam; & sapientes juxta eorum sententiam dicunt; Tabernaculum habitatio accidentalis debet esse & non tenetur ad Mesusam; & conclave est causa tantum; Sapientes putant habitationem necessariam appellari habitationem. Et R. Jehuda putat habitationem necessarium non appellari habitationem; Et ex Sapientum sententia statuimus; ne dicatur summus sacerdos fuisse alligatus in carcere. Quis est autor hujus sententiæ? Tradiderunt sapientes. Omnibus portis, quæ ibi erant, non aderat Mesusa; excepta porta Nicanoris, ad cujus interiorem partem erat conclave Parhedrin. Dicemus hanc esse opinionem Sapientum, non R. Jehuda, si vero juxta opinionem R. Jehuda, esset ipsum decretum, nos consurgentes decernemus aliud decretum contra decretum; quamvis dicas quod R. Jehuda sit hoc omne decretum. Tradiderunt sapientes; dictum est *Deut.* VI. 9. *In portis tuis.* Tam in portis domorum, & cellarum, quam in portis provinciarum & urbium ex præcepto scribenda est Mesusa; Quia dictum est ib.

Et

Et scribes in limine, & ostiis domus tuæ. Dixit Abaje ad Rab Saphra; Istis portis Mechaza, qua de causa non fecerunt sapientes Mesusam? Respondit illis; munierunt Akra Chubi, hoc fecerunt; & dixit illi, vel Akra Chubi ipsa requirit Mesusam; Si sit domus habitationis, quæ custodiat carcerem. Extat traditio; Synagoga, in qua sit domus habitationis pro ministro, obligatur ad Mesusam; Sed dicit Abaje; propter periculum; exstat traditio. Mesusa privati exploranda est bis in hebdomada; & Mesusa multorum bis in Jubilæo; Et dicit R. Jehuda; narratur historia de quodam Artebonita, qui explorabat Mesusas in foro superiori Tsipporis, & deprehenderunt quendam apparitorem, qui ab eo abstulit mille Mesusas; Et dicit R. Eliezer; legati præcepti non læduntur, ubi est evidens damnum; etenim scriptum est I. *Sam.* XVI. 2. *Et ait Samuel quomodo vadam? audiet enim Saul & interficiet me; & ait Dominus; vitulum de armento tolles in manu tua, & dices; Ad immolandum Domino veni.* Docuit R. Chahana coram R. Jehuda; domus paleæ, & domus armenti, & domus lignorum, & domus cellarum liberæ sunt a Mesusa, quia mulieres in illis se ornant; Quid נאותות? loca ubi lavant. Respondit, illi R. Jehuda, propter causam quod ibi lavant, simpliciter tenentur Mesusa. Atqui extat traditio; quod stabulum boum liberum esset a Mesusa. Sed quid נאותות? loca ubi se ornant. Et sic docet; & quamvis mulieres ibi se ornant, libera sunt. Dixit illi R. Chahana, & loca ubi se ornant mulieres, libera sunt a Mesusa? Atqui extat traditio; stabulum bovis liberum est a Mesusa, & loca ubi se ornant mulieres, obligantur ad Mesusam. Sed quid tibi dicendum est? loca ubi se ornant mulieres conditionalia sunt; juxta meam sententiam quoque conditionalia sunt. Exstat enim traditio: *Domus tuæ; domus tuæ*, quæ tibi sit peculiaris; excluditur domus paleæ, & domus bovis, & domus lignorum, & domus cellarum, quod liberæ sint a Mesusa, & alii obligant vere dicentes: Domus latrinæ, & domus hypocausti, & domus balnei, & domus lavacri, & ubi se ornant mulieres, liberæ sunt a Mesusa. R. Chahana explicat juxta suam sententiam, & R. Jehuda explicat juxta suam sententiam. R. Chahana explicat juxta suam sententiam; *domus tuæ, domus tuæ*, quæ tibi sit peculiaris; excluditur domus paleæ, & domus bovis, & domus lignorum, & domus cellarum, quod libræ sint a Mesusa, vel simpliciter; & alii obligant simpliciter; vere dixerunt domus latrinæ, & domus hypocausti, & domus balnei, & domus lotionis, quamvis ibi fœminæ se ornant: quid ניאותות? ubi se lavant, liberæ sunt a Mesusa: si ita est, balneum comprehendit balneum multorum, & balneum privati; si putas dicendum balneum multorum propter abundantiam sordium; sed balneum privati, eo quod ibi non erat sordium abundantia, quod teneretur Mesusa; hinc intelligitur. Et R. Jehuda explicat juxta suam sententiam; sic traditum est; *domus tuæ, domus tuæ;* excluditur domus paleæ, & domus bovis, & domus lignorum, & domus cellarum, quod liberæ sint a Mesusa, vel loca, ubi se ornant; & alii obligant loca ubi se ornant; sed simpliciter omnium consensu libera est; vere dixerunt; domus latrinæ, & domus hypocausti, & domus balnei, & domus lavacri, quamvis ibi mulieres se ornent, sint liberæ a Mesusa propter sordium abundantiam. At juxta sententiam R. Jehuda concluditur omnium consensu esse liberam; Atqui extat traditio; *in portis tuis;* tam portæ domorum, portæ atriorum, portæ cellarum, portæ provinciarum, portæ urbium, quam stabulum, gallinaria, palearium, & cellæ vini & olei tenentur Mesusa. Crederem posse includere domum portæ exedræ, & porticus? Idcirco dictum est; *domus;* sicut domus est destinata ad habitandum; excluduntur istæ, quæ non sunt destinatæ ad habitandum. Crederem posse includere domum latrinæ, & domum hypocausti, & domum balnei, & domum lotionis? Idcirco dictum est; *domus;* sicut domus facta est ad decorem; ita pariter includuntur omnes, quæ factæ sint ad decorem; excluduntur istæ, quæ non factæ sint ad decorem; Crederem posse includere etiam montem domus, & conclavia, & atria? Idcirco dictum est; *domus;* sicut domus est profana; ita includitur omnis domus, quæ sit profana; excluduntur hæc, quæ sunt sancta. Oppositio: Docet R. Samuel bar Jehuda coram Raba; sex portæ liberæ sunt a Mesusa, domus paleæ, & domus bovis, & domus lignorum, & domus cellarum, & porta Madi, & porta, quæ non sit contignata, & porta, quæ non sit alta decem cubitos; Respondit illi; quæ pateat sex, & adscendat septem. Dixit illi; porta conditionalis est; ex-

extat enim traditio; fornicem Rabi Meir obligat ad Mesusam, & sapientes absolvunt; & consentiunt, si fuerit in suo pede decem, quod obligetur ad Mesusam; Dicit Abaje; omnes consentiunt, quod si fuerit alta decem, & non fuerit in suo pede tres, nihil inserviat; ita pariter si fuerit tres, & non fuerit alta decem, nihil inserviat; Non dissentiunt nisi de ea quæ sit alta decem, & in suo pede tres, & quod non sit lata quatuor, & in ea sit scala ad perficiendum quatuor, R. Meir putat; exsculpunt ad perficiendum; & sapientes putant; non exsculpunt ad perficiendum. Tradiderunt Rabini; domus synagogæ, & domus mulieris, & domus sociorum tenetur Mesusa; Recte se habet; quia dictum est; *domus tuæ*; non domus ejus; *domus tuæ*; non domus eorum. Venit, at intelligamus; & dicam hic quoque dicit textus *Deut.* XI. 21. *Ut multiplicentur dies vestri, & dies filiorum vestrorum;* Isti volunt vivere, & illi volunt vivere. Sed *domus tuæ*; quomodo intelligitur? Juxta opinionem Raba; dicit enim Raba, more ingressus tui; Quid? Quando quis elevat pedem, dextrum primum elevat? Alia traditio: Domus synagogæ, & domus sociorum, & domus mulieris polluuntur plagis lepræ; & recte se habet, quia scriptum est *Levit.* XIV. 35. *Ibit cujus est domus*; לו non illius (sc. mulieris) לו non illorum. Venit ut intelligamus; Et dicam; hic quoque dicit textus; *in domo terræ possessionis vestræ*; sed לו, sc. illius. Cujusnam? illius, cui sit domus peculiaris, qui nolit mutuo dare vasa; & dicat, quod non habeat: Deus manifestat, quando evacuat suam domum; excluditur, qui mutuo dat sua vasa aliis; Et synagoga num polluitur plagis lepræ? Atqui extat traditio: Crederem Synagogas, & scholas plagis lepræ immundari? Idcirco dictum est; *Ibit cujus est domus;* cujus domus est peculiaris; excluduntur istæ, quæ non sunt illi peculiares: Non est oppositio. Hoc docet R. Meir, & illud sapientes. Exstat traditio: Synagoga, in qua sit domus habitationis ministro Synagogæ, tenetur Mesusa; si non fuerit domus habitationis, R. Meir obligat, & Sapientes liberant; Et si dicere velis, quod utrumque doceant sapientes; non est oppositio; hoc intelligitur, quando in ea sit domus habitationis, & illud, quando non sit domus habitationis; Et si dicere velis; utrumque est intelligendum, quando in ea non sit domus habitationis. Hoc spectat urbes munitas, & illud villas; & urbes munitæ non polluuntur plagis lepræ; exstat enim traditio; dictum est; *possessionis vestræ;* locus *possessionis vestræ*, polluitur plagis lepræ; at Hierusalem non polluitur plagis lepræ. Dixit R. Jehuda; ego non intelligo nisi domum sanctuarii duntaxat; at Synagogæ, & scholæ polluuntur plagis lepræ; & quamvis sint urbes munitæ: Dicam: Dicit R. Jehuda; ego non intelligo nisi locum sanctuarii duntaxat; Ubi consistit controversia? Primus doctor putat Hierusalem tribubus non fuisse divisam. Et in controversia istorum doctorum exstat traditio: Quodnam situm erat in portione Jehuda? Mons templi, & conclavia, & atria: & quodnam erat situm in portione Benjamin? Vestibulum, & templum, & domus sancti sanctorum; Et ligula egrediebatur de portione Jehuda, & ingrediebatur in portionem Benjamin, ubi altare erat ædificatum; & Benjamin justus afflictus erat quotidie super hac absortione; dictum est enim *Deut.* XXXIII. 12. *Quasi in thalamo tota die morabitur*. Ideoque dignus habitus est, ut fieret hospes Dei, dictum est enim ibid. *Et inter humeros illius requiescet*. At hic doctor putat, Hierusalem tribubus non fuisse divisam. Traditio: Non locabant domos in Hierusalem, quia suæ non erant, R. Elieser bar Sadoch dicit; atque etiam lectos; ideoque hospites auferebant brachio pelles victimarum. Dicit Abaje; Hinc est consuetudo, ut quis relinquat vasa testacea in hospitio suo: Et villæ num polluntur plagis? Atque extat traditio; pro possessione donec subegerunt, subegerunt, & non diviserunt tribubus, diviserunt tribubus, & non diviserunt familiis, & unusquisque nondum cognovit partem suam, unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Ibit cujus est domus;* cujus sit domus peculiaris, excluduntur istæ, quæ non sunt peculiares; Clara est lectio, sicuti legimus a principio. Et substituebant illi alium sacerdotem. Explicatio: Si fiat illegitimus ante sacrificium juge matutinum, initiatur sacrificio jugi matutino; si profanetur post sacrificium juge matutinum; quonam initiatur? Dicit R. Ada, bar Aba; balteo: Recte juxta sententiam illius qui dicit balteum summi sacerdotis fuisse balteum sacerdotis vulgaris; At juxta sententiam illius, qui dicit balteum summi sacerdotis fuisse diversum a balteo sacerdotis vulgaris; Quid dicendum est? Dicit Abaje; induet octo vestes, & fusci-

ſcina invertet. Dicit R. Huna; ſi alienus fuſcina invertet, reus eſt mortis; & R. Papa dicit; ejus miniſterium erit conſecratio. Extat traditio. Vaſa, quæ fecit Moſe, eorum unctione conſecrata ſunt; hinc & ulterius eorum miniſterio conſecrata ſunt; Quia venit R. Dime dicens; balteum ſummi ſacerdotis Rabi, & R. Elieſer bar Simeonis, alter dicit fuiſſe factum ex heterogeneis, & alter ex byſſo. Sententia Rabi eſt, qui dicit ex heterogeneis. Extat enim traditio; nulla fuit differentia inter ſummum & vulgarem ſacerdotem niſi in balteo; verba Rabi; R. Elieſer bar Simeonis dicit, vel balteum; quando tibi dicit, in reliquis anni diebus; pluries miniſtrabat ſummus ſacerdos octo veſtibus, & vulgaris octo; ſed non in die expiationum; dixerunt nunquam in reliquis anni diebus; & in hoc conſentiunt; Quia venit Rabin dicens; balteus ſummi ſacerdotis in die expiationum ex omnium conſenſu fuit ex byſſo, in reliquis anni diebus omnium conſenſu factus eſt ex heterogeneis. Non contendunt niſi de balteo ſummi ſacerdotis tam in reliquis anni diebus, quam in die expiationum; quem Rabi dicit factum fuiſſe ex heterogeneis, & Rabi Elieſer bar R. Simeonis dicit ex byſſo. R. Nachman bar Iſaach dicit; Nos quoque legimus; *ſuper carnem ſuam*. *Levit.* XVI. 4. Cur dictum eſt; *induet*? ad includendam tiaram & balteum ad removendum cinerem; verba R. Jehuda. R. Doſa dicit; ad includendas veſtes ſummi ſacerdotis in die expiationum, quod legitimæ ſint ſacerdoti vulgari. Rabi dicit; duæ oppoſitiones una in re; etenim balteus ſummi ſacerdotis in die expiationum diverſus eſt a balteo ſacerdotis vulgaris; & præterea veſtibus, quibus miniſtravit in ſanctitate gravi, miniſtrabit in ſanctitate levi? Sed cur dictum eſt; *induet?* ad includendas veſtes detritas. Et abiit R. Doſa cum ſua opinione. Exſtat enim traditio: *& relinquet ibi*. Ibid. verſ. 23. ad docendum, quod erant abſcondendæ. R. Doſa dicit; ne cum his altero die expiationum miniſtret. Tradiderunt ſapientes; Si contingat, ut profanetur, & alium ejus vice ſubſtituerint, primus redit ad ſuum miniſterium; ſecundo incumbunt omnia præcepta ſummi ſacerdotii; verba Rabi; & R. Meir dicit, R. Joſe dicit; primus redit ad ſuum miniſterium, & ſecundus non eſt aptus ut ſit ſacerdos ſummus, neque ſacerdos vulgaris. Dicit R. Joſe; narratur hiſtoria de Joſeph ben Ela de Tſippori, qui cum contigiſſet, ut profanaretur ſummus ſacerdos, ejus vice ſubſtitutus eſt; & dixerunt ſapientes; primus redit ad ſuum miniſterium, & ſecundus non eſt aptus, ut ſit ſacerdos ſummus, neque ſacerdos vulgaris, non ſummus ſacerdos propter inimicitiam: non ſacerdos vulgaris; quia adſcendunt in ſanctuario, non deſcendunt; Dicit Raba bar bar Chana, dicit R. Jochanan; conſtitutio eſt juxta opinionem Rabi; & fatetur R. Joſe, quod ſi tranſgrediens miniſtret, ejus miniſterium ſit legitimum. Dicit R. Jehuda, dicit Rab; conſtitutio eſt juxta mentem R. Joſe; & fatetur R. Joſe, quod ſi primus moriatur, redeat ad ſuum miniſterium; certum eſt; quid eſt, quod dicis quod eſſet illi æmulus in vita? venit ut intelligamus R. Jehuda dicit; etiam aliam uxorem illi ſubſtituebant; & Sapientes quoque dubitant de caſu impuritatis; dicunt tibi ſapientes; immundities facile deprehenditur, mors non deprehenditur. Dixerunt illi, ſi ita eſt, non erit rei finis. Recte dixerunt ad R. Jehuda, & R. Jehuda tibi dicit; de morte unius dubitamus, de morte duarum non dubitamus; Et ſapientes dicunt, ſi locus eſt dubitandi, etiam de morte duarum dubitamus, & ſapientes ſibi ipſis dicunt, & dicunt tibi; ſummus ſacerdos ſolicitus erat, ſi erat ſolicitus, cur illi alium ſacerdotem ſubſtituebant? quando illi faciant æmulum; multo magis erit ſolicitus: unus dies ſufficit ad præparandam domum; *pro domo ſua* dicit textus; hæc vero non eſt ejus domus, ſi ſit illi deſponſata; quando non introduxerit; non eſt illa ejus domus, in quam ingredi debebat; ſi ita eſt, erunt illi duæ domus; At textus dicit *Levit.* XVI. 6. *Et expiabit pro ſe & pro domo ſua*; non vero pro duabus domibus. Quod iterum repudiet, ſi iterum repudiet, redit argumentum ad ſuum locum; Neceſſe eſt, quando cum conditione repudiet, dicens illi; Ecce tibi tuus libellus repudii cum hac conditione, ne moriaris ſi non moritur, repudiata eſt, ſi moritur, ſubſiſtit, & fortaſſe illa non moritur; & eſſet divortium hujus divortii; ſi moriatur ſocia; & remanet ſine domo. Si dicat illi; cum conditione, ut moriare; ſi moritur, ſubſiſtit hoc, ſi moritur illa, ſubſiſtit illud & fortaſſe nulla ex illis moritur, tum erunt illi duæ domus; & præterea hoc modo erit divortium; & dicit Rabi; Ecce tibi tuus libellus repudii cum hac conditione, ne bibas vinum omnibus diebus vitæ meæ, & vi-

vitæ tuæ, non eſt repudium; omnibus diebus vitæ talis, eſt repudium; Si dicat; ecce tibi tuus libellus repudii cum hac conditione, ne tua ſocia moriatur, ſi non moriatur ejus ſocia, repudiata eſt, ſi moritur, ſubſiſtit; Fortaſſe moritur ejus ſocia in medio miniſterio; & res detegitur in contrarium, quia hoc divortium non eſt divortium: & miniſtrabit miniſterium pro duabus domibus. Si dicat; ecce tibi tuus libellus repudii cum ea conditione, ut tua ſocia moriatur; & fortaſſe moritur ejus ſocia, & hoc repudium erit repudium; & ſubſiſtet ſine domo; ſed repudiabit ambas, alteri dicens; ecce tibi tuus libellus repudii cum hac conditione ne moriatur tua ſocia, & alteri dicens, ecce tibi tuus libellus repudii, cum hac conditione, ne ingrediaris in ſynagogam; & fortaſſe non moritur ejus ſocia, & illa non ingreditur in ſynagogam, & erit divortium ambarum divortium, & ſubſiſtet ſine domo. Si dicat alteri; ecce tibi tuus libellus repudii, cum hac conditione, ne tua ſocia moriatur, & alteri dicat; ecce tibi tuus libellus repudii cum ea conditione, ut ego ingrediar in ſynagogam; ſi illa moritur, hoc ſubſiſtit, ſi hæc moritur, ſubſiſtit illud; Quid eſt dicendum? fortaſſe morietur ejus ſocia in medio miniſterio, & miniſtret miniſterium in contrarium pro duabus domibus; ſi illam videat; hoc vult dicere; ſi prævertat, & ingrediatur in ſynagogam, & ponat divortium; hoc eſt divortium in contrarium. Opponit Rab Aſtia, & eſt qui dicit, R. Ura; Si nunc duo leviri ingrediantur in domum unam, non ducent fratriam; יבמתו יבמתו dictum eſt; ad includendum deſponſatam. Tradiderunt ſapientes; ſummus ſacerdos offerebat lugens, at non comedebat, R. Jehuda dicit toto die: Quid toto die? Dicit Raba non eſt neceſſe, niſi ut illum deducant in domum ſuam. Reſpondit illi Abaje, nunc juxta ſententiam R. Jehuda excludendo excludimus: extat enim traditio: Si ſtans miniſtret ſuper altare, & audiat ſibi aliquem mortuum eſſe, deſerit miniſterium ſuum, & egreditur, verba R. Jehuda, R. Joſe dicit: perficiet, & tu dicis, quod deducant in domum ſuam? Sed dicit Raba: Quid toto die? Hoc dicit, quod non miniſtret toto die, quod fortaſſe comedat. Reſpondit R. Ada bar Aba ad Raba: & ubi decrevit R. Jehuda, quod fortaſſe comedet? Atqui legimus. R. Jehuda dicit, aliam uxorem illi ſubſtituebant, fortaſſe morietur ejus uxor, & ſi moritur ejus uxor, faciet miniſterium, & non decrevit R. Jehuda, fortaſſe comedet: Dixit illi, ſicut ibi in die expiationum nemo comedit, ita pariter ille non veniet ad comedendum, hic vero, ubi omnes comedunt, ille quoque veniet ad comedendum, ſi vero in eo caſu innitatur illi mæſtitia, & divortium fecit erit confuſus, at non debet eſſe confuſus.

Miſna. Toto ſeptiduo ille adſpergebat ſanguinem, & adolebat ſuffitum, & præparabat lucernas, & offerebat caput & pedem, & reliquis omnibus diebus, ſi vellet offerre, offerebat, quia ſummus ſacerdos offerebat partem in principio, & accipiebat partem in principio. *Gemara*. Hic doctor, dicit Rabi Chaſda, non ſentit cum R. Akiba: Dicit, ſi mundus, ſuper quem ceciderit adſperſio, immundatur: Quomodo faciet miniſterium? Exſtat traditio: & adſpergit mundus ſuper immundum, ſuper immundum mundus, & ſuper mundum immundus: verba R. Akiba, & ſapientes dicunt: Hæc non ſunt dicenda niſi de iis rebus, quæ recipiunt immunditiem; Quid hoc eſt? Sicuti legimus; Si quis intendat adſpergere ſuper beſtiam, & adſpergat ſuper hominem; ſi ſit in hyſſopo, iterabit; ſi intendat adſpergere ſuper hominem, & adſpergat ſuper beſtiam, ſi ſit in hyſſopo, non iterabit; Quænam eſt ratio R. Akiba? Quia ſcriptum eſt; *Et adſperget mundus ſuper illum*. Quid? ſuper immundum? Hinc intelligitur: ſuper immundum mundus, & ſuper immundum mundus. At ſapientes dicunt; hoc intelligendum eſt de rebus, quæ recipiunt immunditiem; Hoc deducitur, ſed illic probari poteſt argumento a minori ad majus; ſi ſuper immundum mundus, ſuper mundum nonne multo magis? At R. Akiba dicit, hoc eſt quod dicit Salomon *Eccleſiaſt*. VII. 24. *Sapiens efficiar, & ipſa longius receſſit a me*. Et ſapientes dicunt; hic qui adſpergit, & qui adſpergitur, eſt mundus; & tangit illos immundus, & adſpergit mundus; ſcriptum eſt enim *Numer*. XIX. 21. *Ipſe quoque qui adſpergit aquas, lavabit veſtimenta ſua*: Quid *adſpergit*, *attingit*? Et ſcriptum eſt; *adſpergit*; & ſcriptum eſt; *attingit*. Et præterea adſpergens debet lavare veſtes; attingens non debet lavare veſtes. Quid מזה נושא? Scribendum erat in textu; *qui portat*; at cur ſcriptum eſt, *qui adſpergit*? Hoc eſt, quod hinc intelligimus, quod requiratur menſu-

sura in adspersione. Recte juxta sententiam illius, qui dicit requiri mensuram in adspersione, sed juxta mentem illius qui dicit non requiri mensuram in adspersione; quid est dicendum? Vel juxta sententiam illius qui dicit requiri mensuram in adspersione, hoc agitur super hominem, & illud in vase. Etenim legimus, quantum erit in illis, ut satis sit ad adspersionem? tantum ut immergat summitates culmorum, & adspergat. Abaje dicit, quamvis dicat R. Akiba, ministrabat ministerium totum diei, & ad vesperam induebat, & lavabat, & ministrabat in occasu solis. Fortasse adolebat suffitum in principio, & postea præparabat lacernas. At contradicunt. Qui dignus habitus est, qui decineraret altare interius, & qui dignus habitus est, qui decineraret candelabrum, & qui dignus habitus est, qui adoleret suffitum. Dicit R. Huna: Hic doctor in tractatu Tamid est R. Simeon vir de Zepha, at ecce in contrarium intelligimus, etenim legimus: Veniebat ad angulum orientalem aquilonarem, adspergebat super orientalem aquilonarem, occidentalem australem, adspergebat super occidentalem australem: & de hoc docet R. Simeon vir de Zepha in tractatu Tamid, orientalem aquilonarem, adspergebat ad orientalem aquilonarem, occidentalem australem, adspergebat ad occidentalem, & posthæc adspergebat ad australem. Verum dicit R. Jochanan, hic doctor in ordine *Joma* est R. Simeon de Zepha, & opponit ordinem *Joma* ordini Joma. Etenim legimus. Sors secunda, quis mactaret, quis adspergeret, quis decineraret candelabrum, quis adduceret membra ad collem: Sors tertia: Novi ad suffitum veniant, & sortes projiciant. Dicit Abaje; non est oppositio: Hic in præparatione duarum lucernarum, & illic in præparatione quinque lucernarum, sicuti dictum est, quod in suffitu intermitteret: At Abaje ordinabat ordinationem nomine suo in Gemara, & in sanguine sacrificii jugis intermittebat. Dixerunt, non est oppositio: Hoc juxta mentem Aba Saul, & illud juxta sententiam sapientum. Exstat enim traditio, non præparabit lucernas, & postea adolebit, sed adolebit, & posthæc præparabit lucernas. Aba Saul dicit, præparabit lucernas, & posthæc adolebit: Quænam est ratio Aba Saul? Quia scriptum est, *Exod.* xxx. 7. *Mane mane, cum præparaverit lucernas, adolebit illum*. Quo tempore præparabit lucernas, adolebit suffitum. Nisi hoc etiam dicat inter vesperas, scriptum est enim *Exod.* xxx. 8. *Quando extollet Aharon lucernas inter vesperas, adolebit illum*. Hic quoque in principio incendet lucernas, & postea adolebit suffitum inter vesperas: Et quid? tu dicis hic quoque? Atqui extat traditio: *a vespera usque ad mane*. Attribues illi mensuram, qua ardeat tota nocte a mane usque ad vesperam. Alia explicatio: *a vespera usque ad mane*: Non est tibi ministerium, quod legitimum sit a vespera usque ad mane, nisi hoc duntaxat. At quid dicit textus, tempore accensionis adoleatur suffitus? Hic quoque tempore accensionis adoleatur suffitus: Et Aba Saul tibi dicit, quod variet textus: R. Papa dicit: Non est oppositio: Hoc dicunt sapientes, & illud Aba Saul. Quis constituit, quis sit autor hujus Misnæ? Num Rabini? Et illius, ubi agitur de sortitione, sit autor Aba Saul? Vide finem: Adduxerunt illi sacrificium juge, & mactabat, & alius perficiebat post eum, mactationem, sanguinem accipiebat, spargebatque, ingrediebatur ad adolendum suffitum, & ad præparandas lucernas: Veniunt Sapientes, principium & finis (propositionis) est sapientum, & medium Aba Saul: Concedatur: Abaje non dicit sicut R. Papa, principium & finis est sapientum, & medium Aba Saul, non statuit: Sed R. Papa quænam est ratio? Non dicit sicut Abaje. Dicit tibi doctor: In principio præparabat duas lucernas, & postea quinque lucernas: Dicit tibi: nihil aliud intelligit, nisi docere ministeria, & ordinem, deinde exponit. Fundamentum. Veniebat ad angulum orientalem aquilonarem, adspergebat ad orientalem aquilonarem, occidentalem australem, adspergebat ad occidentalem australem: Et de hoc docet R. Simeon vir de Zepha in Misna *Tamid*, veniebat ad angulum orientalem aquilonarem, adspergebat ad orientalem aquilonarem, occidentalem australem, adspergebat ad occidentalem, & deinde ad australem. Quænam est ratio R. Simeonis viri de Zepha? Dicit R. Jochanan nomine unius ex discipulis R. Inai. Dicit textus *Num.* XXVIII. 15. *Et hircum caprarum pro peccato unum Domino in holocaustum juge cum libaminibus suis*. Erat holocaustum, & dicit textus, fiat in illo opus sacrificii pro peccato. Quomodo? Fiat una adspersio, ut sint duæ juxta opus holocausti, duæ, quæ sint duæ, juxta opus sacrificii pro peccato, & fiant

& fiant duæ, quæ ſint quatuor juxta opus holocauſti, & quatuor, quæ ſint quatuor juxta opus ſacrificii pro peccato: non deprehendimus, quod ſanguines expient, atque iterum expient. Quid? num invenimus ſanguines, quorum dimidii ſint pro ſacrificio pro peccato, & dimidii pro holocauſti? Et adſpergit unam, ut ſint duæ, inferne juxta opus holocauſti, & duas, quæ ſint duæ, ſuperne juxta opus ſacrificii pro peccato: Non deprehendimus ſanguines, quorum dimidii ſuperne, & dimidii inferne adſpergantur: Non? Nonne extat traditio? Adſpergebat de illo ſemel ſurſum, & ſepties deorſum ad morem flagellantis. Quid כמצליף? inſtar flagellatoris. R. Jehuda, quaſi ex oppoſito. Non? Nonne legimus? Et adſpergebat de eo ſuper puritatem altaris ſepties. Quis ſenſus eſt? ſuper medium altaris. Sicuti dicunt homines puritatem diei medium diei: Dicit R. Sila, non ita eſt, ſed ſuper ipſum altare: Scriptum eſt enim *Exod.* XXIV. 10. *Et quaſi cœlum cum ſerenum eſt*. Quid variat? quod adſpergatur (ſanguis) holocauſti in principio, & poſtea (ſanguis) ſacrificii pro peccato: Adſpergatur prius (ſanguis) ſacrificii pro peccato, & poſtea (ſanguis) holocauſti: Poſtquam antecedit (ſanguis) holocauſti: Quid variat? Ut adſpergatur ſuper angulum orientalem aquilonarem, & occidentalem auſtralem, adſpergatur ſuper auſtralem orientalem, & poſtea ſuper aquilonarem occidentalem. Dixerunt, ſanguis holocauſti adſpergendus erat ad fundamentum, & in angulo auſtrali orientali non erat fundamentum. Quid variat? ut adſpergatur prius ad angulum auſtralem aquilonarem, & poſtea ad occidentalem. Adſpergatur prius ad occidentalem auſtralem, & poſtea ad orientalem aquilonarem: Poſt quam docet Mor: Omnes converſiones, quæ tibi ſunt faciendæ, non ſunt faciendæ niſi per dextram ad orientem in principio in eo angulo, qui occurit. Quid eſt, quod in holocauſto dicit textus, quod in eo ſit faciendum opus ſacrificii pro peccato? & fortaſſe in ſacrificio pro peccato dicit textus, quod faciendum ſit opus holocauſti; non putas, quod ſcriptum ſit: *ſuper holocauſtum juge fiat cum libaminibus ſuis*. Ne ſacrificium pro peccato ſit holocauſto præſtantius. Ibi legimus. Dicit illis præfectus; Ite, & adducite agnum de conclavi domus agnorum; atqui conclave agnorum ſitum erat in angulo aquilonari occidentali; atque ibi quatuor conclavia ſita erant, ſc. conclave agnorum, & conclave ſigillorum, & conclave domus incendii, & conclave eorum, qui faciebant panes facierum. Et opponunt. Quatuor erant domui incendii, quaſi cubicula aperta in baſilicam, duo in ſancto, & duo in profano; & capita trubium ſeparabant ſanctum a profano; Ad quid inſerviebant? Occidentale auſtrale erat conclave agnorum oblationis. Auſtrale orientale erat conclave, ubi faciebant panem facierum; orientale aquilonare erat conclave, ubi abſconderunt Chaſmonæi lapides altaris, quos profanarunt reges Græciæ; Aquilonare occidentale erat conclave, unde deſcendebant in domum lotionis. Dicit R. Huna hic doctor in tractatu *Middoth* eſt R. Elieſer ben Jacob: Legimus: Atrium mulierum patebat in longitudine centum & triginta quinque cubitos, totidemque in latitudine; & quatuor conclavia ſita erant in eorum angulis; Ad quid inſerviebat? Auſtrale orientale erat conclave Nazyræorum, ubi Nazyræi coquebant ſua pacifica, & tondebant comam, & ſupponebant aheno. Orientale aquilonare erat conclave lignorum, ubi ſacerdotes vitiati ſtabant, & vermes in lignis perſcrutabantur; omne autem lignum in quo vermis deprehendetur, illegitimum erat, ut incenderetur ſuper altare; aquilonare occidentale erat conclave leproſorum; occidentale auſtrale, dicit Rabi Elieſer ben Jacob inveni cujus eſſet uſus; Aba Saul dicit, ibi reponebatur vinum & oleum, & appellabatur conclave domus oleorum; hæc pariter fuit opinio R. Elieſer ben Jacob. Legimus; omnes muri, qui ibi erant, erant alti, excepto muro orientali; quia ſacerdos combuſturus vaccam, ſtans in monte unctionis, intendebat, & intuebatur contra portam templi, quo tempore adſpergebat ſanguinem, & portæ quæ ibi erant, eminebant viginti cubitos, & decem latæ erant. Et legimus; Ab interiori parte erat ſeptum. Et legimus; illo interius erat intermurale decem cubitorum, & duodecim gradus ibi erant; cujuſque gradus altitudo erat dimidii cubiti, & dimidii cubiti retractio. Et quindecim gradus adſcendebant ex ejus medio in atrium Iſraelis, qui deſcendebant ex atrio Iſraelis in atrium mulierum, cujuſque gradus altitudo erat dimidii cubiti, & dimidii cubiti retractio. Et legimus: Inter veſtibulum & altare duo erant & viginti cubiti, ibique erant duodecim gradus, cujuſque gradus erat altitudo dimidii cubiti, & di-

dimidii cubiti retractio. Et legimus: R. Eliefer ben Jacob dicit; gradus ibi erat, cujus altitudo erat unius cubiti, cui impositum erat pulpitum, cui inerant tres gradus, cujusque altitudo dimidii cubiti. Si ita dicatur esse Rabi Eliefer ben Jacob: concedatur, quod si ita esset, occultabatur porta; sed si dicuntur esse sapientes, erat dimidius cubitus, quo posset conspici porta interius; sed hinc eruitur, quod autor sit R. Eliefer ben Jacob. R. Ada bar Aba dicit; ita quoque sentit Rabi Jehuda. Traditio: R. Jehuda dicit; Altare erat medium, & situm erat in medio atrii, & duos & triginta cubitos patebat; decem cubitos contra portam templi, undecim cubitos ad aquilonem, & undecim ad austrum; deprehenditur altare directum fuisse contra templum, & ejus parietes. Et si putas in tractatu *Middoth* quod sit autor R. Jehuda, erit altare in medio atrii; ubi hoc deprehenditur? Atqui legimus. Totum atrium in longitudine patebat centum octoginta septem cubitos, & in latitudine centum & triginta quinque ab oriente ad occidentem, centum & octoginta septem, spatium ambulacri Israelitarum undecim, spatium ambulacri sacerdotum undecim, altare duos & triginta, spatium inter vestibulum & altare duos & viginti, templum centum, & undecim; undecim locus a tergo domus propitiatorii; ab austro ad aquilonem centum & triginta quinque, altare & collis sexaginta & duos, ab altari ad annulos octo, locus annulorum quatuor & viginti, ab annulis ad mensas quatuor, a mensis ad columnas quatuor, a columnis ad murum atrii octo, & reliquum inter collem & murum, & locum columnarum; & si putas autorem in tractatu *Middoth* esse R. Jehuda, sc. altare fuisse situm in medio atrii; Ubi deprehenditur? Ecce major pars altaris in austro situm erat. Sed eruitur, quod sit autor R. Eliefer ben Jacob. Rabi Ada filius R. Isaach dicit; hoc conclave quasi perveniebat ad angulos; & advenienti ab aquilone videbatur situm fuisse in austro, & advenienti ab austro, videbatur situm fuisse in aquilone; & probabile est magis fuisse protractum ad angulum occidentalem australem. Qua de causa? Explicandus est panis facierum a pane facierum; & respondetur. Dicit R. Huna filius Rabi Jehosua; Hic doctor computat ab dextra, & ille ab sinistra. Si dicas; concedatur in angulo occidentali australi; hoc sc. erit, ut explicetur panis facierum a pane facierum; si dicas in aquilonari occidentali, quomodo tandem explicabitur panis facierum a pane facierum? Sed eruitur fuisse in occidentali australi; & dicit Mor; omnes conversiones quæ tibi faciendæ sunt per dextram ad orientem faciendæ sunt; Et hæc sunt in ministerio; At hoc loco communis est æstimatio; Quia summus sacerdos offerebat partem in principio, & accipiebat partem in principio. Tradiderunt sapientes; Quomodo offerebat partem in principio. Dicebat; hoc holocaustum ego offeram; hoc munus ego offeram. Quomodo accipiebat partem in principio? Dicebat: hoc sacrificium pro peccato ego comedam; hoc sacrificium pro delicto ego comedam; & sumebat placentam de duabus placentis, quatuor aut quinque de panibus facierum. Rabi dicit; semper quinque; dictum est enim *Levit.* XXIV. *9. Eruntque Aharon & filiorum ejus*; dimidium Aharon, & dimidium filiorum ejus. Ecce fundamentum: oppositio: dixisti, quod unam de duabus placentis acciperet. Quis est? Rabi est qui dicit, quod dimidium acciperet; videamus medium propositionis, in qua dicitur accepisse quatuor aut quinque de pane facierum. Isti sunt sapientes, qui dicunt, quod non acciperet nisi dimidium; Dicamus de fine: Rabi dicit; semper accipiebat quinque; Igitur principium & finem dicet Rabi, & medium sapientes? Dicit Abaje; principium & medium dicunt sapientes, quia fatentur sapientes, non decuisse dare summo sacerdoti placentam fractam; At quid quatuor aut quinque? juxta mentem sapientum, qui dicunt; quod classis ingrediens sumeret sex, & egrediens sex; & non sumebat mercedem pro claudendis januis; Ergo debebat dividere ex duodecim, cum detracta ex dimidio, reliquæ erant quinque (placentæ) R. Jehuda dicit, quod classis ingrediens septem acciperet, duas in mercedem pro claudendis portis; & egrediens quinque; ex decem dividere debebat, una detracta ex dimidio, quatuor accipiebat. Raba dicit; tota propositio est Rabi, & sentit una R. Jehuda; At quid quatuor? quinque accipere debebat: Non est oppositio; Hic agitur, quando classis morabatur; & illic agitur, quando classis non morabatur; si classis morabatur, dividendæ erant octo placentæ, & quatuor accipiebat; si classis non morabatur, decem dividendæ erant, & quinque sumebat. Si ita est, quid est quod dicit Rabi, quod semper quinque ac-

acciperet? Non deciditur quæstio.

Misna: Tradebant ei seniores ex senioribus Synhedrii, & legebant coram eo juxta ordinem diei, dicebantque ei; Domine sacerdos magne, tute lege ore tuo, forte oblitus es, aut forte non didicisti? Vespera diei expiationum sistebant eum diluculo ad portam orientalem, & adducebant ei juvencos, arietes, agnos, ut expeditus, & exercitatus esset in ministerio.

Gemara. Concedatur; fortasse oblitus est; fortasse non didicit; Quid? hoc ne modo instituitur? Atqui extat traditio; Dictum est *Levit.* XXI. 10. *Sacerdos magnus inter fratres suos;* virtute, forma, sapientia, & opibus. Alii dicunt; unde probatur, si desint illi opes, quod ditandus sit ex facultatibus sacerdotum? Ex eo quod dictum est; *Sacerdos magnus inter fratres suos;* magnus ex bonis fratrum suorum: Dicit R. Joseph; Non est oppositio: Hic agitur de sanctuario primo, & illic de sanctuario secundo; dicit enim R. Ase; modium denariorum dedit Martha filia Baithus Jannai regi, ut constitueret Jehosua ben Gamla in summo sacerdotio. In vigilia diei expiationum mane &c. Unus doctor dicit, etiam hircos; at noster doctor qua de causa non proponit hircos? postquam adducebantur pro peccato, debilitabatur ejus mens; si ita est, etiam juvencus adducebatur pro peccato; Veniat juvencus, quoniam adducebatur pro se & pro fratribus suis sacerdotibus, veniat pro fratribus suis sacerdotibus; Si quis sit, qui de illo aliquid sciat, significat; ut redeat pœnitentia in universo Israele; si non sciat; hoc est quod homines dicunt; si filius tuæ sororis pauper sit, & in foro illum videas, ne incedas coram illo; Toto septiduo non arcebant a cibo &c. Traditio. R. Jehuda ben Nachusa dicit; nutriebant illum simila, & ovis, ut confortaretur. Responderunt; multo magis hæc adducunt, ut calefiat. Traditio: Simmachus dicit nomine Rabi; Qua de causa eum non nutriunt א' ב' י'? Et dixerunt; non nutriunt אב' בי'; & alii dicunt; vel vino non reficiunt; non nutriunt אב' י'; non citro, neque ovis, neque vino veteri; & dixerunt, non nutriunt אב' בי'; non citro, neque ovis, neque carne pingui, neque vino veteri; & alii dicunt; neque vino albo, quia vinum album adducit hominem in periculum immunditiei. Tradiderunt sapientes; Arcent seminifluum a cibo, & ab omni specie cibi. Eliefer ben Pinchas dicit nomine R. Jehuda ben Bethira. Non nutriunt illum חג' בי' neque נגב״ם, neque omnibus rebus, quæ adducunt in periculum immunditiei; non חג' בי', non lacte, neque caseo, neque ovis, neque vino; non נגב״ם, sc. aquis fabarum, & carne pingui, & rebus contritis seu commixtis, ceterisque, quæ adducunt hominem in periculum immunditiæ, לאתויי ad includendum. Quid לאתויי? Tradiderunt sapientes, quinque sunt res, quæ adducunt in periculum immunditiæ, quæ sunt allium, ascalonia, & flores, & ova, & caricæ: egressus est quidam in agrum ad colligendum olera. Docetur nomine R. Meir; hæc est carica. Dicit R. Jochanan; cur vocantur אורות? quia illuminant oculos; Dicit R. Huna; excluditur carica; si velit de ea comedere, ex ea nutriunt, si minus deducunt super ejus palpebras; Dicit R. Papa; grano Ægyptiaco. Dicit R. Gedal, dicit R. Achausai; non comedet ova, neque dormiet in pallio patris familias. Rab quando veniebat in Darisis, publicabat, an esset mulier, quæ sibi nubere vellet. R. Nachman quando veniebat in Scebanzib publicabat, an esset mulier, quæ sibi nubere vellet. At extat traditio; R. Eliefer ben Jacob dicit; Nemo nubet mulieri in hac provincia, & abeat, & nubat mulieri in altera provincia; fortasse societatem inter se inibunt, & deprehendetur frater nupsisse ejus uxori, & pater ejus filiæ; & universus orbis implebitur nothis; Ideoque dictum est. *Levit.* XIX. 29. *Et impleatur tota terra deviatione.* Dixerunt sapientes; Vox est illis; & tamen dicit Raba; si ab eo quæreretur, an nubere vellet, si aquiescat, necesse est, ut moretur septem diebus puris; At sapientes significabant illi, & anticipabant legatum, & judæum destinabant, quia non est similis qui habet panem in canistro illi, qui non habet.

Misna. Tradebant seniores Synhedrii senioribus sacerdotii, & evehebant illum in domum Abtines; adjurabant eum, & demittebant, & ibant, & dicebant; Domine sacerdos magne, nos legati sumus synhedrii, & tu legatus noster, & legatus synhedrii: adjuramus te per eum, cujus nomen habitat in hoc templo, quod non mutabis quicquam ex omnibus istis, quæ tibi diximus. Ipse discedebat, & flebat, illique discedebant, & flebant. Si sapiens erat, exponebat, si non, discipuli sapientum exponebant coram eo; si legendi peritus erat, legebat, si non, legebant coram eo: Et in quo legebant? In Jobo, & in Ezra, & in

in Paralipomenis. Zacharia ben Ketubali dixit: Sæpe legi coram eo in Daniele.

Gemara: Traditur; ut addisceret pugillationem; Dicit R. Papa; Duo conclavia erant summo sacerdoti, alterum dicebatur conclave Parhedrin, & alterum conclave domus Abtines, alterum situm erat in aquilone, & alterum in austro; alterum in aquilone; Legimus enim: Sex conclavia erant in atrio, tria in aquilone, & tria in austro; quæ in austro, conclave salis, conclave Happarvæ, conclave lavantium; conclave salis, in quo reponebatur sal pro sacrificio, conclave Happavæ, ubi saliebantur pelles victimarum, & super ejus tecto erat domus lotionis summo sacerdoti in die expiationum; conclave lavantium, in quo lavabantur intestina victimarum, & inde cochlea assurgebat in tectum Happarvæ; Tria in aquilone, conclave ligni, conclave captivitatis, conclave cæsi lapidis; conclave ligni; dicit R. Eliezer ben Jacob; inveni cujus esset usus; Aba Saul dicit; conclave summi sacerdotis erat post utrumque, & trium horum tectum erat æquale conclavi captivitatis, ubi erat puteus captivitatis, & imposita erat trochlea, unde toti atrio aquas suppeditabant; Conclave cæsi lapidis, ubi stabat synhedrium Israelis, & considebat, & judicabat sacerdotes; qui deprehendebatur illegitimus, indutus & velatus vestimentis albis ingrediens ministrabat cum fratribus suis sacerdotibus. Alterum in austro. Legimus enim. Septem portæ erant in atrio, tres in aquilone, & tres in austro, & una in oriente; Quæ in austro, porta ardoris, & post eam porta oblationis, & tertia porta aquarum; quæ in oriente porta Nicanoris, ubi duo erant conclavia, alterum ad dextram, & alterum ad sinistram, alterum erat conclave Pinchasi vestiarii, & alterum conclave, ubi præparabant sartagines. Ad aquilonem erat porta prominentiæ, forma pergulæ cujusdam, supra quam ædificatum erat cœnaculum, ita ut superiori loco sacerdotes excubias agerent, Levitæ vero inferiori; Et illo interius erat intermurale; & secunda post eam erat porta oblationis, tertia post hanc erat porta domus incendii. At extat traditio: Quinquies lavabat, & decies sanctificabat eo die summus sacerdos; & omnes lotiones perficiebantur in domo Happarvæ, excepta hac quæ fiebat in profano super porta aquarum quæ erat latere in ejus conclavis. At ignoramus, utrum fuerit conclave Parhedrin in aquilone, & conclave domus Abtines in austro, an conclave domus Abtines in aquilone, & conclave Parhedrin in austro; & probabile est conclave Parhedrin fuisse in austro, qua de causa? In oriente stabat; & immergebat pedes, & lavabat, & veniebat ad aquilonem, & addiscebat pugillationem, & veniebat in sanctuarium, & ministrabat ministerium totum diei; prope vesperam induebat, & revertebatur ad austrum, & lavabat, & quiescebat; Si dicas conclave Parhedrin fuisse in aquilone; In oriente stabat; & immergebat pedes suos, & veniebat in sanctuarium, & ministrabat ministerium totum diei, & prope vesperam induebat, & revertebatur ad austrum, & lavabat; & necesse erat, ut reverteretur ad aquilonem; & quiescebat; Tantumne defatigando defatigabimus? Multum defatigabimus; si enim esset Sadducæus, se separabit; atque etiam, ne ejus mens superbiret; Nisi diceremus, duo facienda fuisse conclavia, aut unum suffecisse. Et dicebant illi: Domine sacerdos magne &c. Dicam hanc esse responsionem R. Huna filii R. Jehosua; dicit enim R. Huna filius R. Jehosua; isti sacerdotes legati Dei sunt; si dicamus esse legatos nostros; hoc nobis non licuisset, quia nos non possumus facere; nostros possumus facere; sic illi dicebant, adjuramus te nos juxta nostram mentem, & mentem synhedrii. Ipse abibat, & flebat, quod Sadducæum esse suspicarentur; & ipsi abibant & flebant; dicit R. Jehosua ben Levi, qui suspicatur de legitimis, vapulat in corpore suo; & hæc omnia qua de causa? Ne foris præpararet, & inferret, sicuti faciunt Sadducæi. Tradiderunt sapientes; narratur historia de quodam Sadducæo, qui foris præparavit, & intulit; In ejus egressu magna exultavit lætitia; occurrit ejus pater; dixit illi; quamvis nos simus Sadducæi, tamen reveremur Pharisæos. Dixit illi; omnibus diebus fui solicitus de hoc textu; *Quia in nube apparebo super propitiatorium. Levit.* XVI. 2. Dixi; quando eo deveniam, ut illum confirmem? nunc eo deveni, ut illum confirmarem; Dixerunt; Non erant paucæ aquæ, & mortuus est & projectus fuit in sterquilinium, & vermes ex ejus naribus egrediebantur; & alii dicunt in ejus egressu percussus est; extat traditio R. Chjia; vox in atrio audita est, quod venit Angelus, & percussit in ejus facie; & ingressi sunt fratres sui sacerdotes, & in illo invenerunt pedem vituli inter

ejus humeros; dictum est enim *Ezech.* I. 7. *Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli*. Dicit R. Zacharia ben Ketubal: Dicit R. Chanen bar Raba ad Chjiah bar Rab coram Rab; dicit R. Zacharia ben Ketubal; & monstrabat illi Rab manibus suis Kebuthal, & dicebat illi dicendo; lectio *Audi* est ne accidentalis? Num hoc modo licet? dixit Rabi Isaach bar Samuelis bar Marthæ: Qui legit *Audi*; non designabit aliquid oculis suis, neque comprimet labia sua, neque digitis suis ostendet; extat enim traditio. R. Eliefer Chasma dicit; Qui legit *Audi*, & indicabit aliquid oculis suis, & comprimet labia sua, & digitis suis ostendet, de eo scriptum est; *Et non mihi vocasti Jacob?* Non est oppositio: Hoc intelligendum in capite primo; & illud in capite secundo. Tradiderunt sapientes. Dictum est; *Deut.* VI. 7. *Loqueris & dices in illis; in illis*, non in oratione; *& loqueris in illis; in illis*; tibi facultas est loquendi, non vero in aliis rebus. R. Acha dicit; *& loqueris in illis*; Ea fixa facienda sunt; & non facienda sunt accidentaliter. Dicit Raba. Qui loquatur aliquod verbum profanum; violat præceptum affirmativum; dictum est enim *Ecclesiast.* I. 8. *Omnia verba difficilia non potest homo loqui*.

Misna. Si dormire gestiebat, juniores sacerdotum percutiebant coram eo digito indice, eique dicebant: Domine sacerdos magne, sta & remitte semel super pavimentum, eumque occupatum tenebant, donec mactationis tempus instaret.

Gemara. Quid צרדא? Dicit R. Jehuda; illius æmulus; Quinam est? pollicem percutiebat Rab, & totus locus scholæ resonabat. Eique dicebant. Domine sacerdos magne; sta & remitte semel super pavimento. Dicit R. Isaach; quæ novitas ista est? Quid erat? Responderunt illi; Nominabatur קידה: sc. defigebat duos pollices in terra, & se incurvabat, & osculabatur pavimentum, & sic aliquo tempore stabat. Eumque occupatum tenebant, donec mactationis tempus instaret &c. Tradiderunt; Non occupabant illum non nablio, neque cithara, sed ore; sed quid dicebant? *Psal.* CXXVI. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam*. Viri insignes Hierosolymæ non dormiebant tota nocte; Quando audiebat summus sacerdos vocem strepitus, ne a somno abduceretur. Traditio; Aba Saul dicit; in terminis quod ita faciebant in memoriam sanctuarii; sed peccabant: Dicit Abaje, & est qui dicit, R. Nachman bar Isaach. Targhema Nahardeah; Dixit Elia ad R. Jehuda fratrem Rab Sela Chasida; vos dicitis. Cur non venit Messias? atqui nunc est dies expiationum; & nupserunt multæ virgines in Nahardeah. Dixit illi Deus; quid dicit? respondit illi; *Ad portam peccati recumbit*; & Satan quid dicit? Respondit illi; Satan in die expiationum non habet potestatem adversandi. Unde probatur? Dicit Rame bar Chama: Satan per Gematriam continet 364. Hi sunt 364. dies, in quibus potestatem habet adversandi; at in die expiationum non habet potestatem adversandi.

Misna. Omnibus diebus decinerabant altare ad galli cantum, aut paulo ante, aut paulo post; at in die expiationum a media nocte, & in tribus festis a vigilia prima, nec instabat galli cantus, quin atrium repletum esset Israelitis.

Gemara. Tradiderunt ibi; membra quæ exsilierunt ab altari ante mediam noctem, restituebant, & in illis prævaricabantur, post mediam noctem, non restituebant, & in illis non prævaricabantur. Unde hæc probantur? Dicit Rab; alter textus dicit; *Tota nocte & adolebit Levit.* VI. 9. Et alter dicit; *tota nocte & decinerabit*. Quomodo? Dividatur dimidium adolitioni, & dimidium decinerationi. Opponit R. Chahana; Omnibus diebus decinerabant altare ad galli cantum, aut paulo ante, aut paulo post; at in die expiationum a media nocte, & in diebus festis a prima vigilia. Putasne mediam noctem legis esse? Hic antevertemus, & illic differemus. Sed dicit R. Jochanan; explicandum est ex sensu literali; dictum est enim: *tota nocte*; Ignoro an usque ad mane. At cur dictum est; *usque ad mane*? Attribuendum est tempus matutinum tempori matutino noctis; idcirco omnibus diebus decinerabant altare ad galli cantum, aut paulo ante aut paulo post; recte in die expiationum propter infirmitatem summi sacerdotis perficiebatur decineratio a media nocte, & in diebus festis propter multitudinem Israelitarum & multitudinem sacrificiorum perficiebatur a prima vigilia, uti docetur; & ratio est; quia non instabat galli cantus, quin atrium repletum esset Israelitis. Quid קריאת הגבר? Rab dicit; vox hominis; R. Sila dicit? cantus galli; Rab pervenit ad locum R. Sila, non dicit ad confirmandum sen-

sententiam R. Sila; surrexit Rab adversus illum & exposuit; quid קריאת הגבר? vox hominis? Dixit illi R. Sila; An dixit Mor, cantus galli? Respondit illi; Organum liberis est musicum instrumentum; Quod spectat textores non acceperunt ab eo. Quod ego dico de sententia R. Chjiah, & expono; Quid קריאת הגבר? vox hominis; Et nihil respondit. Dixit illi; dicam; cantus galli. Dixit illi Mor; sit ita; Rab ita relinquit; Mor dicit; dicunt homines; si mercede conductus es, excute lanam ejus; adscendunt in sanctuario, & non descendunt. Traditio juxta mentem Rab; traditio juxta mentem Rabi Sila: traditio juxta mentem Rab; Gabini præco; quid dicebant? Consistite sacerdotes ad ministeria vestra, & Levitæ ad vestrum pulpitum, & Israelitæ ad stationes vestras; Et ejus vox audiebatur ad tres Parsas. Narratur de Agrippa rege, qui per viam incedebat, & audivit ejus vocem per tres Parsas, & quando pervenit in domum suam, misit illi munera. Quamvis ita sit, tamen summus sacerdos erat illo celebrior; Dicit enim Mor; Quando pronunciabat nomen ineffabile, ejus vox audiebatur usque ad Hiericho; & dicit Raba bar bar Chana, dicit Rabi Jochanan; Ab Hierosolyma ad Hiericho erat intervallum decem Parsarum; & quamvis hic erat infirmitas, & ibi non erat infirmitas, hic dies, & ibi nox; dicit enim R. Levi; qua de causa non auditur vox hominis interdiu æque ac noctu? Propter orbem solis, qui secat in firmamento, uti faber, qui secat cedros & quod dicit Nebucadnezar; *Omnes dilectos terræ pro nihilo reputati sunt.* Tradiderunt sapientes; si non esset orbis solis, audiretur vox tumultus Romæ, & si non esset vox tumultus Romæ, audiretur vox orbis solis. Tradiderunt sapientes; tres voces incedunt a fine mundi usque ad ejus finem, quæ sunt; vox orbis solis, & vox tumultus Romæ, & vox animæ; quando egreditur de corpore; & alii dicunt, etiam vox parturientis; & nonnulli dicunt etiam vox Ridiah sc. Angeli: quæsierunt Sapientes misericordiam pro anima, quando egreditur de corpore & illa annihilata est. Traditio juxta mentem R. Sila; Qui suscipit iter priusquam cantet gallus, si quid sibi contingat, sibi malum facit. Rabi Josia dicit; donec iterum gallus cantet; & est, qui dicit; donec tertio cantet. At de quo gallo loquuntur? de mediocri; Dicit R. Jehuda; dicit Rab; quando Israelitæ adscendunt ad festivitatem, compressi consistebant, & adorabant dilatati, & protrahebantur undecim cubitos post domum propitiationis. Quid dicit? sic dicit; Quamvis protraherentur undecim cubitos post domum propitiationis, & compressi consisterent, quando adorabant, dilatati adorabant, Et hoc erat unum ex decem miraculis, quæ facta sunt in sanctuario: Legimus: Decem miracula facta sunt in domo sanctuarii. Nunquam mulier abortivit ab odore carnis, quæ in sanctuario immolabatur; neque fœtuit unquam caro sanctificata; nec conspecta fuit musca in domo mactationis; non accidit casus nocturnus sacerdoti magno in die expiationum; Non repertum est vitium in manipulo, neque in duobus panibus, nec in pane facierum. Compressi consistebant, & adorabant dilatati; Nec lædabat unquam aliquem scorpio, & serpens Hierosolymæ; Nemo dixit socio suo; angustus est locus mihi, ut hospitium habeamus Hierosolymæ; Incæpit a Sanctuario, & desiit in Hierosolyma; erant duo alia in sanctuario; extat enim traditio; nunquam extinxerunt pluviæ ignem lignorum struis: & fumum struis, quamvis omnes venti, qui sunt in mundo, venirent, & flarent, non dimoverunt de loco suo; & nihil est aliud? Atqui tradidit R. Schemajah de Chalnevo; fracturæ vasorum testaceorum absorbebantur in locis suis; Et dicit Abaje; ingluvies & pennæ, & cinis altaris interioris, & cinis candelabri absorbebantur in locis suis profanis; hæc tria omnia quasi unum æstimabantur; si duo detrahantur, reliqua sunt duo. Si hæc duo quoque absorbebantur, quasi unum habebantur; Si hæc detrahantur, reliquum est aliud? Dicit R. Jehosua ben Levi; miraculum magnum factum est in pane facierum; subductus est juxta ejus ordinem; dictum est enim *Sam.* I. XXI. *Ad ponendum panem calidum, uti in die, quo accipiebatur.* Non aliud est miraculum? Atqui dicit R. Levi; hoc nobis traditum est a patribus nostris, locus arcæ non erat in numero. Et dicit Rabenai, dicit Samuel, Cherubim miraculose consistebant; Miracula exteriora hic numerantur, at non numerantur miracula interiora; Si ita est, panis quoque facierum inter miracula interiora erit numerandus; At panis facierum inter miracula exteriora erit numerandus; dicit enim Risch Lakisch; Scriptum est enim *Levit.* XXIV. 6. *Super mensam puram; puram*; hinc deducitur fuisse immunda,

Vas

Vas ligneum factum ad quiescendum erat: & omne vas factum ad quiescendum, non recipiebat immunditiam, & operiebatur propter immunditiem; hoc est ad docendum; quod extollebant illam adscendentibus ad solennitates, & dicebant illis, videte, quam sitis amabiles coram Domino, quod subducebantur juxta ordinem suum. Dictum est enim: *Ad ponendum panem calidum ut in die, quo accipiebatur*. Et dicit R. Josia; quo tempore ædificavit Salomo domum sanctuarii, plantavit omnia genera plantarum aurearum, & illæ producebant fructus in tempore suo, & quando ventus flabat in illos, decidebant; dictum est enim *Psalm.* LXXI. 16. *Superextolletur super Libanum fructus ejus*. Quando vero ingressæ sunt gentes in templum, aruit; dictum est enim *Nahum* I. 4. *Et flos Libani elanguit*. Et futurum est, ut Deus S. R. illos restituat; Dictum est enim *Isai.* XXXV. 2. *Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans, gloria Libani data est ei*. Miracula stabilia nunc non numerantur; si ita esset, arca & Cherubini etiam sunt miracula stabilia. Dicit Mor; & fumus struis; Quid? eratne fumus in strue? Atqui extat traditio. Quinque res memorantur de igne struis; quod recumbat instar leonis, & clarus sicut sol, & esset palpabilis, & absumeret humida sicut arida; neque fumus adscendebat; quia dicunt de igne communi; Traditio: *Levit.* I. *Et dabunt filii Aharon ignem super altare*; Quamvis ignis descendisset de cœlo, præceptum erat, ut de communi adduceretur. Recumbebat instar leonis; Atqui extat traditio: Dicit R. Chananja Segen sacerdotum; ego illum vidi recumbentem instar canis: Non est dissensio. Hoc intelligendum est in sanctuario primo, & illud in sanctuario secundo; & in sanctuario secundo num erat? Atqui dicit R. Samuel bar Chananja; quid scriptum est Hagg. II. *Et complacebo me, & glorificabor?* & legimus ואכבדה; Quid variat? deest ה. Hæ sunt quinque res, in quibus sanctuarium primum dissimile fuit a secundo; & hæ sunt, arca, & propitiatorium, ignis, & Divinitas, & Spiritus Sanctus, & Urim & Thummim. Dixerunt; Non erat hinc petendum præsidium. Tradiderunt sapientes; sex sunt ignes; est ignis qui devorat, & non bibit, qui bibit, & non devorat, qui devorat & bibit, & est qui absumit humida tanquam arida; & est ignis, qui depellit ignem, & est ignis qui absumit ignem; est ignis, qui devorat, & non bibit; noster bibit, & non devorat; profanus enim devorat, & bibit; De igne Eliæ scriptum est enim; *Et aquas, quæ sunt in canali, absorpsit*; & qui comedit humida tanquam arida, sicut ignis struis; est ignis, qui depellit ignem, ut ignis Gabrielis, & est ignis, qui absumit ignem, ut ignis Divinitatis; dicit enim Mor; extendit digitum inter illos, & comburitur; & fumum struis, quamvis omnes venti, qui sunt in mundo, non dimovent illum a loco suo. Et dicit Rabi Isaach bar Abdimi; exeunte die novissimo solennitatis tabernaculorum, omnes speculantur fumum struis, si declinat ad aquilonem, pauperes lætantur, & patresfamilias dolent, quia pluviæ eo anno multiplicantur, & eorum fructus putrescunt, si ad austrum declinat, pauperes dolent, & patresfamilias lætantur, quia pluviæ eo anno minuuntur, & eorum fructus in modum columnæ adscendunt; Quando ignis recta adscendebat instar palmæ, in nullam partem diffundebatur: Dicit Mor; si declinat ad orientem, omnes lætantur, si ad occidentem, omnes dolent. Et opponunt; orientalis semper est bonus, occidentalis semper tristis; ventus aquilonaris optimus pro frumentis, quando ad tertiam partem creverint, & malus olivis, quando protruserunt. Ventus australis malus frumentis, quando ad tertiam partem creverint, & optimus olivis, quando protruserunt; & dicit R. Joseph; & est qui dicit, Mar Zutra; tibi sit signum; Mensa in aquilone, & candelabrum in austro; hæc multiplicabat, quod erat in ejus parte; & illud multiplicabat, quod erat in sua parte; Non est oppositio. Tam hæc quam illud &c.

Misna. Dicebat illis præfectus; exite & videte; si instet tempus mactationis; si instaret; clamabat speculator; Coruscationes. Matthia filius Samuelis dicit; illuminavit facies orientis usque ad Hebron? respondebat; ita. Cur hoc ipsis necesse erat? Quia aliquando fulgente luna, diem illuxisse existimarunt, & sacrificium juge mactarunt, ipsumque ad locum combustionis adduxerunt. Hæc generalis fuit regula in sanctuario, ut quisquis texerat pedes suos lavaret, qui etiam aquas ejecerat, manus & pedes suos sanctificaret.

Gemara. Traditio: R. Ismael dicit; coruscat coruscatio; R. Akiba dicit; adscendit coruscatio. Nachuma dicit; jam sunt coruscationes in Hebron; R. Jehuda dicit; illuminat facies orientis us-

usque ad Hebron? ut jam omnes egrediantur unusquisque ad opus suum: si ita est, multum tardabit ad conducendos operarios. Dicebat Rabi Saphra; Oratio quam præcepit Abraham, erat ab eo tempore, quo nigrescebant parietes; Dicit R. Joseph; xe Abraham statuemus, & docebimus; Dicit Raba; hic doctor probat ex Abraham; at nos ex illo non docebimus; extat enim traditio. Dictum est *Levit.* XII. 3. *Et die octavo circumcidetur*. Ad docendum, quod totus dies esset legitimus ad circumcisionem; sed diligentes præcepta anticipabant. Dictum est enim *Genes.* XIX. 27. *Abraham autem consurgens mane, ubi steterat prius cum Domino*. Sed dicit Raba bar Joseph; Ecce in illum oppositio. Etenim legimus; Si incidat vespera Paschalis in vesperam Sabbathi, mactabitur sexta & dimidia hora, & offeretur septima & dimidia; & ejus mactatio erit ab eo tempore, quo nigrescent parietes. Quid hoc est? Oppositio: Fortasse parietes domus sanctuarii nigrescunt sexta & dimidia, quia non erant exstructi in recta linea; Aut etiam differens est Abraham, quia magnam habebat Astrologiam in corde. Aut etiam potest dici quod esset senex; & sedit in schola. Hoc dicit Rabi Chama bar Chanina; ab diebus patrum nostrorum, nunquam ab his separata fuit schola; Fuerunt in Ægypto, fuit schola cum illis. Dictum est enim *Exod.* III. 16. *Vade & congrega seniores Israel*. Fuerunt in deserto, fuit schola cum illis; dictum est enim *Num.* XI. 16. *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel*. Abraham pater noster erat senex, & consedit in schola; Dictum est enim *Genes.* XXIV. 1. *Erat autem Abraham senex, dierumque multorum*. Isaach pater noster erat senex, & consedit in consessu; dictum est enim ibid. XXVII. 1. *Senuit autem Isaach*. Jacob pater noster erat senex, & consedit in schola; dictum est enim ibid. XLVIII. 10. *Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute*. Eliesér servus Abrahami erat senex, & consedit in schola; dictum est enim ibid. XXIV. 2. *Dixitque ad servum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat*. Dicit R. Eliesér; Dominabatur in lege domini sui; erat Damascenus Eliesér; dicebatur Eliesér, quod hauriret, & irrigaret aliis de lege domini sui. Dicit Rab; Observavit Abraham pater noster totam legem; dictum est enim ibid. XXVI. 5. *Eo quod obedierit Abraham voci meæ &c.* Respondit Rabi Sime bar Chjiah ad Rab; dicam, septem præcepta comprehendisse etiam circumcisionem; aut dicam septem præcepta, & circumcisionem. Dixit illi; si ita est, cur dictum est ibid. *præcepta & leges meas?* Respondit Rab, & est qui dicit, R. Asse; observavit Abraham pater noster vel commixtionem ciborum; dictum est enim תורותי, *leges meas*, tam legem scriptam, quam legem oralem. Matthia ben Samuelis dicebat &c. Et ille respondebat; ita; Qui respondebat; ita; Nisi hoc dicamus; quod ille, qui stabat in tecto, somniabat, & ipsemet interpretabatur; sed qui stabat in tecto, quomodo cognoscebat? si velis dicam; ille qui stabat in terra, & si velis dicam; ille qui stabat in tecto; & si velis dicam; ille qui stabat in tecto, dicebat; illuminavit facies totius orientis? Et respondebat; ita. Et qui stabat in terra; usque ad Hebron? & respondebat; ita; & si velis, dicam; qui stabat in terra, dicebat; illuminavit facies totius orientis? & dicebat; usque ad Hebron? Et respondebat; ita. Cur hoc ipsis necesse erat? & quænam est hæc innovatio? Atqui extat traditio; Rabi dicit; Non est similis columna lunæ columnæ solis; columna lunæ extollitur & adscendit quasi baculus, columna solis hic inde diffunditur. Docet discipulus R. Ismael; erat dies nubilus, & diffundebatur hinc inde; dicit R. Papa; hinc eruitur, quod dies nubilus totus sit sol; & quid hinc eruitur? pro extendentibus pelles, aut etiam pro illo, quod prædicabat Raba; Fœmina non discerpet neque in sole, neque in calore solis. Dicit R. Nachman quod calor solis sit molestior sole; & sit hoc tibi argumentum; quod claritas solis sit molestior sole; & hoc sit tibi argumentum; quod cogitationes peccati sint graviores ipso peccato; & sit argumentum caro tosta; finis æstatis est pejor ipsa æstate; & argumentum est furnus, quando calefactus est, paucis lignis calescit; Febris hyemalis est pejor febri æstiva; & argumentum est quod furnus frigidus est pejor, quam si esset novus, & argumentum est calx, quæ ex veteri calce perficitur. Dicit Rabi Abau; quænam est ratio Rabi? scriptum est *Psal.* XXII. *Victori Cervæ matutinæ*; sicut cervæ cornua sunt bifurcata, ita quoque hinc inde diffunditur; Aut dicendum tibi est; Sicut cerva habet vulvam angustam, & marito omnibus horis est amabilis, ita quoque Esther omnibus & singulis horis sicut in primo momento fuit amabilis Assue-

ſuero; Dicit R. Aſſe; cur Eſther aſſimilatur auroræ? Ut dicas; ſicut aurora eſt finis noctis, ita Eſther fuit finis omnium miraculorum; At ecce Canucha, quæ data eſt ut deſcribatur; Dicimus; recte juxta mentem illius qui dicit; Eſther data eſt, ut deſcribatur; Quid eſt dicendum? Statuendum eſt juxta mentem R. Benjamin bar Jephet; dicit R. Elieſer; dicit R. Benjamin bar Jephet, dicit R. Elieſer; cur preces juſtorum aſſimilantur cervæ? Hoc tibi dicendum eſt; ſicut cervæ cornua, quando creſcunt, finduntur, ita pariter, quando juſti multiplicant in precibus, eorum preces exaudiuntur. Mactarunt ſacrificium juge; quando? Si dices in reliquis anni diebus, non poteſt fieri in quibus non miniſtrabat ſummus ſacerdos; ſed in die expiationum erat lux lunæ; num ita erat? & in die expiationum; quia dicit; coruſcat coruſcatio; deducebant ſacerdotem in domum lotionis; Traditio Abua bar Abin; Non hoc tantum dixerunt; ſed ungueſectio volucris, & pugillus muneris noctu comburitur; concedatur de holocauſto volucris: quod erat, erat; ſed pugillus poterat iterum in die pugillari; Hoc tradit ille, & hoc dicit iſte. Vaſa miniſterii ſanctificantur quamvis non in tempore ſuo. Reſpondit; hæc eſt regula generalis; quicquid interdiu offertur, interdiu ſanctificatur, quicquid noctu offertur, noctu ſanctificatur; quicquid tam interdiu quam noctu offertur, tam interdiu, quam noctu ſanctificatur. Hinc docetur; Quicquid offertur interdiu, interdiu ſanctificatur; interdiu, non noctu; non fortaſſe, non ſanctificatur, ut offeratur, ſed ſanctificatur, ut reprobetur. Reſpondit R. Zira; Si ordinaſſet panem, & acerras poſt Sabbathum, & obtuliſſet acerras in Sabbatho, profanatur. Quomodo faciet? Collocentur in ſabbathum futurum, quamvis reponatur ſuper menſam in multos dies, nihil inſervit; At cur ſanctificandus erat, at deinde profanaretur? Dicit Raba; qui argumentatur, recte argumentatur, & Abua bar R. Abin ſimiliter. Miſna dicit; ſi putas in nocte non eſt deficiens tempore, in die eſt deficiens tempore; quando pervenit occaſus ſolis, ſanctificatur & profanatur. Dicit Rabina; ſi ſanctificaſſet, & elevaſſet, Mar Zutra, & eſt qui dicit, R. Aſſe dicit, vel ſi dicas, quod non ſanctificaſſet, & elevaſſet, quando ordinaverit non ſecundum ejus præceptum, fiet perinde ac ordinaverit ſine ejus ſcientia. Hæc erat regula generalis in ſanctuario. Concedatur de pedibus propter diſtillationem; ſed de manibus quænam et ratio? Dicit R. Abau; hoc dixiſti; præceptum erat, ut fricaretur. Hoc favet R. Amme; dicit enim R. Amme; Non licet homini exire cum guttis urinæ, quæ defluant ſuper ejus pedes, ne videatur quaſi exſectus virilibus, & excitaret malum famam de ſuis liberis, quod ſint nothi; Dicit R. Papa; Si ſint ſordes in eo loco, vetitum eſt recitare lectionem *Audi*. Quomodo hoc eſt? Si videantur; recte ſe habet ſi non videantur. Non eſt data lex Angelis miniſterii; non eſt neceſſe; quando ſedeat, & videat, ſtat, & non videt; Et cur variat? ſordes ſuper ejus carnem; quod ſi dicas; ſordes ſuper ejus carnem, & manus ejus in domo latrinæ: R. Huna dicit, licet recitare lectionem *Audi*, & R. Chaſda dicit; non licet recitare lectionem *Audi*; in loco, ubi ſunt ſordes, multus eſt fœtor, ubi non ſunt ſordes, non eſt multus fœtor. Tradiderunt ſapientes; conſtitutio eſt; quod in conviviis homo egrediens ad mingendum lavat unam manum, & ingreditur loquitur cum ſuo ſocio, & moratur, & lavat ambas manus, & ingreditur, & quando lavat, non lavat foris propter ſuſpicionem, & ingreditur, ſi non ingreditur, ſedet in loco ſuo, & lavat ambas manus, & atque iterum reſtituit vaſculum hoſpitibus. Dicit R. Chaſda; non dixerunt niſi ad bibendum; ſed ad edendum, lavabit foris, & ingredietur; Quod certo cognoſcitur, quod mens abſtrahatur. Dicit R. Nachman; & ecce vel in bibendo certo cognoſcitur, quod mens abſtrahatur.

Miſna. Nemo in atrium intrabat adminiſtrandum vel mundus, niſi prius laviſſet; Quinquies lavabat, & decies ſanctificabat ſummus ſacerdos hoc die; & omnes lotiones peragendæ erant in ſancto in domo Happarvæ, excepta hac duntaxat. Velum byſſinum inter illum & populum extenderunt.

Gemara. Interrogarunt ben Zoma; Hæc lotio qua de cauſa? Reſpondit illis; Sicut varians de ſancto in ſanctum, de loco, ubi erat pœna excidii, in locum ubi erat pœna excidii, lavare debebat, varians de profano in ſanctum, & de loco, ubi non erat pœna excidii, in locum ubi erat pœna excidii, non erit æquum, ut lavare deberet? Rabi Jehuda dicit; adjungebatur hæc lotio, ut ſi recordaretur veterem pollutionem, ſe separaret; ubinam conſiſtit controverſia? In profanando miniſterio conſiſtit

ſtit controverſia ; juxta mentem ben Zoma profanabatur miniſterium ; juxta mentem R. Jehuda non profanabatur miniſterium ; Et juxta mentem ben Zoma; Num profanabatur? Atqui extat traditio. Summus ſacerdos , ſi non laverit , & non ſanctificaverit manus & pedes inter veſtes & veſtes, & miniſteria & miniſteria, & miniſtraverit, ejus miſterium eſt legitimum ; Tam ſacerdos ſummus, quam vulgaris, qui mane non ſanctificaverit manus & pedes , & miniſtraverit, ejus miniſterium eſt illgitimum ; Sed in ſtatuendo, quod violaverit præceptum affirmativum ; in hoc contendunt ; Juxta mentem ben Zoma tenetur præcepto affirmativo ; & juxta mentem R. Jehuda non tenetur ; & quid? hæc opinio eſt juxta mentem R. Jehuda ? Atqui extat traditio ; Leproſus lavabat, & ſtabat ad portam Nicanoris . R. Jehuda dicit ; non erat neceſſe ut lavaret , quia jam lavit veſpera, ſicut docet cauſam, quia jam lavit veſpera ; & qui perſcrutavit hanc lectionem ; qua de cauſa perſcrutavit ? quia voluit inquirere finem . Adſcendebat in conclave leproſorum , ubi leproſi lavabant ; R. Jehuda dicit; non ſolum leproſi , dixerunt , ſed omnis homo ; Nulla eſt oppoſitio; hic lavabat, & ille non lavabat , ſi non lavit in occaſu ſolis, neceſſe erit, ſed uterque lavit , hujus mens abſtracta fuit , & illius abſtracta non fuit; Ille, cujus mens abſtracta fuit, adſpergendus erit tertio, & ſeptimo die ; Quia dicit R. Doſthai bar Mathon, dicit R. Jochanan, ſi ejus mens abſtrahatur , debet ſe adſpergere tertio & ſeptimo die ; ſed utriuſque mens abſtracta non eſt ; Non eſt oppoſitio; Hic qui lavat, lavat propter notitiam ingreſſus ſanctuarii , & ille qui non lavat, non lavat propter notitiam ingreſſus ſanctuarii ; & ſi velis dicam ; Traditio : Non ſolum de leproſis , ſed de quovis homine dixerunt. Rabina dicit; R. Jehuda juxta verba Sapientum, dicit, juxta ſuam ſententiam , leproſus non indiget lotione, juxta veſtram opinionem , mihi aſſentiuntur quod non ſolum dixerint de leproſis, ſed de quovis homine ; Et ſapientes dicunt ; Leproſus aſſuetus eſt in immunditie ; omnis homo non eſt aſſuetus in immunditie . Reſpondit Abaje ad R. Joſeph ; dicemus , quod ſapientes diſſentiant de illo , quod R. Jehuda ſentiat cum ben Zoma; Putat ille & quod docet de leproſo , juxta tuam opinionem confirmatur ſententia R. Jehuda ; aut fortaſſe diverſum eſt in leproſo, qui aſſuetus eſt in immunditie ; Dicit illi ; Diverſum eſt in leproſo , qui aſſuetus eſt in immunditie. Reſpondit Abaje ad R. Joſeph juxta mentem R. Jehuda , qui dicit ; modus lotionis hic eſt . Dividit aut non dividit ? Reſpondit illis; Quicquid decreverunt ſapientes , juxta legem decreverunt. Dixit Abaje ad R. Joſeph ; pars concubitus , vocatur concubitus an non ? Reſpondit illi ; Pollices probent , quorum pars introducitur . Extat enim traditio ; Leproſus lavabat , & ſtabat in porta Nicanoris ; Quæſivit , quid faciebat de illa ſeceſpita longa & mactabat ? & quæſierunt a Ben Zoma , & quæſierunt a ſapientibus; Diſſentiunt de hac re ; quod R. Jehuda quæſivit a Ben Zoma; Huc uſque non improbat Ben Zoma , niſi intus, at foris , non ; aut fortaſſe veniet ad prolongandum. Quæſierunt a ſapientibus; quod in eo diſputat R. Jehuda ; Huc uſque non ; dixerunt ſapientes , quod ibi non facit miniſterium, ſed hic quod facit miniſterium , non ; aut fortaſſe non iteravit ; Quæſtio eſt indeciſa . Tradiderunt ſapientes ; Quinquies lavabat, & decies ſanctificabat ſummus ſacerdos eo die ; & ſemper in ſancto , in domo Happaruæ, excepta prima lotione , quæ peragenda erat in profano ſuper porta aquarum, & in latere ejus conclavis erat. Dicit Abaje; hinc eruitur, quod fons Etham eſſet altior ſolo atrii tres & viginti cubitos; etenim tradiderunt ; omnium portarum , quæ ibi erant, altitudo erat viginti cubitorum, & decem latitudo , excepta porta veſtibuli . Atqui dictum eſt *Levit.* XVI. *Et lavabit aquis carnem ſuam* ; aquis lavacri , quibus tegatur totum corpus ; Et quænam erat earum quantitas ? cubiti ſuper cubitum in altitudine trium cubitorum; & metiti ſunt ſapientes aquas lavacri quadraginta ſatorum ; At erat cubitus contignationis , & cubitus , quo pavimentarunt portas domus ſanctuarii; quando erant ex marmore ; parva contignatio ſatis erat ; verumtamen erat illud parum; quando non erat cubitus, non computabatur. Extenderunt velum byſſinum &c. Quid legitur *byſſinum* ? Sicut dicit R. Cahana; ut cognoſcatur, quod hujus diei miniſterium peragendum eſſet veſtibus byſſinis , hic pariter ut innoteſceret , quod hujus diei miniſterium peragendum eſſet veſtibus byſſinis.

Miſna. Exuebat, deſcendebat, & lavabat, adſcendebat, & abſtergebat; adduxerunt illi veſtimenta aurea , & induebat , & ſanctificabat manus & pedes;

des; adduxerunt ei sacrificium juge, mactabat, & alius perficiebat mactationem post eum, sanguinem accipiebat, spargebatque, intrabat & suffiebat suffimentum matutinum, aptabat lucernas, & caput, & membra, & frixa, & vinum offerebat. Mane inter sanguinem, & membra suffiebat, & vespera inter membra & libamina. Si summus sacerdos erat senex aut infirmus, calefaciebant ei calida, & frigidis immittebant, ut ipsis frigus remitteretur.

Gemara. Dixerunt sapientes coram R. Papa; hoc non est juxta mentem R. Meir; dicit enim R. Meir; Quoniam duæ sanctificationes faciebat pro vestitione, ita pariter faciebat duas sanctificationes pro spoliatione. Dicit R. Papa; hoc intercedit inter Sapientes & R. Meir; semel in exuendis vestibus sanctificabat, & semel in induendis; & in hoc consistit controversia; dictum est; *Et exuet, & lavabit, & induet*. Rabi Meir putat æquiparandam esse spoliationem vestitioni; sicut in vestitione vestiebat, & postea sanctificabat, ita pariter in spoliatione spoliabat, & postea sanctificabat. At sapientes putant æquiparandam esse spoliationem vestitioni, sicut in vestitione, quando vestiebat, sanctificabat, ita quoque in spoliatione, quando vestiebat, sanctificabat. Dixerunt sapientes ad R. Papa; Quomodo tu deprehendis quod ita dicit? Atqui extat traditio; extenderunt velum byssinum inter illum & populum; exuebat, & descendebat, & lavabat, adscendebat, & abstergebat; adduxerunt illi vestes aureas, & induebat, & sanctificabat manus & pedes. R. Meir dicit; exuebat, & sanctificabat manus & pedes, & descendebat, & lavabat, adscendebat, & abstergebat; adduxerunt illi vestes aureas, & induebat, & sanctificabat manus & pedes. Dixit illis; si est traditio, sit traditio; Concedatur juxta mentem R. Meir quod sic deprehendatur. Decem erant sanctificationes; sed juxta mentem Sapientum erant novem. Dicunt tibi sapientes, quod novissimam sanctificationem faceret; quando exuebat vestes sanctitatis, & induebat vestes profanas. Ibi dicunt sapientes: *Et ingredietur Aharon in tabernaculum conventus*. Qua de causa ingrediebatur? ad educendum acerram, & thuribulam; quia Parascha ordine dicta est, excepto hoc textu. Qua de causa? Dicit R. Chasda. Perficiebat quinque lotiones, & decem sanctificationes summus sacerdos eo die; si juxta eorum ordinem, non deprehenduntur nisi tres lotiones, & sex sanctificationes. Traditio: Dicit R. Jehuda; Unde probatur, quod eo die summus sacerdos perficeret quinque lotiones, & decem sanctificationes? Ex eo quod dictum est: *Et ingredietur Aharon in tabernaculum conventus, & exuet vestes lineas, & lavabit carnem suam aquis in loco sancto, & induet vestes suas; Et egredietur, & faciet:* Ecce docetur; quod quoties variaret a ministerio ad ministerium, lavare deberet. Dicit Rabi; unde probatur; quod eo die summus sacerdos perficeret quinque lotiones, & decem sanctificationes? Ex eo quod dictum est: *Tunicam lineam sanctitatis induet, & feminalia linea erunt super carnem suam; & balteo lineo se præcinget, & tiara linea se obvolvet; vestes sanctitatis illæ sunt; & lavabit aquis carnem suam, & induet*. Ecce docetur; quod quoties variaret a ministerio ad ministerium, lavare deberet. Et pariter dictum est: *vestes sanctitatis illæ sunt*; Æquiparantur inter se omnes vestes; Et quinque erant diei ministeria, sc. sacrificium juge matutinum peragebatur vestibus aureis, ministerium diei vestibus albis; ejus aries, & aries populi vestibus aureis, acerra & thuribulum vestibus albis; sacrificium juge vespertinum vestibus aureis. Et unde probatur; quod singulæ lotiones requirerent duas sanctificationes? Ex eo quod dictum est; *& exuet, & lavabit, & induet*. R. Elieser bar R. Simeonis dicit; probatur a minori ad majus; si ubi non debebat lavaret, debebat sanctificare, ubi debebat lavare, non erit æquum, ut deberet sanctificare? Aut dicam; sicut illic una sanctificatio, ita pariter hic una sanctificatio. Idcirco dictum est: *Et ingredietur Aharon in tabernaculum conventus, & exuet vestes lineas, quas induerat*. Cur dictum est; *quas induerat*? Omnesne homo spoliabat? sed eas quas induerat. Verum venit ad æquiparandum spoliationem vestitioni; sed vestitio requirebat sanctificationem; ita quoque spoliatio requirebat sanctificationem. Dicit R. Jehuda; Unde probatur, quod eo die summus sacerdos quinquies lavaret, & decies sanctificaret? Ex eo quod dictum est; *& ingredietur Aharon in tabernaculum conventus, & lavabit carnem suam aquis in loco sancto*. Ecce docetur quod quoties veniaret de ministerio in ministerium lavare deberet. Invenimus a vestibus albis ad vestes aureas; a vestibus aureis ad vestes albas unde probatur? Do-

Docet discipulus R. Ismaelis a minori ad majus. Si vestes aureæ, quibus sacerdos in adytum non ingrediebatur, obligantur ad lotionem, vestes albæ, quibus sacerdos in adytum ingrediebatur, non erit æquum, ut obligarentur ad lotionem? Sed est opponendum. Sicut in vestibus aureis, in quibus plurima erat expiatio &c. Sed potest demonstrari ex sententia Rabi; Dicit Rabi; Unde probatur, quod summus sacerdos eo die quinquies lavaret & decies sanctificaret? Ex eo quod dictum est *Levit.* l. c. *Tunicam lineam sanctitatis induet*; Docet, quod varians a ministerio in ministerium debeat lavare; a vestibus aureis ad vestes albas, a vestibus albis ad vestes aureas unde probatur? Docet discipulus R. Ismaelis a minori ad majus; Si vestes albæ, quarum multa non est expiatio, obligantur ad lotionem, vestes aureæ, in quibus plurima erat expiatio, non erit æquum, ut obligentur ad lotionem? Sed est opponendum. Sicut in vestibus albis, quibus in adytum ingrediebatur; hoc est quod docet, & dicit; *Vestes sanctitatis sunt; & lavabit carnem suam aquis, & induet*. Et quinque erant ministeria, sacrificium juge matutinum peragendum erat vestibus aureis, ministerium diei vestibus albis, ejus aries, & aries populi vestibus aureis, thuribulum & acerra vestibus albis, sacrificium juge vespertinum vestibus aureis; & unde probatur quod singulæ lotiones obligarentur ad duas sanctificationes? Ex eo quod dictum est; *Et exuet, & lavabit, & lavabit, & induet*; Hoc in lotione scriptum est; si non respectu lotionis, explicabitur ex eo quod dictum est; *vestes sanctitatis sunt*; explicentur juxta sensum sanctificationis; quod scriptum sit in textu in sensu sanctificationis unde nobis constat, quod lotio sit ut sanctificatio? Sicut sanctificatio peragenda erat in loco sancto, ita pariter lotio in loco sancto. Et R. Jehuda sanctificationem unde probat? probat ex sententia R. Eliefer bar Simeonis; Dicit R. Chasda; Hoc Rabi probat ex sententia R. Meir, & si probat, eruat ex mente sapientum, explicetur ex mente sapientum; etenim illi sapientes dicunt, quando induebat, sanctificabat, & isti dicunt, quando exuebat, sanctificabat; & probat ex mente R. Meir; quia R. Meir dicit; Hæc sanctificatio erat ultima, quando induebat, sanctificabat; & ille dicit, quando exuebat, sanctificabat. Dicit R. Acha bar Jacob; Omnes conveniunt, quod in secunda sanctificatione indueret, & postea sanctificaret; qua de causa? Quia dicit textus; *Quando accedunt ad altare*. Hic qui non est deficiens, accedet; excluditur iste, qui est deficiens vestibus, & accedit. Respondit Rabi Acha filius Raba ad R. Asse; non sentit R. Chasda cum R. Acha, neque R. Acha cum R. Chasda; si ita est, juxta mentem Rabi erunt quindecim sanctificationes. Avduxerunt illi sacrificium juge, mactabat &c. Quid קרצו? Dicit Ela juxta significatum occidendi. Dicit Rabi Nachman bar Isaach; ex quo textu probatur? Dictum est *Jerem.* XLVI. 20. *Vitula elegans atque formosa Ægyptus, excisor ab aquilone veniet ei*. Quid eruitur? Sicut interpretatur R. Joseph. Regnum elegans erat Ægyptus, occisores ab aquilone veniunt contra illum; Mactabat; in quanto? Dicit Ela, in majore parte duarum cannarum, & sic dicit R. Jochanan in majore parte duorum signorum; atque etiam Risch Lakisch in majore parte duorum signorum; dicit enim Risch Lakisch; Quid? postquam legimus cap. II. *Chulin*; Huic similis est, si maxima pars unius discissa sit; Cur legimus; si maximam partem unius in ave disciderit, & maximam partem duarum in animante? Quia legimus; Adduxerunt illi sacrificium juge, mactabat, & alius perficiebat mactationem manu sua, & accipiebat sanguinem, & spargebat; crederem, si non perficeret, quod esset illegitimum? Crederem si non fecisset, quod esset illegitimum? si ita est; peragebatur ministerium per alium. Atqui legimus; omnia ministeria diei expiationum non erant legitima nisi per illum, sc. summum sacerdotem. Sic dicit; Crederem esse illegitimum ex mente sapientum? Idcirco legimus; majorem partem unius in volucri, & majorem partem duorum in animante. Ergo quamvis illegitimum ex mente sapientum non sit; Quid necesse erat, ut mactaretur? præceptum est ut mactetur. Abaje ordinabit struem juxta doctrinam & sententiam Aba Saul; strues magna præcedebat struem secundam suffitus, strues secunda suffitus præcedebat ordinationem duorum ligni segmentorum; ordinatio duorum ligni segmentorum præcedebat decinerationem altaris interioris, & decineratio altaris interioris præcedebat præparationem quinque lucernarum, præparatio quinque lucernarum præcedebat sanguinem sacrificii jugis, sanguis sacrificii jugis præcedebat præparationem duarum lucernarum, præparatio duarum lucernarum

rum præcedebat suffitum, & suffitus præcedebat membra, & membra munus, & munus sartagines, & sartagines libamina, & libamina addititia, & addititia acerras, & acerræ sacrificium juge vespertinum; Dictum est enim; *Levit.* VI. *Et adolebit in eo adipes pacificorum; in eo* perficiebat omnes oblationes. Dicit Mor; Strues magna quod præcederet struem secundam suffitus, unde probatur? Ex eo quod scriptum est; *Erit holocaustum super incendium, super altare tota nocte*. Ibid. Hæc est strues magna; *Et ignis altaris ardebit in eo*. Hæc est strues secunda suffitus. At ego in contrarium sentire possum; probabiliter strues magna erat præstantior, quia plurima erat ejus expiatio; contra strues secunda erit præstantior, quia ex ea inferebatur in adytum; vel si ita sit expiatio plurima; aut ego dicam, si non deprehenderentur ligna pro strue secunda, introducenda erant ex strue magna; strues secunda suffitus quod præcederet ordinationem duorum ligni segmentorum, unde probatur? ex eo quod dictum est ibid. *Et accendet super illa sacerdos ligna mane, mane*. Super illa, non super socia; consequitur quod haberet sociam; עליה per se necesse erat; bis עליה scriptum est. Ordinatio duorum ligni segmentorum præcedebat decinerationem altaris interioris; quamvis hic scriptum sit *mane, mane*, & illic pariter scriptum sit *mane mane*; quod permittit, excellit; Quænam sunt permittentia? duo ligni segmenta; & hoc dixerunt; duo ligni segmenta ad struem magnam adducuntur; Dicit Rabi Jeremia; quandoquidem incepit in strue, absolvet; R. Ase dicit, si non inveniantur ligna pro strue secunda, unde introducet? ex strue magna; & decineratio altaris interioris præcedit præparationem quinque lucernarum. Qua de causa? Dicit Abaje; Ego novi traditionem, at rationem ignoro; & Raba dicit juxta mentem Risch Lakisch; Dicit enim Risch Lakisch; Non sunt violanda præcepta. Quid? ingredientine in templum primum occurrit altare? Extat enim traditio: Mensa sita erat in aquilone, protracta a muro duos cubitos cum dimidio, & candelabrum in austro protractum a muro duos cubitos cum dimidio, altare erat intermedium, & in medio situm erat, & paulo protractum ad partem exteriorem, & inter illa collocatum erat; postquam scriptum est *Ex.* XXVI. 35. *Et contra mensam candelabrum*; necesse erat, ut se mutuo respicerent. Dicit Raba, hoc probatur ex sententia Risch Lakisch; Qui induat phylacteria capitis, priusquam induat phylacteria brachii, vetitum est; Quomodo faciet? Induet phylacteria brachii priusquam phylacteria capitis. Et præparatio quinque lucernarum præcedebat sanguinem sacrificii jugis, & sanguis sacrificii jugis præcedebat præparationem duarum lucernarum. Qua de causa? Dicit Abaje; dictum est *mane mane* in duobus ligni segmentis, quod non erat necesse; explicemus hoc modo; alterum mane explicetur pro quinque lucernarum præparatione, quæ præcedebat sanguinem sacrificii jugis, & alterum explicetur pro sanguine sacrificii jugis, qui præcedebat præparationem duarum lucernarum; alterum mane explicetur pro quinque lucernarum præparatione, quæ præcedebat sanguinem sacrificii jugis. Hic ter (memoratur mane) & illic bis; unum explicetur pro sanguine sacrificii jugis, qui præcedebat præparationem duarum lucernarum; quamvis hic bis, & illic bis (mane memoretur) expians præstabat; Dixit R. Papa ad Abai; & dicam, quod unum explicetur pro decineratione altaris interioris, quæ præcedebat sanguinem sacrificii jugis; Hic ter, & illic bis; unum explicetur pro sanguine sacrificii jugis, qui præcedebat præparationem quinque lucernarum; quamvis hic bis, & illic bis (mane memoretur) expians præstabat; si ita est, ubi interrumpetur? Recte juxta opinionem Risch Lakisch, qui dicit; cur præparant lucernas, atque iterum præparant? Ad commovendum totum atrium. Recte; sed verum juxta mentem R. Jochanan qui dicit; dividantur in duo tempora matutina. Quid est dicendum? Dicit Rabina ad R. Ase; Num *mane mane* dictum in lignis superfluum est? Sed per seipsum necessarium est; eo quod dicat textus; quod præcederent struem secundam suffitus; Respondit illi; quid statuimus? עליה *super illa*, sc. strue non super ejus socia; consequitur, quod haberet sociam; Quid variat? quod præparans quinque lucernas in principio, præparet duas lucernas in principio; postquam incepit, præparabit majorem partem; præparabit igitur sex; dicit textus *Exod.* XXX. 7. *Quando componet lucernas, incendet illud*. Lucernæ non sunt duabus pauciores; & præparatio duarum lucernarum præcedebat suffitum; Dicit enim textus ibid. *Quando componet lucernas*. Et postea: *Incendet illud*. Et suffitus præ-

præcedebat membra; extat enim traditio; Præcedat res, de qua dictum est *mane mane*, rem, de qua non dictum est nisi unum *mane* duntaxat; & membra præcedebant munus; unde probatur, quod nihil præcederet sacrificium juge matutinum? Ex eo quod dictum est *Levit.* VI. *Et ordinabit super illo holocaustum*. Et dicit Raba; Holocaustum primum offerebatur; & munus præcedebat sartagines; holocaustum, & munus, & sartagines præcedebant libamina; Munus & libamina præcedebant addititia; sacrificium, & libamina, & addititia præcedebant acerras. Atqui extat traditio: Acerræ præcedebant addititia; Sunt duo doctores. Dicit Abaje, probabile est juxta opinionem illius, qui dicit, quod addititia præcederent acerras. Cur dictum est *mane mane*? ad anticipandum, hic quoque, ubi dictum est, *in die in die* ad retardandum? Quænam est ratio illius, qui docet, quod acerræ præcederent additita? Docet ex eo quod dictum est; חוקה חוקה *statutum*, *statutum* ex sartaginibus; si ex illis docet, docendum erit ex illis de tota re; idcirco inservit vox ביום ביום *in die in die* ad retardandum. Suffitus matutinus adolebatur inter sanguinem & membra &c. Cujusnam est opinio? Si sapientum; inter sanguinem & lucernas dicendum erat; si Aba Saul, inter lucernas & membra dicendum erat; semper sapientes; sed juxta ordinem non docent. Suffitus vespertinus adolebatur inter membra & libamina. Unde probatur? Dicit R. Jochanan; dicit textus *Num.* XXVIII. 8. *Juxta munus matutinum*, & *juxta ejus libamina faciet*. Sicut in munere matutino suffitus præcedebat libamina, hic quoque suffitus præcedebat libamina; aut sicut illic suffitus præcedebat membra, hic quoque suffitus præcedet membra. Quid scriptum est. Sicut membra matutina? *sicut munus matutinum* scriptum est, *sicut munus matutinum*; non sicut membra matutina. Tradiderunt sapientes; scriptum est ibid. *Et libamen ejus quartarium vini*; Explicetur matutinum a vespertino. Rabi dicit; vespertinum a matutino; concedatur juxta mentem sapientum; Hoc de sacrificio vespertino scriptum est; sed quænam est ratio Rabi? Dicit Raba bar Ela; dicit textus ibid. *Et in agnum unum*; Quinam est agnus, qui ibi memoratur unus? Dicit; hoc est sacrificium juge matutinum; & Sapientes; quid *unus*? peculiaris in grege; & Rabi eruit ex eo quod dictum est; *Optimum vasorum tuorum*. At sapientes; unus ex debito, & alter spontaneus; ambo sunt necessarii. Si summus sacerdos senex erat, aut infirmus &c. Traditio. Dicit R. Jehuda; laminas ferreas calefaciebant a vespera diei expiationum, & frigidis immittebant, ut ipsis frigus remitteretur; Et ecce liquescit. Dicit R. Bibi, ne perveniat ad liquefactionem; Abaje dicit, vel si dicas, quod perveniat ad laquefactionem, res quæ non sit præparata, licita est; & quomodo dicit Abaje? ita. Atqui extat traditio: Dictum est enim *Genes.* XVII. 24. *Carnem præputii sui*; vel in loco, ubi esset macula, incidendum erat; verba R. Josiæ; Et de illo agit textus; Quare? & dicit Abaje ad R. Jehuda; qui dicit; quod non est præparatum, prohibitum est; hæc omnia in tota lege; hic liquefactio est ex verbis Sapientum.

Misna. Adducebant eum in domum Happarvæ, & in sancto erat; velum byssinum inter illum & populum extenderunt, sanctificabat manus & pedes, & exuebat. R. Meir dicit: exuebat, sanctificabat manus & pedes, descendebat, & lavabat, adscendebat, & abstergebat; & adduxerunt illi vestes albas, induebat, & sanctificabat manus & pedes; mane induebatur Pelusiacis vestibus, quæ duodecim minas, & vesperi Indicis, quæ octoginta drachmas valebant; verba R. Meir; & sapientes dicunt; mane induebatur vestibus, quæ octodecim, & vesperi vestibus, quæ duodecim minas valebant, tota hæc triginta minarum summa universo populo irrogata erat, & si cupiebat addere, addebat de suo.

Gemara. Quid Happarva? Dicit R. Joseph; Happarva est magus. Extenderunt velum byssinum; Quid legit byssinum? R. Cahana dicit; ut innotesceret hujus diei ministerium peragendum fuisse vestitus byssinis. Mane induebatur Pelusiacis vestibus, quæ duodecim minas valebant. Atqui docetur; numerus venit, ut intelligamus; Hinc nobis eruitur, quod deficeret in istis vestibus & cum deficiat in istis, & cum multiplicet in illis, nihil refert; omnes conveniunt vestes matutinas fuisse præstantiores; unde probatur? dicit R. Huna filius R. Elai dicit textus בר בר בר בר præstantissimum quod sit in lino. Opponitur; Scriptum est *Ezech.* XLIV. 19. *Et vestient se vestimentis aliis*, & *non sanctificabunt populum in vestibus suis*. Quid scriptum est *Levit.* VI. 11. אחרים *aliis*? quæ sint his præstantiores, an pe-

pejores? Docet R. Huna bar Jehuda, & alii dicunt, Samuel bar Jehuda; postquam absolutum est ministerium cœtus; sacerdos, cui mater fecerit tunicam, potest induere, & ministrare ministerium peculiare, dummodo tradat cœtui. Recte se habet. Quod si dicas; dubitamus fortasse, quod non optime tradat; Hinc nobis constat; Dixerunt de R. Ismaele ben Phabi, cui mater fecerat tunicam centum minarum, & induit, & in ea ministravit ministerium peculiare, & tradidit cœtui; Dixerunt de R. Eliesere ben Charsum, cui mater fecit tunicam duarum myriadum, & non permiserunt fratres ejus sacerdotes induere, quia in ea apparebat quasi nudus; & qui videbat, dicit Mor, filum sexies duplicatum esse. Et dicit Abaje; quasi vinum cyathis chrystallinis. Tradiderunt sapientes; Pauper, & dives, & impius venerunt in judicium. Pauperi dixerunt; qua de causa non dedisti operam legi? Si dicat; pauper eram, & defatigavi in meis alimentis; Respondent illi; fuistine indigentior quam Hillel? dixerunt de Hillele; quod omnibus & singulis diebus operabatur, & nummulum lucrabatur, & dimidium dabat custodi Academiæ, & dimidium servabat pro suo alimento, & in alendis viris domus suæ: non invenit, quod lucraretur, & non permisit custos Academiæ, ut illuc ingrederetur, adscendit, & sedit, ut audiret verba Dei viventis ex ore Schamajah, & Abtalionis; & dixerunt; in eo die fuit vespera Sabbathi, & solstitium Thebeth, & descendit super eum nix; quando adscendit columna auroræ, dixit Schamajah ad Abtalionem fratrem suum; quotidie domus splendet, & hodie sunt tenebræ? fortasse dies est nubilus; Inclinarunt suos oculos, & viderunt imaginem viri in fenestra; surrexerunt, & invenerunt super illo altitudinem trium cubitorum nivis, abstraxerunt, & lavarunt, & unxerunt, & collocarunt contra ignem; dixerunt; dignus est iste, ut pro illo profanetur Sabbathum. Diviti dicunt; qua de causa non dedisti operam legi? Si dicat; dives eram; occupatus fui in meis facultatibus. Respondebant; erasne ditior, quam Rabi Elieser? Dixerunt de R. Eliesere ben Charsum, quod illi pater reliquerit mille urbes in arida, & contra illas mille naves in mari; & quotidie imponebat mensuram farinæ humeris suis, & incedebat de civitate in civitatem, & de provincia in provinciam ad discendam legem; Aliquando eum deprehenderunt sui servi, & fecerunt angariam; & dixit illis; vos oro, ut me dimittatis ad discendam legem; Dixerunt illi; es Rabi Eliesér ben Charsum; non te dimittemus; & in diebus suis non adivit, neque invisit illos, sed sedebat, & operam dabat legi tota die ac nocte. Impio dixerunt; quare non dedisti operam legi; si dicat; pulcher eram, & confusus eram in mea tentatione; respondebunt illi; erasne formosior Josepho? dixerunt enim de Josepho justo; quotidie uxor Putipharis verbis illum alliciebat; vestes quas mane induebat, non induebat vespera, & quas vesperi induebat, non induebat mane; dicebat illi; ausculta mihi; ille renuebat; dicebat illi; te alligabo in carcere; Respondebat illi; Deus liberat captivos; Dicebat illi; incurvabo staturam tuam; Respondebat illi; Deus erigit incurvatos; Dicebat illi; te excæcabo; respondebat illi; Deus aperit cœcos. Dedit illi mille talenta argentea, ut persuaderet, ut cum ea concumberet; & noluit ei auscultare, ut cum ea concumberet in hoc mundo, ut cum ea esset in mundo futuro; deprehenditur Hillel damnare pauperes, R. Eliesér ben Charsum divites, & Joseph impios.

Misna. Ibat ad juvencum suum, & juvencus stabat inter vestibulum & altare, capite posito in meridie, & facie in occidentem versa, & sacerdos stabat in oriente facie in occidentem versa; duas manus ei imponit, confitebatur, & sic dicebat. Obsecro Domine; Deliqui, rebellis fui, & peccavi coram te, ego, & domus mea; obsecro Domine, remitte nunc & delicta, & rebelliones, & peccata, quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi coram te, ego & domus mea, juxta quod scriptum est in lege Mosis servi tui; quoniam in hac die expiabit. Et ipsi respondebant post illum: Benedictum sit nomen gloriosum regni ejus, in secula seculorum.

Gemara. Hinc eruitur, quod dicat, spatium inter vestibulum & altare fuisse aquilonare; R. Eliesér bar R. Simeonis; extat enim traditio; Quinam est septentrio altaris? a muro altaris aquilonari usque ad murum atrii, & spatium quod erat e regione altaris, totum erat septentrio; verba R. Jose bar R. Jehuda; R. Eliesér bar R. Simeonis addit spatium inter vestibulum & altare; Rabi addit etiam locum ambulacri sacerdotum, atque etiam locum ambulacri Israelis; sed ab loco secespitarum & interius, omnes fatentur fuisse

ctificatus, ita pariter Aharon non ingressus est in adytum, priusquam non fuisset unctus oleo unctionis per septiduum. Juxta sententiam R. Jochanan; cur mors filiorum Aharon memoratur in subjecto, qui non mortui sunt nisi in impletionibus? Dicit R. Chjah bar Ba; filii Aharon die primo Nisan mortui sunt; & cur eorum mors memoratur in die expiationum? Ut doceare quod sicut dies expiationum expiabat super Israel, ita mors justorum expiaret super Israel. Dicit R. Ba bar Bina cur proximus est textus mortis Mariah Paraschæ vaccæ? Ut doceare, quod sicut cinis vaccæ expiabat pro Israel, ita pariter mors justorum expiaret pro Israele. Dicit R. Jodan filius R. Sallum cur proximus est textus mortis Aharon fracturæ tabularum? Ut doceare, quod mors justorum sit molesta coram Deo S. B. sicut fractura tabularum. Scriptum est. *Deut.* X. 6. *Filii autem Israel moverunt castra ex Beroth filiorum Jacan in Mosera, ubi Aharon mortuus est.* Quid? In Mosera mortuus est Aharon; Nonne in monte Hor mortuus est? Etenim scriptum est *Num.* XX. *Et fecit adscendere Aharon in montem Hor juxta verbum Domini, & ibi mortuus est;* Sed postquam mortuus est Aharon, ablatæ sunt nubes gloriæ, & quæsierunt Chananæi se excitare ad iram contra illos. Hoc est quod scriptum est *Num.* XXI. I. *Quod cum audisset Chananæus rex Arad qui habitabat ad meridiem venisse scilicet Israel per exploratorum viam pugnavit contra Israel.* Quid significat דרך האתרים. Quia mortuus est explorator magnus, qui explorabat illis viam & venerunt, & incitati sunt contra illos, & quæsivit Israel reverti in Ægyptum, & retrocessit octo castra, & cucurrit post eum tribus Levi, & interfecit octo familias; Illi quoque quatuor interfecerunt, sc. Amrami, Isari, Chevroni, & Uzieli. Quandonam reversi sunt? tempore David; scriptum est enim *Psal.* LXXI. 7. *Florebit in diebus ejus justus, & abundantia pacis, donec auferatur luna.* Dixerunt; quis fecit nobis hos sanguines? Responderunt, quia non fecimus misericordiam cum hoc justo; & consisterunt, se conjunxerunt, fleverunt & fecerunt justo misericordiam, & imputavit illis textus perinde ac ibi mortuus & sepultus esset; Et fecerunt justo misericordiam. R. Jose ben Chanina dicit; decima pars Ephæ, & feminalia impediunt; qua de causa? quia utrumque faciendum erat. Dicit R. Chanina: scriptum est. *Et facies Aharon & filiis ejus ita.* Quicquid dictum est in Parascha impedit. Et venit secundum quod dicit R. Samuel filius Nachman nomine R. Jonathan hoc est verbum, & hoc est verbum. Vel lectio Paraschæ impedit. Dixit R. Jochanan, quicquid impedit in generationibus, hic impedit, & quicquid non impedit in generationibus, hic non impedit. Quid dices de impositione manuum, & de reliquiis sanguinum, quæ quamvis in generationibus non impediant, hic impediunt? Dicit R. Chanina; lamina & tiara Aharon antecedebat balteos filiorum. Jehuda bar Rabi dicit scriptum est *Exod.* XXIX. *Et præcinges balteo Aharon & filios ejus.* Dicit R. Idi; hoc quod dicis, pertinet ad præceptum; verum quod spectat ad executionem dictum est *Levit.* VIII. 6. *Et admovit Mose & Aharon & filios ejus, & lavit illos aquis;* & postea. *Et induit tunica;* & deinde *Et admovit Mose Aharon & filios ejus, & induit tunicis.* Dicit R. Elieser discipulus R. Jose; certum est nobis. quod indusio albo ministravit Mose in summo sacerdotio. Dicit R. Tanchum bar Jodan; atqui extat traditio. Toto septiduo impletionum ministravit Mose in summo sacerdotio; at Divinitas per eum non habitavit; & postquam induit Aharon vestes summi sacerdotii, & ministravit, per eum Divinitas habitavit; quænam est ratio? Quia dictum est *Levit.* IX. 4. *Hodie enim Dominus apparebit vobis.* R. Jose bar Chanina quæsivit; Decima pars Ephæ quomodo offertur? dimidiane an integra? Ex eo quod scriptum est *Levit.* IX. 23. *Et ingressus est Mose & Aharon in tabernaculum conventus;* ad docendum, quod non sit ingressus cum eo, nisi ut addisceret opus suffitus; Hoc dicit; dimidia offerebatur; Non est dicendum; quod integra offeratur: explicatur pro opere suffitus, & pro decima parte Ephæ. Dicit R. Tanchum bar Jodan; nonne ex ministerio interiori nos statuimus? Jam explicata sunt ministeria exteriora. Impletiones quid erant? Sacrificium privati, an sacrificium cœtus? Ex eo quod scriptum est *Levit.* VIII. 14. *Et imposuerunt Aharon, & filii ejus manus suas super caput arietis.* Hinc dicitur fuisse sacrificium privati. Atqui docetur fuisse sacrificium cœtus. Dicit R. Idi; sponte obtulit cœtus, & illis tradidit. Impletiones undenam explicantur? a sacrificiis an ab opere creationis? Non est dicendum a sacrificiis, ubi nox consequitur diem; non est dicendum ab opere creationis, ubi dies consequitur no-

ctem. Non est dicendum a sacrificiis; nocti postremæ non fuit dies. Non est dicendum ab opere creationis quia primo diei non fuit nox. Ibi legimus, sc. in codice *Menachoth*; illi trahebant, & isti imponebant; palmus hujus juxta palmum illius; dictum est enim; *Coram me semper*. Misna R. Meir ex R. Jochanan; Fatetur R. Meir, quod si removeant veterem panem mane, & imponant novum vespera hoc quoque modo erit; *semper*. R. Jose dicit quamvis illi removeant, & isti imponant, hoc quoque modo erit; *semper*. Dicit R. Jochanan; a mansione Aharon & filiorum ejus docet R. Jose. Sicut dicitur in mansione Aharon & filiorum ejus, necesse est, ut tradatur dies nocti, & nox diei & hic necesse est, ut tradatur dies nocti, & nox diei. R. Chjiah bar Jose dicit, postquam traditur dies nocti, satis est. Quid dicit R. Chjiah bar Joseph de mansione Aharon & filiorum ejus? Sicut ibi; ubi non scriptum est de illa *Semper*, tu dicis, quod si tradatur dies nocti, satis sit; hic, ubi non scriptum est *semper*, nonne multo magis? Deprehenditur, quod dicat contra sententiam R. Jochanan septies tabernaculum fuisse erectum, & sexies dissolutum: juxta sententiam R. Chjah bar Joseph decies & quater erectum, & decies & ter dissolutum. Traditio: Toto septiduo impletionum unxit tabernaculum, & erexit & dissolvit, & disposuit in illo ministeria, & in die octavo erexit, at non dissolvit. R. Jose bar R. Jehuda dicit; etiam in die octavo erexit, & unxit, & dissolvit. Dicit R. Zangora; hoc dicis, si noctu erigatur, illegitimum est ad ministerium diei. Deprehenditur, quod dicis contra sententiam R. Jochanan juxta mentem R. Jose bar R. Jehuda, decies & quater fuisse erectum, & decies & ter fuisse dissolutum. Contra sententiam R. Chjah bar Joseph juxta mentem R. Jose bar R. Jehuda vicies & semel erectum fuit & vicies dissolutum. Unde probatur fuisse dissolutum? Dicit R. Zangora ex eo quod dictum est *Num.* VII. I. *In die qua complevit Mose tabernaculum, & erexit illud*. In die, qua completa est ejus erectio. R. Simeon ben Lakisch dicit; dictum est *Levit.* VIII. *Sicut fecit die isto, sic præcepit Dominus* &c. Atqui una est traditio nomine R. Jochanan, & altera nomine R. Simeonis ben Lakisch; in die octavo, est qui docet, quod unctum sit tabernaculum; & est qui docet, quod non fuit unctum; est qui docet, quod fuerit dissolutum; & est qui docet, quod non fuerit dissolutum. Dicit Rabi Chanina; nobis constat, quod qui dicit, quod fuerit unctum, fuerit quoque dissolutum; & qui dicit non fuit unctum, non fuit dissolutum, qui dicit unctum fuit, recte; quia scriptum est. *Et unxit illud*. Qui dicit; non fuit unctum, quomodo explicat *Et unges illud*? Vobis a me imputabitur, perinde ac unctione destitutum fuerit, & unxeritis illud. Qui dicit; dissolutum est; recte; scriptum est enim *Septem diebus expiabunt altare*. Qui dicit; non fuit dissolutum; quomodo explicabit illud, quod scriptum est; *Septem diebus expiabunt super altare*? Ut expiatio sit in sanguine, secundum illud quod traditum est: Adspergebant super utrumque de omnibus sacrificiis pro peccato, quæ ibi erant, ut venirent aquæ pro sanguine; verba R. Jehuda. R. Jose dicit, pro sanguine, & pro oleo unctionis. Exponit ben Bethira? Fortasse concumbet cum uxore sua menstrua & pellet totum septiduum; & Israelitæ suspecti sunt de mulieribus menstruis: secundum illud, quod ibi legimus; ministrabit cum puritate; si dicat pollutus sum se separat statim, reus est quia ejus exitus erat illi tanquam ejus ingressus. Deprehenditur quod dicat, quod dicit R. Jochanan; necesse est juxta mentem ben Bethira; quod dicit ben Bethira necesse est juxta mentem R. Jochanan. Hoc dicit R. Jochanan, & non dicit ben Bethira; illi dicunt; utetur lecto suo, & dormiet in conclavi Palhedrin; hoc necesse est juxta id quod dicit ben Bethira. Hæc dicit ben Bethira, & non dicit R. Jochanan; illi dicunt, separabitur a lecto suo, & dormiet in domo sua; hoc necesse est juxta illud quod dicit R. Jochanan, pariterque necesse est juxta illud quod dicit ben Bethira. Traditio: Omnia conclavia, quæ erant in sanctuario, libera erant a Mesusa, excepto conclavi Palhedrin, ubi habitabat summus sacerdos septem anni diebus. Dicit R. Jehuda, hoc quoque decretum decreverunt de illo. Dictum est enim *Deut.* VI. *In portis tuis*; Est qui docet, excludendas esse portas montis domus, & atriorum; est qui docet, esse includendas; Qui dicit esse excludendas, est R. Jehuda; qui dicunt esse includendas, sunt sapientes. Recte dicit R. Jehuda; quænam est ratio sapientum? Eo quod dictum est; *in portis tuis*. Quid? num sunt domus habitationis? Opponit R. Jose discipulus R. Bon; atqui traditio exstat; dictum est: *In portis tuis*; ad in-

includendas portas provinciæ. Num erant domus habitationis? R. Jacob bar Acha. Non; per eas ingrediuntur in domum habitationis; & hic per eas ingrediuntur in domum habitationis. Porta mulionum tenetur Mesusa. Fenestra, quæ pateat quaquaversum quatuor cubitos, ubi sedent servi, & excitant ventum dominis suis, tenetur Mesusa. Cochleæ quorum altera alteri sit imposita, tenentur Mesusa; Illæ sunt uti conculcatio liminis infimi; R. Jose dolebat, quod non vidisset cochleam R. Elai, quæ facta erat ex sententia sapientum. In conclave Palhedrin. Aba Saul vocabat conclave consiliariorum. In principio vocabant conclave consiliariorum; & nunc vocant conclave Palhedrin; fuit פראירתין plenum ministerium in primo sanctuario, ubi ministravit ipse, & filius ejus, & filius filii ejus; ministrarunt in eo octodecim sacerdotes. At in secundo, quia nummis elevabantur; & alii dicunt, quod inter se interficerent præstigiationibus, ministrarunt octoginta sacerdotes, & alii dicunt, unus & octoginta, & alii dicunt, duo & octoginta, & alii dicunt, tres & octoginta, & alii dicunt, quatuor & octoginta, & alii dicunt, quinque & octoginta; & ex his ministravit Simeon Justus quadraginta annis. Dicit Rabi Acha, scriptum est *Prov.* x. 27. *Timor Domini addet dies*. Isti sunt sacerdotes, qui ministrarunt in domo prima. *Et anni impiorum breviabuntur*. Isti sunt, qui ministrarunt in domo secunda. Narratur de quodam, qui misit per filium suum duas mensuras argenteas plenas argento, & accumulatas argento. Et venit alius, & misit per filium suum duas mensuras aureas auro plenas, & auro accumulatas. Dixerunt; ore seducit candelabrum. Invenimus non fuisse dirutam domum primam, nisi propter Idololatriam, & turpitudines, & effusionem sanguinis; atque ita in secunda. R. Jochanan bar Thurata dicit; invenimus, non fuisse dirutum Silo nisi propter contemptum solennitatum, & profanationem sanctitatum. Invenimus non fuisse dirutam domum primam nisi propter Idololatriam, & turpitudines & effusionem sanguinum; At in secunda scimus, quod operam darent legi, & essent cauti in præceptis, & in decimis, & omnis bona consuetudo erat in illis; sed amabant nummos, & inter se oderant odio gratuito; & hoc grave erat, quia odium gratuitum æquivalet Idololatriæ, & turpitudini, & effusioni sanguinum. Fortasse R. Zangora, & R. Jacob bar Acha, & R. Abuna regerentes dixerunt, magis, quia in primo ædificatum est, & in secundo non est ædificatum. Dicit R. Zangora; primi fecerunt pœnitentiam, at secundi non fecerunt pœnitentiam. Dicit R. Eliefer; primorum manifestata est iniquitas, & manifestatus est eorum finis; at secundorum manifestata est iniquitas, & non est manifestatus eorum finis; Interrogarunt R. Eliefer; generationes ultimæ num magis rectæ, quam primæ? Respondit illis; Sit vobis testimonium, domus electa probet: *Patres nostri transtulerunt contignationem*. Et allevavit velum Jehuda: sed nos perfregimus muros; & diximus; *Psalm.* CXXXVI. 7. *Diruite diruite usque ad fundamentum in ea*. Dixerunt; Omni generationi, in cujus tempore non ædificabitur (templum) imputabitur perinde ac diruerit. Substituebant illi alium sacerdotem, ne fortasse contingat illi vitium. Cur veniebant nunc cum illo? Dicit Chagi; hac de causa non uniebant; ipse illum interficiet: Dictum est; *ipse*; unum ungebant, at duos non ungebant. Dicit R. Jochanan; propter odium; Si fuerit prævaricatus ille, & ministraverit iste; in primo erit omnis sanctitas sacerdotii; & secundus non erit idoneus ut ministret loco summi sacerdotis, neque vulgaris. Dicit R. Jochanan; si fuerit prævaricatus, & ministraverit, ejus ministerium est legitimum; cujusnam est ministerium? Hinc intelligitur. Narratur de filio Elam ex Tsippori quod cum contigisset casus nocturnus summo sacerdoti in die expiationum, ingressus est ben Elam, & ejus loco ministravit in summo sacerdotio; & quando egressus est, dixit regi; Domine Rex; juvencus & hircus diei expiationum de meis bonis sunt oblati, an de bonis summi sacerdotis? Cognovit rex, qua de causa ille interrogaret. Respondit illi, fili Elam, non satis est tibi, ut una hora ministraveris coram eo, qui dixit; & fuit mundus. Et cognovit filius Elam, quod esset exauctoratus a summo sacerdotio. Narratur de Simeone ben Chamitha, quod cum esset egressus ad loquendum cum rege vespera diei expiationum, adspersum est sputum ex ejus ore super illius vestes, & immundatus est; ingressus frater ejus Jehuda ejus vice ministravit, & eorum mater vidit uno die duos suos filios summos sacerdotes. Septem Chamithæ fuerunt filii, & omnes ministrarunt in summo sacerdotio. Miserunt Sapientes, & quæsierunt ab ea; quænam opera bona feci-

cisti? Respondit illis; veniat super me; si tigna domus meæ viderint capillos capitis mei, & oram mei indusii in diebus meis. Dixerunt illi; omnis farina ut farina, & farina Chamithæ est simila; & de illa legerunt, quod dictum est *Psalm.* XLIV. 14. *Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus;* Crederem, quod unctus belli adduceret decimam partem Ephæ? Idcirco dictum est *Exod.* XXIX. *Ejus loco de filiis ejus;* Ejus filius, qui ejus vice ministrat, affert decimam partem Ephæ; excluditur unctus belli, cujus filius ejus loco non ministrat. Et unde probatur, quod filius uncti belli ejus loco non ministret? Ex eo quod dictum est ibid. *Septem diebus induet sacerdos de filiis ejus &c. Qui ingreditur in tabernaculum conventus ad ministrandum in sanctitate.* Et unde probatur, quod constituatur, ut sit summus sacerdos? Ex eo quod dictum est: *Et Phinees filius Eleazaris dux erat eorum.* R. Jose quando voluit irridere R. Eliesser discipulum R. Jose; respondit illi עמו לפנים עמו לפנים in diebus Zamriri percussit, in diebus concubinæ in Gabaa non percussit. Unde probatur, quod octo vestibus indutus interrogaret? R. Chjiah nomine R. Jochanan; Dictum est *Exod.* l. c. *Et vestes sanctitatis, quæ sua Aharon, erunt filiis ejus post eum.* Cur dictum est; *post eum?* ad magnificentiam illius, qui ministrabit post eum. Et unde probatur, quod octo vestibus ministraret? R. Jeremia nomine R. Jochanan ex eo quod dictum est; *& vestes sanctitatis, quæ sunt Aharon.* Cur dictum est; *post eum?* ad sanctificationem illius, qui ministrabit post eum. Respondit illi R. Jona; Tecum eram; non dixit, ministrabit, sed interrogabit; & cum quot interrogabat? R. Josia; Misna Bar Caphra ex Deroma, & docet; Et Sapientes dicunt, non ministrabit neque octo vestibus sacerdotis summi, neque quatuor sacerdotis vulgaris. Dicit R. Ba; æquum est ut ministret quatuor; & qua de causa non ministrat? Ne dicant; vidimus sacerdotem summum aliquando quatuor vestibus ministrantem, & aliquando octo. Dicit R. Jona; & non intus ministrat, neque foris interrogat; Et errant ab loco interiori ad exterius. Quid? Nonne R. Tarphon pater omnis Israelis erravit inter clangorem congregationis & clangorem sacrificii? Extat enim traditio: Dictum est *Numer.* x. 8. *Et filii Aharon sacerdotes clangent tubis;* perfecti, non vitio affecti; verba R. Akiba. Respondit illi R. Tarphon; exscindam meum filium, si non vidi fratrem matris meæ claudum stantem in atrio, & in manibus suam tubam habentem, & clangentem. Respondit illi R. Akiba; fortasse illum non vidisti nisi tempore congregationis; at ego dico tempore sacrificii. Dixit illi R. Tarphon; exscindam meum filium, quod non declinabo ad dextram & sinistram; ego qui factum vidi, oblitus sum neque nihi fuit explanatio; tu vero exponis, & confirmas traditionem; qui se abs te separat est similis illi, qui se separat a vita sua. *Et expiabit sacerdos, qui unctus est;* cur dictum est? Qui tota Parascha dicta est de Aharon; non probo nisi de ipso Aharon; Unde probatur ad includendum alium sacerdotem? Ex eo quod dictum est; *Qui unctus est oleo unctionis.* Unde probatur ad includendum sacerdotem multiplicatum vestibus? Ex eo quod dictum est; *& qui implebit manum suam.* Et unde probatur ad includendum alium sacerdotem, qui substitutus sit? ex eo quod dictum est; *& expiabit sacerdos.* Quo expiabit? Sapientes Cæsarienses nomine R. Chjiah bar Joseph, ore. Dicit R. Zangora; hoc dicit; quod senes ore præficiant. Dicit Rabi Chjiah bar Ada; pœniteat te in quatuor rebus, quas dixisti; & faciam te patrem synhedrii super Israel. Unde probatur, quod sicut illi substituunt alium sacerdotem, si fortasse casus nocturnus illi contingat; ita quoque aliam uxorem cum conditione despondet; ne casus ejus uxori accidat? ex eo quod dictum est; *& expiabit pro se, & pro domo sua;* ביתו est ejus uxor; verba R. Jehuda. Respondit illi R. Jose, si ita est; non erit rei finis. Quid non erit rei finis? fortasse hæc uxor morietur, & alia uxor morietur. Dicit R. Mena; donec oppones contra R. Jehuda, contradices quoque sapientibus; fortasse continget casus nocturnus huic sacerdoti, & continget casus nocturnus alteri sacerdoti; casus nocturnus facile succedit, mors non facile succedit; decreverunt de re, quæ facile succedit, & non decreverunt de re, quæ facile non succedit; Atqui invenimus, quod R. Jehuda dicat; mors facile succedit; hoc est quod ibi legimus; R. Jehuda dicit etiam aliam uxorem illi substituunt; fortasse morietur ejus uxor. Ibi legimus; si afferat libellum repudii, & reliquerit senem, aut infirmum, dabunt in ejus potestatem, ut confirmetur. Ibi tu dicis; mors non facile succedit; & hic tu dicis; mors facile succedit; Ibi in privato; & hic in

in cœtu. Gravius est in cœtu. Atqui invenimus; quod R. Jehuda aggrevet in privato; traditio: Dicit R. Jehuda; Non erat cornu nidorum in Hierusalem propter mixturas; fortasse morietur aliquis ex illis, & deprehendentur nummi sacrificiorum pro peccato mortuorum commixti cum oblatione; & sanctificetur ab hesterno die. *Et expiabit pro se & domo sua;* & non pro duabus domibus. R. Gamaliel bar Rabi Aniini quæsivit coram R. Mena, non deprehendetur quasi acquirens acquisitiones in Sabbatho. Respondit illi propter Sabbatum permiserunt in sanctuario. Dicit R. Mena, hoc dicit; quod qui ducunt viduas, necesse est ut ducant stante die, ne videantur quasi acquirere acquisitionem in Sabbatho. Neque polluitur per suam adspersionem. Dicit R. Jose discipulus R. Bon; postquam obtulit sua sacrificia, adspergebant super illum; Sacerdos summus in principio offerebat, & sumebat partem in principio. Quomodo faciebat? Hæc pellis erit mea. Una placenta ex duobus panibus, sex ex panibus facierum. Hic totum sumebat; & illic dimidium. Dicit R. Zangora; hic in sacrificio privati, & illic in sacrificio cœtus. Traditio: Rabi dicit; ego dico; non sumebat nisi dimidium; Est qui docet; quod Rabi dicat; ego dico; dimidium sumebat; Quomodo faciebat? Si ibi esset una pellis; Sapientes dicunt; totam accipiebat; Rabi dicit; ego dico; non sumebat nisi dimidiam. Si ibi erant quatuor, quinque pelles, sapientes dicunt, unam sumebat. Rabi dicit; ego dico; dimidiam sumebat. Quænam est ratio Rabi? Quod dictum est *Levit.* VI. *Quod reliquum erit ex munere, erit Aharon, & filiorum ejus.* Quid? num ignoramus quod Aharon comprehenderet filios? Et cur dictum est; *Aharon, & filiorum ejus?* Sed dicit; Aharon sumet dimidium, & dimidium ejus filii; sicut illud; exercitus & dux sunt proximi. Venit factum coram Rabi, & dixit; exercitus non comprehendit ducem; & secundum hanc rem dicit; exercitus & dux; sed dicit; Isti dant dimidium, & illi dimidium. Dicit R. Jose discipulus R. Bon; Rabi juxta suam sententiam, dicit enim Rabi; *Et erit Aharon & filiorum ejus.* Aharon dimidium, & dimidium filiorum ejus. Respondit R. Ba bar Mimal; ecce Misna contradicit: Ecce super me centum decimæ afferendæ in duobus vasis, afferet quinquaginta in altero totidemque in altero vase. Si vero afferat sexaginta in altero, & in altero quadraginta, satisfecit debito suo. Si quis dicat. Super me centum decimæ simpliciter; & non dicat in quot vasis sint afferendæ; secundum hanc rem dicet afferendas duobus vasis, afferet quinquaginta in altero, totidemque in altero vase. Atqui extat de hoc traditio; si afferat sexaginta in altero, & quadraginta in altero vase, satisfecit debito suo. Dicit R. Jose discipulus R. Bon; quia usque ad sexagina possunt misceri, perinde habetur, ac si a prima hora sexaginta statuat. Non est necesse; quia non dicit; Ecce super me sexaginta decimæ afferendæ in duobus vasis, afferat triginta in altero, totidemque in altero vase; & si afferat quadraginta in altero, & in altero viginti, satisfecit officio. Deprehenditur quod ita doceat R. Chananja; socii sapientum volunt, ut explicetur hæc mensura a decima; deprehenditur quod doceat; quod hæc mensura explicetur a mensura decimæ; dicit R. Abum; dummodo non afferat in tribus vasis. Rabi Ba bar Mimal dicit vel in multis vasis. R. Jose discipulus R. Bon nomine R. Jehosua ben Levi; Quotidie summus sacerdos induebat suas vestes, & veniebat, & offerebat sacrificium juge matutinum, si ibi adessent sacrificia votiva & spontanea, offerebat, & ibat in domum suum, & veniebat & offerebat sacrificium juge vespertinum, & abibat, & dormiebat in conclavi Palhedrin; R. Akiba nomine R. Jehosua ben Levi; non ita faciebat nisi in Sabbathis, & diebus festis. Est qui docet; lamina expiat super ejus fronte; Est qui docet; vel in angulo. Qui dicit; lamina expiat super ejus fronte, probat ex eo quod dictum est; *Exod.* XXVIII. 38. *Erit autem semper in ejus fronte.* Et quid dicit vel in angulo, probat ex eo, quod fieri consuevit in die expiationum. Qui dicit; lamina expiat super ejus fronte, favet sententiæ R. Jose discipuli R. Bon; qui dicit, vel in angulo, favet sententiæ R. Achibæ. Fortasse oblitus es, aut fortasse non didicisti? Non ita legitur; dictum est *Levit.* XXI. 10. *Sacerdos maximus inter fratres suos;* ut ejus excellentia sit præ fratribus suis. *Super cujus caput fusum est unctionis oleum.* R. dicit; forma, virtute, opibus, sapientia, & adspectu. Dicit R. Jose discipulus R. Bon; hic intelligitur de sanctuario primo, & illic de secundo. Statuebant illum in porta orientali; ubi statuebant? intusne an foris? Non est dicendum intus, secundum id, quod ibi legimus; eo die quinque

que lotiones ibi lavabat; unam; quia nemo intrabat in atrium ad ministrandum, vel purus, nisi lavisset; & quatuor propter causam diei expiationum. Non est dicendum foris; omnes enim lavabat propter causam diei expiationum; Transibant coram eo juvenci, & arietes, & agni; Et cur non dicit; hircus? Dicit R. Ba Carthaginensis; non debebat commoveri. Deprehenditur, quod doceat; vel hircus. Traditio: Non permittunt eum comdere lac, & ova, & caseum, & carnem pinguem, & vinum vetus, & condita, & fabas fressas, & lentes. Samuel dicit; neque cedrum, neque rem ullam, quæ excitet ad emittendum semen; Quamvis ita se habeant, legebant coram eo hunc textum. *Nisi Dominus ædificaverit domum*. At non ex miraculis quæ facta sunt in domo sanctuarii. Dicit Rabi Abun; eo quod dictum est; *Non experiemini*. Dicit R. Jose discipulus Rabi Bon; hoc intelligitur de primo sanctuario, & illud de secundo. Super portam aquarum erat; & proximum ejus conclavi; Ipse abibat & flebat, quod de se suspicie haberetur; & illi abibant & flebant, quod ita facere coacti essent. At qua de causa adjurabant? propter Baithusæos, qui dicebant, quod suffitus foris esset incendendus, & inferendus. Narratur de quodam, qui foris suffitum incendit, & intulit, & quando egressus est, dixit suo patri; quamvis vos inquiritis omnibus diebus vestris, tamen non facitis, donec illud homo statuit, & fecit. Respondit illi, quamvis nos inquiramus omnibus diebus nostris, tamen juxta placita sapientum nos facimus. Miror, si hujus hominis dies in mundo producantur. Dixerunt, non præteriere multi dies, & mortuus est. Et alii dicunt; egressus est ex ejus naso fluxus vermium; & quasi ungula vituli adscendit super ejus frontem; Dicendum est hoc accidisse in comburenda vacca rufa; illud in festo tabernaculorum; & alterum in die expiationum. R. Simeon dicit; non ita dicit; sed aut alterum in comburenda vacca ruffa, & in festo tabernaculorum, & alterum in die expiationum; aut alterum in comburenda vacca ruffa, & in die expiationum, & alterum in festo tabernaculorum; Qui dicit; non præteriere dies multi, & mortuus est; hæc tria omnia conjungit; Qui dicit; egressus est ex ejus naso fluxus vermium, & quasi ungula vituli prominuit ex ejus fronte, sentit cum eo qui dicit; aut accidisse alterum in comburenda vacca ruffa, & in festo tabernaculorum, & alterum in die expiationum; aut alterum in comburenda vacca ruffa, & in die expiationum, & alterum in festo tabernaculorum. Exclamavit super illis atrium; egredimini hinc filii Eli, qui polluitis domum Dei nostri. Eo die fractum est cornu altaris, illique imposuerunt massam salis, ne altare quasi fractum videretur, quia omne altare, in quo desit cornu, & circuitus, & fundamentum, est illegitimum. Quæsierunt coram R. Abau; & ecce scriptum est *Levit.* XVI. 17. *Nullus homo sit in tabernaculo conventus, quando ingreditur ad expiandum in sanctuario, donec egrediatur*. Vel illi ipsi, de quibus scriptum est *Ezech.* I. 10. *Similitudo autem vultus eorum, facies hominis*; non stabunt in tabernaculo conventus. Dixit illi, quando ingreditur juxta suum institutum. Scriptum est *Levit.* XVI. 12. *Et ingredietur ultra velum, & dabit suffitum super ignem coram Domino;* Ne foris præparet, & inferat; Etenim Sadducæi dicunt; foris præparabit, & inferet. Si coram carne & sanguine ita faciunt, multo magis coram Domino. Et dictum est. *Quia in nube apparebo super propitiatorium*. Ibid. vers. 2. Responderunt illis sapientes; Atqui dictum est; *& dabit suffitum super ignem coram Domino*. Non dabit nisi intus; Si ita est, cur dictum est; *Quia in nube apparebo super propitiatorium*? Ad docendum, ut in eo indatur herba fumum adscendere faciens; & unde probatur, quod indenda sit herba fumum adscendere faciens? Ex eo quod dictum est ibid. vers. 13. *Et operiet nubes suffitus propitiatorium, quod est super arcam*. Ecce si non indiderit herbam fumum adscendere facientem, aut aliquod de ejus aromatibus defuerit, reus sit mortis; *& non moriatur*. Ibid. vers. 2. Hæc est pœna. *Quia in nube apparebo super propitiatorium;* Hæc est præmonitio. Dicit R. Eliezer discipulus R. Simeonis, crederem pœnam & præmonitionem memoratas fuisse ante mortem filiorum Aharon? Idcirco dictum est ibid. vers. 1. *Post mortem duorum filiorum Aharon*. Si post mortem duorum filiorum Aharon; crederem utrasque fuisse memoratas post mortem duorum filiorum Aharon? Idcirco dictum est; *Quia in nube apparebo super propitiatorium*. Quomodo? Præmonitio dicta est ante mortem duorum filiorum Aharon; & pœna memorata est post mortem duorum filiorum Aharon. Dicit R. Zangora; Quia in nube apparui: non est hic scri-

ſcriptum; ſed *apparebo*. Hinc probatur, quod Deus S. B. non puniat, niſi prius præmoneat. Traditio; in *Proverbiis*, & in *Pſalmis*; quia eorum ratio interrumpit ſomnum is percutiebat digitus ſuo Cahana; Quæſivit Rab; Cur legitur Kebutali, Kebutan? Quia R. Huna dicit, digito indice; ore; & Rabi Jochanan dicit; digito indice manu; Miſna contradicit R. Jochanan, ubi dicitur; ore, non nablio, atque cithara. Hoc explicatur; ſuavitas memorata in digito indice, dicitur ore, non nablio, neque cithara. Dicit R. Mena; Non eſt veriſimile hoc, non in die expiationum (decineraretur altare) a prima vigilia, & in diebus feſtis a media nocte, ne eo devenirent ut ſiccaretur. Dicit Rabi Jochanan; Ablatio cineris eſt principium miniſterii matutini, & oportebat lavare manus & pedes ex labro immerſo in aquis &c. Dicebat illis præfectus: Exite & videte; ſi inſtet tempus mactationis; ſi inſtaret, clamabat ſpeculator; Coruſcationes; Matthia filius Samuelis dicit; illuminavit facies orientis uſque ad Hebron? Reſpondebat; ita. Cur hoc ipſis neceſſe erat? Quia aliquando fulgente luna, diem illuxiſſe exiſtimarunt, & ſacrificium juge mactarunt, ipſumque ad locum combuſtionis adduxerunt; Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt: Hæc generalis fuit regula in ſanctuario, ut quiſquis texerat pedes ſuos, lavaret, qui etiam aquas ejecerat, manus & pedes ſanctificaret. Nemo atrium intrabat ad miniſtrandum, vel mundus, antequam laverat. Sacerdos magnus quinquies in eo lavabat, & decies manus & pedes ſanctificabat in die, omneſque iſtas lotiones, & ſanctificationes in loco ſancto ſuper domum Happarvæ abſolvebat, iſta ſola excepta. Velum byſſinum inter illum & populum extenderunt; exuebat veſtimenta ſua, deſcendebat & lavabat, adſcendebat & abſtergebat; adduxerunt ei veſtes aureas; & induebat, & manus & pedes ſanctificabat; adduxerunt ei juge ſacrificium, mactabat, & alius perficiebat mactationem poſt eum, ſanguinem accipiebat, ſpargebatque, intrabat, & ſuffiebat ſuffimentum matutinum, aptabat lucernas, & caput, & membra, & frixa, & vinum offerebat. Mane inter ſanguinem & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina. Si ſummus ſacerdos ſenex erat, aut infirmus, calefaciebant ei calida, & frigidis immittebant, ut ipſis frigus remitteretur. Adducebant eum ad domum Happarvæ, & in ſancto erat; velum byſſinum inter illum & populum extenderunt; ſanctificabat manus & pedes, & veſtimenta exuebat; R. Meir dicit; exuebat veſtimenta, & manus & pedes ſanctificabat; deſcendebat, & lavabat, adſcendebat, & abſtergebat; adducebant ei veſtimenta alba, induebat, & manus & pedes ſanctificabat. Manu induebatur Peluſiacis veſtibus, quæ duodecim minas, & veſperi Indicis, quæ octoginta drachmas valebant; verba R. Meir: at ſapientes dicunt: mane induebatur veſtibus, quæ octodecim, & veſperi veſtibus, quæ duodecim minas valebant; tota hæc triginta minarum ſumma univerſo populo irrogata erat; & ipſe ſi quicquam addere cupiebat, de ſuo addebat. Ibat ad juvencum ſuum, & juvencus ſtabat inter veſtibulum & altare, capite poſito in meridie, & facie in occidentem verſa, & ſacerdos ſtabat in oriente, facie in occidentem verſa; duas manus ei impoſuit, confitebatur; & ſic dicebat: Obſecro Domine deliqui, rebellis fui, & peccavi coram te, ego & domus mea; obſecro Domine, remitte nunc & delicta & rebelliones, & peccata, quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi coram te, ego & domus mea, juxta quod ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui. Quoniam in hac die expiabit; Et ipſi reſpondebant poſt illum: Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſecula ſeculorum. Ibat ad orientem atrii, & ſeptentrionem altaris. Princeps ſacerdotum a dextris, & præfectus domus patris a ſiniſtris; duo hirci ibi erant, & urna ibi erat, in qua duæ ſortes buxinæ recondebantur. Dicit illis præfectus. Quid בורקי ברקת coruſcatio coruſcat? Ibi dicunt; ברוק בורקה coruſcando coruſcat Lux affulget; & teſtis unus fide dignus eſt. Diverſum eſt hoc loco; quia non potes ſuper illo ſtatuere; & poteſt dici; donec hic ingrediatur, & probat ab illuſtri ſapientia hanc rem; Si dicat unus teſtis: natus eſt talis in Sabbatho, ex ejus verbis illum circumcidunt; ſi computant in exitu Sabbathi, ex ejus verbis illum transferunt. R. Amme transfert per linteum; R. Methania transfert per claritatem ſolis. R. Amme transfert juxta principem, quid dicit; ſol erat impoſitus ſuis equis; & cur dicit; uſque ad Hebron? Et ille dicit; ita? propter merita patrum. Lux lunæ extollitur & adſcendit: lux ſolis diffunditur ſuper facies totius orientis; Huc uſque eſt finis menſis; ſi principium menſis; dicit R. Chanina; cerva, i. e. principium auro-

ræ donec illuminet orientem, homo potest incedere quatuor milliaria; & postquam illuminatus est oriens, donec luceat sol, homo potest incedere quatuor milliaria; & unde probatur, quod a cerva auroræ, donec illuminetur oriens, homo potest incedere quatuor milliaria? Ex eo quod dictum est *Genes.* XIX. 15. *Cumque esset mane, cogebant eum Angeli dicentes.* Ab Sodoma ad Segor intercedunt quatuor milliaria; Plura sunt. Dicit R. Zangora, Angelus abbreviabat viam ante eorum conspectum. Et unde probatur, quod postquam illuminatus est oriens usque ad ortum solis, homo potest incedere quatuor milliaria? tam hoc quam illud est alteri simile. Dicit R. Jose discipulus R. Bon; hæc est cerva auroræ; qui dicit; stella; errat; aliquando enim antecedit, & aliquando tardat. Quid hoc est? quasi duo radii lucis, quæ adscendunt ex suo loco, & illuminant. Fortasse R. Chjiah magnus, & R. Simen ben Chalphtha ambulabant in valle Arbel, viderunt cervam auroræ, quæ findebat lucem. Dicit R. Chjiah magnus Rabi Simeoni ben Chalphtha bar Rabi; Sic erit redemtio Israelis; in principio paulatim quantulumcunque incedat, incedit, & illuminat; qua de causa? Quia dictum est: *Stabo in obscuritate, & Deus erit mihi lux.* Sic in principio dictum est *Esther.* II. 21. *Et Mardochæus in regis janua morabatur.* Et postea dictum est. *Et stabat Mardochæus ad portam regis.* Et deinde VI. II. *Tulit itaque Aman stolam & equum &c.* Et posthæc VIII. 15. *Mardochæus autem de conspectu regis egrediens, fulgebat vestimentis regiis.* Et demum: *Judæis fuit lux, & gaudium*: Traditio; Si egrediatur summus sacerdos ad loquendum cum socio suo, si ad separandum debet lavare; si momento, debet sanctificare manus & pedes, & consistere; non erat breve hoc momentum; Diversa erat illa consistentia, quæ separatione fieret. Traditio: si dormiat, debet lavare; si obdormiat, debet sanctificare manus & pedes; & si dormiat debet lavare. Non ita docet R. Chjiah; Non erat sessio in atrio nisi regibus domus David duntaxat. At dicit R. Ame nomine Rabi Simeonis ben Lakisch, vel Regibus domus David non licebat sedere in atrio. Sensus est; quod innixus sit muro, & obdormierit. Atqui scriptum est 2. *Sam.* VII. 18. *Ingressus est autem rex David, & sedit coram Domino.* Dicit R. Abo bar Nigri; se composuit in oratione. Ita se habet Misna. Nemo ingrediebatur in atrium, & ad ministerium, vel mundus, si prius non lavisset; Non est rei finis ad ministerium; vel præter ministerium. Interrogarunt ben Zoma; quinam est locus hujus lotionis? Respondit illis; Si quando ingreditur de sancto in sanctum, debet lavare, quando vero ingreditur de profano in sanctum, nonne multo magis? Non est necesse; quia de sancto in sanctum non debebat lavare, de profano in sanctum debebat lavare. Dicit Same; ita se habet: Si de sancto in sanctum, ubi non erat pœna excidii debebat lavare, de profano in sanctum, ubi erat pœna excidii, nonne multo magis debet lavare? Vel de sancto in sanctum est pœna excidii; juxta id quod ibi legimus; adorabat, aut morabatur, quantum satis esset ad adorandum. Quanta erat mensura adorandi? R. Simeon dicit nomine R. Jehosua ben Levi; hujusmodi erat; *Et corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide adoraverunt.* 2. *Paral.* VII. 3. R. Abau hoc addit. *Et laudaverunt Dominum quia bonus.* R. Mena hoc etiam addit; *Quoniam in seculum misericordia ejus.* Traditio. Dicit R. Jehuda; Nos omnes non statuimus hanc lotionem, nisi propter lotionem additamenti, quia aliquando homo se confert ad lavandum, & veterem casum recordatur, & redit, & abit. Ibi legimus; qui concumbit, & mulier videt menstruum; indiget lotione; R. Jehuda absolvit. Quid dissentit R. Jehuda de lotione additamenti? Aut ea de causa, quod quamvis lavet, quid inservit? Quid inde eruitur? Si videat semen nocturnum; non est dicendum, quod dissentiat R. Jehuda de lotione additamenti; quia ex lege est. Non est dicendum; quamvis lavet, quid inservit quod lavet? Juxta id quod traditur; Dicit R. Jehuda; Nos omnes non statuimus hanc lotionem, nisi propter lotionem additamenti, quia aliquando homo se confert ad balneum, & recordatur veterem casum, & redit & abit. Hoc dicit; Non dissentit R. Jehuda de lotione, nisi ea de causa, quod quamvis lavet, quid inservit? R. Eliezer nomine R. Jehosua donec in eo mactaverit duo, aut majorem partem duorum signorum. Dicit R. Jose; Misna ita dicit; Adducebant illi sacrificium juge mactabat; scriptum est; *Jerem.* XLVI. 20. *Excisor ab aquilone veniet ei?* R. Chanina, & R. Jehosua ben Levi, alter dicit; mactabat; & alter dicit; evellebat; qui dicit; mactabat probat ex eo quod dictum est; Adducebant illi sacrificium juge, macta-

ctabat; Qui dicit; evellebat, dicit מנלייגא; *Ex argilla creatus sum etiam ego*. Scriptum est in sacrificio jugi; *mane*; pariterque scriptum est in lignis *mane*; præcedat ea res de qua dictum est *mane mane*, illam, de qua *mane* tantum dictum est; ex hac hora vel sanguinem. Dicit R. Ela; *facies* præcedet factum. Scriptum est *mane* in sacrificio jugi, pariterque scriptum est *mane mane* in suffitu; præcedat hoc de quo dictum est *mane mane*, illud, de quo non scriptum est nisi *mane*. Quomodo nos explicabimus? Si membra; ecce sunt sicut ligna. Sed hoc modo explicabimus; vel sanguinem. Scriptum est in lignis *mane mane*, pariterque scriptum est in suffitu *mane mane*; Ignoro quidam ex his præcedat. Quid permittit? Ligna permittunt suffitum; illa igitur præcedant suffitum. Veni & vide; Ligna præcedunt sanguinem, & sanguis suffitum; & tu ita dicis? Dicit R. Ela; non ex argumento demonstravi, quod ligna permitterent suffitum; & necessaria erat hæc Misna; Illi volunt dicere; Quid permittit suffitum? prunæ. Dicit R. Eliefer; herba fumum adscendere faciens. Dictum est de sacrificio jugi vespertino, pariterque dictum est de suffitu vespertino prope lucernas; pariterque dictum est de lucernis; *a vespera usque ad mane*. Postponatur res, de qua scriptum est inter vesperas prope lucernas, rei, de qua non dictum est nisi prope lucernas; nunc vel libaminibus. Dicit R. Ela; *facies* postponitur facto. Rabi Bon bar Chjiah quæsivit coram R. Ela; ibi tu dicis; *facies* præcedit factum; & hic tu dicis, *facies* postponitur facto? Respondit R. Ela; omnis expositio juxta suum propositum. Sacrificium juge matutinum ex consequentia postponendum est; Cur dictum est; *facies*? præcedit factum. Sacrificium juge vespertinum ex consequentia antevertendum est. Cur dictum est *facies?* postponitur facto? R. Zangora illum collaudavit, & vocavit filium legis. Traditio: Dicit R. Jehuda; laminas ferreas calidas calefaciebant vespera diei expiationum, & immittebant in frigidas, ut earum frigus remitteretur. Atqui non deprehenditur quasi exstinguens in die expiationum. Sed putando putat R. Jehuda, quod non essent patres operum in die expiationum. At R. Jehuda, & R. Simeon idem dicunt. Non ita putat dicendum; R. Jose & R. Simeon, uterque idem dicunt; Dicendum; quod R. Jose, & R. Jehuda, & R. Simeon idem dicant. Sed quid putat? putat R. Jehuda, quod proles ignis non sit sicut ignis. At secundum illud R. Jehuda putat dicendum, quod proles ignis non sit sicut ignis; At sapientes putant, dicendum, quod proles ignis sit sicut ignis; & calefacit illi calidas. R. Jehosua ben Abun, R. Simon nomine R. Anini ben Susi; Hæc est ratio Barajtha, ne dicant; vidimus summum sacerdotem lavantem in aquis effossis in die expiationum. Quænam est ratio R. Meir? Eo quod dictum est: Exuet, & sanctificabit, & lavabit, & sanctificabit. Quænam est ratio sapientum? Eo quod dictum est; *& exuet, & induet*; Æquiparatur spoliatio vestitioni. Sicut in vestitione sanctificabat, ita pariter in spoliatione sanctificabat. Dicit R. Mena coram R. Jodan; juxta opinionem R. Meir; lotio discriminabat. Respondit illi; putando tu putas de eo quod dicit R. Meir; & exuet, & sanctificabit, & lavabit, & sanctificabit? Non ita est; sed exuet, & sanctificabit, & lavabit, & induet, & sanctificabit; Samuel dicit; semel exuebat, & semel induebat; & utrunque in futurum. Bar Chaphra dicit; semel in futurum, & semel in præteritum, & in utrisque vestiebat; Dicit R. Jochanan; Omnes conveniunt, quod prima sanctificatio fieret pro tempore futuro: Dicit R. Jochanan; Omnes conveniunt, quod in prima sanctificatione illud impediat, qua de causa? Quia dictum est: *Statutum perpetuum in generationibus vestris*. Dicit R. Jochanan: Omnes conveniunt quod novissima sanctificatio fieret pro tempore præterito. Dicit R. Jose; sic dicit Misna; Adduxerunt illi suas vestes, & induebat; Quisnam est, qui sanctificet pedes & manus, ut induat vestes profanas? R. Jochanan dicit; *Et induet illas*; vestitio impedit; at sanctificatio manuum & pedum non impedit. Et aliquando vestitio impedit; & sanctificatio manuum & pedum non impedit; ut sint duplices; & statuitur non juxta sententiam R. Jose. R. Samuel bar R. Isaach; non descendit in Academiam; surrexit populus; R. Zangora dicit; Quid novi est vobis hodie in schola? Respondit illi; dictum est בד, ut sint duplices; & hoc statuitur non juxta opinionem R. Jose; Scriptum est enim *Exod.* XXIX. *Et filiis Aharon facies tunicas*. Sapientes dicunt, duas tunicas singulis. R. Jose dicit; vel tunicam unam singulis. Quænam est ratio sapientum? Eo quod dictum est; *Et filiis Aharon facies tunicas*. Quænam est ratio R. Jose? *Centum filiis Aharon facies*

cies tunicam. בר, ut ſint novæ; ſi dicas, quod non induat detritas; Atqui extat traditio; *& induet illas*, vel detritas. R. Chananja nomine R. Joſe; controverſia eſt; In pelle, quam præpararunt pro pittacio, licet ſcribere Meſuſam; Rabi Simeon ben Gamaliel prohibet; Dicit R. Joſe; iſti putant dicendum; in quo diſſentiunt? pro idiota; pro Deo minime; Ex eo quod traditum eſt; lapides ſanctuarii incidendi ſunt in ſanctuario, & in ſanctuario inciduntur; veſtes ſanctitatis in ſanctuario texendæ ſunt, & in ſanctuario texuntur. Et dicit R. Chanina nomine R. Joſe; controverſia eſt. Hoc dicit, etiam pro Deo. At diſſentiunt; extat enim traditio; ſi quis faciat vaſa pro Deo, donec illis Deus non utatur, licet iis privato uti; poſtquam uſus eſt Deus, non licet iis uti privato. Atqui extat traditio; Si quis faciat vaſa pro Deo, ne privatus illis utatur. R. Chananja nomine R. Joſe; eſt diſſenſio; extat enim traditio; ſi quis faciat vaſa privato, priuſquam privatus utatur, licet Deo illis uti, poſtquam uſus eſt privatus, non licet Deo illis uti. Atqui extat traditio: Si quis faciat vaſa privato, non utetur illis Deus. Rabi Huna nomine ſapientum; ibi ſenſus eſt, quod adducatur de ſeparatione conclavis; & nihil hinc eruitur. Vaſa miniſterii quando ſanctificantur? ſubito, an tempore uſus? Si dicas ſubito, recte, ſi dicas tempore uſus, ſimul ſanctificantur. Recte de vaſis Moſis, quæ ſanctificata ſunt oleo unctionis; Jam vaſa Salomonis ſimul ſanctificarunt & ſanctificata ſunt. In eorum ingreſſu in terram, evacuabant de vaſis Moſis in vaſa Salomonis; ſi deeſſent vaſa Moſis, ſimul ſanctificabant, & ſanctificabantur; Et quando adſcenderunt de captivitate evacuabant ex vaſis Salomonis in ſua; ſi deeſſent vaſa Salomonis, ſimul ſanctificabant, & ſanctificabantur; Lapides qui inciſi ſunt nomine mortui, uſu interdicti ſunt; nomine vivi, & nomine mortui, uſu ſunt permiſſi. Qui ſpargit vaſa coram lecto mortui intra quatuor cubitos, non licet illis uti; Si præter quatuor cubitos, uti licet. Deprehenditur, quod dicas, quod quinquies lavaret, & decies ſanctificaret eo die. Unde probantur duæ ſanctificationes manuum & pedum in ſingulis lotionibus? Ex eo quod dictum eſt *Levit.* XVI. *Et exuet, & lavabit, & lavabit, & induet*. Dicit R. Elieſer bar R. Simeonis; & eſt argumentum; Si ubi non debet lavare, debet ſanctificare manus & pedes, hoc loco, ubi debet lavare, non multo magis debebit ſanctificare manus & pedes? Projice tibi, quod adduxiſti. Aut dicendum, ſicut ibi ſemel toto die, hic pariter ſemel toto die; Idcirco dictum eſt ibid. *Et exuet veſtes lineas*; Neque erat neceſſe ut diceretur; *quas induit*. Quid? putamuſne omnes exuiſſe? Eas tantum, quas induerat. Si ita eſt; cur dictum eſt, *quas induit?* Æquiparatur ſpoliatio veſtitioni; ſicut veſtitio facienda erat ſanctificatione manuum & pedum, ita pariter ſpoliatio ſanctificatione manuum & pedum. Dicit R. Mena; non eſt veriſimile; ſed mutandum eſt argumentum; æquiparanda eſt veſtitio ſpoliationi, ſicut ſpoliatio facienda erat ſanctificatione manuum & pedum, ita pariter veſtitio ſanctificatione manuum & pedum. Et ſic ſecundum linum Peluſiacum erat Indico primo præſtantius, quia maximi æſtimatur. Ibi legimus; (Oleo) quod eſt in prima ſpecie, nihil eſt præſtantius; Secundum, quod eſt in prima, & primum quod eſt in ſecunda, ſunt æqualia. At ſecundum, quod eſt in prima eſt præſtantius primo, quod eſt in ſecunda; quia maximi æſtimatur. Quid nunc? Rabi Nachman nomine Rabi Mena; de veſtibus matutinis ſcriptum eſt ibid. בר בר quater; Et in veſpertinis ſcriptum eſt בר. Narratur de diſcipulo Rabi Iſmael ben Phabi, quod induerit tunicam centum minarum, & adſcenderit, & obtulerit ſuper altare. Narratur de R. Elieſere ben Charſum, quod induerit tunicam duarum millium minarum, & adſcenderit, & obtulerit ſuper altare, & fecerunt eum deſcendere fratres ejus ſacerdotes, quod in ea nudus videretur; Quid fecit? implevit illam aquis, & circumivit altare ſeptem vicibus. Quænam eſt plaga aquilonaris altaris, quæ erat legitima, ubi mactarentur ſanctiſſima? a muro altaris aquilonari uſque ad murum atrii aquilonarem, uſque ad ſpatium quod erat e regione altaris numerabantur quaſi duos & triginta cubitos; verba Rabi; R. Elieſer diſcipulus R. Simeonis dicit; ab ſpatio quod erat e regione domus ſeceſpitarum, uſque ad ſpatium, quod erat e regione loci inter veſtibulum & altare, & uſque ad parietem atrii orientalem. Rabbi addit ſpatium ambulacri Iſraelitarum ſc. undecim cubitos, & locum ambulacri ſacerdotum, ſc. undecim cubitos a muro altaris aquilonari uſque ad murum atrii orientalem. Dicit R. Jochanan. Non invenimus, quod mactatio ſit legitima per

teriori, ut in interiorem inferretur, tollebatur ex loco, qui erat interiori propinquior; & quicquid efferebatur ex loco interiori, ut in exteriori daretur, dabatur in loco, qui erat interiori propinquior. *Et implebit pugillum suum suffitu aromatum tenui*. Magnus juxta magnitudinem suam, & parvus juxta suam parvitatem; & talis erat ejus mensura; & de bonis cœtus esse debebat. *Aromatum*; ut in eo omnia ejus aromata essent; *tenui*; quid dicendum erat? Cum jam dictum sit *Exod.* xxx. 36. *Et contundes de illo tenue*. Si ita est, cur dictum est; *tenui?* Ut sit tenue ex tenui. Quomodo faciebat? separabat tres minas a vespera diei expiationum, & restituebat in mortarium, quantum satis esset, ut implere posset pugillum suum, ad observandum tenue ex tenui. *Et adducet illum ultra velum, & ponet suffitum super ignem coram Domino*; ne foris præparet, & inferat; Quia Sadducæi dicebant, quod foris præparet, & inferat; si coram Rege terrestri ita fit, eo magis coram Domino. Et dictum est; *Quia in nube apparebo super propitiatorium*. Responderunt sapientes; Atqui textus dicit; *Et ponet suffitum super ignem coram Domino*. Non dabat nisi intus. Si ita est, cur dictum est; *Quia in nube apparebo super propitiatorium?* Hinc docetur, quod indere deberet herbam fumum adscendere facientem; & unde probatur, quod indere deberet herbam fumum adscendere facientem? Ex eo quod dictum est; *Et operiet nubes suffitus propitiatorium, quod est super testimonium; & non morietur*. Hinc probatur, quod si non indidisset herbam fumum adscendere facientem, aut aliquod ex ejus aromatibus defuisset, reus esset mortis. *Et accipiet de sanguine juvenci*; sumebat ab illo, qui miscebat; *& adsperget*; non distillabat; *& adsperget*; & non effundebat. *Digito suo*; dictum est hic *digito suo*; pariterque illic dictum est *digito suo*; sicut ibi digito aptissimo manus dextræ, ita pariter hic digito aptissimo manus dextræ. *Super facies propitiatorii ad orientem*. Hæc est constitutio principii; quod ubicunque dicitur propitiatorium, intelligendum sit ad facies orientis. Alia explicatio. *Super facies propitiatorii ad orientem*. Non intendebat ad spargendum neque superne, neque inferne, sed instar flagellantis. *Ad facies propitiatorii adsperget septies*; non septem guttas; *septies*; ut numeret septies, semel & septies. *Et mactabit hircum sacrificii pro peccato, qui erat populi*; Quod ejus fratres sacerdotes cum eo non expiabantur. Et cum quo expiabantur? juvenco eorum fratris. Crederem, quod non expiarentur juvenco eorum fratris, de quo dictum est, *qui ejus erat*? Quonam igitur expiabantur? Nunc nulla erit illis expiatio. Quando vero dicit; *& pro sacerdotibus & pro universo populo congregationis expiabit*: Ecce dicit, quod illis esset expiatio: Et quonam expiabantur? Melius erat, ut expiarentur juvenco eorum fratris; eo quod invenimus, quod ex ejus generali sit impartitus; Quoniam erant ejus familia, cum eo expiabuntur; neque expiabuntur cum sacrificio cœtus, eo quod nulli sit de illo data pars nisi cœtui. Si vero velis iterum argumentari; *Et offeret Aharon juvencum sacrificii pro peccato, qui ejus erat, & expiabit pro se, & pro domo sua*. Isti sunt de domo Aharon. *Et adducet ejus sanguinem ultra velum*; Docetur; quod cum eo in adytum ingrederetur; Hinc non probo nisi de sanguine hirci; cum quo ingrediebatur in adytum; Unde probatur de sanguine juvenci, quod cum eo in adytum ingrederetur? Ex eo quod dictum est; *Et faciet ejus sanguini, sicut fecit sanguini juvenci*. Sicut cum sanguine hirci in adytum ingrediebatur; ita pariter cum sanguine juvenci in adytum ingrediebatur. *Et adsperget illum ad propitiatorium*. Docetur, quod semel superne adspergeret; *& coram propitiatorio*; ignoro quoties. Ego ita argumentor. Memorantur in juvenco adspersiones sanguinis inferiores, & similiter memorantur in hirco adspersiones sanguinis inferiores, sicut adspersiones sanguinis, quæ memorantur in juvenco, septies adspergebantur, ita pariter adspersiones sanguinis, quæ in hirco memorantur, septies inferne adspergentur. Sed hoc modo potes argumentari; memorantur sanguines superiores, & memorantur sanguines inferiores, sicut superne semel, ita pariter semel inferne. Videamus cuinam sit similius; explicandum inferius ab inferiori, at non est explicandum inferius a superiori: Aut hoc modo explicandum est. Explicandus est sanguis hirci ab sanguine hirci, at non est explicandus sanguis hirci ab sanguine juvenci. Idcirco dictum est; *& faciet ejus sanguini, sicut fecit sanguini juvenci*. Sicut sanguis juvenci inferne septies adspergebatur, ita pariter hirci sanguis inferne septies erat adspergendus. At ignoro quoties de sanguine juvenci superne esset adspergendus. Memorantur adspersiones sanguinum

num

num in hirco ſuperne, pariterque memorantur adſperſiones ſanguinum in juvenco ſuperne; ſicut adſperſiones ſanguinum in hirco memoratæ ſemel ſuperne adſpergebantur, ita pariter adſperſiones ſanguinum in juvenco memoratæ ſemel ſuperne erant adſpergendæ. Sed hoc modo explicari poteſt. Memorantur ſanguines inferiores, & memorantur ſanguines ſuperiores; ſicut ſanguines inferiores ſepties adſpergebantur, ita pariter ſuperiores ſepties erant adſpergendi. Videamus cuinam ſit ſimilius. Explicandum eſt ſuperius ab ſuperiori, at non eſt explicandum ſuperius ab inferiori. Aut hoc modo eſt explicandum: explicandus ſanguis juvenci ab ſanguine juvenci; at non eſt explicandus ſanguis juvenci ab ſanguine hirci. Idcirco dictum eſt; *& faciet ejus ſanguini, ſicut fecit ſanguini juvenci*; ut eorum omnes operationes ſint pares. Sicut ſanguis juvenci inferne ſepties, ita pariter hirci ſanguis inferne ſepties adſpergebatur. Sicut ſanguis hirci ſuperne ſemel, ita pariter juvenci ſanguis ſuperne ſemel adſpergebatur. *Et expiabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael, & ab eorum iniquitatibus, & ab omnibus peccatis eorum, & ita faciet pro tabrnaculo conventus &c.* Ego hic poſſum includere tres immunditiès, immunditiam Idololatriæ: ſicut inferius dictum eſt *Levit.* xx. 3. *Et contaminaverit ſanctuarium meum, ac polluerit nomen ſanctum meum;* Immunditiam turpitudinum; dictum eſt enim ibid. XVIII. 30. *Nolite facere ex ſtatutis abbominationum, quæ fecerunt hi, qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis.* Immunditiam effuſionum ſanguinum; dictum eſt enim *Num.* xxxv. 34. *Et non polluetur terra, in qua vos habitatis, quia ego in ea habito.* Crederem quod pro iſtis omnibus immunditiis hic hircus expiaret? Idcirco dictum eſt; *ab immunditiis eorum;* non ab omnibus eorum immunditiis. Quid invenimus, quod diſtinguat textus ab genere omnium immunditiarum? immunditiem ſanctuarii, & ejus ſanctitatum; hic quoque non diſtinguit niſi immunditiem ſanctuarii & ejus ſanctitatum; verba R. Jehuda; R. Simeon dicit; Ex ipſo contextu eruitur; Dictum eſt enim; *Et expiabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael;* & non ab omnibus immunditiis, quæ erant in ſanctuario: Crederem, quod pro omnibus immunditiis ſanctuarii & ejus ſanctitatum hic hircus expiaret? Idcirco dictum eſt; *ab eorum iniquitatibus;* Hæc ſunt peccata ex contumacia commiſſa; Atque ita dixit Rex Moab 2. *Reg.* III. 7. *Rex Moab receſſit a me.* Et ſimiliter dictum eſt ibid. VIII. 22. *Tunc receſſit & Lobna in tempore illo.* Hinc dixerunt; In quo fuerit notitia in principio, & notitia in fine, hic hircus pœnam ſuſpendebat, donec cognoſceret, & tum afferre debebat ſacrificium adſcendens & deſcendens, & pariter dictum eſt; *& ab omnibus peccatis eorum;* pro illis, qui tenentur ſacrificiis pro peccato. *Atque ita faciet pro tentorio conventus;* Sicuti faciebat pro adyto, ita faciebat pro templo. Sicut in adyto ſemel ſurſum, & ſepties deorſum de ſanguine juvenci, ita pariter in templo ſemel ſurſum, & ſepties deorſum de ſanguine juvenci. Sicut in adyto ſemel ſurſum & ſepties deorſum de ſanguine hirci, ita pariter in templo ſemel ſurſum, & ſepties deorſum de ſanguine hirci. *Quod habitat cum ipſis inter immunditiès.* Quamvis ipſi ſint immundi, Divinitas habitat inter eos. *Nullus autem homo ſit.* Crederem in atriis? Idcirco dictum eſt; *in tabernaculo conventus;* Non probo niſi de tabernaculo conventus, unde probatur ad includendum Silo, & domum ſeculorum? Ex eo quod dictum eſt; *Ad expiandum in ſanctuario.* Non probo niſi pro tempore, quo ingreditur, ad expiandum cum ſuffitu; unde probatur pro tempore quo ingreditur ad expiandum cum ſanguinibus? Ex eo quod dictum eſt; *Cum ingreditur ad expiandum.* Non probo niſi pro tempore quo ingreditur, pro tempore quo egreditur unde probatur? Ex eo quo dictum eſt; *donec egrediatur;* uſque dum egrediatur. *Et expiabit pro ſe & pro domo ſua, & pro univerſa congregatione Iſrael;* ejus expiatio præcedebat expiationem domus ſuæ, & expiatio domus ſuæ præcedebat expiationem omnium Iſraelitarum. *Et egredietur ad altare, quod eſt coram Domino.* Cur dictum eſt? Dicit R. Nehemia; quia invenimus, quod in ſuo juvenco, qui afferebatur pro omnibus præceptis, conſiſtebat ad partem exteriorem altaris, & adſpergebat ſuper velum, quando adſpergebat; Crederem hic quoque ita fuiſſe faciendum? Idcirco dictum eſt; *Quod eſt coram Domino;* & ubi erat? ultra altare. Aut ego dicam, quod non loquatur niſi de altari exteriori? Idcirco dictum eſt; *quod eſt coram Domino.* Ecce non loquitur niſi de altari interiori. *Et expiabit ſuper illo;* ut expiatio fiat in ipſo corpore altaris: *Et accipiet de ſanguine juvenci & de ſanguine hirci;* quo tempore

re sunt commixti; Crederem de hoc seorsim, & de illo seorsim? Idcirco dictum est; *De sanguine sacrificii pro peccato expiationum*. Simul; Quomodo ego explicabo; *& accipiet de sanguine juvenci, & de sanguine hirci*? Quo tempore sunt commixti. *Et dabit super cornua altaris*. Incipiet ab cornu orientali aquilonari, aquilonari occidentali, occidentali australi, australi orientali; in loco, ubi incipiebat in sacrificio pro peccato super altare exterius, ibi perficiebat in altari interiori. R. Jehuda dicit, nomine R. Eliefer; in loco suo stabat, & spergebat, & super omnia dabat ex inferiori parte ad superiorem, excepta illa, quæ erat in ejus conspectu, in qua dabat a superiori parte ad inferiorem. *In circuitu*. R. Ismael dicit; dictum est hic *in circuitu*, pariterque illic, sc. in altari exteriori dictum est *in circuitu*, sicut *in circuitu* eo loco dicto intelliguntur quatuor adspersiones distinctæ, ita pariter hoc loco. *Et adsperget super illud*. Super puritatem altaris. *De sanguine*; de quo agitur. *Septies*; non septem guttas; *septies*; ut numeret septies non semel & septies. *Et emundabit & sanctificabit illud ab immunditiis filiorum Israel. Enumdabit*; in præteritum; *& sanctificabit*; in tempus futurum. *Et perficiet expiationem sanctuarii*; Si expiaverat, perfecerat; verba R. Akiba. Respondit illi R. Jehuda, qua de causa dicit; si perfecerat, expiaverat? Ad docendum; quod si una ex omnibus adspersionibus defuisset, perinde erat, ac si non expiasset; *Et perficiet expiationem sanctuarii*; Hoc est adytum; *tabernaculi conventus*; hoc est templum; *altaris*; hoc est altare; ad docendum, quod omnibus & singulis seorsim esset expiatio. Hinc dixerunt; quod si partem interiorum adspersionum adsperserit, & effundatur sanguis, adducetur alius sanguis, & incipiet sicut a principio, in adspersionibus interioribus. R. Eliefer, & R. Simeon dicunt; non incipiet nisi a loco, ubi cessavit; si perfecerit adspersiones interiores, & effundatur sanguis, adducetur alius sanguis, & incipiet sicut in principio, in adspersionibus exterioribus. Si adsperserit partem adspersionum, & effundatur sanguis, adducetur alius sanguis, & incipiet, sicut in principio, in adspersionibus exterioribus; R. Eliefer & R. Simeon dicunt; non incipiet nisi a loco, ubi cessavit: Si perfecerit adspersiones exteriores, & effundatur sanguis, adducetur alius sanguis, & incipiet in adspersionibus altaris; Si adsperserit partem adspersionum in altari, & effundatur sanguis, adducetur alius sanguis, sicut in principio, & incipiet in adspersionibus altaris. R. Eliefer, & R. Simeon dicunt, non incipiet nisi a loco ubi cessavit. Si perfecerit adspersioues altaris, & effundatur sanguis; adspersio fundamenti non impedit. Et omnes polluunt vestes; & comburebantur in loco cineris; verba Rabi Eliefer; R. Simeon & R. Meir dicunt; non polluebant vestes, & non comburebatur in loco cineris, nisi ultimus, qui perfecerit expiationem. *Et offerret hircum vivum*. Hactenus necesse erat, ut esset vivus. *Et imponet Aharon duas manus super caput hirci*; Docetur, quod ambabus manibus fieret impositio; constitutio principii, quod impositiones ambabus manibus essent peragendæ. *Super caput vivi*. Vivo imponendæ erant manus; at hircis Idololatriæ non erant manus imponendæ; verba R. Jehuda; R. Simeon dicit; Vivo ab Aharon erant manus imponendæ, & hircis Idololatriæ, ab Aharon non erant manus imponendæ; quia dicebat R. Simeon; omnibus sacrificiis pro peccato cœtus, quorum sanguis in adytum inferebatur, erant imponendæ manus; *Et confitebitur super illo*; hæc est confessio verborum. Quomodo confitebatur? Ah Domine, peccarunt, deliquerunt, rebelles fuerunt coram te, populus tuus domus Israel; Ah Domine, remitte, quæso peccata, delicta, & rebelliones, quæ peccarunt, & deliquerunt, & in quibus rebelles fuerunt coram te populus tuus, domus Israel, sicut scriptum est in lege Mosis servi tui. Et illi respondebant; sit benedictum nomen gloriosum regni ejus in secula seculorum. Non probo nisi pro peccatis certis, pro dubiis, pro peccatis ex violentia, & errore commissis unde probatur? Ex eo quod dictum est. עוונות; omnes iniquitates; פשעיהם omnes eorum rebelliones, חטאתם, omnia eorum peccata; Crederem, quod, illi quoque qui tenerentur sacrificiis pro peccato, & pro delicto, cum illis expiarentur? Idcirco dictum est; *illos*; *illos* super caput hirci, at non qui tenebantur sacrificiis pro peccato & pro delicto super caput hirci. Hinc dixerunt, quod qui tenebantur sacrificiis pro peccato, & pro delicto, super quos præterierit dies expiationum, tenerentur adducere post diem expiationum; qui autem tenebantur sacrificiis pro delicto dubio, liberi erant. *Et emittet per manum viri parati*; ut fiat legitimus vel alienus; *parati*, ut sit præ-

præparatus; *parati*; vel in Sabbatho; *parati*; vel in immunditie. *Et portabit hircus ille super se*; super se is portabat; sed non alii hirci cum illo; Pro quo expiabant alii hirci? pro immunditie sanctuarii, & ejus sanctitatum. Et quænam erat illa immundities sanctuarii, & ejus sanctitatum, quam ceteri hirci expiabant? Qui ex contumacia ingrediebantur in sanctuarium, & polluebant sanctuarium, & ejus sanctitates, hirco interiori expiabantur. Hinc dixerunt, quod omnes, in quibus fuerit notitia in principio & in fine, & ignorantia in medio, debeant adducere sacrificium adscendens & descendens; In quo fuerit notitia in principio, at non fuerit notitia in fine, hircus qui intus offertur, & dies expiationum suspendit, donec agnoscat, & adducat sacrificium adscendens & descendens. Si non fuerit notitia in principio, & fuerit in fine, hircus, qui foris offerebatur in die expiationum, expiabat; dictum est enim; *præter sacrificium pro peccato expiationum;* pro quo alter expiabat, expiabat alter; Sicut interior non expiabat nisi super re, in qua esset notitia; & super re, in qua non esset notitia neque in principio, neque in fine, hirci festorum, & hirci noviluniorum expiabant; verba R. Jehuda, R. Simeon dicit: Hirci festorum expiabant; at hirci noviluniorum non expiabant. Et super quo hirci noviluniorum expiabant? Super mundo, qui comedisset immundum. R. Meir dicit; omnium hircorum æqualis erat expiatio pro illo, qui immundasset sanctuarium, & ejus sanctitates. R. Simeon dicit; Hirci noviluniorum expiabant pro mundo, qui comedisset immundum; & hirci festorum expiabant pro illo, in quo non esset notitia neque in principio neque in fine; & hirci diei expiationum expiabant pro illo, in quo non esset notitia in principio, sed esset notitia in fine. Dixerunt illi; quid? ut alter pro altero offeratur? Respondit illis; offeratur. Dixerunt illi; quoniam eorum expiatio non erat æqualis, quomodo offerebantur? Respondit illis; omnes adducuntur ad expiandum pro immunditie sanctuarii, & ejus sanctitatum. R. Simeon ben Jehuda dicit ejus nomine; hirci noviluniorum expiabant pro mundo, qui comedisset immundum, præstantiores illis erant hirci festorum, qui expiabant pro mundo, qui comedisset immundum, & pro illo, in quo non fuerit notitia neque in principio neque in fine; præstantiores illis erant hirci diei expiationum, qui expiabant pro mundo, qui comedisset immundum, & pro illo, in quo non fuerit notitia neque in principio neque in fine, & pro illo, in quo non fuerit notitia in principio, & fuerit in fine. Illi dixerunt; dicebat ille; quid? ut alter pro altero offerretur? Respondit; ita. Dixerunt illi; si ita est; offerantur hirci diei expiationum pro hircis noviluniorum; at quomodo hirci noviluniorum poterunt offerri pro hircis diei expiationem ad expiandam expiationem, quæ in ipsis non erat? Respondit illis; omnes adducuntur ad expiandum pro immunditie sanctuarii & ejus sanctitatum. Et qui per contumaciam immundabat sanctuarium, & ejus sanctitates, hircus qui intus offerebatur in die expiationum, expiabat; & pro ceteris peccatis in lege memoratis, levibus, & gravibus, & ex contumacia, & ex errore commissis, sive prudens, sive imprudens fuisset, & pro excidiis, & suppliciis Synhedrii hircus emissarius expiabat. *Ad desertum, ad desertum, in deserto*; ad includendum desertum Nob, & Gabaon, Silo, & domum seculorum. *Et ingredietur Aharon in tabernaculum conventus;* Tota Parascha ordine dicta est; excepto hoc textu; *& ingredietur Aharon in tabernaculum conventus;* At cur ingrediebatur? Ut educeret acerram, & thuribulum. Dicit R. Jehuda; unde probatur, quod quinquies lavaret, & decies sanctificaret eo die? Ex eo quod dictum est; *Et ingredietur Aharon in tabernaculum conventus, & exuet vestes lineas, quas induerat, quando ingressus est in sanctuarium, & lavabit carnem suam aquis in loco sancto, & induet vestes suas*. Docetur, quod quinques lavaret, & decies sanctificaret eo die. R. Meir; quid? hinc ego addisco? Nonne jam dictum est; *vestes sanctitatis sunt; & lavabit aquis carnem suam, & induet illas*? Docetur; quod varians a vestibus aureis in vestes albas, & a vestibus albis in vestes aureas, lavare deberet. Quinque ministeria faciebat, sacrificium juge matutinum vestibus aureis; & ministerium diei vestibus albis; & egrediebatur, & faciebat ejus holocaustum, & holocaustum populi, ejus arietem, & arietem populi, & septem agnos perfectos vestibus aureis; ingrediebatur ad educendam acerram, & thuribulum vestibus albis; & faciebat sacrificium juge vespertinum vestibus aureis; & dictum est; *vestes sanctitatis sunt; & lavabit aquis carnem suam, & induet illas*. Docetur, quod varians a vestibus aureis in vestes albas,

bas, & a vestibus albis in vestes aureas, lavare deberet. Si ita est, cur dictum est; *& lavabit carnem suam aquis in loco sancto, & induet vestes suas?* Ecce non loquitur nisi de sanctificatione manuum & pedum; & unde probatur, quod in singulis lotionibus bis sanctificaret manus & pedes? Ex eo quod dictum est; *& exuet, & lavabit, & lavabit, & induet.* Dicit R. Eliesei bar R. Simeonis; & est argumentum; si ubi non obligatur ad lotionem, obligatur ad sanctificationem manuum & pedum, ubi obligatur ad lotionem, non erit æquum, ut obligetur ad sanctificationem manuum & pedum? Sume tibi, quod adduxisti; Sicut ibi semel, toto die hic quoque semel toto die. Si ita est, cur dictum est; *& exuet vestes lineas?* Quod non erat necesse ut diceretur; *quas induerat.* Quid putas; omnes exuisse? illas tantum, quas induerat; Si ita est, cur dictum est; *quas induerat?* Comparatur spoliatio vestitioni, sicut vestitio peragebatur sanctificatione manuum & pedum, ita quoque spoliatio peragenda erat sanctificatione manuum & pedum. *Et relinquet eas ibi;* Docetur, quod essent recondendæ; neque essent legitimæ in diem futurum expiationum. R. Jose dicit; erunt legitimæ sacerdoti vulgari; *& lavabit carnem suam aquis in loco sancto;* In conclavi domus Happarvæ; & quinque lotiones perficiebantur eo die, & omnes in loco sancto, in domo Happarvæ, excepta hac prima, quæ fiebat in profano super porta aquarum; *& exibit, & faciet holocaustum suum, & holocaustum populi, & expiabit pro se & pro domo sua, & pro populo;* ejus holocaustum præcedebat holocaustum populi, & ejus expiatio præcedebat expiationem populi; *& adipem sacrificii pro peccato adolebit super altare; adolebit* vel in sabbatho; *adolebit* vel in immunditie. *Et qui emittit;* non qui emittit emittentem; *& qui emittit bircum ad Azazel, lavabit vestes suas;* crederem, quod postquam egressus esset de muris atrii, immundaret vestes suas? Idcirco dictum est; *ad Azazel lavabit vestes suas;* si *ad Azazel lavabit vestes suas;* crederem quod non immundaret vestes suas, donec perveniret ad Azazel? Idcirco dictum est. *Et qui emittit bircum ad Azazel lavabit vestes suas.* Quomodo? Postquam egressus erat ex muris Hierusalem, immundabat vestes suas; verba R. Jehuda. R. Jose dicit. *Ad Azazel lavabit vestes suas.* Non immundabat vestes suas, donec perveniret ad saxum. R. Simeon dicit; *& qui emittit bircum ad Azazel, lavabit vestes suas.* Quando projiciebat de monte, immundabat vestes suas: *Lavabit vestes suas, & lavabit carnem suam aquis.* Crederem esse decretum regis? Idcirco dictum est. *Et deinde veniet in castra.* Sicut ואחר eo loco sc. in leproso dictum est propter immunditiem; ita pariter, hoc loco. *Et juvencum sacrificii pro peccato, & bircum sacrificii pro peccato, cujus sanguis illatus ad expiandum est in sanctuario, educet, & qui comburit illos lavabit vestes suas.* Cur dictum est? Crederem quod non immundarent vestes, & non comburerentur in loco cineris, nisi isti duntaxat? Et unde probatur ad includendum juvencum sacerdotis uncti, & juvencum propter ignorantiam alicujus præcepti cœtus, & hircos Idololatriæ? Ex eo quod dictum est; חטאת חטאת *sacrificium pro peccato, sacrificium pro peccato* verba R. Jehuda. Rabi dicit, ex ipso contextu eruitur, ubi dictum est; *cujus sanguis illatus est ad expiandum in sanctuarium.* Hæc est constitutio principii; quod in omnibus sacrificiis, quorum sanguis illatus sit, qui comburit, immundet vestes. *Ad expiandum in sanctuario;* si expiaverint juxta eorum præceptum, comburebantur in domo cineris, & immundabant vestes, si non expiaverint juxta eorum præceptum, comburebantur in domo Bira, sc. in sanctuario; & non immundabant vestes. *Et educet extra castra.* Sicut ibi, sc. in juvenco sacerdotis uncti, tu assignas tria castra, hic quoque tu assignas tria castra. Si ita est, cur dictum est. *Et educet extra castra?* Quando egressus erat extra una castra, qui comburebat immundabat vestes suas. Hinc dixerunt; Quando exportant super vectibus; si primi egressi sunt de muris atrii, & novissimi nondum sint egressi, primi immundabant vestes, & novissimi non immundabant vestes, donec egrederentur. *Et comburent igne eorum pelles, & carnem, & fimum;* memoratur hic pellis, caro, & fimus & memoratur ibi, sc. in holocausto, pellis, caro, & fimus; sicut pellis, caro & fimus ibi memoratus per dissectionem, hic pariter per dissectionem. *Et qui comburit;* non qui accendit ignem; neque ille qui disponebat struam; Quis est qui comburit? Qui operam præstat tempore combustionis; Crederem quod immundaret vestes postquam in cinerem reducti essent? Idcirco dictum est; אותם אותם *illi illi* immundabant vestes; & non ille

le qui comburebat, postquam in cinerum redacti essent, immundabat vestes; verba R. Jehuda; R. Simeon dicit; non immundabant vestes, donec in majore parte accensus esset ignis. אותם *illi*; si autem consumta sit caro, comburens non immundabat vestes. *Et erit vobis*; & non aliis; *in statutum perpetuum*; domui seculorum; *in mense septimo*; Crederem integro mense? Idcirco dictum est. *In decima die mensis affligetis animas vestras*. Crederem, quod consisteret in sole, & in frigore, ut affligeretur? Idcirco dictum est; *& nullum opus facietis*. Sicut opus quod tibi alio loco, sc. in Sabbatho interdixi, est opus cujus causa rei sunt excidii, ita pariter aflictio, quam tibi alio loco interdixi est aflictio, cujus causa rei sunt excidii. Et ista sunt residua, & abhominanda; unde probatur ad includendos fructus indecimatos? Ex eo quod dictum est; *& affligetis animas vestras*; includit. Includam ego fructus indecimatos, pro quibus est pœna mortis; & non includam cadavera, pro quibus non est pœna mortis? Idcirco dictum est. *Affligetis animas vestras*; includit. Includam ego cadavera, quæ prohibentur præcepto negativo, & non includam profana, quæ non prohibentur præcepto negativo? Idcirco dictum est; *affligetis animas vestras*; includit. Includam ego profana, quæ sunt ex præcepto; surge, & comede: & non includam separationem, & decimam secundam, quæ sunt ex præcepto, surge & comede? Idcirco dictum est; *affligetis animas vestras*; includit. Includam separationem, & decimam secundam, quæ non sunt ex præcepto; ne sint residua, & non includam sanctitates, quæ sunt ex præcepto; ne sint residua? Idcirco dictum est; *Affligetis animas vestras*; includit. Alia explicatio: *Affligetis animas vestras*. Afflictio, in qua consistat præservatio animarum vestrarum? Et quænam hæc est? Cibus & potus. Nomine R. Ismaelis dixerunt; dictum est hic; *affligetis animas vestras*. Et dictum est illic, sc. *Deut.* VII. 3. *Afflixit te, & fecit te esurire*. Sicut afflictio eo loco dicta est fames, ita pariter afflictio hoc loco dicta est fames. *Et nullum opus facietis*; Crederem, non licuisse emundare olera, & præparare lectum, & lavare calices? Et est argumentum; dictum est hic opus; pariterque dictum est opus in opere tabernaculi, sicut opus memoratum in opere tabernaculi est opus, in quo sit æstimatio, & cogitatio; ita pariter opus hic memoratum est opus, in quo sit æstimatio & cogitatio. Aut dicam sicut opus memoratum in opere tabernaculi, est opus perfectum; ita pariter hic opus perfectum. Non probo nisi de opere perfecto; sc. ne scribat in libro, ne texat vestem, ne faciat totam cribrum; unde probatur, quod non scribat duas literas, & non texat duo fila & non faciat duas commissuras in cribro, & vanno? Ex eo quod dictum est *opus & omne opus*. Non probo nisi pro opere arbitrario, pro opere præcepti; unde probatur? sc. ne scribat duas literas in libris sacris, in Thephilin, & Mesusis, ne texat duo fila in feminalibus, & in velis? Ex eo quod dictum est; *opus & omne opus*; includit: Non probo nisi pro opere, cujus causa rei sunt excidii; pro opere, cujus causa non sunt rei excidii, unde probatur sc. ne scribat, ne texat filum unum, ne faciat unam commissuram in cribro & in vanno? Ex eo quod dictum est; *opus & omnes opus*; includit: Non probo nisi pro specie operis, cujus causa rei sunt excidii, pro specie operis cujus causa non sunt rei excidii, unde probatur, sc. ne ascendat arbores, ne equitet super bestia, ne natet in aquis, ne percutiat manu super femur, ne complodat manibus, & ne saltet? Ex eo quod dictum est; *sabbathum quietis*. Non probo nisi pro quiete arbitraria, pro quiete præcepti unde probatur, sc. ne sanctificet, ne æstimet, neque anathemata faciat, neque elevet, neque separet, neque decimet, neque despondeat, neque repudiet, neque renuat, neque extrahat calceum, neque fratriam ducat, neque redimat plantam anni quarti, & decimam secundam? Ex eo quod dictum est; *sabbathum quietis*. *Indigena*; hic est indigena; האזרח ad includendum mulieres indigenæ; גר hic est proselytus, הגר ad includendum mulieres proselyti. *Inter vos*; ad includendum mulieres, & servos. *Quia in die hoc expiabit pro vobis*; in sacrificiis. Et unde probatur, quod si vel defuissent sacrificia, & hircus hodiernus, tamen expiet? Ex eo quod dictum est; *& in die hoc expiabit*. Peccata quæ inter Deum & hominem intercedunt dies expiationum expiat; & quæ inter hominem & ejus socium intercedunt, dies expiationum expiat, donec placaverit ejus socium. Hoc exponit R. Eliefer ben Azaria. *At omnibus peccatis vestris coram Domino Deo vostro mundabimini*. Quæ inter te & Deum intercedunt, tibi ignoscentur, quæ inter

te

te & socium tuum intercedunt, non ignoscentur, donec socio tuo satisfeceris. Et unde probatur, quod in die expiationum vetitus sit cibus, potus, lotio, & unctio, & indutio calcei, & usus lecti? Ex eo quod dictum est; *sabbathum quietis*. Crederem, hæc omnia vetita fuisse vel in sabbatho creationis? Idcirco dictum est; הוא *illud*; In illo omnia hæc vetita sunt, at omnia hæc non sunt vetita in sabbatho creationis. *Et expiabit ille qui unctus fuerit*. Cur dictum est? Quia integra Parascha dicta est de Aharon. Non probo nisi de ipso Aharon, unde probatur ad includendum alium sacerdotem? Ex eo quod dictum est; *ille qui unctus est*. Non probo nisi pro uncto, pro vestibus multiplicato, unde probatur? Ex eo quod dictum est; *& qui implebit manum suam*. Unde probatur, quod substituatur alius sacerdos? Ex eo quod dictum est; *& expiabit sacerdos. Ut sacerdotio fungatur vice patris sui*. Docetur, quod filius omnes antecellat; Crederem, vel si non impleverit locum patris sui, omnes antecelleret? Idcirco dictum est; *Et qui implebit manum suam*; quando implebat locum patris sui, omnes antecellebat; si non impleverit locum patris sui, veniat alter, & ejus vice ministret. Et unde probatur, quo sicuti, substituebatur illi alius sacerdos, propter dubium, ne casus nocturno profanaretur, ita pariter alia uxor substitueretur, propter dubium, ne aliquid in ejus uxore contingeret? Ex eo quod dictum est; *Et expiabit pro se, & pro domo sua*; Domus sua est ejus uxor; verba R. Jehuda. Respondit illi R. Jose; si ita est; non erit rei finis. Unde probatur ad includendas alias vestes inter vesperas? Ex eo quod dictum est; *& induet vestes lineas vestes sanctitatis*; Constitutio principii, ut omnes vestes byssinæ de bonis sanctuarii comparentur. *Et expiabit sanctuarium sanctitatis*; Hoc est adytum; *Tabernaculum conventus*; hoc est templum. *Altare*; hoc est altare. *Expiabit*; etiam atria; *Sacerdotes*; Hi sunt sacerdotes; *populum congregationis*; hi sunt Israelitæ. *Expiabit*; etiam Levitas; æquiparat omnes in una expiatione: Docetur, quod expiarentur hirco emissario; verba R. Jehuda; R. Simeon dicit; Sicut sanguis hirci, qui intus immolabatur, expiabat Israelitas, ita pariter sanguis juvenci expiabat sacerdotes; sicut confessio hirci emissarii expiabat Israelitas, ita pariter confessio juvenci expiabat sacerdotes: *& erit hoc vobis in statutum perpetuum, ad expiandum filios Israel ab omnibus peccatis eorum semel in anno*. Cur dictum est? Quia invenimus, quod hoc per se expiaret vel sine hircis, crederem reliquis anni diebus sine suis hircis expiasse? Idcirco dictum est: *semel in anno*. Excludam Pascha, & solennitatem tabernaculorum, quæ per septiduum celebrantur, & non excludam festum hebdomadarum, quod uno die celebratur? Idcirco dictum est; *semel in anno*. Excludam festum hebdomadarum, quod est festum instar ceterorum festorum, & non excludam festum principii anni, quod est festum sicut dies expiationum? Idcirco dictum est; *Hoc semel in anno*. Hoc expiabat vel sine hircis. Unde probatur, quod integra Parascha ordine dicta sit? Ex eo quod dictum est. *Et fecit, sicut præcepit Dominus Mosi*. Et unde probatur, quod Aharon non indueret vestes ad suam dignitatem, sed tantum ad confirmandum decretum regis? Ex eo quod dictum est. *Et fecit, sicut præcepit Dominus Mosi*. Et unde probatur, quod Aharon audiret ex ore Mosis perinde ac audisset ex ore Dei? Ex eo quod dictum est; *Et fecit, sicut præcepit Dominus Mosi*. Et hac de causa textus illum commendat in Prophetis sicut dictum est *Malach.* II. 5. *Pactum meum fuit cum eo; Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non est inventa in labiis ejus, in pace & in æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate*.

In hoc ministerio diei expiationum præcipuum & præstantissimum Jesu Christi novi Testamenti Pontificis ministerium præfiguratum est teste *Paulo* Epist. ad *Hebræos* cap. IX. Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν. σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥτε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἅγια. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες. εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ Πνεύματος ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν

ἁγίων

ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν. ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα καθ᾽ ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. μόνον ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος τε καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τοῦτ᾽ ἔστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως. οὐδὲ δι᾽ αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ Πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι; Καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν, ὅπως θανάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας. ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου. διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος. ὅθεν οὐδ᾽ ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται. λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐρράντισε. λέγων. τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός. καὶ τὴν σκηνὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας τῷ αἵματι ὁμοίως ἐρράντισε. καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις. ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τούτοις καθαρίζεσθαι. αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας. οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. οὐδ᾽ ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ. (ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. καὶ καθ᾽ ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις. Οὕτως ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν. σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ᾽ ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας ἅπαξ κεκαθαρμένους. ἀλλ᾽ ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ᾽ ἐνιαυτόν. ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας. τότε εἶπον. ἰδοὺ ἥκω (ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ) τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου. ἀνώτερον λέγων. ὅτι θυσίαν καὶ προσφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας (αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται.) τότε εἴρηκεν. ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεὸς, τὸ θέλημά σου. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ. ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ. καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ᾽ ἡμέραν λειτουργῶν καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας. αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. *Habuit quidem & prius justificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum; aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ testamenti; superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium, de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes; In secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua & populi ignorantia. Hoc significante Spiritu Sancto, nondum propalam esse Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis; juxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis & in potibus, & variis baptismatibus, & justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non hujus creationis neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemtione inventa. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis*

cinis vitulæ adspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi? Et ideo novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemtionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris; Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse universo populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum aqua & cum lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum adspersit; dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus; *Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine similiter adspersit; & omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam istis: Non enim in manufacta sancta Jesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis; Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno; Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel in consummationem seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium: Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata; secundo sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem. Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos ipsis hostiis, quas offerunt, indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: Alioquin cessassent offerri: ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est, sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Inde ingrediens mundum dicit:* Hostiam & oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi: Holocautomata pro peccato non tibi placuerunt: Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam: *Superius dicens:* Quia hostias & oblationes, & holocautomata pro peccato noluisti, *nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur:* Tunc dixi: Ecce venio, ut faciam, Deus voluntatem tuam: *aufert primum, ut sequens statuat: In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel; & omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei.* Et paulo post *Paulus* fideles hortatur, ut confidenter tanti Pontificis gratia & autoritate ad Deum accedant. Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ, κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ [πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος] καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων. μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τισὶν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν. *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi; quam initiavit nobis viam novam, & viventem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei; Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda; Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est, qui repromisit) & consideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto videmus appropinquantem diem.* Et cap. IV. 14. Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ᾽ ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam conse-*

qua-

quamur, *& gratiam inveniamus in auxilio opportuno.*

CAPUT IX.

De successione in Pontificatum.

CUm satis superque a celeberrimo *Johanne Seldeno* hoc argumentum de *successione in Pontificatum*, illustratum sit, breviter de hoc agendum putavimus. Omnium Judæorum consensu ex filiis natu major in Pontificatu succedebat. *Babyl. Joma* 72. 2. באלו נשאלין באורים ותומים כי אתא רב דימי אמר בגדים שכהן גדול משמש בהם משוח מלחמה משמש בהם שנאמר ובגדי הקדש אשר לאהרן יהיו לבניו אחריו למי שבא בגדולה אחריו מתיב רב אדא בר אהבא ואמרי לה כדי יכול יהא בנו של משוח מלחמה משמש שחתיו כדרך שבנו של כהן גדול משמש תחתיו תלמוד לומר שבעת ימים ילבשם הכהן תחתיו שבניו אשר יבא אל אהל מועד מי לבא אל אהל מועד אמר רבי נחמן בר יצחק הרי קאמר כלי שעיקר משיחתו לאוהל מועד יצא זה שעיקר משיחתו למלחמה. Istis vestibus interrogant in Urim & Thummim. Quando venit R. Dime dixit; vestibus, quibus ministrabat summus sacerdos, ministrabat unctus belli; dictum est enim *Exod.* XXIX. 29. *Et vestes sanctitatis, quæ sunt Aharon, erunt filiis ejus post eum.* Erunt illi, qui venit ad dignitatem post eum. Respondit R. Ada bar Aba; & dixerunt; possum ego credere, quod filius uncti ministret ejus loco, sicut filius summi sacerdotis ejus loco ministrat? Idcirco dictum est ibid. 30. *Septem diebus induet illas sacerdos ejus vice de filiis ejus, qui ingreditur tabernaculum conventus.* Qui dignus est, qui ingrediatur tabernaculum conventus. Dicit R. Nachman bar Isaach hic dicit. Vestes erunt illi, cujus unctionis fundamentum est, ut ingrediatur tabernaculum conventus; excluditur iste; cujus unctionis fundamentum est belli causa. *Hierosl. Horajoth* 47. 4. ומניין למשוח מלחמה שאין בנו עומד תחתיו תלמוד לומר שבעת ימים ילבשם הכהן וגו' את שהוא בא אל אהל מועד לשרת בקודש בנו עומד תחתיו ואת שאינו בא אל אהל מועד לשרת בקודש אין בנו עומד תחתיו. Et unde probatur, quod filius uncti belli ejus loco non ministret? Ex eo quod dictum est. *Septem diebus induet illas sacerdos &c.* Qui ingreditur in tabernaculum conventus ad ministrandum in sanctuario, ejus filius ejus loco ministrat; qui vero non ingreditur in tabernaculum conventus, ejus filius ejus loco non ministrat. *Siphra* 17. 4. משיח אין לי אלא משוח בשמן המשחה מרובה בגדים מניין תלמוד לומר והכהן יכול שאני מרבה אף משוח מלחמה תלמוד לומר תחתיו מבניו את שבנו עומד תחתיו מביא עשירית האיפה יצא משוח מלחמה שאין בנו עומד תחתיו ומניין שאין בנו עומד תחתיו תלמוד לומר שבעת ימים ילבשם הכהן תחתיו מבניו אשר יבא אל אהל מועד לשרת בקודש את שבא אל אהל מועד לשרת בקודש בנו עומד תחתיו יצא משוח מלחמה שאינו בא אל אהל מועד לשרת בקודש מבניו יעשה אותה מלמד שיהא בן קודם לכל שבעולם יכול אף על פי שאינו ממלא מקום אביו תלמוד לומר אשר ימלא את ידו בזמן שימלא את מקומו של אביו הוא קודם לכל אדם ואם אינו ממלא מקום אביו יבוא אחר וישמש תחתיו. *Unctus. Levit.* cap. VI. Non probo nisi de uncto oleo unctionis, multiplicatus vestibus unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Et sacerdos.* Crederem posse etiam includere unctum belli? Idcirco dictum est; *ejus vice de filiis ejus*; ejus filius, qui ejus vice constituitur, offert decimam partem Ephæ; excluditur unctus belli, cujus filius ejus vice non constituitur. Et unde probatur, quod ejus filius ejus loco non constituitur? Ex eo quod dictum est *Exod.* XXIX. 30. *Septem diebus induet illas sacerdos ejus vice de filiis ejus qui ingredietur tabernaculum conventus ad ministrandum in sanctuario*; ejus filius, qui ingreditur in tabernaculum conventus ad ministrandum in sanctuario, ejus loco constituitur: excluditur unctus belli, cujus filius non ingreditur in tabernaculum conventus ad ministrandum in sanctuario. *De filiis ejus faciet illud.* Docetur, quod filius ceteros homines antecedat. Crederem vel si non implevit locum patris suis? Idcirco dictum est. *Qui impleverit manus suas.* Quando implebit locum patris sui omnes homines antecedit. Si vero non implebit locum patris sui; veniet alius, & ejus loco ministrabit. *Siphra* iterum 24. 3. רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי אלעזר בן עזריה הרי הוא אומר וימת נדב ואביהוא לפני יהוה בהקריבם אש זרה לפני יהוה ובניו לא היו להם שאילו היה להם בנים היו קודמים לאלעזר ואיתמר שכל הקודם בנחלה היא קודם בכבוד. Raban Simeon ben Gamliel dicit nomine R. Eliesеris ben Azaria; ecce dictum est *Deut.* XXIV. 1. *Et mortui sunt Nadab & Abibu coram Domino, cum offerrent ignem alienum coram Domino; & filii non fuerunt illis.* Si enim illis fuissent filii prælati fuis-

se Eleazar, & Ithamar; quia qui præcedit in hæreditate, præcedit quoque in dignitate. *Aben Ezra* ad l. c. *Deut. Et filii non erant illis* אבל אם היו לנדב ואביהוא בנים היו קודמים לאלעזר ואיתמר בכהונה גדולה. Si vero fuissent filii Nadab & Abihu, prælati fuissent Eleazaro, & Ithamar in summo sacerdotio. *Maimonides* de vasis sanctuarii cap. IV. כשמת המלך או כהן גדול או אחד משאר הממונים מעמידין תחתיו בנו או הראוי ליורשו וכל הקודם לנחלה קודם לשררות המת והוא שיהיה ממלא מקומו בחכמה או ביראה אף על פי שאינו כמותו בחכמה שנאמר במלך הוא ובניו בקרב ישראל מלמד שהמלכות ירושה והוא הדין לכל שררה שבקרב ישראל שהזוכה לה זוכה לעצמו וזרעו. Mortuo rege, aut pontifice, aut alio quovis in dignitate constituto, loco ejus substituitur filius ejus aut is, qui jure hæreditario est proximus. Nam quisquis in hæreditate anteferendus est, etiam is in defuncti dignitatibus est anteferendus, modo ejusmodi fuerit, ut locum ejus cum sapientia suppleat, aut saltem cum timore, tametsi ei sapientia sit dispar. Secundum id quod scriptum est *Deut.* XVIII. 20. de rege: *Ipse & filii ejus in medio Israel*. Animadvertendum inde regnum esse hæreditarium. Atque hoc etiam jus est universis dignitatibus, quæ sunt in medio Israelis, qui in earum aliquam fuerit erectus, is eam non sibi solum, sed & posteris suis retineat. Hinc *Raschi* ad I. *Paral.* XXIV. Josuam filium Josedeci prælatum scribit Ezræ patruo, utpote fratris majoris filium. וימת נדב ואביהוא ובנים לא היו להם לפי שלא היו להם בנים כיהנו אלעזר ואיתמר במקומם אבל אם היו לנדב ואביהוא בנים היו קודמים לאלעזר ואיתמר בכהונה גדולה שכן מצינו בעזרא שהרי יהוצדק אביו של יהושע היה יהוצדק ועזרא בני שריה היו כדכתיב לעיל ושריה הוליד את יהוצדק ובעזרא כתיב עזרא בן שריה ויהוצדק הלך בגולה ובבל וכשעלו מבבל עלה יהושע ושימש ולא שימש עזרא לפי שהיה יהוצדק הבכור וקדמו בן אחיו הבכור כדכתיב בנבואת חגי יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול. *Et mortui sunt Nadab & Abihu, & filii non fuerunt illis*. Eo quod non fuerunt illis filii; *ministrarunt in sacerdotio Eleazar & Ithamar* in eorum loco; Si fuissent Nadab & Abihu filii, prælati fuissent Eleazaro, & Ithamar in summo sacerdotio; quia sic invenimus in Ezra, quia Josedechos erat pater Jehosua & Ezra filius Saraja; sicuti supra scriptum est. *Et Azaria genuit Josedechum*; & de Ezra scriptum est. *Ezra filius Saraje*; & Josedechus abiit in captivitatem Babylonem; & quando adscenderunt de Babylone, adscendit Jehosua, & ministravit, & non ministravit Ezra quia Josedechus erat primogenitus, & prælatus fuit filius sui fratris; sicuti scriptum est in prophetia Haggæi I. I. *Jehosua filium Josedech saderdotem magnum*. Aharoni patri, mortuis Nadab & Abihu, primogenituræ jure Eleazar in summo sacerdotio successit, sicuti dictum est *Num.* XX. 25. קח את אהרן ואת אלעזר בנו והעל אתם הר ההר והפשט את אהרן את בגדיו והלבשתם את אלעזר בנו ואהרן יאסף ומת שם ויעש משה כאשר צוה יהוה ויעלו אל הר ההר לעיני כל העדה ויפשט משה את אהרן את בגדיו וילבש אתם את אלעזר בנו וימת אהרן שם בראש ההר וירד משה ואלעזר מן ההר. *Tolle Aharon & filium ejus Eleazarum cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaveris Aharon vestibus suis, indues eis Eleazarum filium ejus: Aharon colligetur, & morietur ibi. Fecit Mose ut præceperat Dominus, & adscenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumque Aharon spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium ejus; & mortuus est Aharon ibi in vertice montis; & descendit Mose, & Eleazar de monte. Targum Jonathan* דבר ית אהרן וית אלעזר בריה ואפיק יתהון לטוריום אומנוס ואשלח ית אהרן ית לבושין יקר כהונתא והלבישינון ית אלעזר בריה ואהרן יתכנס וימות תמן ועבד משה היכמא דפקיד יי׳ יתיה וסליקו לטורום אומנוס כד חמן כל כנשתא ואשלח משה ית אהרן ית לבושוי איקר כהונתא ואלבוש ית אלעזר בריה ומית אהרן תמן בריש טורא ונחת משה ואלעזר מן טורא. *Accipe Aharon & Eleazarum filium ejus, & adscendere fac eos in montem Umanum. Exuas quoque Aharon vestibus suis decore sacerdotii, & induas eis Eleazarum filium ejus: Aharon autem colligatur, & moriatur ibi. Et fecit Mose sicut præcepit Dominus ipsi; & adscenderunt in montem Umanum vidente tota congregatione. Et exuit Mose Aharon vestibus suis ornatu sacerdotali, & induit Eleazarum filium ejus, & mortuus est Aharon ibi in cacumine montis, descenditque Mose & Eleazar ex monte*. Confirmatur summum sacerdotium in Pinchaso filio primogenito Eleazari *Num.* XXV. 10. וידבר יהוה אל משה לאמר פינחס בן אלעזר בן אהרן הכהן השיב את חמתי מעל בני ישראל בקנאו את קנאתי בתוכם ולא כליתי את בני ישראל בקנאתי לכן אמר הנני נותן לו את בריתי שלום והיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהנת עולם

תחת

תחת אשר קנא לאלהיו ויכפר על בני ישראל. *Dixitque Dominus ad Moſen. Phinees filius Eleazari filii Aharon ſacerdotis avertit iram meam a filiis Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos, ut non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei: Et erit tam ipſi quam ſemini ejus pactum ſacerdotii ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo & expiavit ſcelus filiorum Iſrael.* Targum Jonathan ומלל יי עם משה למימר פנחס קנאה בר אלעזר בר אהרן כהנא אתיב ית ריתחו מעל בני ישראל בזמן דקני ית קנאתי וקטיל חייבא דביניהון ואמטוליה לא שיציית ית בני ישראל בקנאתי בשבועה אימר ליה מן שמי האנא גזר ליה ית קימי שלם ואעבדיניה מלאך קיים ויהי ללעמא למבשרא גאולתא בסוף יומי׳ וקולף דחסדוהי למימר הלא בר פוטי מדינאה הוא האנא מיחסיניה לכהונתא רבתא וחולף דאחד רומחא בדרעיה ומחא למדיניתא לבית בהתת קיבתא וצלי בפומיה על עמא בית ישראל יזכון כהוניא לתלת מתנן דרועא ולעא וקובתא ותהי ליה ולבנוי בתרוי קיים רבות עלם חולף דקני לאלהיה וכפר על בני ישראל. *Et locutus eſt Dominus cum Moſe dicendo. Pinchas zelotes filius Eleazari filii Aharon ſacerdotis avertit furorem meum a filiis Iſrael, eo tempore quo zelatus eſt zelum meum interficiendo peccatores, qui inter eos erant; & propter ipſum non perdidi filios Iſrael in zelo meo; Jurejurando dico ipſi per nomen meum: Ecce ego decerno illi fœdus meum pacis, & faciam ipſum Angelum fœderis, ut vivat in æternum ad annuntiandum redemtionem in fine dierum. Et propterea quod probro afficiunt eum, dicendo: Annon filius eſt Puti Madianitæ? Ecce ego adſcribo eum ſacerdotio ſummo. Et propterea quod apprehendit lanceam brachio ſuo & percuſſit Madianitidem in pudendo ſuo, & oravit ore ſuo pro populo domus Iſrael, merito acquirent ſacerdotes tria dona, humerum, maxillam & ventriculum; & erit illi & filiis ejus poſt ipſum fœdus unctionis ſempiternum, eo quod zelatus ſit pro Deo ſuo, & expiavit pro filiis Iſrael.* Hac de cauſa *Kimchi* ad I. *Paral.* VI. hæc ſcribit. הזכיר יחס אלעזר ולא יחס איתמר לפי שמבני אלעזר היו כהנים גדולים עד עולם כי כן אמר לפנחס הקדוש ברוך הוא כאשר קנא בשיטים והיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהנת עולם זו היא כהונה גדולה כי גם כן בני איתמר היו כהנים ואלה שמבני פנחס והיו כהנים גדולים עד עולם ובצדוק היתה תחלת הברכה הזאת עד יהוצדק גם מבני איתמר כי עלי היה כהן גדול שהיה מבני איתמר וכן אחימלך ואביתר בנו. Recenſetur progenies Eleazaris, & non Ithamaris. Quoniam ex Eleazaridis fuere Pontifices maximi in perpetuum. Etenim ſic locutus eſt Deus Phineeſo tempore, quo zelo ductus eſt in Shitim *Num.* XXX. *Habebit ipſe & ſemen ejus poſt ipſum fœdus ſacerdotii perpetuum*; ſc. principatum ſacerdotii ſeu Pontificatus. Nam etiam & Ithamaridæ ſacerdotes fuere, ſed eis qui ex Phineeſo oriundi erant, Pontificatus perpetuus fuit. Quod tamen ita intelligendum, ut initium benedictionis illius collocetur in Sadoko, quæ ad Jehoſedecum minime interrupta eſt. Nam fuere etiam Pontifices ex Ithamaridis, Eli ſcilicet Pontifex erat ex Ithamaro oriundus; ſic etiam Achimelech, & Abiathar ejus filius,

Trecentis aut circiter a morte Eleazari annis Pinchaſum Pontificem fuiſſe conſtat ex *Judic.* XX. 28. ubi dicitur belli Benjamitici tempore vixiſſe. *Kimchi* ad I. *Paral.* IX. 20. ופנחס בן אלעזר נגיד היה עליהם רוצה לומר על משפחת הקרחי היה נגיד פנחס בן אלעזר לפנים בימי אבותיהם כמו שהיה אלעזר אביו ממונה עליהם כמו שאמר ופקדת משמרת כו׳ אלעזר בן אהרן ואחריו היה פנחס בנו נגיד גם כן עליהם כי היה יהוה עמו והיה גדול מבני איתמר לפיכך היה נגיד כל ימיו עליהם ויש מרבותינו שאמרו פנחס זה אליהו ואמת כי פנחס חיה ימים רבים כי בימי פלגש בגבעה ראינו שהיה עדיין חי כמו שאמר שם ופנחס בן אלעזר וכו׳ והיה אז יציאת מצרים יותר משלש מאות שנה והוא היה מיוצאי מצרים. *Phinees autem filius Eleazari erat dux eorum*; i. e. familiæ Coritarum: præerat Phinees filius Eleazari diebus patrum noſtrorum; ſicut ejus pater Eleazar illis præerat; ſicuti dictum eſt *Numer.* III. 32. *Erit ſuper excubitores &c. Eleazar filius Aharon.* Et poſt illum ejus filius: illis præfuit Phinees ejus filius, quia Deus erat cum eo; Et erat major filiis Ithamar, quia omni tempore quo vixit; illis præfuit; & nonnulli de noſtris ſapientibus dicunt, quod Phinees eſſet Elias; & verum eſt, quia Phinees diuturno tempore vixit, quia tempore concubinæ in Gabaa videmus, quod viveret, ut eo loco ſc. *Judic.* XX. 28. dictum eſt. *Et Phinees filius Eleazari &c.* Et tum ab egreſſu Ægypti plus trecentos annos natus erat; quia fuit ex iis, qui egreſſi ſunt de Ægypto. Nonnulli volunt adducti l. c. *Paral.* in templo Janitoribus præfuiſſe, ut neceſſe ſit, ut vixerit plus quam quadringentos annos. *Hieronymus* ad h. l. Hic monſtratur Phinees

nees adhuc eo tempore vivere. Alii vero rectius putant quod Phinees hic memoratus diversus sit a Phineeso Pontifice filio Eleazari. *Kimchi* ad h. l. ויש אומרים ופנחס בן אלעזר נגיד היה עליהם אינו זה פנחס הכהן כי זה הפנחס היה לוי וזהו שאמר לפנים ה' עמו כלומר זה פנחס אינו אותו פנחס שהיה לפנים כי אותו יהוה עמו יהיה שורה עליו רוח הקודש וזה לא היה בו אבל גדול היה ונגיד היה על הלוים והפרוש הנכון היא מה שפירשתי. Et alii dicunt; quod Phinees, qui illis præerat, non esset Phinees sacerdos, quia iste Phinees erat Levita; & ille de quo dictum est. *Coram Deo cum eo*; sc. iste Phinees, non erat ille Phinees, qui erat antea quia de isto dictum est; *Deus erat cum eo*; & habitavit super illo spiritus sanctus; at in hoc non habitavit; sed erat magnus, & præerat Levitis; & hæc expositio, quam exposui, recta & idonea est. Summo sacerdotio dicitur fuisse expoliatus, eo quod Jephte voto suo solvere noluerit. *Kimchi* ibid. ודרשו רז"ל כי נסתלקה ממנו שכינה על שלא התיר נדרו של יפתה וזהו שנאמר נגיד היה עליהם הוא אין אלא היה ואמר לפנים יהוה עמו בימי זמרי מחה ובימי פילגש בגבעה לא מחה כלומר בימי זמרי היה יהוה עמו והיה כח בידו למחות ומחה והיה כפרה לישראל שלא כלו בימי זמרי כי יהוה היה עמו והיה כח בידו למחות אבל בימי פלגש בגבעה לא היה כח בידו למחות כי לא היה יהוה עמו כי כמה אלפים מתו מישראל עד שלא נצחו לבני בנימין. Et exposuerunt sapientes nostri f. m. quod ab eo recessit Divinitas, eo quod non solverit votum Jephthe; & hoc est quod dictum est; *erat dux eorum*. At non erat Deus & dictum est; *coram Deo cum eo*. In diebus Zambri percussit; & in diebus concubinæ in Gabaa non percussit; i. e. in diebus Zambri *Deus erat cum eo*, & erat vis in ejus manu ad percutiendum, & percussit, & erat expiatio pro Israele, quod non perierint in diebus Zambri; quia Deus erat cum eo, & erat vis in ejus manu ad percutiendum: sed in diebus concubinæ in Gabaa non erat vis in ejus manu ad percutiendum: quia non erat Deus cum eo; quia multa millia ex Israele sunt periere, priusquam vincerentur filii Benjamin. *Raschi* ad l. c. *Paral.* רבותינו אמרו הוא פנחס הכהן ועל שלא התיר ליפתה נדרו נסתלקה שכינה ממנו. Dicunt nostri sapientes hunc fuisse Phineesum sacerdotem, atque ex eo quod non solverit Jephthem voto suo, recessisse ab eo Divinitatem. *Saidus Batricides* פתאמת תנוע עלי נפשהא פי ואלגבל שהרין וכאנוא אצחאב יפתאח עד אשארוא עליה הן ימשי אלי פנחאש אלנבי אבן לעזאר הרון וישאלה לעלת יפתיה במה יחלעבה אבנתה פחמלה ען אלמלאך לא יחבי אליה ופנחאש אלנבי חמלה ען אלנבות אן לא יחבי אליה ובעד שהרין עמל יפתאח אליהודי עידא עטימא ודבח אבנתא פי דלך אליום פשמי דלך אלעיד איד נוע. Et manebat lugens seipsam (*filia Jephthis*) in monte binos menses. Jam vero consiliarii Jephthis suaserant eum, ut adiret Phinees prophetam filium Eleazari filii Aharonis, atque eum consuleret, ut ab eo disceret qua ratione filiam morte eriperet. Sed monitus est ab Angelo ne ad eum adiret. Etiam & Phinees propheta monitum accepit ex prophetia, ne indulgeret ei. Jamque transactis binis illis mensibus ingens festum celebravit Jephthes Judæus, & filiam suam immolavit eadem die; quem festu luctus numcupavit. Vide gloss. ad *Gemaram Babyl. Thaanith* fol. 4. *Vaicra Raba* Parash. *Bereshith Raba* parash. 60. *Midras Kobeleth* ad cap. x. 15. Phineeso exautorato successit in Pontificatu Heli Ithamarides, cui propter peccata filiorum minatur Deus fore ut summum sacerdotium iterum ad Eleazaridas transferatur, uti legitur I. *Sam.* II. 27. ויבא אש אלהים אל עלי ויאמר אליו כה אמר יהוה הנגלה נגליתי אל בית אביך בהיותם במצרים לבית פרעה ובחר אתו מכל שבטי ישראל לו לכהן לעלות על מזבחי להקטיר קטרת לשאת אפוד לפני ואתנה לבית אביך את כל אשי בני ישראל למה תבעטו בזבחי ובמנחתי אשר צויתי מעון ותכבד את בניך ממני להבריאכם מראשית כל מנחת ישראל לעמי לכן נאם יהוה אלהי ישראל אמור אמרתי בתיך ובית אביך יתהלכו לפני עד עולם ועתה נאם יהוה חלילה לי כי מכבדי אכבד ובוזי יקלו הנה ימים באים וגדעתי את זרעך ואת זרע בית אביך מהיות זקן בביתך והבטת צר מעון בכל אשר ייטיב את ישראל ולא יהיה זקן בביתך כל הימים ואיש לא אכרית לך מעם מזבחי לכלות את עיניך ולאדיב את נפשך וכל מרבית בתיך ימותו אנשים וזה לך אות אשר יבא אל שני בניך אל חפני ופנחס ביום אחד ימותו שניהם זה קיימתי לי כהן נאמן כאשר בלבבי ובנפשי יעשה ובניתי לו בית נאמן והיתה לך לפני משיחי כל הימים והיה כל הנותר בבתיך יבא להשתחות לו לאגורת כסף וככר לחם ואמר ספחני נא אל אחת הכהנות לאכל פת לחם. *Venit antem vir Dei ad Heli & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex* om-

omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, ut adſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me; & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſrael. Quare calce abjeciſtis victimam meam, & munera mea quæ præcepi, ut offerrentur in templo, & magis honoraſtis filios tuos, quam me ut comederetis primitias omnis ſacrificii Iſrael populi mei? Propterea ait Dominus Deus Iſrael. Loquens locutus ſum, ut domus tua, & domus patris tui miniſtret in conſpectu meo uſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc a me: ſed quicunque glorificaverit me; glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles: Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non ſit ſenex in domo tua. Et videbis æmulum tuum in templo in univerſis proſperis Iſrael, & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo; ſed ut deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua. Et pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem venerit. Hoc autem erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: In die uno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet; & ædificabo ei domum fidelem. Et ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. Futurum eſt autem, ut quicunque remanſerit in domo tua, veniat ut oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: Dimitte me obſecro ad unam partem ſacerdotalem, ut comedem bucellam panis. Targum Jonathan. ואתא נבייא דיי לות עלי ואל׳ כדין אמר יי׳ איתגלאה איתגליתי לבית אביך כד הוו במצרים ומשעבדין לבית פרעה ואתרעיתי ביה מכל שבטיא דישראל קדמי למהוי כהין לאסקא קורבנא על מדבחי לאקטרא קטרת בוסמין למלבש אפוד לשמשא קדמי ויהבית לבית אביך ית כל קורבניא דבני ישראל למה אתון אנסין בניכסת קודשיא ובקורבני דפקידית לקרבא קדמי בבית מקדשי ויקרית ית בנך קדמיתא לאכלותהון מריש כל קורבן מנחת ישראל לעמי בכן אמר יי אלהא דישראל מימר אמרית ביתך ובית אבוך ישמשון קדמי עד עלמא וכען אמר יי קושטא אינון דינאי ארי לדמיקרין קדמי איקר ודמבסרין על שמי יתשטון הא יומיא אתאן ואקטוף ית תקוף זרעך וית תקוף זרע בית אבוך מלנוהוי סיב בביתך ותהי חזי מסתכל ותהי חזא בעקתא דתיתי על אנש ביתך בחובין דחבתון קדמי בבית מקדשי ובתר כן אייתי טבתא על ישראל ולא יהי סיב בביתך כל יומיא ואנש לא אפסיק לך מן מדבחי לחשכא ית עינך ולאפחא ית נפשך וכל סגיות ביתך יתקטלון עולמין ודין לך אתא דתיתי לות תרין בנך לות חפני ופנחס ביומא חד יתקטלון תרויהון ואקים קדמי כהין מהימן דכמימרי וכרעותי יעביד ואקיים ליה מלכו קיימא ושמש קדם משיחי כל יומיא ויהי כל דישתאר בביתך ייתי לישתפלא ליה למעא דכסף ופיתא דלחמא ויימר מניני כען לחדא ממטרת כהניא למיכל פיתא דלחמא. *Et venit propheta Domini ad Heli, Et dixit ei: Sic dicit Dominus; revelando revelatus ſum domui patris tui, quando fuerunt in Mizraim, & ſervientes domui Pharaonis. Et aptavi in eo ex omnibus tribubus Iſrael coram me, ut ſit ſacerdos ad adſcendere faciendum oblationem ſuper altare meum, ad ſuffiendum ſuffitum aromatum, ad veſtiendum Ephod, ad miniſtrandum ante me. Et dedi domui patris tui omnes oblationes domus Iſrael. Ad quid vos vim inferentes in mactationibus ſanctis? Et in oblatione mea quæ juſſi ad offerendum ante me in domo ſanctuarii mei? Et honoraſti filios tuos præ me ad alendum eos ex capite omnis oblationis ſacrificii Iſrael populi mei? Propterea dixit Dominus Deus Iſrael: Dicendo dixi: domus tua, & domus patris tui miniſtrabunt ante me uſque in ſeculum; & nunc dixit Dominus: Vera illa judicia mea, quod honorantes ante me honorabo, & qui contemſerunt ſuper nomen meum deſpicientur: Ecce dies venient & extirpabo fortitudinem ſeminis tui, & fortitudinem ſeminis domus patris tui, ne ſit ſenex in domo tua; & eris contemplans, & eris videns in calamitate, quæ erit ſuper hominem domus tuæ in peccatis, quæ peccaſti coram me in domo ſanctuarii mei poſthæc venire faciam bonum ſuper Iſrael, & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Et hominem non deficere faciam tibi ex altari meo ad obſcurandum oculos tuos, & ad contriſtandum animam tuam, & omnis multitudo domus tuæ occidentur juvenes. Et hoc tibi ſignum, quod veniet ad duos filios tuos Hhophni, & Pinhhazz, in die uno occidentur ambo illi. Et ſtatutum ante me ſacerdotem fidelem, qui juxta dictum meum, & voluntatem meam faciet. Et ſtatuam illi regnum firmum, & miniſtrabit ante unctum meum omnibus diebus; & erit omnis, qui relinquetur in domo tua, veniet ad humilandum ſe illi ad megha argenti, & bucellam panis, & dicet: Numera me nunc in unam ex cuſtodia ſacerdotum ad comedendam buccellam panis.* Ubi *Kimchi* במדרשו מתחלה נתתי כהונה לאלעזר הכהן ובניו שנאמר והלבשת

והלבשת אותם את אלעזר בנו ובימי פלגש
בגבעה שפקרו ישראל ברוב המצות ומי
גרם להם פנחס ואלעזר ושאר הכהנים
שהיה להם לסבוב מעיר אל עיר ולהוציאם
ולא עשו כן לפיכך נטלתי כהונה גדולה
מהם ונתתיה לך שאתה מבני איתמר
ואמרתי שיתהלכו ביתך ובית אביך לפני
עד עולם חלילה לי כי מכבדי אכבד בני
פנחס שכבר אותי בשיטים ובוזי יקלו
שנאמר ויגרש שלמה את אביתר מהיות
כהן וגו׳ כדבר יי׳ אשר דבר אל בית עלי
ונעשה צדוק הכהן גדול שהיה מבני פנחס
חלילה לי שיתהלכו הם לפני כי אחר שהם
בוזי דין הוא שיקלו ועל זרע עלי אמר זה
ולא על שאר הכהנים אף על פי שאמר
מתחילה ביתך ובית אביך ובכלל בית
אביך שאר הכהנים כמו שאמר נגליתי
לבית אביך והוא אהרן הכהן הוא ובניו
שחטאו בכהונה סילק מהם כבוד הכהונה
וברית הכהונה וכבוד הכהונה הוא להיות
כהן גדול ולא היה בזרעו כהן גדול אלא
טפל לאחרים כמו שאמר ספחני נא וברית
הכהונה החיים והשלום כמו שאמר לפנחס
הנני נותן לו את בריתי שלום ואמר
בריתי היתה אתו החיים והשלום ועל זרע
עלי אמר וכל מרבית ביתך ימותו אנשים
הפך הברית כמו שהם חללו הברית
וכבוד הכהונה יקלו עניין קלון ולהבדיל
העניין בא קל׳ הקוף ונדגש קוף יקלו
רודפיכם שהוא עניין קלות ואמר יקלו ולא
אמר אקל כמו שאמר אכבד כי הם יקלו
מעצמם בהסתירי פני מהם ובדרש רבי
ירמיה בשם רבי שמואל מצינו שהחמיר
הקדוש ברוך הוא בכבודו של צדיק יותר
מכבודו בכבודו של מה כתיב ומקללך אאור
בכבודו של הקדוש ברוך הוא כתיב ובוזי
יקלו יקלו על ידי אחרים הנה ימים באים
כי לא חלה הקללה על זרע עלי עד
שנעשה צדוק כהן גדול וגדעתי פירש
והכרתי זרועך חוזקך כלומר אורך החיים
מהיות זקן שימותו בחורים ורבותינו
פירשו חכם כמו והדרת פני זקן רוצה
לומר שלא יהיה מבית עלי סמוך
בסנהדרין צר מעון מעון הוא בית יי׳ ופירש
צר כמו וכעסתה צרתה כי כמו שתי נשים
לאיש אחר צרות זו לזו כך שני כהנים
בבית המקדש צרים זה לזה לפי שכל
אחד נוטל חלקו ועינו צרה בשל חבירו
וצר סמוך למעון או פירשו צר במעון וכל
אשר ייטיב וכל הטוב אשר ייטיב יי׳ את
ישראל כשיבנה בית המקדש זרעך יהיה
נקלה שם שיהיה גדול עליהם ואם טפלים
לאחרים ויונתן תרגם יתהא משתכל
בעקתה דתיתי על אינש ביתך בחובין
דחבתון קדמי בבית מקדשי ובתר כן אייתי
טבתא על ישראל לכלות את עיניך
רוצה לומר עיני בני בניך אשר יהיו בזמן
ההוא וכן ולאדיב את נפשך נפש בני
בניך שיהיו בזמן ההוא וזהו כליון עיניהם
שיראו בב״ה כהן נגיד עליהם ויותר גדול
יהיה עונש זה משימות כלן ולא ישאר
מהם זכר לפיכך אמר ואיש לא אכרית

לך מעם מזבחי והעניין כעניין שאמר דוד
אל ההרגם פן ישכחו עמי בחילך והורידמו
כי זה הוא העונש הגדול שיחיו ויראו
ברעתם וכן שאל משה רבינו עליו השלום
הרגני נא הרוג ולא אראה ברעתי
ולאדיב את נפשך הפוך מן דאבון נפש
וכן תרגומו ולאפחא נפשך וכן תרגם
ומדיבות נפש ומפחן נפש וכל מרבית
ביתך כעניין אשר טפחתי ורביתי טרי׳מינט
בלע״ז ימותו אנשים בחורים וכת׳ עולימים
וכן בא באנשים זקנים כל אחד יתפרש
לפי מקומו וזה לך האות כשתראה שני
בניך ימותו ביום אחד יתברר לך כי העתי׳
אשר דברתי על בניך יתקיים והקימותי לו
כהן נאמן אמרו כי זה היה צדוק כי לא
חלה על זרע עלי הקללה עד שנעשה
צדוק כהן גדול וזה היה כשהיה בורח דוד
בפני אבשלום שנסתלק אביתר והיה צדוק
כהן גדול שנאמר ויעל אביתר ואחר כך
אמר ויאמר המלך לצדוק השב את ארון
האלהים העיר ואותו היום נתמנה כהן
גדול אבל לא היה כהן גדול עד שנמשח
שלמה והוא גם כן נמשח לכהן גדול
וקודם היום הזה לא היה מסולק זרע עלי
מכהונה גדולה שהרי היה אחיה בן
אחיטוב נושא אפוד במלחמת שאול
ואחימלך היה כהן גדול בנו ואביתר בנו
היה כהן גדול עד שהוקם צדוק כאשר
בלבבי ובנפשי יעשה פירש שיעשה כל
אשר ברצונו וכת׳ דיכמימרי וכרעותי
יעביד בית נאמן פירש קיים כמו במקום
נאמן כי זרע צדוק היו כהנים גדולים וכן
תמצאם מיוחסים בדברי הימים עד עזרא
והתהלך לפני משיחי הוא וזרעו ואמר
לפני משיחי כי הכהן היה בא לפני המלך
להורותו הדרך הטובה ולא היה המלך
בא לפני הכהן גדול אלא כשהיה שואל
באורים ותומים כמו שכתוב ולפני אלעזר
הכהן יעמד ושאל לו במשפט האורים אבל
בכל עת אחר שירצה המלך לראות הכהן
הגדול ולדבר עמו הכהן היה בא לפניו
וכן אמר זכריה הנביא וישב ומשל על
כסאו והיה הכהן על כסאו ועצת שלום
תהיה בין שניהם ופירש והיה הכהן על
כסאו כמו לפני כסאו כמו עומדים עליו
נצבי׳ עליו כמו שהוא לפניו ויונתן תרגם
וישמש קדם משיחי ונראה כי דעתו כמו
שפרשנו להשתחוות לו כתרגום לאישתפלא
ליה כלומר ישפיל עצמו לפניו ויבקש ממנו
על מחיתו לאגורת כסף בעבור אגורת
כסף והאלף נוספת והוא מן עשרים גרה
ותרגומו למעא דכסף כתרגום עשרים גרה
עשרים מעין ויש מפרשים אותו מתרגום
שכר אגרא וככר לחם כתרגומו פיתא
דלחמא כלומר חתיכת לחם ספחני נא
חברני נא כמו ונשפחו על בית יעקב
מהשתפח בנחלת יי׳ עניין החבור והדבוק
אל אחת הכהונות אל אחת ממשמרות
הכהנים וכ׳תי מניני כעז לחדא ממטרת
כהניא. In Midras; principio dedi summo sacerdotium Eleazaro sacerdoti, & ejus filiis. Dictum est enim *Num.* xx. 26.

26. *Et indues illis Eleazarum filium ejus*. Et in diebus concubinæ in Gabaa in quibus errarunt Israelitæ in multitudine præceptorum. Et quis causam præbuit? Phinees & Eleazar, & reliqui sacerdotes, qui poterent circumducere de civitate in civitatem, & educere, & non ita fecerunt; Idcirco abstuli ab iis summum sacerdotium, & dedi tibi qui es de filiis Ithamar, *& dixi; ut domus tua, & domus patris tui ministret coram me usque in sempiternum*. Nunc *absit hoc a me*. Sed quicumque glorificavit me, glorificabo filios Phinees, qui glorificavit me in Schittim. *Qui autem contemnunt me, & erunt ignobiles*. Dictum est enim 1. *Reg.* 11. 26. *Ejecit ergo Salomon Abjathar, ut non esset sacerdos &c. Ut impleretur sermo Domini super domum Heli*. Et factus est summus sacerdos Sadoch, qui erat de filiis Phinees: *Absit a me: quia ambularunt coram me*; quia postquam facti sunt ignobiles, æquum est, ut vilescant; & de semine Heli hoc dicit, & non de reliquis sacerdotibus; quamvis a principio dicat; *domus tua, & domus patris tui*; & *domus patris tui* comprehendat reliquos sacerdotes; sicuti dictum est. *Revelatus sum domui patris tui*. Tam Aharon, quam ejus filii quia peccarunt in sacerdotio, ablatus est ab iis honor sacerdotii, & fœdus sacerdotii; honor sacerdotii erat, ut esset summus sacerdos; & non erat in ejus semine summus sacerdos, sed adjungebatur aliis sicuti dictum est. *Associa me quæso*: & fœdus sacerdotii vitam, & pacem; sicuti dictum est de Phinees *Num.* XXV. 12. *Ecce do ei pacis fœdum meum*. Et pariter dictum est. *Fœdus meum illi æternum pax*. Et de semine Eli dictum est *Et magna pars domus tuæ morientur juvenes*. Inversum est fœdus, sicut illi profanarunt fœdus, & gloriam sacerdotii; יקלו juxta sensum vilipendii, & ad distinguendum venit קל cum Choph, & daghesch est in Choph sicuti dictum est *Isai.* XXX. 16. *Vilescent, qui persequentur vos*; Quod est juxta sensum vilipendii. Et dicit יקלו, & non dicit אקל, sicuti dictum est אכבר; & dictum est יקלו, quia viles seipsos fecerunt, abscondendo facies meas ab illis. Et in Midras R. Jeremiæ nomine R. Samuelis invenimus, quod aggrevet Deus in gloria justi plusquam in gloria sua; In gloria justi quid scriptum est? *Gen.* XII. 3. *Et maledicam maledicentibus tibi:* Et in gloria Dei scriptum est; *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*. Vilifcent per alios. *Ecce dies veniunt*. Quia non cecidit maledictio super semen Heli, donec factus est Sadoch summus sacerdos. *Et præcidam*. Exponitur; & excindam. *Semen tuum*. Robur tuum; i. e. diuturnitatem vitæ. *Ut non sit senex in domo tua;* quia in juventute morientur; & multi interpretatur; non erit sapiens; sicuti dictum est *Levit.* XIX. 32. *Et honora personam senis*; i. e. non erit de domo Heli, qui sit in Synhedrio. *Et videbis æmulum tuum in templo* מעון est domus Domini. Et exponitur צר, sicuti scriptum est 1. *Sam.* 6. *Affligebat quoque eam æmula ejus*. Sicuti duæ mulires nuptæ uni viro inter se sunt æmulæ, ita pariter duo sacerdotes in domo sanctuarii sunt inter se æmuli, quia unusquisque aufert partem suam, & ejus oculus est æmulus respectu socii sui. Et æmulus prope templum; aut ejus expositio est; æmulus in templo. *In universis prosperis*. Et in omnibus bonis quibus benefaciet Deus Israeli, quando ædificabitur domus sanctuarii, semen tuum erit vile; quia erit qui sit illis major; & illi cum alii associabuntur. Et *Jonathan* interpretatur. *Et eris contemplans, & eris videns in calamitate, quæ erit super hominem domui tuæ in peccatis, quæ pec casti coram me in domo sanctuarii mei, & posthæc venire faciam bonum super Israel ut deficiant oculi tui*; i. e. oculi filiorum filiorum tuorum, qui erunt eo tempore. Et similiter: *Et tabescat anima tua*. Anima filiorum filiorum tuorum qui erunt eo tempore. Tabescent oculi eorum, quia videbunt in domo electa sacerdotem, qui illis præerit; & major erit eorum pœna, quam si omnes morerentur, neque masculus de illis relinqueretur. Idcirco dicit. *Verum tamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo*. Et res explicatur juxta illud, quod dicit David. *Psal.* LVIII. 12. *Ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi tui. Disperge illos in virtute tua, & depones eos*. Et hæc pœna erit major, quod vivent, & videbunt cum dolore. Atque ita oravit Mose magister noster super quo sit pax *Num.* XI. 15. *Obsecro ut interficiendo interficias me, ne tantis afficias malis. Et tabescat anima tua*. Subvertetur ex mærore anima. Et sic est ejus Targum. *ad contristandum anima tuam*. Et similiter illud ולאפחא נפשך interpretatur ומדיבות נפש ומפחך נפש. *Et pars magna domus tuæ*. Sicuti dictum est *Thren.* II. 12. *Quos educavi, & enutrivi*. Barbare טרימננט. *Morietur cum ad virilem ætatem venerit*. Juvenes; *Targum Jo-*

Jonathan. *Adoleſcentes*. Et ſic eveniet in viris, in viris ſenibus, unuſquiſque exponitur juxta locum ſuum. *Hoc autem erit tibi ſignum*. Quando videbis duos tuos filios in die uno mori, ſit tibi manifeſtum, quod veniet, quod dixi de filiis tuis, confirmabitur. *Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem*. Dixerunt, quod hic eſſet Sadoch, quia non cecidit maledictio ſuper ſemen Heli, niſi poſtquam factus eſt Sadoch ſummus ſacerdos; & hoc contigit, quando David fugit a facie Abſalon; quo tempore exautoratus fuit Abjathar, & creatus eſt Sadoch ſummus ſacerdos; Dictum eſt enim 2. *Sam.* XV. 25. *Et adſcendit Abjathar*. Et poſtea dictum eſt. *Et dixit Rex Sadoch*. *Reporta arcam Dei in urbem*. Atque eo die creatus eſt ſummus ſacerdos; ſed non fuit ſummus ſacerdos; niſi poſtquam unctus eſt Salomo; & ipſe quoque unctus eſt in ſummum ſacerdotem; & ante hunc diem non ceſſavit ſemen Heli a ſummo ſacerdotio, quia erat Achja ben Achithob qui portabat Ephod in bello Saulis, & Achimelech erat ſummus ſacerdos in Nob, & Abjathar ejus filius erat ſacerdos ſummus donec conſtitutus eſt Sadoch. *Qui juxta cor meum & animam meam faciet*. Expoſitio. Qui faciet omnia juxta meam voluntatem. Et juxta *Targum Jonathan*; *Juxta mea verba & voluntatem faciet*. *Domum fidelem*. Exponitur; Stabilem; ſicuti dictum eſt; *in loco ſtabili*. Quia de ſemine Sadoch fuerunt ſummi ſacerdotes. Et ſic deprehenduntur recenſeri in *Paral.* uſque ad Ezra, *Et ambulabit coram Chriſto meo*. Ipſe & ſemen ejus. Et dictum eſt; *coram Chriſto meo*; quia ſacerdos venit coram Rege, ad docendum eum viam bonam; ſed rex non venit coram ſacerdote magno, niſi quando interrogat in Urim & Thummim, ſicuti ſcriptum eſt *Num.* XXVII. 16. *Qui ſtabit coram Eleazar ſacerdote, & interrogabit illum in judicio Urim*. Sed quovis tempore quo voluerit rex videre ſummum ſacerdotem, & cum illo loqui venit ad ejus conſpectum; & ſic dicit Zacarias Propheta I. 13. *Et ſedebit & dominabitur in ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos*. Et exponitur & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, tanquam coram ſolio ſuo; ſicut conſiſtunt ſtantes ſuper illo. Et *Jonathan* interpretatur. *Et miniſtrabit coram uncto meo*; videtur ejus ſententia convenire noſtræ interpretationi. *Ut oretur pro ſe*. Juxta ejus *Targum ad humiliandum ſe*; ſc. humiliabit ſe coram illo & petet ab eo parvulum nummum argenteum; propter obolum argenteum; & Aleph additum eſt ex viginti Gera, & ejus *Targum*, obolum argenteum, juxta *Targum* viginti Gera, ſunt viginti oboli; & alii ex ipſo *Targum* mercedem interpretantur אעדא. *Et tortam panis*; juxta ejus *Targum bucellam panis*; ſc. particulam panis. *Dimitte me obſecro*. Aſſocia me obſecro; ſicuti dictum eſt *Iſai.* XIV. 2. *Et adhærebit domui Jacob, & adjungetur in hæreditate Domini*; juxta ſenſum aſſociandi, & adherendi. *Sed unam partem ſacerdotalem*. Et juxta *Targum Jonathan*; *Numeme nunc in unam ex cuſtodia ſacerdotium*. *Raſchi* ad l. c. אמור אמרתי שני פעמים פסקתי גדולה לבני איתמר בבני גרשם ובבני מררי נאמר ביד איתמר בן אהרן הכהן ועלי מבני איתמ' היה זו ראיתי במדרש שמוא ונו' אמר אמרתי ביתך ובית אבוך ונו' מתחלה נתתי כהונה גדולה לאלעזר הכהן שנ' והפשט אהרן את בגדיו ונו' ובימי פלגש שפקרו ישראל ברוב המצות ומינרם להם פנחס וכיוצא בו שהיה להם לסבב מעיר על עיר ולהוכיחם נטלתי הכהונה גדולה מהם ונתתיה לך שמבני איתמר אתה ואמרתי יתהלכו לפני עד עולם שפוסקין לו גדולה לאדם פוסקין לו ולדורותיו עד עולם כי מכבדי אכבד את בני פנחס שכבר אותי בשטים וכן היה' בימי שלמה כשנבנה בית המקדש ויגרש שלמה את אביתר מהיו' כהן ליי' כדבר יי' אשר דבר על בית עלי ונעשה צדוק כהן גדול תחתיה שהיה מבני פנחס שכן נתייחסו בדברי הימי' ובוזי יקלו מאיליהם משאשתלק מהם ונדעתי את זרועך החוזק שיש לכם בביתי שאת' אומרים אם לא לקחתי בחזק' והבטת צר מעון וראית צרתך בצדך בתוך מעוני באשר הרוא' צרת' עמה בבית ככל אשר ייטיב את ישראל כשיבנה בית עולמים בימי שלמה ותהא טובתם של ישראל שלימה כמה שנ' שם לא נפל דבר אחד מכל דברו הטוב יהודה וישראל רבים כחול אשר על שפת הים ונו' וישב יהודה וישרא לבטח איש תחת גפנו ואיש תחת תאנתו כל ימי שלמה ולאריב כמו ולדאיב ימיתו אנשים בהורים אינו דומה אבלו של בחור לאבלו של תינוק ולא יהיה זקן בביתך מדה כנגד מדה אתם אכלתם קדשי' לפני זמנן בטרם יקטירון את החלב אף אתם תמותון בלא זמן וזה לך האות שיתקיים ביום אחד ימותו שני בניך היא תהיה לך אות שיתקיי' כל הפורענות שנאמר לך והבטת צר מעון וכל מרבית ביתך ימותו אנשים כהן נאמן הוא צדוק לאגורת כסף בשביל השתכר מעה כסף לאגור' כסף ממשקלות עשרים גרה. *Loquendo locutus ſum*; bis bis pactus ſum dignitatem cum filiis Ithamar, in filiis Garſum, & in filiis Merari; dictum eſt enim; *Per manum Ithamar filii Aharon ſacerdotis*; & Eli de filiis Ithamar. Hoc eſt quod vidi in Midras Samuelis &c. *Loquendo locutus ſum*

do-

domui tuæ, *& domui patris tui &c.* Ab initio dedi ſacerdotium magnum Eleazaro ſacerdoti; Dictum eſt enim *Num.* xx. 28. *Et exuit Aharon veſtibus ſuis &c.* Et in diebus Pelgas quibus erravit Iſrael in multitudine præceptorum. Et quis cauſam præbuit? Phinees & illi ſimiles, quia facultas illis fuit circumducendi de civitate in civitatem, & arguendi illos; abſtuli ſacerdotium ſummum ab iis, & dedi tibi, qui es de filiis Ithamar; & dixi; *ut miniſtret in conſpectu meo uſque in ſempiternum*; Quando cum homine paciſcuntur, paciſcuntur dignitatem illi & ejus generationi in perpetuum. *Sed quicunque glorificavit me*, *glorificabo eum*. Glorificabo filios Phinees, qui glorificavit me in Schittim; & ſic erit in diebus Salomonis, quando ædificabitur domus ſanctuarii: Dictum eſt 1. *Reg.* 11. 27. *Ejecit ergo Salomon Abiathar*, *ut non eſſet ſacerdos Domini*, *ut impleretur ſermo Domini*, *quem locutus eſt ſuper domum Heli*. Et factus eſt Sadoch ſacerdos magnus ejus loco, qui erat de filiis Phinees; ſicuti legitur in *Paralip. Qui contemnunt me*, *erunt ignobiles*. Quando receſſit ab illis; *Abſcindam ſemen tuum*; ſc. robur quod habetis in domo mea; quia vos dicitis; Si non in latere accepi cum robore. *Et videbis æmulum tuum in templo*. Et videbis æmulum tuum in templo meo; ſicut videt mulier ſecum æmulam in domo. *In univerſis proſperis Iſrael*. Quando ædificabitur domus ſeculorum in diebus Salomonis, & bona Iſraelis perfecta fuerint, ſicuti dictum eſt 1. *Reg.* VIII. 56. *Non cecidit ne unus quidem ſermo ex omnibus bonis*. Et ibid. IV. 20. *Juda & Iſrael numerabiles ſicut arena maris in multitudine &c. Habitabatque Juda & Iſrael abſque timore ullo*, *unuſquiſque ſub vite ſua*, *& ſub ficu ſua cunctis diebus Salomonis*. ולדאיב ולאדיב quaſi dicatur *Morietur*, *cum ad virilem ætatem venerit*; In adoleſcentia; Non eſt ſimilis luctus juvenis luctui pueri; *Et non erit ſenex in domo tua*. Menſura juxta menſuram. Vos comediſtis ſanctitates ante eorum tempus, priuſquam adoleretis adipes, ita pariter vos intempeſtive moriemini. *Hoc autem erit tibi ſignum*; ut res confirmetur; *In die uno morientur duo filii tui*. Hoc erit tibi ſignum, quo confirmabuntur omnes ultiones; dictum eſt enim; *Et videbis æmulum tuum in templo*. *Et pars magna*, *domus tuæ morietur*, *cum ad virilem ætatem venerit*. *Sacerdotem fidelem*. Iſte eſt Sadoch. *Nummum argenteum*: ut lucretur obolum argenteum. *Nummum argenteum*: Ex ponderibus viginti gerarum. *Ralbag* ibid.

סכברי אכבר ר״ל פנחס השי׳ בקנאו את
קנאת השי׳ בשטים ולזה השיב הכהונה
הגדולה לו בימי שלמה כי היה צדוק
כהן גדול תחת אביתר שהיה בית עלי
שהיה מבני איתמר כמו שנזכר בדברי
הימי׳ כי אחימלך בן אביתר היה מבני
איתמר מהיות זקן בביתך ירצה בזה שלא
יהיה בהם מי שיזקין אבל ימותו בחורים
והבטת צר מעוז בכל אשר ייטיב את ישרא
ר״ל שכבר תביט מקום צר רחוק לך בכל
הטוב אשר ייטיב יי׳ את ישראל ולא יהיה
בך לו חלק לשמח בו ולא יהיה זקן בביתך
כל הימים ר״ל שלא ימצא חכם בביתו
כל הימים כמו שהוא עתה שהיה בו
עלי שהיה חכם ונביא ואיש לא אכרית
לך מעם מזבחי כדי שיראו ברעת׳ בהיותם
תחת כהן מושל עליהם תחת אשר היתה
להם הממשל׳ לולי זה החטא ולזאת השבה
לא ימותו בניך בעודם קטנים אבל ימותו
בהיותם אנשים בדרך שיראו שפלותם
ודלותם בעבודת הכהונה כהן נאמן הוא
צדוק שהושם כהן תחת אביתר בימי שלמה
והתהלך לפני משיחי כל ימים ר״ל לפני
המלך אשר יעצור בעמי ובא להשתחו׳ לו
לאגורת כסף וככר לחם ר״ל שיבקש לו
שישימהו במשמרות כהונה בעבו׳ דב׳ מועט
שיגיע לו מה תועלות בשביל הכהונה
ההיא והיא מעה כסף וככר לחם ויספי׳ לו
לראותו שיחברהו לאחת ממשמרות כהונה
כדי שיגיע לו ממנ׳ מעט לחם לאכול
וזהו העונ׳ הראוי לבית עלי תחרת לקחם
אשר לא להם ויסיר השם יתברך
מהם מה שראוי להיות להם בדרך שלא
ישאל להם כי אם מעט יוכלו להיורת
ממנו ברוחק . *Quicunque glorificavit me*, *glorificabo eum*. i. e. Phinees, honoravit Deum B. qui zelando zelatus eſt in Schittim: Deus B. reſtituit ſacerdotium magnum illi in diebus Salomonis, quia Sadoch fuit ſacerdos magnus pro Abiathar, qui fuit de domo Eli, qui fuit de filiis Ithamar; uti fit mentio in *Paral.* Quia Achimelech filius Abiathar erat de filiis Ithamar; *Ut non ſit ſenex in domo tua*. Hic eſt ſenſus; Nemo erit ex illis, qui ſeneſcat, ſed in juventute morientur; *Et videbis æmulum tuum in templo in univerſis proſperis Iſrael*; i. e. jam videbis locum æmuli ereptum tibi in omnibus bonis, quibus Deus benefecerit Iſraeli; neque tibi in eo pars erit ad lætandam. *Et non erit ſenex in domo tua omnibus diebus*; i. e. Non invenietur ſapiens in domo tua, uti nunc eſt, ubi erat filius Eli, qui erat ſapiens & propheta. *Verumtamen non auferam virum ex te ab altari meo*; ut videant in eorum calamitate, quod futuri ſint ſubjecti ſacerdoti, qui illis dominabitur, poſtquam illi fuit domina-

natio, nisi esset hoc peccatum; & hac de causa non morientur filii tui pueri, sed juvenes, ut videant eorum humilitatem, & paupertatem in ministerio sacerdotii. *Sacerdotem fidelem*; Iste est Sadoch, qui constitutus est sacerdos pro Abiathar diebus Salomonis. *Et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus*; i. e. coram rege, qui imperabit populo meo. *Veniat ut oretur pro eo, & afferat nummum argenteum, & tortam panis*; i. e. quæret, ut collocetur in classibus sacerdotii, ut ad eum perveniat aliquis proventus, propter hoc sacerdotium, ut habeat obolum argenti, & bucellam panis: & adjungatur illi, ut dignus sit, qui associetur in aliquam ex classibus sacerdotii, ut ad se perveniat ex ea parum panis ad comedendum. Et hæc fuit afflictio conveniens domui Eli quia acceperunt, quod illorum non erat; & abstulit illis Deus, quod erat illis conveniens, ita ut non petet ab illis nisi parum panis, ut possint ex eo tantum vivere.

Mortuis Heli Pontificis filiis Hophni, & Phinees, qui duos filios reliquit Achitobum, & Ichabodum posthumum. Achitobi filii etiam bini memorantur Achias & Achimelechus, ex quo natus est Abiathar; de quo stemmate vide 1. *Sam.* IV. 19. XIV. 3. XXII. 9. & XXIII. 6. A *Josepho* lib. VI. cap. 7. Achitobus dicitur Pontifex ille, qui dicitur sacerdos 1. *Sam.* XIV. 36. καλέσας ὁ βασιλεὺς Ἀχίτωβον τὸν ἀρχιερέα ἐκέλευσεν αὐτὸν γνῶναι, εἰ δίδωσιν ὁ θεὸς αὐτοῖς &c. Vocavit rex Achitobum Pontificem, jussitque ut consuleret, an Deus annueret &c. Quod Scripturæ adversatur; etenim cap. cit. vers. 18. loquitur Saul ad Achiam Achitobi filium, uti ad Pontificem. ואחיה בן אחטוב אחי יכבוד בן פנחס בן עלי כהן יהוה בשילה נושה אפוד. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod, filii Phinees, filii Heli, sacerdos Domini in Silo, portavit Ephod. Ubi *Ralbag*. כהן יהוה בשילה שב אל עלי לא אל אחיה כי כבר היה חרב משכן שילה ואולם אמרו נושא אפוד בר שב אל אחיה והרצון אזה לפי מקומו כי הוא היה כהן גדול. Verba illa de *sacerdote Domini in Silo*, spectant ad Heli, non ad Achiam. Nam antea destructum est tabernaculum in Silo. Veruntamen ajunt, id quod de Ephod gestato adjiciunt, solum attinere ad Achiam; atque ex ipsa re hoc colligitur; quoniam ipse Pontifex erat. *Ephod* pro vestitu Pontificio sumitur a Kimchio ibid. הוא כלל החשן והאורים והתומים. Illud comprehendit pectorale, & Urim, & Thummim. Loco Achitobi legendus est Ἀχίας in l. c. Josephi, apud quem legitur. Καθεζόμενοι δ' αὐτός τε καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς Ἀχίας ἀπόγονος ὢν Ἠλεὶ τοῦ Ἀρχιερέως, ἐπὶ βουνοῦ ὑψηλοῦ, καὶ τὴν γῆν λεηλατουμένην ὁρῶντες, ἐν ἀγωνίᾳ δεινῇ καθειστήκεσαν. Ipse (*Saul*) & filius ejus, & Achias pontifex ex posteris Heli pontificis, sedentes super excelso colle, & terram devastatam conspicientes, graviter angebantur. Deinde pontifex habetur Achimelechus alter filiorum Achitobi, de quo legitur 1. *Sam.* XXI. & XXII. & apud *Josephum* lib. VI. cap. 14. qui occisus in Nobe a Doego Idumæo, jussu Saulis. Cui successit Abiathar filius, Achimelechus, & Abimelechus dictus, ut ejus pater tam Abiathar, quam Achimelechus appellatus est, uti videre est ad *Marc.* cap. II. ubi Pontifex ille Abiathar appellatur, qui certe Achimelechus erat Abiatharis hujus pater. Hic vero Abiathar est idem qui Achimelechus filius Abiathar 2. *Sam.* VIII. 17. & Abimelechus filius Abiathar 1. *Paral.* XVIII. 16. appellatur. Abiathari conjunctus fuit Sadoch sive ut Pontifex, sive ut Vicarius, ex familia Eleazaris, ut liquet ex 2. *Sam.* VIII. 17. *Sadoch filius Achitob & Achimelechus filius Abiatharis fuere sacerdotes*. *Josephus* lib. VII. cap. 6. ambos appellat Pontifices. Ἀπέδειξε δὲ ἐκ τῆς Φινεέσ οἰκίας τὸν Σάδωκον Ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου. φίλος γὰρ ἦν αὐτῷ. Designavit (*David*) etiam ex Phineesi familia Sadocum Pontificem cum Abiatharo. Amicus enim ei erat. *Kimchi* ad 2. *Sam.* VIII. 17. scribit a Davide rege Pontificatum fuisse tributum Sadocho, & Vicarii dignitatem Achimelecho, Abiatharis filio, patre exauctorato. כהנים שרי כהונה כי הוא מנה צדוק להיות כהן גדול מבני אלעזר ומשנהו אחימלך בן אביתר מבני איתמר אע״פ שהיה אביתר עדיין חי כי ראינו כי שלמה גרשו מהיות כהן נראה כי במצות דוד עשה כי כאשר סדר דוד ראשי אבות סדר צדוק ואחמלך כמו שכתוב בדברי הימים והיה נקרא אבימלך ואחימלך כי שני השמות קרובים. Sacerdotes ibi pro sacerdotum principibus sumendi sunt. Etenim constituit David Sadochum pontificem ex posteris Eleazari, atque ei secundarium Achimelechum filium Abiatharis ex posteris Ithamari; idque tametsi tunc temporis viveret Abiathar. Et quod ad id attinet, eum a Salomone esse abdicatum, id videtur ex Davidis præcepto fecisse. Quia cum familiarum principis distribueret principes David, fecit eos Sadoch, & Achimelech;

sicut

ſicut ſcriptum eſt in *Paralipomenis*. Hic autem tam Abimelech vocatur, quam Achimelech ab ſoni affinitatem. *Kimchi* ad 2. *Sam.* XV. 24. putat a Davide cum fugeret propter rebellionem fuiſſe Pontificatu Abiathar exauctoratum. אבל רז״ל קבלו כי באותו היום נסתלק אביתר מכהונה גדולה והכניסו צדוק תחתיו שנ׳ ויאמר המלך לצדוק השב ארון אלהי׳ לעיר ולמה נסתלק באותו היום כי שאל באורים ותומים ולא נענה ושאל צדוק ונענה כמו שפירוש בספר יהושע כי השוא׳ באורים ותומים הכהן הנשאל רוח הקדוש שורה עליו ובה היה מכוין ומשיב השאלה עם שהיה נראה לו באורים ותומים כמו שפי׳ בספר שופטים וכיון שראה דוד שנסתלק׳ רוח הקדוש מאביתר נרע שהגיע זמן הקללה שקלל הקב״ה זרע עלי ואביתר היה מזרע עלי מבני איתמר וצדוק מזרע פנחס ונתקיימה ברכה שברכו הקב״ה כמו שכתוב והיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהונת עולם אבל לא נמשח צדוק לכהן גדול עד יום מלוך שלמה שמשחוהו כמו שכתוב ימשחו שלמה ליי׳ לנגיד ולצדוק לכהן כי הקללה היתה תלויה עד מלוך שלמה כמו שכתוב ויגרש שלמה את אביתר מהיות כהן כי הכתוב אומר והבטחה צר מעון והמעון הוא בית המקדש ובית המקדש לא נבנה עד מלוך שלמה. Verum ſapientes noſtri f. m. per traditionem acceperunt, quod eo die ſit exautoratus Abiathar ſummo ſacerdotio; & fuerit introductus Sadoch in ejus locum; dictum eſt enim: *Et dixit rex ad Sadoch: reporta arcam Dei in urbem*. Et cur exautoratus eſt Abiathar hoc die? Quia interrogavit in Urim, & Thummim, & non eſt illi reſponſum, & interrogavit Sadoch, & reſponſum eſt; ſicuti exponitur in libro *Joſue*, quia in interrogandis Urim & Thummim in ſacerdote interrogante habitabat Spiritus ſanctus; & in illo conſiderabatur, & reſpondebatur poſtulato in re quæ illi videretur in Urim, & Thummim; ſicut exponitur in libro *Judicum*. Et quando vidit David, quod receſſerit Spiritus ſanctus ex Abiathar, cognovit, quod adveniſſet tempus maledictionis, qua Deus maledixit ſemini Heli, & Abiathar erat de ſemine Heli, quia erat de filiis Ithamar, & Sadoch de ſemine Phinees, & in eo confirmata eſt benedictio, qua Deus illi benedixit, ſicuti ſcriptum eſt *Num.* XXV. 13. *Et erit tam ipſi, quam ſemini ejus pactum ſacerdotii ſempiternum*. Verum non unctus Sadoch in ſummum ſacerdotem, neque conſtitutus eſt ſummus ſacerdos uſque ad regnum Salomonis, quem unxit; ſicuti ſcriptum eſt 1. *Paral.* XXIX. 22. *Unxerunt autem Salomonem Domino in principem, & Sadoch in ſacerdotem*. Quia maledictio ſuſpenſa fuit uſque ad regnum Salomonis. Scriptum eſt enim 1. *Reg.* II. 27. *Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non eſſet ſacerdos*. Quia ſcriptum eſt 1. *Sam.* II. 32. *Et videbis æmulum tuum in templo*. At המעון eſt domus ſanctuarii, & domus ſanctuarii non eſt ædificata niſi regnante Salomone. Phineeſi poſteri uſque ad Sadochum vitam privatam egerunt teſte Joſepho lib. VIII. cap. 1. οἱ δὲ ἰδιωτεύσαντες ἐκ τοῦ Φινεέσου γένους καθ᾽ ὃν χρόνον τὸν Ἰθαμάρου οἶκον ἡ ἀρχιερωσύνη μετῆλθεν Ἡλὶ πρώτου ταύτην παραλαβόντος ἦσαν οὗτοι. ὁ τοῦ Ἀρχιερέως Ἰωσήπου υἱὸς Βοκκίας, τούτου δὲ Ἰωάθαμος, Ἰωαθάμου δὲ Μαραιώθος, Μαραιώθου δὲ Ἀροφαῖος, Ἀροφαίου δὲ Ἀχίτωβος, Ἀχιτώβου δὲ Σάδωκος ὃς πρῶτος ἐπὶ Δαβίδου τοῦ βασιλέως Ἀρχιερεὺς ἐγένετο. Qui vitam ex Phineeſi genere agebant privatam, durante tempore, quo Pontificalis dignitas in Ithamaris domum tranſlata ibi manſit, Heli primum eum recipiente, hi fuere, Boccias Pontificis Joſephi filius, hujus Joathamus, Joathami Maræothus, Maræothi Arophæus, Arophæi Achitobus, Achitobi Sadochus, qui primus Davide rege regnante, Pontifex eſt creatus.

Omnes conſentiunt Eleazaridas ſummo ſacerdotio ab condito templo uſque ad ejus excidium functos fuiſſe, ſed de numero, & nominibus diſſentiunt. A pleriſque Judæorum interpretibus dicuntur octodecim Pontifices in primo templo miniſtraſſe. *Babyl. Joma 9.* אמר ר׳ יוחנן מאי דכתיב יראת ה׳ תוסיף ימי׳ ושנו׳ רשעים תקצורנה יראת ה׳ תוסיף ימים זה מקדש ראשון שעמד ארבע מאות ועשר שנים ולא שמשו בו אלא שמנה עשר כהנים גדולים זה מקדש שני שעמד ארבע מאות ועשרים שנה ושמשו בו יותר משלש מאות כהנים. Quid eſt quod ſcriptum eſt *Prov.* X. 2. *Timor Domini addet dies; & anni impiorum breviabuntur? Timor Domini addet dies*. Hoc eſt templum primum, quod ſtetit 410. annos, & in eo non miniſtrarunt niſi octodecim ſummi ſacerdotes. *Et anni impiorum breviabuntur*. Hoc eſt ſanctuarium ſecundum, quod ſtetit 420. annos, & in eo miniſtrarunt pluſquam 300. Pontifices. *Toſaphoth* in h. l. ולא שימשו בו אלא שמנה עשר כהנים רבי יהושע בן אלעזר גריש שמנה כהנים כדכתב בהדיא בדברי הימים עזריה אשר כהן בבית אשר בנה שלמה אמריה אחיטוב צדוק שלום חלקיה עזריה שריה ויהוצדק והוא הלך בהגלות יהוה את יהודה אמנם בכל הספרים ובסיפרי פרשת פנחס ובירושלמי גרשינן שמנה עשר כהנים

ונראה לי לקיים גירוש הספרים ותשעה
כהנים גדולים הוו עד יהוצדק וכו' וסינני
כהונה שמתקינין לכל אחד סגן תחתיו הרי
שמנה עשר כדאשכחן בסוף מלכים דקא
חשיב לכהן גדול וסגן שלו בהדי הדדי
דכתיב ויקח רב טבחים את עזריה כהן
הראש ומשנהו צפניהו ואם תאמר אם כן
בבית שני ניחשוב נמי סיגני כהונה אם
כן הוה ליה למימר קרוב לשש מאות
כהנים גדולים ששימשו בו יש לומר הא
לא קשיא דבבית ראשון נקט שפירש
שמנה עשר הן וסגניהן לרווחא דמילתא
דאפילו אתה לומר אי אפשר שלא יארע
אונס לכהן גדול ביום הכפורים אחד מכל
השנים הללו שהאריך בכהונה גדולה
ונמצא סגן משמש תחתיו אף על פי כן
לא הוו הללו אלא שמנה עשר וכל שכן
דאי אמרינן דלא אירע פסול לכהן גדול
דבצרי להן אבל בבית שני כיון דכל אחד
לא הוציא שנתו נקט שלשה מאות לרווחא
דמילתא דאפילו אתה לומר דמסתמ' לא
שימש הסגן תחתיו כיון שלא היה כהן
גדול אלא יום הכיפורים אחד מילתא דלא
שכיחא הוא שבו ביום אירעו אונס ושימש
סגן תחתיו אפילו הכי לכל הפחות קרוב
לשלשה מאות הוו אינמי נראה לי דשמנה
עשר כהנים דקאמר היינו מפנחס ואילך
שניתנה לו ולזרעו אחריו וכן משמע בספרי
לכן אמור הנני נותן לו וגו' מלמד שעמדו
ממנו בבניין ראשון שמנה עשר כהנים
נביאים ובבניין שני שמנים כהנים וכו'
ובניין ראשון קרי ממשכן ואילך עד גלות
הארץ וכן יש בירושלמי בראשונה שהיו
משמשין הוא ובנו וכן בנו שימשו שמנה
עשר כהנים והא דקאמר הכא בשמעתא
זה מקדש ראשון שעמד ארבע מאות ועשר
ולא שימשו בו אלא שמנה עשר משום
דבעי למימר מקדש שני שעמד ארבע
מאות ועשרים ושימשו בו קרוב לשלשה
מאות נקט נמי מניין בית ראשון ומיהו
אותם שמנה עשר כהנים לא שימשו כולן
בבית ראשון והפ' ושימשו בו שמנה עשר
כלומר שימשו בו כהנים כל כך עד
שהשלימו להשבון שמנה עשר עם אותם
ששימשו מעיקרא וכן מצאתי בדברי הימים
אלעזר פנחס אבישוע בקי עזי זרחיה מריות
אמריה אחיטוב צדוק שלום חלקיה אחימעץ
עזריה יוחנן אמריה אחיטוב צדוק שלום
חלקיה עזרה שריה יהוצדק הרי מאבישוע
בן פנחס עד שריה יש שמנה עשר כהנים
ולא שריה בכלל לפי ששריה גלה בגלות
יכניה ולא קחשיב באותם כהנים שמנה
עשר אלא אותם ששימשו כל ימיהם אבל
שריה שגלה בגלות יכניה כדאיתא בסוף
מלכים ויהוצדק שגלה בגלות צדקיהו לא
קחשיב והר' יעקב בשה' אמר לנו בשם
רבי יקותיאל הלוי מוורמיסא דעזריה לא
היה בימי שלמה אלא היינו עזריה שהרי
בימי עזיהו ולפי שמסר נפשו על עבודה
בית המקדש כשבא עזיהו לשרת והירף
אותו כדכתב בדברי הימים לכן נקרא על
שמו וישראל לפניו ושוב מצאתי כן בפירוש
דברי הימים שפירש תלמידי רב סעדיה
זצל והא דבספרי איכא שבבית שני היו
שמנים כהנים ובירושלמי איכא נמי הכי
ואמרי לה שמונים ואחד ואמרי לה שמנים
ושנים ואמרי לה שמנים ושלש ובשמעתא
אמרי שלש מאות יש לומר התם לא
קחשיב אלא כהנים שיצאו מפנחס. Et
non miniſtrarunt in eo niſi octodecim
ſacerdotes. R. Joſe bar R. Elieſer legit
octo ſacerdotes, ſicuti certe ſcriptum
eſt 1. *Paral.* VI. 10. *Azaria, ipſe
eſt, qui ſacerdotio functus eſt, in domo,
quam ædificavit Salomon in Hieruſalem,
Amarias, Achitob, Sadoc, Sellum, Helcia,
Azarias, Serajah, & Joſedech egreſſus
eſt, quando tranſtulit Dominus Judam
& Hieruſalem.* Verum palam in
omnibus autoribus, & in *Siphri* Paraſcha
Phinees, & in *Gemara Hieroſolymitana*
legimus octodecim ſacerdotes;
& mihi videtur poſſe confirmari lectio
Interpretum: novem fuerunt ſummi ſacerdotes
uſque ad Joſedechum &c. Et
Seganim ſacerdotii, quia conſtituebant
unicuique ejus vice Segen, ſeu vicarium;
ecce octodecim, ſicut invenimus in fine
lib. *Reg.* ubi recenſetur ſacerdos. Et
alibi ſcriptum eſt 2. *Reg.* XXV. 18.
*Tulit quoque princeps militiæ Azariam
ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem
ſecundum.* Si autem dicas, ſi ita
eſt, in domo ſecunda etiam numerabimus
Seganim ſacerdotii, ſi ita eſt;
dicendum eſt, quod fuerint quaſi 600.
ſacerdotes magni, qui in ea miniſtrarunt.
Dici poteſt; quod non ſit oppoſitio;
quod in prima domo recte eruuntur
octodecim, & eorum Seganim,
propter, rei ſpatium quamvis tu dicas
impoſſibile eſſe, quod nulla contigerit
violentia ſummo ſacerdoti, qui
diu vixerit in ſummo ſacerdotio, & deprehenſus
ſit Segen ejus loco miniſtraſſe;
Quamvis ita ſit, tamen non fuerunt
niſi octodecim; & multo magis
hoc dicimus, quod non contigerit vitium
ſacerdoti ſummo, quod illis eſſet
neceſſe. Sed in domo ſecunda, poſtquam
nemo abſolvebat annum ſuum,
eruuntur 300. propter ſpatium rei;
quamvis tu dicas, concludi, quod non
miniſtraverit ejus loco Segen; quando
non erat ſummus ſacerdos niſi in
die expiationum; unum idemque erit,
quod non inveniretur, quod eo die illi
violentia contingeret, & ejus loco Segen
miniſtraret; Quamvis hic ad minimum
fuerunt quaſi 300. ita quoque mihi
videtur, quod fuerint octodecim ſacerdotes,
quod dicunt, nempe a Phineeſo
& ulterius; etenim legimus. *Et
illi & ſemini ejus poſt eum.* At ita expli-

plicatur in *Siphri*; Ita dictum est. *Ecce do illis &c.* Docetur, quod ex illo constituti sunt in primo ædificio octodecim sacerdotes prophetæ, ut in ædificio secundo octoginta sacerdotes &c. Et in ædificio primo, ab excidio tabernaculi & ulterius usque ad captivitatem terræ; & sic in *Gemara Hierosolymitana*. In primo, ubi ministrarunt ipse, & ejus filius, & filius filii, octodecim ministrarunt; Quod dicit; hoc fuit per traditionem in sanctuario primo, quod stetit 410. annos, & in eo non ministrarunt nisi octodecim; eo quod dicendum est in sanctuario secundo, quod stetit 420. annos, & in eo ministrarunt quasi 300. sacerdotes, eruitur pariter numerus domus primæ; veruntamen isti octodecim sacerdotes non ministrarunt omnes in domo prima: atque ita est ejus explicatio: & ministrarunt in ea octodecim, quasi dicatur, ministrarunt in ea sacerdotes; Hæc omnia ea de causa dicuntur, ut compleatur numerus octodecim cum illis, qui principaliter ministrarunt; & sic deprehenditur I. *Paral.* VI. 4. *Eleazar*, *Phinees*, *Abisue*, *Bocci*, *Ozi*, *Zaraias*, *Merajoth*, *Amarias*, *Achitob*, *Sadoc*, *Sellum*, *Helcias*, *Achimatz*, *Azarias*, *Johanan*, *Azarias*, *Amarias*, *Achitob*, *Sadoc*, *Sellum*, *Helcias*, *Azarias*, *Saraias*, *Josedech*; Ecce ab Abisue filio Phinees usque ad Saraiam sunt octodecim sacerdotes; & Saraias non comprehenditur, quia Saraias abiit in captivitatem Jeconiæ, & non recensentur in his octodecim sacerdotibus, nisi illi, qui omnibus vitæ suæ diebus ministrarunt; Sed Saraias, qui abiit in captivitatem Jeconiæ, sicuti dictum est in fine lib. *Reg.* & Josedech qui abiit in captivitatem Sedeciæ, non recensetur; Et ecce Rabi Jacob Dei nomine, dicit nobis nomine R. Jehuthiel Levitæ Hormiscia, quod Azarias non vixerit tempore Salomonis, sed fuerit Azarias, qui floruit tempore Uzziæ; & quia tradidit animam suam pro ministerio domus sanctuarii, quando venit Uzzias ad ministrandum, reprehendit illum; sicuti scriptum est in *Paral.* idcirco ex ejus nomine appellata est; Et rectus coram eo. Et præterea ita inveni in commentario *Paral.* Quod ita exponant discipuli R. Saadia f. m. Et ecce ex interpretibus dicunt, quod in domo secunda ministraverint octoginta sacerdotes, & in *Gemara Hierosolymitana* alii quoque dicunt, unus & octoginta, & alii, duo & octoginta, & alii, tres & octoginta, & ex traditione, alii, 300. dicendum est, quod ibi non numerentur nisi sacerdotes, qui nati sunt ex Phineeso. *Hieros. Joma* 38. 3. בראשון היו משמשין הוא ובנו ובן בנו שימשו בו י״ח כהנים. In primo templo ministrarunt ipse, & ejus filius, & filius ejus filii, & ministrarunt octodecim sacerdotes.

Octodecim ex *Seder Olam Zuta* a Sadocho ad templi primi excidium

Zadochus
|
Achimaz
|
Azariah
|
Joahaz
|
Jehojarib
|
Jehosaphat
|
Jehojada
|
Phadea
|
Zedekiah
|
Joel
|
Jotham
|

Et sedecim a *Josepho* hoc ordine numerantur

Zadochus: regnante Salomone
|
Achimas: reg. Rhoboamo
|
Azarias: reg. Abia
|
Joramus: reg. Josaphato
|
Isus reg. Joramo
|
Axioramus: reg. Ahazia
|
Phideas } reg. Joaso
|
Sudeas
|
Julus: reg. Amazia
|
Jothamus: reg. Uzzia
|
Urias: reg. Jothamo
|

Uriah

Uriah	Nerias:	reg. Ahazo
Neria	Odeas:	reg. Ezechia
Hoshajah	Saldumus:	reg. Manasse
Sallum	Elcias:	reg. Amone
Hikiahu	Sareas:	reg. Josia
Azariah	Josadochus:	reg. Jehojakim.
Saraja		reg. Jejojachim
Jehosedec		reg. Sedekia in captivitatem ducto.

Josephus tamen lib. xx. cap. 8. diserte scribit a Salomonis excessu, i. e. a Sadocho usque ad captivitatem octodecim Pontifices in templo ministrasse, quorum ultimus fuit Josedecus. Verum circa numerum, nomina, & successionem magnæ ex sacro textu oriuntur difficultates; Tam I. *Paral.* VI. 8. quam *Ezræ* VII. I. duodecim tantum Pontifices hoc ordine numerantur.

Zadok	Achitob
Achinatz	Zadok
Azariah	Shallum
Johanan	Hil
Azariah	Azariah
Amariah	Seraiah.

Raschi ad l. c. *Paral.* הוא אשר כהן בבית אשר בנה שלמה יש מפרשים עזריה הוא היה עזריה הראשון ומעזריה עד שריה שהיה בחורבן הבית שמנה כהנים ומכאן הוגו ביומא פרק ראשון ובויקרא רבה ובספרי פרשת פנחס שמנה כהנים שמשו בבית ראשון ויש אומרים שמנה עשר ולא זה וזה יש בהם רוח חיים כי צדוק הוא היה הראשון שכהן בימי שלמה ועוד איזה אמריה היה בימי יהושפט דכתיב והנה אמריהו כהן הראש והוא בן עזריהו שהיה בימי עזיהו ובימי חזקיהו שהיה אחרי יהושפט ואם תאמר עזריהו אבי שריה היה והיכן חלקיהו הכהן הגדול שהיה בימי יאשיהו אלא מצדוק יש לחשב ושנים עשר כהנים היו מצדוק עד שריה וכן מצינו בויקרא רבא מדוייק ובסיפר מדוייק בירושלמי ומה שכתוב בעזריה הוא אשר כהן בבית מפורש בסיפרי מדויק ירושלמי כן וכי הוא לברו כהן ובימי שלמה כהן והלא גם שאר הכהנים במו כן כהנו אלא לפי מסר נפשו על קרושת הבית שלא הניח את עזיהו להקטיר לכך נאמר הוא אשר כהן בבית אשר בנה שלמה עזריהו שהיה בימי עזיהו ובימי חזקיהו ועזריה בן אחימעץ הוא אמריהו שכהן בימי יהושפט כמו שנקרא עזיהו עזריהו דכתיב במלכים בשנת עשרים ושבע שנה לירבעם וגו׳ מלך עזריהו ונקרא עזריהו בן אחימעץ זכריהו דכתיב ויהי לדרוש אלהים בימי זכריהו המבין בירא‍ת אלהים ונומר ויהוצדק הלך בהגלות יי׳ את יהודה וירושלם ומה שכתוב בספר חגי יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול לא יהוצדק שמש מעולם בכהונה גדולה דהא הוגלה לבבל בימי יכניה כדכתיב ויהוצדק הלך בהגלות ונומר אלא יהושע בנו היה כהן גדול כשעלו מבבל בבית שני. *Ipse est, qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon* I. *Paral.* VI. 10. Nonnulli interpretantur; Azarias est ille Azarias, qui fuit primus, & ab Azaria usque ad Serajah, qui fuit in excidio domus, fuerunt octo Pontifices; & hinc argumentantur in *Babyl. Joma* cap. I. & in *Vaicra Raba*, & in *Siphri* Parascha *Phinees*; octo Pontifices ministrarunt in domo prima. Et alii dicunt octodecim; neque in hoc neque in illo est spiritus vitæ. Quia Sadoch fuit primus qui floruit tempore Salomonis. Et præterea quis est Amarias, qui fuit tempore Josaphat de quo scriptum est, *Amarias sacerdos princeps & erat filius Asariæ*; qui fuit tempore Uzziæ, & tempore Ezechiæ, qui fuit post Josaphat? & si dicas, quod fuerit Azarias pater Serajah; & quando fuit Chalchia, qui floruit tempore Josiæ? Verum computandum est a Sadoko & duodecim fuerunt sacerdote a Sadocho usque ad Serajah; & sic invenimus in *Vaicra Raba* præcise, & in *Siphri* & præcipue in *Gemara Hierosolymitana*. Quod vero scriptum est de Azaria. *Ipse est qui sacerdotio functus est in domo.* Sic ex-

exponitur in *Siphri* & præcise in *Gemara Hierosolymitana*. Num fuit solus sacerdos, & in diebus Salomonis sacerdos? Atqui etiam reliqui sacerdotes, sicut ille, ita ministrarunt; sed quod tradidit animam suam pro sanctitate domus, quod non permiserit Uzziæ, ut adoleret suffitum, idcirco dictum est; *Ipse est, qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon*. Et iste est Azarias, qui vixit tempore Azariæ, & Ezechiæ, & Azarias filius Achimaaz, ipse est Amarias, qui sacerdotio functus est tempore Josaphat, sicut appellatur Uzzia Azarias, scriptum est enim 2. *Reg.* XV. I. *Anno vigesimo septimo Jeroboam &c. regnavit Azarias*. Et Azarias filius Achimaaz appellatur Zacharias, scriptum est enim 2. *Paral.* XXVI. 5. *Et exquisivit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum &c. Josedechus egressus est, quando transtulit Dominus Judam, & Jerusalem*. Et quid scriptum est in lib. *Haggæi* I. I. *Jeosuam filium Josedech sacerdotem magnum*: Nunquam Josedech ministravit in summo sacerdotio, quia abiit in captivitatem Babylonem tempore Jechoniæ, sicuti scriptum est: *Et Josedech abiit in captivitatem &c.* Sed Jeosua ejus filius fuit summus sacerdos, quando adscenderunt de Babylone in domo secunda. *Kimchi* ad l. c. *Paral.* והזכיר יחס אהרן עד הגולה והוא יהוצדק שהלך עם גלות יהודה ביד נבוכדנצר ויהושע בנו עלה מבבל עם הגולה ובספר עזרא מזכיר זה היחס עד אהרן אבל שם מדלג בו חמשה בתי אבות שהזכיר הנה מיוחסן אבי עזריה עד מריות ויקצר דלג אותם בתי אבות והזכיר יחס אלעזר ולא יחס איתמר לפי שמבני אלעזר היו כהנים גדולים עד עולם כי כן אמר לפנחס הקדוש ברוך הוא כאשר קנא בשיטים והיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהנת עולם זו היא כהונה כי גם כן בני איתמר היו כהנים גדולים עד עולם ובצדוק היתה תחילת הברכה הזאת עד יהוצדק והיו כהנים גדולים גם מבני איתמר כי עלי היה כהן גדול שהוה מבני איתמר וכן אחימלך ואביתר בנו הוא אשר כהן בבית אשר בנה שלמה בירושלם אם נאמר כי הוא היה ראשון אשר נתן בבית לא היה כי צדוק היה כמו שאמר במלכים צדוק הכהן ונתן הנביא ובזה הספר הוא אומר גם כן וימשחו לה' לנגיד ולצדוק לכהן ואם נאמר כי לא רצה לומר שכהן ראשון בבית אלא שכהן הנה גם האחרים כהנו מה בא לומר ואם בא לומר כי כהן גדול היה גם אחרים היו כהנים גדולים ורז"ל אמרו שהוא עזריהו שהיה בימי עוזיהו ולפי שמסר נפשו על קדושת הבית שלא הניח עוזיהו להקטיר לכך נאמר הוא אשר כהן כלומר שהוא חש על כבוד הכהונה ולא נשא פנים לעזיהו ויש לפרש כי גם בימי שלמה כהן אחר צדוק ואחר אביתר הנזכרים אלא בימי שלמה היה קטן עדיין ולא היה כהן גדול בימי עוזיהו ובימי חזקיהו עדיין חי והיה כהן גדול כמו שנאמר ויאמר אליו עזיהו כהן הראש ולפי שארוך ימים כל כך אמר עליו אשר כהן בבית כלומר אשר כהן כמה ימים: Et memorat genealogiam Aharon usque ad captivitatem Judæ per manum Nabuchdnezaris; & Jehosua ejus filius adscendit de Babylone cum captivitate. Et in libro Ezræ memoratur hæc genealogiam usque ad Aharon, quia Ezra erat filius Serajah. Et ejus genealogia pervenit usque ad Aharon, sicut genealogia Josedech sui fratris usque ad Aharon; sed ibi prætermittit quinque generationes, quia memorat genealogiam sui patris Azariæ usque Merioth, & brevitatis causa prætermittit illas generationes. Et memorat genealogiam Eleazari & non memorat genealogiam Ithamar, quia ex posteris Eleazari fuerunt summi sacerdotes in perpetuum; quia sic dixit Deus Phineeso, quando zelatus est in Schitim *Num.* XXV. 13. *Et erit tam ipsi, quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum*: Hoc est sacerdotium. Nam etiam & filii Ithamar, fuerunt sacerdotes, sed filii Phineesi fuerunt sacerdotes magni in perpetuum. Et in Sadocho principium fuit benedictionis usque ad Josedechum; Nam fuere etiam summi sacerdotes ex filiis Ithamar quia Eli, qui fuit ex filiis Ithamar, fuit summus sacerdos; sic etiam Achimelech, & Abjathar ejus filius. *Ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon in Hierusalem*. Si dicatur iste fuisse primus, qui fuerit sacerdos in domo, non potest dici, quia Sadoch fuit, sicut dictum est I. *Reg.* I. 34. *Sadoch sacerdos, & Nathan Propheta*; pariterque dictum est. I. *Paral.* XXIX. 22. *Unxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoch in sacerdotem*. Et si dicatur; quod non velit dicere, quod fuerit sacerdos primus in domo, sed quod fuerit sacerdos cum ceteris sacerdotibus. Quia si dicatur, quod fuerit summus sacerdos, etiam & alii fuerunt itidem summi sacerdotes. Et sapientes nostri f. m. dicunt hunc fuisse Azariam; qui vixit tempore Uzziæ; & quia tradidit animam suam pro sanctitate domus, quod non permiserit Uzziæ, ut adoleret suffitum; ideo dicitur; *Ipse est, qui sacerdotio functus est*; quasi dicatur; stirps ejus notetur ab sacerdotii dignita-

tatem, quæ nec Uzziæ cedere voluit. Sunt qui opinantur, eum etiam tempore Salomonis sacerdotem fuisse post Sadochum, & majores suos memoratus. At tempore Salomonis fuit minorennis, neque fuit summus sacerdos; at tempore Uzziæ & Ezechiæ vixit, & functus est summo sacerdotio, sicuti dictum est. *Et dixit Uzziæ sacerdos princeps*; & quoniam longæus erat; ideo de eo dictum est; *Ipse est, qui sacerdotio functus est in templo*; i. e. quod per multos annos sacerdotio sit functus.

Perspicua magis deprehenditur successio Pontificum a Josedecho post captivitatem ab condito templo secundo usque ad Simeonem secundum CCCC. annorum intervallo hoc ordine.

Josedec
|
1. Josua
|
2. Joachim
|
3. Eliasib
|
4. Jojada
|
5. Jonathan
|
6. Jaddua
|
7. Onias I.
|
8. Simon I.
|
9. Eleazar
|
10. Manasses
|
11. Onias II.
|
12. Simon II.
|
13. Onias III.
|
14. Jesus
|
15. Onias f. Jason, Menelaus.
|
16. Lysimachus.

De his Pontificibus fit mentio in *Ezra*, *Haggæo*, & præsertim *Nehem.* XII. 2. וישוע הוליד את יויקים ויויקים הוליד את אלישיב ואלישיב הוליד את יוידע ויוידע הוליד את יונתן ויונתן הוליד את ירע *Josue autem genuit Joachim & Joachim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Jojada, & Jojada genuit Jonathan, & Jonathan genuit Jeddua.* Ubi *Raschi* אלו שבמקרא זה היו כהנים גדולים. Isti omnes, qui in hoc textu memorantur, fuerunt summi sacerdotes. Josedeco patri jure primogeniture successit Jeosua excluso Ezra patruo, qui secundo genitus erat Serajæ. *Hagg.* I. I. dititur אל יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול. *Et ad Josua filium Josedech, sacerdotem magnum.* *Raschi* ad I. *Paral.* XXIV. I. וימת נדב ואביהוא ובנים לא היו להם לפי שלא היו להם בנים כיהנו אלעזר ואיתמר במקומם אבל אם היו לנדב ואביהוא בנים היו קודמים לאלעזר ואיתמר בכהנה גדולה שכן מצינו בעזרא שהרי יהוצדק אביו של יהושע היה ויהוצדק ועזרא בני שריה היו כדכתיב לעיל ושריה הוליד יהוצדק ובעזרא כתיב עזרא בן שריה ויהוצדק הלך בגולה ובבל וכשעלו מבבל עלה יהושע ושימש ולא שימש עזרא לפי שהיה יהוצדק הבכור וקדמו בן אחיו הבכור כדכתיב בנבואת חגי יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול. *Et mortui sunt Nadab & Abihu; & filii non fuerunt illis*: quia non haberunt filios, sacerdotio functi sunt eorum vice Eleazar & Ithamar; si vero fuissent Nadab & Abihu filii, prælati fuissent Eleazaro, & Ithamar in summo sacerdotio; ita enim invenimus in Ezra; quia Josedech fuit pater Jeosua, & Josedech & Ezra fuerunt filii Serajah; sicuti supra scriptum est; *& Serajah genuit Josedech*. Et de Ezra scriptum est; *Et Ezra filius Serajah*. Et Josedech abiit in captivitatem Babylonem, & quando adscenderunt de Babylone, adscendit Jeosua, & ministravit, & non ministravit Ezra, quia Josedech erat primogenitus, & prælatus est filius fratris sui primogenitus; sicuti scriptum est in prophetia *Haggæi*. *Josbua filium Josedech sacerdotem magnum*. Non est probanda ratio ipsius *Raschi*, quam affert I. *Paral.* VI. ומה שכתוב בספר חגי יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול לא יהוצדק שמש מעולם בכהונה גדולה דהא הוגלה לבבל בימי יכניה כדכתיב ויהוצדק הלך בהגלות וגו׳ אלא יהושע בנו היה כהן גדול כשעלו מבבל בבית שני ומה שלא היה עזרא בן שריה הסופר כהן גדול ובין אחיו יהושע בן יהוצדק כי הן זהו הטעם לפי כי יהושע עלה עם זרובבל כמה ימים ושנים קודם שעלה עזרא. Et cur scriptum est in libro *Haggæi*. *Josua filium Josedech sacerdotum magnum*? Nunquam ministravit Josedech in summo sacerdotio, quia abiit in captivitatem Babylonem tempore Jehoniæ, sicuti scriptum est; *& Josedech abiit in captivitatem &c.* Sed Josua ejus filius fuit sacerdos magnus; quando adscenderunt de Babylone in domo secunda; & qua de causa non fuit summus sacerdos Ezra filius

filius Serajah ſcriba, ſed Joſua filius Joſedech functus eſt ſacerdotio? Ratio eſt, quia Joſua adſcendit cum Zerubabele compluribus diebus & annis ante Ezram. Non deſunt, qui putent Ezram ſummo ſacerdotio fuiſſe perfunctum. In Chronico Alexandrino Eſdras Pontifex appellatur. In traditionibus *D. Hieronymi* legitur. *Joſedech ſacerdos* (1. *Paral.* VI. 15.) ipſe eſt Eſdras. Demonſtrat hoc liber ejuſdem Eſdræ, ubi dicit: *Et poſt hæc verba in regno Artaxerxis regis Perſarum Eſdras filius Sarajæ filii Azariæ*; Sed & in libro ſuo ſe prætermittit humilitatis cauſa. *Et paulo poſt*. Tradunt etiam Hebræi eundem Eſdram eſſe Malachiam prophetam, qui in duodecim Prophetis ultimus eſt; ipſius filius eſt Jeſus ſacerdos magnus, de quo meminit Zacharias Propheta. *Zachar.* III. 1. ubi Joſua pontifex, qui revera Joſedechi filius erat, nec Ezræ filius, ſed ex fratre nepos memoratur.

In reliquis patri filius ſucceſſit; ſi excipiatur unus Eleazar, qui fratri Simoni ſucceſſit, præterito Onia ejus filio, qui propter puerilem ætatem patri in Pontificatu non ſucceſſit, uti legitur in Euſebii fragmentis. Ιϐδαίων ἀρχιεράτευσεν θ' Ελεάζαρ Σίμωνος ἀδελφὸς ἀντ' Ονίϐ παιδὸς Σίμωνος νηπίϐ παραληφθέντος. Judæorum Pontifex erat IX. Eleazarus frater Simonis, Onia parvulo relicto.

De Singulorum Pontificum annis mira eſt diſcrepantia inter *Euſebium* ex Chron. Alexandrinum

	Euſeb.	Chron. Alex.
1. Joſua ben Joſedec		XXXII.
2. Joachim	XXXVI.	XXX.
3. Eliaſib	XXXIV.	XL.
4. Jojada	——	XXXVI.
5. Jonathan, qui & Joannes, & Jannæus	XXXII.	XXXII.
6. Jaddua tempore Alexandri Magni	XX.	XX.
7. Onias I.	XXI.	XXI.
8. Simon I.	IX.	XIV.
9. Eleazar	XXXII.	XV.
10. Manaſſes	XXVI.	XXVI.
11. Onias II.	XIV.	XXXII.
12. Simon II.	XX.	XXII.
13. Onias III.	XXXVI.	XXIV.
14. Jaſon	——	XVI.
15. Menelaus. Ex *Joſepho* lib. XIII. c. 15.	X.	XVI.
16. Lyſimachus		

Onias III. Oniæ filius patrui cæde territus in Ægyptum ad Ptolemæum Philometorem Regem profugit, ubi humaniſſime exceptus, templum ad Hieroſolymitani ſimilitudinem in agro præfecturæ Heliopolitanæ prope Memphium extruxit, teſte *Joſepho* lib. XII. cap. 15. & lib. XX. cap. 8. & 1. *Maccab.* VII. 9. & 2. *Maccab.* XIV. & *Euſebio* num. MDCCCLVII. Tum Pontificatus ab hac familia, in qua tandiu manſerat, in aliam translatus eſt, teſte *Joſepho*. τὴν ἀρχιεροσύνην Αλκίμῳ δέδωκεν ὄκ ὄντι τῆς ἀρχιερέων γενεᾶς. ἀλλ' ὑπὸ Λυσίϐ πεισθεὶς μεταθῆναι τὴν τιμὴν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον. Pontificatum (*Antiochus*) dedit Alcimo, qui non erat ex genere Pontificali, perſuaſus nempe a Lyſia, ut dignitatem transferret in aliam domum.

Alcimo poſt quadriennem Pontificatum demortuo ſucceſſit Judas Maccabæus ex Haſmonæorum familia teſte *Joſepho* lib. XII. cap. 17. τελευτήσαντος δὲ τότε (Αλκίμϐ) τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ λαὸς τῷ Ιϐδᾳ δίδωσιν. Mortuo Alcimo Pontificatum populus Judæ tradidit. Et lib. XII. τὴν ἀρχιερωσύνην ἔτος τρίτον κατασχὼν ἀπέθανεν. *Judas* adminiſtrato Pontificatu per triennium mortuus eſt. Utrum claſſis Joaribi (in qua Haſmonæi erant adſcripti) fuerit ex Eleazaridis, an ex Ithamaridis, decerni non poteſt; Quamvis prima eſſet inter claſſes, uti videre eſt 1. *Paral.* XXIV. 7. tamen nihil de illa poteſt definiri, cum ſortito claſſes eligerentur, teſte *Kimchio* ad l. c. *Par.* ad verſ. 5. *Et diſtribuerunt eos ſorte, alteram cum altera*. רצ״ל כי לא נתן מעלה לאחד מהם על חברו כי כלם היו שרי קדש ושרי האלהים מבני אלעזר ומבני איתמר לפיכך לא נתן להם מעלה זה על זה להיות זה קודם לזה אלא שעלה הגורל להם כן היו לבד הכהונה הגדולה שהיתה מבני אלעזר כמו שפירשנו למעלה. Senſus eſt, non conceſſam fuiſſe eorum alteri ante alteram dignitatem; quoniam univerſi fuere principes ſanctuarii, & prin-

cipes Dei, tam Eleazaridæ, quam Ithamaridæ. Inde fiebat ut alteri non tribueretur dignitas ejusmodi, ut alteri præponeretur; sed prout adscendebat sors tantum, ita quisque habendus erat; excepto semper, quod sacerdotium summum peculiare erat Eleazaridis, uti supra ostendimus: Sed maximum argumentum Hasmonæos fuisse Eleazaridas eruitur ex cap. 11. 54. *Maccab.* ubi in oratione Mathathiæ ad filios habita legitur: *Phinees pater noster zelando zelum accepit fœdus sacerdotii æterni*. Ceterum maxima attributa fuit dignitas primæ classi sacerdotum, quæ Joaribi erat, teste *Josepho* sub initium vitæ suæ; ἐμοὶ δ' οὐ μόνον ἐξ ἱερέων ἐστὶ τὸ γένος ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν κδ'. πολλὴ δὲ κἂν τούτῳ διαφορά. Non solum ex sacerdotum oriundus sum genere, verum etiam ex classe prima inter illas XXIV. Et magnum sane ex ea re nascitur discrimen.

Mortuo Juda successit in principatum Jonathan ejus frater, ab Alexandro Syriæ rege Pontifex renuntiatur, & sacras vestes more solenni in tabernaculorum festo induit, teste *Josepho* lib. XIII. cap. 5. Verba diplomatis Alexandri regis ad Jonathanem hæc sunt: χειροτονοῦμεν σε σήμερον ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων. Accepto diplomate Jonathan, ἐνδύεται μὲν τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν τῆς σκηνοπηγίας ἐνστάσης μετὰ ἔτη τέσσαρα ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτὸν Ἰούδαν ἀποθανεῖν, καὶ γὰρ οὐδὲ μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἀρχιερεὺς τις ἐγεγόνει. Pontificiam stolam induit, instante ipso Scenopegiæ festo, post quadriennium a Judæ fratris obitu, cum vacasset interim sacerdotium.

Jonathani occiso successit Simon frater, qui insidiis generi sui Ptolemæi cæsus successorem reliquit Joannem filium, Hyrcanum cognominatum teste *Josepho* lib. XIII. cap. 14. & 15. qui triginta amplius annos pontificatu functus est, & successorem habuit Aristobulum filium natu maximum, cui anno elapso successit Alexander Jannæus frater, qui cæteros ætate præcedebat, cui ex Alexandra (quæ & Salima & Salome dicta est) nati sunt filii Hyrcanus & Aristobulus. Uxori moriens post vigesimum octavum Pontificatus annum regni administrationem testamento reliquit, atque ei καταστῆσαι τὸν ἀρχιερατευσόμενον ἐπιτρέψας arbitrium deligendi Pontificis permittens; quæ ἀρχιερέα (teste *Josepho*) ἀποδείκνυσιν Ὑρκανὸν διὰ τὴν ἡλικίαν, πολὺ μέν τοι πλέον διὰ τὸ ἄπραγμον αὐτοῦ. Pontificem Hyrcanum renuntiavit, ætatis quidem causa, sed magis ob innatam ei segnitiem. Post novennium, mortua Alexandra matre, etiam & regnum habuit, sed post tres menses utraque dignitate ab Aristobulo fratre spoliatus est; uti videre est apud *Josephum* lib. I. de Bello Judaico cap. IV. lib. XIV. cap. 8. Fratrum dissidium excivit in Judæam Romanos. Pompejus capta Hierosolyma, captivum secum abduxit Aristobulum, & regnum & pontificatum Hyrcano restituit; quod Senatus consulto sub Julio Cæsare confirmatum est apud *Josephum*: ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπα, ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, universa item jura Pontificalia, & beneficia, quæ ex jure Patrio debentur, ei & filiis ejus manere volo. Hyrcanus deinde ab Antigono Aristobuli fratris filio, Parthorum auxiliis captus est, uti legitur apud *Josephum* lib. XV. cap. 25. & lib. I. cap. 2. Halos. Antigono Antonii jussu Antiochiæ securi percusso, Herodes Antipatri filius a Romanis Judææ regno donatus est, qui præterito Aristobulo Alexandri filio, Ananelum ἱερέα τῶν ἀσημοτέρων, *obscuri generis sacerdotem*, sed ex stirpe Pontificali natum, teste *Josepho*, summo sacerdotio donavit. Sed precibus Alexandræ socrus, & Mariamnæ uxoris commotus Herodes, exauctorato Ananelo, Pontificatum dedit Aristobulo, quem e medio sustulit, Hyrcano etiam occiso, ut nemo ex familia regia & Pontificali superesset, postquam CXXX. annos Hasmonæi summo sacerdotio perfuncti sunt.

Extinctis ab Herode Hasmonæis, nulla deinde in successione Pontificali aut juris perpetui aut hæreditarii ratio habita est, pro libidine & arbitrio sive Cæsarum, sive Regum, sive Præsidum Romanorum electi summotique sunt Pontifices.

Ananelo, qui post mortem Aristobuli iterum Pontificatu perfunctus est, substituitur *Jesus Phabeti* filius quo summoto.

Simon Boethi Alexandrini filius Herodis socer eligitur, teste *Josepho* lib. XV. cap. 12.

Matthias Theophili f. Hierosolymitanus sufficitur, Simone exautorato. *Joseph.* lib. XVII. cap. 6.

Joazarus Simonis Boethi f. successit.

Eleazarus ab Archelao Tetrarcha Judææ, summoto *Joazaro* fratre, suffectus est. *Joseph.* lib. XVII. cap. 15.

Jesus filius Sie Pontificatu non diu perfunctus est *Eleazarus*, ἐπικαταστηθέντος αὐτῷ ζῶντι Ἰησοῦ τοῦ Σιὲ παιδός, *subrogato in viventis locum Jesu filio Sie*, teste *Josepho*

Joa-

Joazarus iterum Pontifex a Quirino præside pulſus.

Ananus f. Seth a Quirino præside ſuffectus, qui *Annas* in Evangeliis dicitur.

Iſmaelus Phabi filius a Valerio Grato Judææ præside conſtitutus, *Anano* ſummoto.

Eleazarus Anani pontificis filius, remoto Iſmaele a Grato ſubſtitutus.

Simon Camithi ab eodem præside Eleazaro ſuffectus.

Joſephus, *Caiphas* etiam dictus, Anani gener, poſt annuum Simonis Pontificatum, a Grato ſubſtitutus.

Jonathas Anani Pontificis f. Caipha remoto, a Vitellio Syriæ proconſule electus. *Joſeph.* lib. XVIII. cap. 6. 7.

Theophilus ejuſdem Anani filius, fratre exauctorato, ab eodem ſuffectus.

Simon Boethi filius, cognominatus *Cantharas*, ejecto Theophilo, ab Herode Agrippa rege ſurrogatus. *Joſeph.* lib. XV. cap. 12.

Matthias Anani Pontificis filius, pulſo Simone Canthara, ab Herode Agrippa eligitur.

Alionæus, ſummoto Matthia, ab eodem Agrippa ſurrogatur. *Joſeph.* XIX. 7.

Joſephus filius Canei ſucceſſor Alioneo ab Herode Chalcidis principe creatur. *Joſeph.* lib. cit. cap. 3.

Ananias Nebedæi filius, exautorato Joſepho, ab eodem Herode ſufficitur.

Iſmaelus Phabei f. ab Agrippa juniore rege ſuffectus. *Joſeph.* lib. XX. cap. 6.

Joſephus cognomento Cabei, Simonis Cantharæ filius, Iſmaele Romæ obſide retento, ab eodem Agrippa eligitur.

Ananus Anani filius quintus, dejecto Joſepho, ab Agrippa rege ſurrogatur.

Jeſus Damnæi f. Anano exauctorato, ab eodem rege ſuffectus.

Jeſus Gamalielis f. prædeceſſore ſummoto, ab eodem rege ſurrogatus.

Matthias Theophili f. ſummoto Jeſu Gamalielis filio, ab eodem rege ſuffectus.

Phannias, *Phanaſus* etiam dictus, Samuelis f. a Zelotis electus, quo Pontifice capta eſt urbs, & incenſum eſt templum; de quo *Joſephus* lib. XX. c. 8. & Haloſ. lib. IV. cap. 12. *μεταπεμψάμενοι τῶν ἀρχιερατικῶν φυλὴν, Ἐνιακεὶμ καλεῖται, διεκλήρουν ἀρχιερέα λαγχάνει δὲ ἀπὸ τύχης ὁ μάλιστα διαδείξας αὐτῶν τὴν παρανομίαν, Φαννίας τις ὄνομα υἱὸς Σαμουήλου κώμης Ἄφθας, ἀνὴρ οὐ μόνον ἀνάξιος ἀρχιερέως, ἀλλ' οὐδ' ἐπιστάμενος σαφῶς, τί ποτε ἦν ἀρχιερωσύνη, δι' ἀγροικίαν.* Accita una generis Pontificii tribu (cui nomen Eniacim) pontificem ſorte eligebant, caſuque ſors exiit Phanniæ Samuelis filio ex vico Aphtha, unde maxima eorum legum violatio indicabatur: Homo ſcilicet is erat non ſolum pontificatu indignus, ſed etiam qui ob ruſticitatem, nec quid pontificatus eſſet, omnino dignoſceret.

CAPUT X.

I. *De gradibus ſacerdotii*. II. *De* XXIV. *Claſſibus*. III. *De Vitiis*, & *nuptiis Sacerdotum*.

I. HOC ordine diſtributi erant gradus inter ſacerdotes, quo referuntur in *Toſaphtha* cap. II. המלך קודם לכהן גדול שנאמר ויאמר המלך להם קחו לכם את עברי ארוניכם וגו' כהן גדול קודם לנביא שנאמר ומשח אותו שם צדוק הכהן ונתן הנביא הקדים צדוק לנתן ואומר שמע נא יהושע הכהן הגדול וגו' יכול בני אדם הדיוטים היו תלמוד לומר אנשי מופת אלא נביא שנאמר ונתן לך אות ומופת משוח בשמן המשחה קודם למרובה בגדים מרובה בגדים קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה לסגן סגן קודם לראש משמר ראש משמר קודם לראש בית אב ראש בית אב קודם למרכל מרכל קודם לגזבר גזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי. Rex antecedit ſacerdotem; dictum eſt enim 1. *Reg.* 1. 33. *Dixit ad eos: Tollite vobiſcum ſervos Domini veſtri &c.* Sacerdos magnus antecedebat prophetam; dictum eſt enim ibid. verſ. 34. *Et unget eum ibi Sadoch ſacerdos, & Nathan propheta*. Præfertur Sadoch Nathani. Et ſimiliter dictum eſt *Zachar.* III. 18. *Audi, Jeſu ſacerdos magne &c.* Crederem fuiſſe homines vulgares? Idcirco dictum eſt; *Quia viri portendentes ſunt*. Non eſt portendens niſi propheta. Dictum eſt enim *Deut.* XIII. 2. *Et dederit tibi ſignum, atque portentum*. Unctus oleo unctionis antecedebat multiplicatum veſtibus, multiplicatus veſtibus antecedebat unctum belli, unctus belli Segen, Segen principem claſſis, princeps claſſis præfectum domus patris, præfectus domus patris theſaurarium, theſaurarius quæſtorem, quæſtor ſacerdotem vulgarem, ſacerdos vulgaris Levitam. *Hieroſ. Horaj.* 78. 2. מלך קודם לכהן גדול דכתיב והרכבתם את שלמה בני וגו' כהן גדול לנביא דכתיב ומשח אותו שם צדוק הכהן ונתן הנביא למלך הקדים צדוק לנתן רבי יונה בשם רבי חמה בר חנינה נביא מכפת ידיו ורגליו ויושב לו בפני כהן גדול ומה טעמא שמע נא יהושע הכהן הגדול אתה ורעיך היושבים לפניך יכול יהיו הדיוטות תלמוד לומר כי אנשי מופת המה ואין

ואין מופת אלא נבואה בין מה דתמר ונתן אליך אות או מופת נביא קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה קודם לראש משמר ראש משמר קודם לראש בית אב ראש בית אב קודם למרכלי והמרכל קודם לגיזבר גיזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי. Rex præcedebat summum sacerdotem; scriptum est enim 1. *Reg.* 1. *Et imponite Salomonem filium meum &c.* Summus sacerdos præcedebat prophetam; scriptum est enim ibid. *Et ungat eum ibi Sadoch sacerdos, & Nathan propheta in regem*: Præfertur Sadoch Nathani. R. Jona nomine R. Chama bar Chanina. Propheta incurvans manus & pedes suos, sedit coram summo sacerdote; Qua de causa. Quia dictum est *Zachar.* III. 8. *Audi Jesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui sedent coram te.* Crederem fuisse homines vulgares? Idcirco dictum est; *Quia viri portendentes sunt* Quomodo tu dicis *Deut.* XIII. 2. *Et dederit tibi signum atque portentum.* Propheta antecedebat unctum belli, unctus belli principem classis, princeps classis præfectum domus patris, præfectus domus patris thesaurarium, thesaurarius quæstorem, quæstor sacerdotem vulgarem, sacerdos vulgaris Levitam. *Maimonides* de vasis sanctuarii cap. IV. כהן הגדול המשוח קודם למרובה בגדים ומרובה בגדים העומד לשרת קודם למשוח שעבר מחמת קרי והעובר מחמת קרי קודם לעובר מחמת מום והעובר מחמת מום קודם לכהן משוח מלחמה ומשוח מלחמה קודם לסגן וסגן קודם לקתיקול וקתיקול קודם לאמרכל ואמרכל קודם לגזבר וגזבר קודם לראש משמר וראש המשמר קודם לראש בית אב וראש בית אב קודם לכהן הדיוט משאר הכהנים ומצאו הכהנים תמיד שמנה מעלות זו למעלה מזו. Summus sacerdos unctus anteibat multiplicato vestibus, vestibus multiplicatus, qui stabat ad ministrandum, anteibat uncto, qui semel operatus est, eo quod summo sacerdoti fluxio seminis accidisset; & hic anteibat illi, qui summi sacerdotis, quoniam is vitio corporis erat affectus, munus offert. Et iste præstabat uncto belli; unctus belli Segen, Segen Catholico, Catholicus quæstori, quæstor principi classis, princeps classis præfecto domus patris, præfectus domus patris sacerdoti vulgari. Ex omnibus sacerdotibus deprehenduntur semper octo dignitatis gradus, alter alteri superior.

II. De sacerdote uncto belli, & de Segen seu summi sacerdotis vicario satis superque in XII. volumine dictum est; Nunc de XXIV. classibus sacerdotum agendum erit, de quibus fit mentio 1. *Paral.* XXIV. 2. וימת נדב ואביהוא לפני אביהם ובנים לא היו להם ויכהנו אלעזר ואיתמר ויחלקם דוד וצדוק מן בני אלעזר ואחימלך מן בני איתמר לפקדתם בעבדתם וימצאו בני אלעזר רבים לראשי הגבורים מן בני איתמר ויחלקום לבני אלעזר ראשים לבית אבות ששה עשר ולבני איתמר לבית אבות שמנה ויחלקום בגורלות אלה עם אלה כי היו שרי קדש ושרי אלהים מבני אלעזר ובבני איתמר ויכתבם שמעיה בן נתנאל הסופר מן הלוי לפני המלך והשרים וצדוק הכהן ואחימלך בן אביתר וראשי האבות לכהנים וללוים בית אב אחד אחז לאלעזר ואחז אחז לאיתמר ויצא הגורל הראשון ליהויריב לידעיה השני לחרם השלישי לשערים הרביעי למלכיה החמישי למימן הששי להקוץ השביעי לאביה השמיני לישוע התשיעי לשכניהו העשירי לאלישיב עשתי עשר ליקים שנים עשר לחפה שלשה עשר לישבאב ארבעה עשר נבלנה חמשה עשר לאמר ששה עשר לחזיר שבעה עשר להפצץ שמנה עשר לפתחיה תשעה עשר לחזקאל העשרים ליכין אחד ועשרים לגמול שנים ועשרים לדליהו שלשה ועשרים למעזיהו ארבעה ועשרים אלה פקדתם לעבדתם לבוא לבית יהוה כמשפטם ביד אהרן אביהם כאשר צוהו יהוה אלהי ישראל. *Mortui sunt autem Nadab & Abibu ante patrem suum absque liberis, sacerdotioque functus est Eleazar & Ithamar. Et divisit eos David, id est Sadoch de filiis Eleazari, & Achimelech de filiis Ithamar, secundum vices suas & ministerium. Inventique sunt multo plures filii Eleazari in principibus viris, quam filii Ithamar. Divisit autem eis, hoc est filiis Eleazari, principes per familias sedecim; & filiis Ithamar principes per familias, & domos suos octo. Porro divisit utrasque inter se familias sortibus: erant autem principes sanctuarii & principes Dei, tam de filiis Eleazari, quam de filiis Ithamar. Descripsitque eos Semejas filius Nathanael scriba Levites coram rege, & principibus & Sadoch sacerdote, & Achimelecho filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium, & Levitarum, unam domum, quæ ceteris præerat Eleazar & alterum domum, quæ sub se habebat ceteros, Ithamar. Exivit autem sors prima Jojarib; secunda Jedei: Tertia Harim: Quarta Seorim: Quinta Melchia: Sexta Maiman: Septima Accos: Octava Abia: Nona Jesua: Decima Sechania: Undecima Eliasib: Duodecima Jacim: Tertiadecima Hoppha: Decimaquarta Isbaab: Decimaquinta Belga;*

ga; Decimasexta Emmer: Decimaseptima Hezir: Decima octava Haphses: Decima nona Pheteja: Vigesima Hezechiel: Vigesima prima Jachim: Vigesima secunda Gamul: Vigesima tertia Dalajau: Vigesima quarta Maaziau: Hæ vices eorum secundum ministeria sua ut ingrediantur domum Domini, & juxta ritum suum sub manu Aharon patris eorum sicut præceperat Dominus Deus Israel. Ubi *Raschi* ויחלקום לבני אלעזר ראשים לבית אבות ששה עשר מתחילה במשכן שילה לא היו כן כי אם ששה עשר משמרות שמנה מאלעזר ושמנה מאיתמר ומפורש במסכת תענית וכשראה דוד שהיו ראשי הגבורים לאלעזר רבים חלקם לכל משמר ומשמר של אלעזר לשנים והעמידם על ששה עשר משמרות ומשמרות בני איתמר העמיד על מעמד משמר כבראשונה על שמנה משמרות וכן מוכיח בסמוך בית אב אחד אחז לאלעזר ואוחז אחוז לאיתמר כלומר כאחוז למעמד במשמרת במשכן כמו כן העמידן דוד עתה בבית המקדש ויחלקום בגורלות אלה עם אלה למי יפול הגורל להיות ראשון או שני או שלישי או רביעי וכן כולם ויכתבם שמעיה להיות להם לזכרון מי ראשון ומי שני וכן כולם אלה אבות הראש כך שמו אבות. Et divisit filiis Eleazari principes per familias sedecim. A principio in tabernaculo Silo non erant nisi sedecim classes, octo Eleazari, totidemque Ithamar, sicut exponitur in tractatu *Taanith*; & quando vidit David plures esse principes viros Eleazari; divisit singulas classes Eleazari in duas, & sedecim constituit, & de filiis Ithamar constituit, sicut in principio octo classes; & sic probatur infra; *Unam domum patris aprehendit Eleazaro, & apprehendendo apprehendit Ithamar*; sc. quando apprehendit, ut statueretur in classibus in tabernaculo; eo modo constituit David in domo sanctuarii: Et divisit sortibus inter se; Sicut cuique cecidit sors, ut esset prima, aut secunda, aut tertia, aut quarta, & sic in omnibus. *Descripsitque eos Semejas*; ut esset illis in recordationem, quinam esset primus, & qui secundus; & sic in omnibus. Hæ sunt domus principis. Sic erat nomen familiarum. *Radak* ibid. ויחלקם דוד וצדוק וגו׳ היו״ד בסגול והח״ית בקמץ והוא כמו ויחלקם האמור למעלה כי שוים הם בניקוד וכבר זכרתי דקדוקי בספר מכלל פירש לפי ששנה דוד המשמרות ממה שהיו כי מתחילה היו שמונה מאלעזר ושמנה מאיתמר וראה דוד בנים לראשי גבורים מן בני איתמר ולקח עמו אחד מבני איתמר ואחד מבני אלעזר והוסיף עוד שמונה משמרות ותקן עשרים וארבעה משמרות השש עשרה מאלעזר השמונה מאיתמר וזהו שאמר בית אבות אחד אחוז לאלעזר כלומר יותר על מה שהיה בתחילה ואחוז אחוז לאיתמר כלומר מה שהיה אחוז לאיתמר היה גם עתה כן אחוז כי לא הוסיפו לו משמרה נחלקו רבותינו יש מי שאומר כי משה תקן שמנה משסרות ארבעה מאלעזר וארבעה מאיתמר בא שמואל והעמידן על שש עשרה שמנה מאלעזר ושמנה מאיתמר בא דוד והעמידן על עשרים וארבעה ויש מהם מי שאומר משה תקן שש עשרה שמנה מאלעזר ושמנה מאיתמר באו שמואל ודוד והעמידון על עשרים וארבע שנאמר יסד דוד ושמואל הרואה באמונתם כי ויחלקם בגורלות אלה עם אלה וגו׳ רוצה לומר כי לא נתן מעלה לאחד מהם על חבירו כלם היו שרי קדש ושרי אלהים מבני אלעזר ומבני איתמר לפיכך לא נתן להם מעלה זה על זה להיו׳ זה קודם לזה אלא כמו שעלה הגורל להם כן היו לבד הכהונה הגדולה שהיתה מבני אלעזר כמו שפירשתי למעלה ויכתבם שמעיה בן נתנאל הסופר עשרים וארבעה משמרות ובית ראשי הגבורים נתנה בקלפי ויצא הגורל הראשון ליהויריב וגו׳ אלה פקדתם לעבודתם אלו שכותבין כהן ראשי משמרות פקודתם על משמרות היו. *Et divisit eos David & Sadoch* &c. *Jod* cum segol, & *Cheth* cum Chametz; & erit sicut ויחלקם supra dictum, quia similia sunt in puncto; & jam memoravi puncta in libro Miclal. Exponitur; quia mutavit David classes ab eo statu, quo erant; quia a principio erant octo ex Eleazaridis, & octo ex Ithamaridis, & vidit David plures esse principe viros ex Eleazaridis, quam ex Ithamaridis; & accepit unum ex filiis Ithamar, & unum ex filiis Eleazari, & addidit præterea octo classes, & constituit viginti quatuor classes, sexdecim ex Eleazaridis, & octo ex Ithamaridis, & hoc est quod dicit; *Domum patrum unam apprehendit Eleazaro*; i. e. plus quam erat a principio; *Et apprehendendo apprehendit Ithamar*; i. e. quod apprehendit Ithamar, ita & eo tempore apprehendit; nullaque illi addita fuit classis. Dissentiunt sapientes nostri, est qui dicit, quod Mose constituerit octo classes, quatuor ex Eleazaridis, totidemque ex Ithamaridis; Venit Samuel, & constituit sexdecim octo ex Eleazaridis totidemque ex Ithamaridis; Venit David, & constituit quatuor & viginti: Et est qui dicit, quod Mose constituerit sexdecim, octo ex Eleazaridis, totidemque ex Ithamaridis; Venerunt David & Samuel, & constituerunt viginti quatuor; Dictum est enim 1. *Paral.* XX. 22. *Dum constituerunt David, & Samuel videns in fide sua; & divisit*

sor-

sortibus inter se &c. Id est; quia non data est alteri super alteram excellentia; omnes enim erant principes sanctuarii, & principes Dei de filiis Eleazari, & de filiis Ithamar; idcirco non data est alteri super alteram excellentia, ut altera alteram antecederet; sed ita erant eo modo, quo sors adscenderat; excepto summo sacerdotio, quod erat ex filiis Eleazari; ut supra exposuimus. *Descripsitque eos Semajas filius Nathanael scriba*; quatuor & viginti classes; & domus principum virorum indebatur in urnam; *Exivit autem sors prima Jojarib &c. Hæ vices eorum secundum ministeria sua*; Isti, qui hic scripti sunt, principes classium imperium habebunt in classibus. *Hierosol. Taanith* 67. 4. רבי יעקב בר אחא רבי חייה בשם רבי יוחנן שמנה משמרות כהונה העמיד משה ארבעה משל אלעזר וארבעה משל איתמר עד שעמד דוד ושמואל הרואה והוסיפו עליהם עוד שמנה ארבע משל אלעזר וארבע משל איתמר וביקשו להוסיף עוד שמנה ולעשותן עשרים וארבעה ומצאו משל אלעזר ולא מצאו משל איתמר הרא הוא דכתיב וימצאו בני אלעזר רבים לראשי הגבורים מבני איתמר וגו׳ רבי יעקב בר אחא רבי הונה רבה דציפורין בשם רבי יוחנן בירת אב אחד בירת אב אחד אחוז לאלעזר שניתוסף לו בתי אבות אחרים ואחוז אחוז לאיתמר מה שתפס תפס רבי זעורא בשם רבי חונה לחזר שבעה עשר שחזר המחזיר לאלעזר לעשותם עשרים ושלש אין את יכול דכתיב המה יסד דוד ושמואל הרואה באמונתם באומנותם אומנות גדולה היתה שם שאין משמר נוטל ושונה בשדה אחוזה עד שיטול חבירו אמר רבי אבהו חישבתים שאין משמר נוטל ושונה בשדה אחוזה עד שיטול חבירו. R. Jacob bar Acha, R. Chjah nomine R. Jonathan; octo classes sacerdotii constituit Mose, quatuor ex Eleazaridis, totidemque ex Ithamaridis, donec venit David & Samuel videns, & his addiderunt octo, quatuor ex Eleazaridis, totidemque ex Ithamaridis; & quæsierunt præterea addere octo, & constituere quatuor & viginti & invenerunt de Eleazaridis, & non invenerunt de Ithamaridis. Hoc est quod scriptum est l. c. *Paral. Et invenerunt de filiis Eleazari plures in principibus viris, quam ex filiis Ithamar &c.* R. Jacob bar Acha R. Chana Raba ex Sipporim nomine R. Jonathan; dictum est; *domum patris unam; domum patris unam apprehendit Eleazaro*; i. e. additæ illi fuerunt aliæ domus patrum; *& apprehendendo apprehendit Ithamar*; Quicquid apprehendit, apprehendit. R. Zangora nomine R. Hona; ad constituendum septem & decem; quod restituendo restituit Eleazaro. Ut tres & viginti statuerint; Tu non potes dicere; quia scriptum est l. c. *Paral. Quos constituerunt David & Samuel videns fide sua*; *In fide sua*. Magna fides ibi erat, quia classis non accipiebat, & iterabat in agro possessionis, donec acciperet ejus socius: Dicit R. Abau; erant honorati, quia classis non accipiebat, neque iterabat in agro possessionis, donec acciperet ejus socius.

Quatuor classes, quæ de captivitate Babylonica Hierosolymam adscenderunt iterum Prophetarum jussu & consilio in quatuor & viginti distributæ sunt. *Hierosol. Taanith* 68. 1. ארבע משמרות עלו מן הגולה ידעיה חרים פשחור ואמר והתנו עמהן הנביאים שביניהן שאפילו יהויריב עולה מן הגולה שלא ידחה את המשמר של פניו אלא יעשה טפילה לו ועמדו הנביאים שביניהן ועשו עשרים וארבע גורלות והטילום בקלפי ובא ידעיה ונטל חמש והוא הרי שש ובא חרים ונטל חמש והוא הרי שש ובא פשחור ונטל חמש והוא הרי שש ובא אימר ונטל חמש והוא הרי שש והתנו עמהן הנביאים שביניהן שאפילו יהויריב עולה מן הגולה שלא ידחה את המשמר שלפניו אלא יעשה טפילה לו ועמדו ראשי משמרות ועשו עצמן בתי אבות ויש משמר שהיה בו חמשה ששה שבעה שמונה תשעה משמר שהיה בו חמשה שלשה מקריבין שלשה ימים ושנים מקריבין ארבעה ימים משמר שהיה בו ששה חמשה מקריבין שלשה ימים ואחד מקריב שני ימים משמר שהיה בו שבעה כל אחד ואחד מקריב את יומו משמר שהיה שמונה ששה מקריבין ששה ימים ושנים מקריבין יום אחד משמר שהיה בו תשעה חמשה מקריבין חמשה ימים וארבעה מקריבין שני ימים ויש מהן שקבעו עצמן לעולם משמר שהיה בשבת היה בשבת לעולם במוצאי שבת היה במוצאי שבת לעולם ויש מהן שהיו מקריבין על כל משמר ומשמר ויש שהיו מגרילין על כל שבוע ושבוע. Quatuor classes adscenderunt e captivitate Jedajah, Harim, Pashur, & Immer. Pactum autem cum eis inierunt prophetæ qui erant inter eos, ne Jehojaribus, si vel e captivitate adscenderet prærogativam haberet præ classe ante eum constituta, sed ei tantum adjungeretur. Et statuerunt prophetæ qui erant inter eos, ut fierent viginti quatuor sortes, & in urna reponerentur. Venit Jedajah, & eduxit quinque, & ipse, ecce sex. Venit Harim, & eduxit quinque, & ipse, ecce sex. Venit Pashur, & eduxit quinque, & ipse ecce sex. Venit Immer, & eduxit quinque, & ipse, ecce sex. Et pacti sunt cum eis pro-

prophetæ, ne Jeojaribus, vel ſi e captivitate adſcenderet, prærogativam haberet præ claſſe ante eum conſtituta, ſed ei adjungeretur. Et conſtituti ſunt præfecti claſſium, & ſtatuerunt ſeipſos domus patrum. Erat claſſis, in qua erant quinque, ſex, ſeptem, octo, novem domus patrum. In qua claſſe erant quinque domus patrum, tres offerebant tribus diebus, duæ offerebant quatuor diebus. In qua claſſe erant ſex, quinque offerrebant tribus diebus, & una offerebat duobus diebus; In qua claſſe erant ſeptem, ſingulæ ſuo die offerebant; In qua claſſe erant octo, ſex offerebant ſex diebus, & duæ uno die offerebant; In qua claſſe erant novem, quinque offerebant quinque diebus, & quatuor duobus diebus offerebant; erant claſſes, quæ ſeipſas ſemper conſtituerunt; claſſis quæ erat in Sabbatho, ſemper in Sabbatho, quæ in exitu Sabbathi, ſemper in exitu Sabbathi; erant claſſes, quæ in ſingulis claſſibus offerebant; & erant, quæ ſingulis hebdomadis ſortiebantur. *Toſaphtha Taanith* cap. II. ארבעה משמרות עלו מן הגולה ידעיה חרים פשחור ואימר עמדו נביאים שבירושלם ועשאו עשרים וארבע משמרות וכללים והטילום לתוך הקלפי בא ידעיה ונוטל חמש והוא הרי כאן שש בא חרום ונטל חמש והוא הרי שש בא פשחור ונטל חמש והוא הרי שש בא אימר ונטל חמש והוא הרי שש וכן התנו עמהן הנביאים שאפילו יהויריב עולה מן הגולה לא יהא אחד מהן נדחה מפניו אלא יעשה טפלה לו עמדו ראשי משמרות וקבעו זמן בבתי אבות כל משמר שיש בו ארבעה חמשה ששה שבעה שמנה תשעה משמר שיש בו ארבעה שלשה מקריבין שני ימים ואחד מקריב יום אחד משמר שיש בו חמשה שלשה מקריבין שני ימים ושנים מקריבין יום אחד משמר שיש בו ששה חמשה מקריבין חמשה ימים ואחד מקריב שני משמר שיש בו שבעה כל אחד ואחד מקריב יומו משמר שיש בו שמונה ששה מקריבין ששה ימים ושנים מקריבין יום אחד משמר שיש בו תשעה חמשה מקריבין חמשה ימים וארבעה מקריבין שני ימים יש מהן שקבעו עצמן לעולם הבא בשבת בא בשבת לעולם לאחר שבת לאחר שבת לעולם יש מהן שמגרילין פעם אחת בחרש יש מהן שמגרילין פעם אחת בשבת יש מהן שמגרילין פעם אחת בשבוע ויש מהן שמגרילין בכל משמר ומשמר. Quatuor claſſes adſcenderunt de captivitate, Jedajah, Harim, Paſhur, & Immer. Statuerunt prophetæ, qui erant Hieroſolymis, & ſtatuerunt quatuor & viginti claſſes, & collegerunt, & indiderunt in urnam; venit Jedajah & eduxit quinque, & ipſe, ecce ſex; venit Harim, & eduxit quinque, & ipſe, ecce ſex; venit Paſhur, & eduxit quinque, & ipſe, ecce ſex; venit Immer, & eduxit quinque, & ipſe, ecce ſex. Et ſimiliter ſtatuerunt cum illis prophetæ; ut, ſi vel Jehojaribus adſcenderet ex captivitate, prærogativam non haberet præ claſſe ante eum conſtituta, ſed ei adjungeretur. Statuerunt præfectos claſſium, & conſtituerunt ſeipſos domos patrum. In quibus claſſibus eſſent quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, novem domus patrum; in qua erant quatuor domus patrum, tres offerebant duobus diebus, & una uno die offerebat; In qua claſſe eſſent quinque tres offerebant duobus diebus, & duæ uno die offerebant; In qua claſſe eſſent ſex, quinque offerebant quinque diebus, & una duobus diebus offerebat. In qua claſſe eſſent ſeptem, ſingulæ die ſuo offerebant. In qua claſſe eſſent octo ſex ſex diebus offerebant & duæ uno die offerebant. In qua claſſe eſſent novem, quinque quinque diebus offerebant, & quatuor duobus diebus offerebant; erant, quæ ſeipſas ſemper conſtituerunt; Quæ veniebat in ſabbatho, ſemper in ſabbatho veniebat; ſi poſt ſabbathum, ſemper poſt ſabbathum; erant, quæ ſemel in menſe ſortiebantur; erant quæ ſemel in ſabbatho ſortiebantur, erant quæ ſemel in hebdomada ſortiebantur, erant quæ in omnibus & ſingulis claſſibus ſortiebantur. *Maimonides* de vaſis ſanctuarii cap. VI. משה רבינו חלק הכהנים לשמנה משמרות ארבעה מאלעזר וארבעה מאיתמר וכן היו עד שמואל הנביא ובי שמואל חלקם הוא ודוד המלך לארבעה ועשרים משמר ועל כל משמר ומשמר ראש אחד ממונה ועולין לירושלם לעברת משמר לכל שבת ומיום השבת ליום השבת הן מתחלפין משמר יוצא והאחר שהוא אחריו נכנס עד שיגמרו וחוזרין חלילה. Moſe præceptor noſter diviſit ſacerdotes in octo claſſes, quatuor ex Eleazaridis, totidenique ex Ithamaridis; & juxta hunc numerum fuerunt uſque ad Samuelem propheteam; & tempore Samuelis diviſit illas ipſe & David rex in viginti quatuor claſſes; & ſingulis præerat ſuus præfectus & adſcendebant Hieruſalem ad miniſtrandum una claſſis ſingulis hebdomadis; & ab altero ad alterum ſabbathum mutabantur; una claſſis egrediebatur, & altera ingrediebatur, uſque dum miniſtraſſent omnes; & perpetuo ad eundem ordinem redibant. Claſſis quæ ſuæ hebdomadæ miniſterium abſolverat, poſt oblatum in ſabbatho ſacrificium juge matutinum & additiia de templo egredie-

diebatur. *Toſaphtha Succah* cap. IV. in fine. משמר היוצא מקריב תמיד של שחר ומוספין הנכנס מקריב תמיד של בין הערבים ולחם הפנים. Claſſis egrediens offerebat ſacrificium juge matutinum & additi-tia, & ingrediens offerebat ſacrificium juge veſpertinum, & panes facierum.

Sacerdos poterat quavis hebdomada, vel præter tempus ſuæ claſſis offerre ſua ſacrificia. *Siphra* 5. ר׳ אלעזר אומר מה ת״ל כבשים לעלה ועזים לעולה לרבות תמורה שיכול אין לי שיקרב עולה אלא מותר עולה בלבד מנין לרבות מותר חטאות מותר אשמות מותר עשירית האיפה מותר קיני זבים קיני זבות וקיני יולדות מותר קרבנות הנזיר והמצורע המקריש נכסיו והיו בהם דברים רואים על גבי המזבח יינות ושמנים ועופות מנין שימכרו לצרכי אותו המין ויביא בדמיהם עולות ת״ל כבשים לעולה ועזים לעולה לרבות את כלן וחכמים אומרים יפלו לנדבה והלא אף הנדבה עולות הוא מה בין דברי ר׳ אלעזר לדברי חכמים אלא בזמן שהיא באה חובה הוא סומך עליה ומביא עליה נסכים משלו ואם היה כהן עבודתה ועורה שלו אבל בזמן שהיא באה נדבה אינו סומך עליה ואינו מביא נסכים ונסכיה משל צבור אבל אם היה כהן עבודתה ועורה של אנשי המושמר R. Elieſer dicit; cur dictum eſt; *agnos in holocauſtum, & capros in holocauſtum?* Ad includendum commutatum. Non probo niſi ut offerendum ſit in holocauſtum reſiduum holocauſti duntaxat. Unde probatur ad includendum reſiduum ſacrificiorum pro peccato, & ſacrificiorum pro delicto, reſiduum decimæ partis Ephæ, reſiduum nidorum ſeminifluorum, nidorum ſeminifluarum, & nidorum puerperarum, reſiduum ſacrificiorum Naziræi, & Leproſi? Qui ſanctificat ſuas facultates, & in ea inveniantur res quæ dignæ ſint ut offerantur ſuper altare, i. e. vina, & olea, & aves, unde probatur, quod vendi poſſint iis, qui opus habent illa ſpecie, & de eorum pretio poſſit afferre holocauſta? Ex eo quod dictum eſt; *agnos & capros in holocauſtum*. Ad includendum omnia. At ſapientes dicunt, ſponte eſſe offerenda. Atqui ſacrificium ſpontaneum eſt holocauſtum. Quodnam eſt diſcrimen inter verba Rabi Elieſeris, & verba ſapientum? Etenim, quando propter debitum adducit, imponebat illi manus, & de ſuo adducebat libamina; & ſi erat ſacerdos, ad eum pertinebat miniſterium, & pellis. Quo tempore ſponte offerebat, non imponebat manus, & pro illo non afferebat libamina, & ejus libamina efferebantur de bonis cœtus; & ſi erat ſacerdos, ejus miniſterium & pellis pertinebat ad viros claſſis. *Hieroſ. Jevamoth* 12. מניין לכהן שהוא מקריב קרבנותיו בכל משמר שירצה ת״ל ובא בכל אות נפשו ושרת היה זקן או חולה נותנו לכל משמר שירצה ועורן ובשרן שלו היה טמא ובעל מום נותנין לאנשי המשמר ועורן ובשרן שליהן אילון בני התערובות מה את עבד להון כזקן וכחולה או כטמא ובעל מום מסתברא מיעבדינן כטמא ובעל מום ומתניתא עבדה לון כזקן וכחולה דתנינן אין מוציהין את שלו מידו. Unde probatur, quod ſacerdos poſſit offerre ſua ſacrificia in qua claſſe libuerit? Ex eo quod dictum eſt; *Deuter.* XVIII. 6. *Et voluerit venire deſiderans locum miniſtrabit*. Sive fuerit ſenex, ſive infirmus, poteſt dare univerſæ claſſi, cui libuerit, & pellis & caro illius erit. Si fuerit immundus, aut vitiatus, dare poteſt viris claſſis, & pellis & caro illorum erit. De filiis commixtarum quid facies? Facies ut ſenem, & infirmum, aut ut immundum, & vitiatum? Probabiliter conſiderabimus ſicut immundum, & vitiatum. Atqui Miſna conſiderat ut ſenem & infirmum; etenim legimus; Non educent, quæ ſua ſunt, de ejus poteſtate. *Toſaphta Menachoth* cap. XIII. כהן בא ומקרב קרשנו במשמר שאינו שלו עורן ועבודתן שלו ואם היה זקן או חולה נותנן לכל כהן שירצה עורן ובשרן שלו ואם היה בעל מום נותנן לאנשי משמר עורן ועבודתן שלו. Sacerdos poterat venire, & offerre ſuas ſanctitates, vel in claſſe, quæ ſua non eſſet, & earum pelles, & miniſterium ad ſe pertinebat; Si vero eſſet ſenex, aut infirmus, ſacerdoti, quem voluerit, dare poterit; & earum pellis & caro ſua erat. Si vero eſſet vitiatus, dabit viris claſſis, & earum pellis & caro ad illos pertinebat. *Maimonides* loc. cit. וכן כהן שהיה לו קרבן הרי זה בא למקדש ומקרבו בכל יום שירצה שנ׳ ובא בכל אות נפשו ושרת אפילו חטאתו ואשתו הוא מקריב ומכפר על ידו עצמו והעור של קרבנו שלו ואם רצה ליתן את קרבנו לכל כהן שירצה להקריבו נותן ועור הקרבן ועבודתו הכהן בלבד שנתן לו היה הכהן בעל הקרבן בעל מום נותן קרבנו לאנשי משמר והעורה שלהם היה זקן או חולה שיכול לעבו׳ על ידי הרחק נותן קרבנו לכל כהן שירצה והעור והעבודה לאנשים משמר ואם אינו יכול לעבור כלל הרי הקרבן נאכל לאנשי משמר. Similiter ſacerdos, qui debebat offerre ſacrificium, quo voluerit die, veniebat in ſanctuarium, & illud offerebat; Dictum eſt enim *Deuter.* XVIII. 6. *Et voluerit venire deſiderans locum --- miniſtrabit*; Vel ſacrificia pro peccato & pro delicto pro ſe ipſo immolabat, atque ſe ipſe expiabat; & pel-

pellem & carnem ſibi ipſi ſumebat. Et ſi libuerit, poterat dare cuivis ſacerdoti, cui voluerit, ad offerendum; & pellis victimæ, & miniſterium erit illius tantum ſacerdotis, cui tradidit. Si ſacerdos, qui offert ſacrificium, fuerit vitiatus, dabit ſuum ſacrificium ſacerdoti, quem ipſe voluerit, & pellis, & miniſterium erit viris claſſis; Si vero erat ſenex aut infirmus, ut difficulter poſſet miniſtrare, poterat dare ſacrificium cuilibet ſacerdoti, at pellis & miniſterium pertinebat ad viros claſſis; ſi vero nullo modo poſſet miniſtrare, ſacrificium comedebatur a viris claſſis. Vide *Babyl. Menachoth* 74.

Verum in tribus ſolennitatibus claſſes omnes in Sanctuario miniſtrabant. *Hieroſ. Succah*. תני כל המשמרות שהיו במקדש היו שונות ומשלשות בפרים חוץ משתים האחרונות שהיו שונות ולא היו משלשות בפרים ר׳ לעזר שאל מהו להתחיל מהן לרגל הבא אמר ר׳ יוסה מתניתא אמרה כן בשמיני חזרו לפייס כרגלים לא צורכה דילא כהדא דתני בשם ר׳ נתן דתני ר׳ נתן שמיני לא היה בו פייס על רעתיה דר׳ נתן מהו להתחיל מהן לרגל הבא אמר ר׳ יוחנן ותני כן שמיני רגל בפני עצמו פייס בפני עצמו ברכה בפני עצמה קרבן בפני עצמו רגל דאמר רבי אבין בשם ר׳ אחא כולהם כתיב וביום וכאן כתיב ביום ללמדך שהוא רגל בפני עצמו פייס אמר ר׳ יוסה מתניתא אמרה כן בשמיני חזרו לפייס כרגלים ברכה אמר אי לא זמן קרבן פר אחד איל אחד כתיב חלק כחלק יאכלו יכול אף בשאר כל ימות השנה כן ת״ל לבד ממכריו על האבות חוץ ממה שמכרו אבות לבנים את שבתך ואני שבתי ובעצרת אומר הילך מצה הילך חמץ אדת תניי תני הילך חמץ הילך מצה מאן דאמר הילך מצה שהוא חביב מאן דאמר הילך חמץ שהוא תדיר. Traditio; Omnes claſſes iterabant, & triplicabant in Sanctuario in juvencis, exceptis duabus noviſſimis, quæ iterabant, & non triplicabant in juvencis. R. Elieſer quæſivit; Quid? Num initium erit faciendum ab iis in ſolennitate futura? Dicit R. Joſe; Miſna ita dicit; In die octavo redeunt ad ſortes, ſicut in diebus feſtis. Non eſt neceſſe; quia non eſt illi ſimile; Extat enim traditio nomine R. Nathan; docet enim R. Nathan; In die octavo non erat ſors. Juxta mentem R. Nathan; Quid? Num erit initium faciendi ab iis, in ſolennitate futura? Dicit R. Jochanan. Atqui ita extat traditio; Dies octavus eſt feſtus peculiaris. Sors peculiaris, benedictio peculiaris, ſacrificium peculiare. Dies feſtus; dicit enim R. Abiu nomine R. Acha; In omnibus dictum eſt; *Et in die*; & hic ſimiliter ſcriptum eſt; *Et in die*. Ut doceare; ut ſit dies feſtus peculiaris: Sors: Dicit R. Joſe; Ita dicit Miſna; Die octavo redeunt ad ſortes, ut in diebus feſtis. Benedictio: Dicit; Si non eſt tempus. Sacrificium: Dictum eſt: *In ſacrificium juvencum unum, & arietem unum*. Scriptum eſt *Deuter.* XVIII. 8. *Poſtea ex adverſo partis æqualiter comedent*. Crederem vel in ceteris anni diebus? Idcirco dictum eſt Ibid. *Excepto eo, quod ex paterna ei ſucceſſione debetur*. Excepto eo, quod patres filiis acquiſierunt: Tu, in tuo Sabbatho, & ego in meo Sabbatho. Et in feſto hebdomadarum dicet; Ecce tibi azymum; ecce tibi fermentatum. Eſt qui docet; Ecce tibi fermentatum, ecce tibi azymum; Qui dicit; Ecce tibi azymum, eſt amabilior; qui autem dicit; ecce tibi fermentatum; eſt juge. *Toſaphta Succah*. המשמרות שונות ומשלשות בפרים חוץ משתים האחרונות ששונות ולא משלשות ר׳ אלעזר בן פרטא ור׳ אלעזר בן יעקב אומר לא היה פייס לחלבי שעיר אלא מי שמעלה אברים לכבש הוא מעלה את חלבי שעיר אבא יוסי בן חנן אומר לא היה פייס לראשי משמרות ושאר כל המשמרות חוזרות חלילה תנייא בן אנטיגנוס אומר לא היה פייס אלא ליום טוב הראשון של חג בלבד ושאר כל ימי החג חוזרות חלילה וגו׳ התמידין והנדרים והנדבות והבכורות והמעשרות ומוספי שבת חטאות צבור ועולותיהם ועולות חובה של יחיד עבודתן ואכילתן במשמר הקבוע שתי הלחם עבודתן ואכילתן בכל המשמרות מפני שהן באות חובת הרגל לחם הפנים עבודתן במשמר הקובע ואכילתו בכל המשמרות כיצה הוא עושה נותן חצי חלה לכל משמר והן מתחלקין ביניהן ר׳ יהודה אומר זה היה מחלק לחם הפנים יוצא ועומד על הרובד שבאולם מפריש ומניח מפריש ומניח וכל אחד ואחד בא ונוטל חלקו ולבעלי מומין שבכהונה מוציאין להם חלקם לחוץ מפני שאין יכולין להכנס בין אולם ולמזבח. Omnes claſſes iterabant, & triplicabant in juvencis; exceptis duabus noviſſimis, quæ iterabant, at non triplicabant. R. Elieſer ben Peratha, & R. Elieſer ben Jacobi dicit; non erat ſors pro adipibus hirci; Sed qui portabat membra ad collem, ille portabat adipes hirci; Aba Joſe ben Chana dicit. Non erat ſors pro præfectis claſſium; ſed reliquæ omnes claſſes iterabant. R. Chananjah ben Antigoni dicit; non erat ſors niſi pro die primo tabernaculorum duntaxat; & reliquis diebus tabernaculorum iterabant &c. Sacrificia jugia, & votiva, & ſpontanea, & primogenita, & decima, & addititia ſab-

ſabbathi, ſacrificia pro peccato cœtus, & eorum holocauſta, & holocauſta debita privati offerebantur, & comedebantur a claſſe ſtabili; duo panes offerebantur, & comedebantur ab omnibus claſſibus, quia afferebantur propter debitum diei feſti; Panes facierum offerebantur a claſſe ſtabili, & comedebantur ab omnibus claſſibus: Quomodo faciebat? Dabat dimidiam placentam ſingulis claſſibus, & illæ inter ſe dividebant; R. Jehuda dicit; qui dividebat panes facierum, egrediebatur, & ſtabat in ſtrato, quod erat in veſtibulo, dividebat, & deponebat, dividebat, & deponebat, & ſinguli veniebant, & accipiebant partem ſuam; At ſacerdotibus vitio affectis, educebant foris eorum partem, quia non poterant ingredi in ſpatium, quod intercedebat inter veſtibulum & altare, *Siphri* 45. 4. וכי יבוא הלוי הוא יכול בבן לוי ודאי הכתוב מדבר ת״ל מאחד שעריך משלא נטלו שעריהם במקום אחד יצאו לוים שנטלו שעריהם במקום אחד ושרת בראוי לשירות יצאו לוים שאינן רואים לשירות מכל ישראל אשר נרשם בכל מקומות מושבותיכם ובא בכל אות נפש מנין אתה אומר כהן בא ונושא כפיו במשמר שלו שנ׳ ובא בכל אות נפשו מיכן אתה אומר כל המשמרות שוים בקרבנות הרגל הבאים מחמת הרגל שנ׳ ובא בכל אות נפשו אל המקום אשר יבחר יי׳ יכול לעולם ת״ל מאחד שעריך בשעה שישראל נכנסים בשער אחד בשלש רגלים ושרת בשם יי׳ אליהו על גבי הריצפה מיכן אמרו ערל טמא יושב על גבי הכלים או על גבי בהמה או על גבי חבורו פסול מניין אתה אומר כל המשמרות שוין באימורי הרגלים ובחילוק לחם הפנים ת״ל חלק יחלק יאכלו חלק לאכילה כחלק לעבודה חלק לעבודה כחלק לאכילה יכול יהיו כל המשמרות שוין בקרבנות הרגל הבאים שלא מחמת הרגל ת״ל לבד ממכריו על האבות מהמכרו האבות זה לזה אני בשבתי ואתה בשבתך. *Si exierit Levites. Deut.* XVIII. 6. Crederem quod de Levita certo textus loquatur? Idcirco dictum eſt; *Ex una de portis tuis*. Loquitur de iis, qui non acceperunt portas ſuas, ſc. urbes, in loco uno. Excluduntur Levitæ, qui acceperunt portas ſuas in loco uno. *Et miniſtrabit*. Loquitur de illo, qui dignus eſt miniſtrare; excluduntur Levitæ, qui non ſunt idonei ad miniſtrandum. *Ex omni Iſrael, in quo habitat* in omnibus locis habitationum veſtrarum. *Et voluerit venire, deſiderans*. Unde tu dicis, quod ſacerdos, qui veniat, elevet manus in ſua claſſe? Ex eo quod dictum eſt: *Et voluerit venire, deſiderans*. Hinc tu dicis, quod omnes claſſes ſint æquales in ſacrificiis ſolennitatis, quæ adducuntur propter ſolennitatem; Dictum eſt enim. *Et voluerit venire deſiderans locum, quem elegerit Dominus*. Crederem ſemper? Idcirco dictum eſt; *Ex una de portis tuis*. Quo tempore Iſraelitæ ingrediuntur in unam portam, ſc. urbem; In tribus ſolennitatibus. *Et miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui*. Super pavimento; Hinc dixerunt; præputiatus, immundus, ſedens ſuper vaſis, aut ſuper beſtia, aut ſuper ſocio, reprobet ſacrificium. Unde tu dicis, quod omnes claſſes ſint æquales in membris feſtorum, & in diviſione panum facierum? Ex eo quod dictum eſt; *Partem ex adverſo partis æqualiter comedent*. Sit pars cibi juxta partem miniſterii, & pars miniſterii juxta partem cibi. Crederem quod omnes claſſes eſſent æquales in ſacrificiis ſolennitatis, quæ præter cauſam ſolennitatis adducentur? Idcirco dictum eſt: *Excepto eo, quod ex paterna ei ſucceſſione debetur*. Quid acquiſierunt inter ſe patres? Ut ego in mea hebdomada, & tu in tua miniſtres. *Maimonides* l. c. ומצות עשה להיות כל המשמרות שוים ברגלים וכל שיבא מן הכהנים ברגל ורצה לעבוד עובד וחולק עמהם ואין אומרים לו לך עד טגיע משמרך שנ׳ וכי יבא הלוי מאחד שעריך בד״א בקרבנות הרגלים ובחלוק לחם הפנים ובחלוק שתי הלחם של עצרת אבל נדרים ונדבות ותמידין אין מקריבין אותן אלא משמר שזמנו קבוע ואפילו ברגל שנ׳ חלק כחלק יאכלו לבד ממכריו על האבות כלומר חלק כחלק יאכלו בקרבנות הציבור ואינן חלק כחלק בשאר הדברים שכבר חלקו אותם האבות וקבעים כל משמר ומשמר בשבתות וכן עבודת לחם הפנים במשמר שזמנו קבוע אבל עבודת שתי הלחם בכל המשמרות ומנין שאינו מדבר אלא ברגלים שנ׳ מאחד שעריך מכל ישראל בשעה שכל ישראל באין בשער אחד ומנין שאינו מדבר אלא בכהנים שנ׳ חלק כחלק יאכלו ואין שם מתנות במקדש להאכל אלא כהנים בלבד. Præceptum eſt affirmativum, ut omnes claſſes ſint æquales in ſolennitatibus; ut quicunque ſacerdos veniat, & velit miniſtrare, poſſit miniſtrare, & cum illis partiri; Neque poterint illi dicere; Abi, dum appetierit tempus tuæ claſſis; Dictum eſt enim. *Si exierit Levites ex una de portis tuis*. De quo hæc dicta ſunt? De ſacrificiis ſolennitatum, & de partitione panum facierum, & de partitione duorum panum feſti hebdomadarum: Sed ſacrificia votiva, & ſpontanea, & jugia non offerebat niſi claſſis, cujus erat tempus definitum, vel in ipſa ſolennitate. Dictum eſt enim, *Partem ex* ad-

adverso partis æqualiter comedent; Excepto eo, quod ex paterna ei successione debetur. Id est; partem ex adverso partis æqualiter comedent de sacrificiis cœtus; at non partem ex adverso partis ex reliquis rebus, quas jam illis patres diviserunt, & definierunt singulis classibus in hebdomadis; Sic offerebatur panis facierum a classe, cujus erat tempus definitum; at duo panes offerebantur ab omnibus classibus; At unde probatur, quod non loquatur nisi de solennitatibus? Ex eo quod dictum est; *Ex una de portis tuis ex omni Israel.* Quo tempore omnis Israel ingreditur in unam portam, sc. urbem. Et unde probatur, quod non loquatur nisi de sacerdotibus? Ex eo quo dictum est; *partem ex adverso partis æqualiter comedent.* Etenim dona sanctuarii non comedebant nisi sacerdotes.


Sacerdotes classis ministrantis interdicebantur vino, lotione, & tonsione. *Hierosol. Taanith* 65. 4. מפני מה אנשי מעמד מותרין לשתות מים בלילות אבל לא בימים שאם תכבד העבודה על אנשי משמר יצטרפו אנשי מעמד עמהן אנשי בית אב לא ביום ולא בלילה שהן תדירין בעבודה אנשי משמר ואנשי מעמד אסורין מלספר ומלכבס בחמישי מותרין מפני כבוד השבת הא שאר כל הימים אסורין רבי יוסה רבי אבהו בשם רבי יוחנן רבי אבון רבי יסא בן חזקיה גזרו עליהן שלא יכנסו לשבת מנוולין תמן תנינן אילו מגלחין בעומר הבא ממדינה הים ומבית השביה והיוצא מבית האסורין והמנודה שהתירו לו חכמים הא שאר כל בני אדם אסורין אמר רבי סימון גזרו עליהם שלא יכנסו לרגל מנוולין תני כל מי שהוא מכיר אנשי משמר שלו ואנשי בית אב שלו ואינו מבתי אבות קבועין אסור כל אותו יום וכל מי שהוא מכיר אנשי משמר שלו ואינו מכיר אנשי בית אב שלו ואינו מבתי אבות קבועים אסור כל אותה השבת וכל מי שאינו מכיר לא אנשי משמר שלו ולא אנשי בית אב שלו ואינו מבתי אבות קבועים רבי אומר אני אסור לעולם אלא שתקנתו קלקלתו שהוא מותר בהספר ומה דתימר קלקלתו תקנתו שהוא אסור בהספר ורבוותה קלקלתו תקנתו שיהא אסור במלאכה. Qua de causa viris stationis licet bibere aquam in noctu, & non interdiu? Si aggravetur ministerium viris classis, adjungerentur viri stationis cum illis; viris autem domus patris interdictum est tam die quam nocte; quia sunt jugiter occupati in ministerio. Viris classis, & viris stationis interdicta est tonsio, & lotio; in diebus quintis est licita, ne sordidati in sabbathum ingrediantur. At reliquis diebus interdicta est. R. Jose, R. Abau nomine R. Jochanan R. Abon, R. Isa nomine R. Ezechia decreverunt de illis, ne sordidati in sabbathum ingrederentur; Ibi legimus; Isti tondentur in festo, qui venit de provincia maritima de captivitate & de carcere, & qui absolvitur excommunicatione; permiserunt illis sapientes, & interdixerunt ceteris omnibus hominibus: Dicit R. Simon; decreverunt de illis, ne sordidati in diem festum ingrederentur. Traditio: Qui cognovit viros suæ classis, & viros suæ domus patris, at ignorat domus patrum stabiles, interdictum est illi integro illo die: Qui cognoscit viros suæ classis, & ignorat viros suæ domus patris, & domus patrum stabiles, interdictum est illi tota illa hebdomada. Qui igorat viros suæ classis, & viros suæ domus patris, & domus patrum stabiles; Rabi dicit; ego dico: in perpetuum est illi interdictum. Sed rectificarunt depravatum; sc. quod licita sit tonsio; sicut tu dicis; depravatum rectificarunt; quod sit interdicta tonsio, & aliquando depravatum rectificarunt; quod sit opus interdictum. *Hierosol. Moed Kathon* 81. 3. תמן תנינן אנשי משמר ואנשי מעמד אסורין מלספר ומלכבס ובחמישי מטתרין מפני כבוד השבת הא שאר כל הימים אסורין רבי יוסה רבי אבהו בשם רבי יוחנן רבי אבון בשם חזקיה גזרו עליהן שלא ייכנסו לשבתן מנוולין. Ibi legimus: Viris classis, & viris stationis interdicta erat tonsio & lotio; & in quintis diebus erat licita, propter honorem Sabbathi; sed in reliquis diebus erat interdicta. R. Jose, R: Abahu nomine R. Jochanan, R. Abon nomine Ezechiæ statuerunt de illis, ne in sua Sabbatha sordidati ingrederentur. *Tosaphtha Taanith* cap. II. כל שמכיר את משמרות ואת בית אב שלו והוא מבתי אבות קבועין אין אסור אלא אותו היום בלבד כל שמכיר את משמרתו ואין מכיר את בית אב שלו והוא בבתי אבות קבועין אסור כל אותו שבת כל שאין מכיר את משמרתו ולא את בית אב שלו והוא בבתי אבות קבועין אסור כל חדש רבי אומר אני שיהא זה אסור לעולם אלא שתקנתו קלקלתו מפני מה אנשי משמר מותרין לשתות יין בלילות אבל לא בימי' שאם תכבד העבודה על אנשי בית אב יסמכו עליהן אנשי בית אב לא ביום ולא בלילה מפני שהן תדירין בעבודה אנשי משמר ואנשי מעמד אסורין לספר ולכבס בין משחרב הבית ובין עד שלא חרב הבית רבי יוסי אומר משחרב הבית מותרין מפני שאבל הוא להם Qui cognoscit suam classem, & suam domum patris, & sit de domibus patrum stabilibus, non est inter-

dictum nisi eo die; Qui cognoscit suam classem & ignorat suam domum patris, & sit de domibus patrum stabilibus, interdictum est illa hebdomada. Qui ignorat suam classem & suam domum patris, & sit de domibus patrum stabilibus, interdictum est integro mense. Rabi dicit; ego dico; quod sit interdictum in perpetuum. Sed depravatum rectificarunt. Qua de causa viris custodiæ licet bibere vinum noctu, & interdictum est interdiu? Si aggravetur onus ministerii viris domus patris, illis innitantur. Viris domus patris non licet neque interdiu neque noctu, quia jugiter occupati sunt in ministerio. Viris classis, & viris stationis interdicta est tonsio & lotio; sive post sive ante excidium domus. R. Jose dicit; post excidium domus licet, quia illis est luctus. *Siphra* 24. 2. יין ושכר אל תשת יכול כל שהוא יכול מניתו תלמוד לומר שכר לא אמרתי אלא כדי לשכר רביעית בין ארבעים אם כן למה נאמר יין מוזהרים עליו כל שהוא ומוזהרים עליו מניתו רבי יהודה אומר יין אל תשת אין לי אלא יין מניין לרבות כל המשכרים תלמוד לומר שכר אם כן למה נאמר יין על היין במיתה ועל שאר כל המשכרים באזהרה רבי אליעזר אומר יין אל תשת ושכר אל תשתיהו כדי שכרותו הא אם נתן לתוכו מים כל שהוא פטור אתה ובניך יכול חללים תלמוד לומר אתך אוציא חללים ולא אוציא את בעלי מומים תלמוד לומר אתה ובניך מה אתה כשר אף בניך כשרים יצאו חללים ובעלי מומים בבואכם אין לי אלא בביאה מניין אף ביציאה תלמוד לומר אתה ובניך מניין לעשות המזבח כאהל מועד תלמוד לומר אתה ובניך ומניין שאינו חייב אלא בשעת עבודה תלמוד לומר אתה ובניך רבי אומר נאמר כאן בבואכם ונאמר להלן בבואם מה בבואכם אל אהל מועד עשה את היציאה כביאה ואת המזבח כאהל מועד ואינו חייב אלא בשעת עבודה אף בבואכם אל אהל מועד האמור כאן עשה יציאה כביאה ואת המזבח כאהל מועד ולא יהיה חייב אלא בשעת עבודה אהל מועד אין לי אלא אהל מועד מניין לרבות שילה ובית עולמים תלמוד לומר חוקת עולם ולא תמותו מכלל לאו אתה שומע הין יכול יהו ישראל חייבים מיתה על ההוראה תלמוד לומר אתה ובניך ולא תמותו אתה ובניך במיתה ואין ישראל חייבים על ההוראה במיתה יכול אל יהו ישראל חייבים על ההוראה במיתה אבל יהו אהרן ובניו חייבים על ההוראה במיתה ודין הוא ומה אם ישראל שמוזהרים לבוא אל אהל מועד שתויי יין ולא שתויי יין אין חייבים מיתה על ההוראה אהרן ובניו שאין מוזהרים לבוא אל אהל מועד אלא שתויי יין אינו דין שלא יתחייבו מיתה על ההוראה יצאו ישראל מן הכתוב אהרן ובניו מקל וחומר חוקת עולם לרבות יציקות ובלילות ותנופות והגשות וקמיצות והקטרות והמליקות והקבלות והזאות מניין לשתויי יין שאם עבד עבודה פסולה תלמוד לומר ולהבדיל בין הקודש ובין החול ומניין למחוסר בגדים ושלא רחץ ידים ורגלים נאמר חוקה חוקה לגזירה שוה ולהבדיל בין הקודש ובין החול אילו הערכים בין הטמא ובין הטהור אילו הטמאות והטהרות ולהורות את בני ישראל אילו ההוראות את כל החוקים אילו המדרשות אשר דיבר יי׳ אליהם אילו ההלכות ביד משה זה המקרא יכול אף התרגום תלמוד לומר ולהורות. *Vinum & siceram non bibes*. *Levit.* x. 9. Crederem quantulucunque quod emanat de torcolari? Idcirco dictum est שכר; non dixi tibi nisi ut sit satis, quod inebriare possit; i. e. quartarium quadraginta dierum. Si ita est; cur dictum est *vinum*? Quia de illo quatulocunque præmonentur, & de illo præmonentur vel momento, quo emanat de torculari. R. Jehuda dicit; *Vinum non bibes*. Non probo nisi de vino; unde probatur ad includenda ea omnia, quæ inebriare possint? Ex eo quod dictum est שכר. Si ita est, cur dictum est *vinum*? Pro vino sunt rei mortis, pro reliquis omnibus, quæ inebriare possint, præmonentur. R. Elieser dicit; *vinum non bibes*, *& siceram non bibes*. Non debes de eo ita bibere ut inebriare possit, si vero aqua quantulucunque miscuerit liber est. *Tu & filii tui*; crederem profanos? Idcirco dictum est; *tecum*. Excluduntur profani; at non excludam vitiatos? Idcirco dictum est; *tu & filii tui*. Sicut tu es legitimus, ita pariter filii tui, qui sint legitimi; excluduntur profani, & vitiati. *Quando intrabitis*. Non probo nisi de ingressu, de exitu unde probatur? Ex eo quod dictum est; *tu & filii tui*. Unde probatur, quod sit considerandum altare sicut tabernaculum conventus? Ex eo quod dictum est. *Tu & filii tui*. Et unde probatur, quod non sit reus, nisi tempore ministerii? Ex eo quod dictum est: *tu & filii tui*. Rabi dicit: Dictum est hic; *Quando intrabitis*; pariterque illic sc. *Levit.* XVI. dictum est; *quando intrabit*; sicut ubi dicitur; *quando intrabitis in tabernaculum conventus*, consideratur ingressus sicut exitus, & altare sicut tabernaculum conventus, & non est reus nisi tempore ministerii, ita pariter hoc loco, ubi dicitur; *quando intrabitis in tabernaculum conventus:* considerandus est ingressus, sicut exitus, & altare, sicut tabernaculum conventus, & non erit reus nisi tempore ministerii. *In tabernaculum con-*

conventus; non probo nisi de tabernaculo conventus, unde probatur ad includendum Silo, & domum seculorum? Ex eo quod dictum est; *Statutum perpetuum. Et non moriemini.* Ex præmissa negativa tu potes deducere consequentiam negativam. Crederem, quod Israelitæ rei sint mortis pro doctrina? Idcirco dictum est; *tu & filii tui. Et non moriemini. Tu & filii tui* sub pœna mortis; At Israelitæ non sunt rei mortis propter doctrinam. Crederem, quod Israelitæ non essent rei mortis propter doctrinam, sed Aharon & ejus filii rei essent mortis propter doctrinam? Et est argumentum. Si Israelitæ, qui præmonentur de ingressu tabernaculi conventus, sive biberint, sive non biberint vinum, non rei sunt mortis propter doctrinam, Aharon & ejus filii, qui non præmonentur de ingressu tabernaculi conventus, nisi quando biberint vinum, non erit æquum, ut non sint rei mortis propter doctrinam? Ab ipso textu excluduntur Israelitæ, & Aharon & ejus filii ab argumento a minori ad majus. *Statutum perpetuum*; ad includendum effusiones, mixtiones, & ventilationes, & admotiones, & pugillationes, & adolitiones, & unguefectiones, & acceptiones, & adspersiones? Unde probatur, quod si quis biberit vinum, & ministret ejus ministerium sit illegitimum? Ex eo quod dictum est: *Ad discernendum inter sanctum, & profanum* Et unde probatur de eo, qui deficiat vestibus & qui non laverit manus & pedes? Ex eo quod dictum est: *Statutum*; *Statutum*. A pari. *Et ad discernendum inter sanctum & profanum*; Hæ sunt æstimationes. *Inter pollutum, & mundum*. Istæ sunt immunditiæ & munditiæ. *Et ad docendum filios Israel*. Ista sunt documenta. *Omnia statuta*; Istæ sunt expositiones. *Quæ locutus est Dominus ad eos*. Istæ sunt constitutiones *Per manum Mosis*. Hic est textus. Crederem vel Targum? Idcirco dictum est: *Ad docendum*. *Pesiktha* 13. 3. יין ושכר אל תשתה כל שהוא יכול מנתו תלמוד לומר ושכר לא אמרתי אלא כדי לשכר וכמה הוא כדי לשכר רביעית בן ארבעים יום הראוי לנסך על גבי המזבח אם כן למה נאמר יין יין מוזהרין עליו כל שהוא ומוזהרין עליו מנתו רבותינו אמרו בסוף מסכת פסחין רביעית של תורה אצבעים על אצבעים ברום אצבעים וחצי אצבע וחומש אצבע והוא רביעית הלוג ביצה ומחצה מנא לן ממקוה דכתיב ורחץ במים את כל בשרו מים שכל בשרו עולה בהם וכמה הם אמה על אמה ברום שלש אמות שהם ארבעים סאה ידענו שכלי מחזיק ארבעים סאה הוא אמה על אמה ברום שלש אמות בקומת הארם וכשתחלקהו למחצה יכיל עשרים סאין ויהיה הכל אמה על הצי אמה ואם עוד תחלקה יכיל עשרים סאין ויהיה הכלי חצי אמה על חצי אמה זה עשרה סאין הם ששים סאין קבין ואם תטול מגבהו שתי אמות וישאר אמה ברום הכלי יכיל עשרים קבין שהן שלישית הששים קבין ואת עוד תטול מרומו חצי אמה יכיל עשר קבין ותעמידהו חצי אמה על חצי אמה ברום חצי אמה יכיל עשר קבין שהם ארבעים לונין ואם כלי שאינו אלא רביעית שחצי אמה על חצי אמה שהוא טפח וחצי על טפח וחצי כי האמה ששה טפחים או יכיל רביעית הארבעים לוג שהן עשרה לונין שהם ששים ביצים ואם תקצרהו מרומו מחצי האמה להעמידו על רום טפח וחצי יכיל חמשה לונין שהם שלשים ביצים והטפח וחצי הם ששה אצבעות כי הטפח ארבעה אצבעות בגדול וכשתקח רביעית של ששה על ששה שהוא שלש אצעות על שלש אצבעות יכיל בכלי ההוא רביעית שלשים ביצים שהם שבעה ביצים ומחצה וכשתקצר גם רומו ותעמידהו על שלש יכיל ארבעה ביצים פחות רביע ביצה ואם תפחות עוד מאורך הכלי שלישיתו שהוא אצבע יכיל שנים ביצים ומחצה ביצה כי תפחות מהם ביצה ורביע ואם תקח עוד מן הרוחב שהוא שלשה אצבעות תוציא שלישיתו אצבע אחת ותעמידהו על אצבעים ברום שלש יחזיק הכלי ביצה ושני חלקי ביצה כי היו שני בצים ומחצה תפחות חצי הביצה נשארו שני ביצים ומן האחרת תוציא שלישית הביצה נשארו ביצה ושני שלישי ביצה ואם תוציא מרום שלשה אצבעות העישור וגם הביצה ושני שלישי ביצה תוציא העישור נשארו אצבעים על אצבעים ברום אצבעים וחצי אצבע וחומש אצבע ובנודל כיצר חלק שלשה האצבעות לעשרה חלקים שהם שלשים חלקים עישורם שלשה נשארו עשרים ושבעה חלקי אצבע ומן העשרים ושבעה עשרה מן העשרים שלש אצבעות ומן השני אצבע ומן השני חומש אצבע לפי שעשרים ושבעה חלקים נשארו הרי אצבעים על אצבעים ברום אצבעים וחצי אצבע וחומש אצבע וגם כן תעשה מן הביצה ושני שלישי ביצה כיצר עשרה הביצה שלשים חלקים ושני שלישי ביצה עשרים חלקים הרי חמשים חלקים טול מהם העישור חמשה חלקים נשארו ארבעים וחמשה חלקים השלשים חלקים הם ביצה והחמשה עשר חלקים הם חצי אצבע ומחצה הרי ביצה ומחצה ומחזיקם הכלי שהוא אצבעים על אצבעים ברום אצבעים ותצי אצבע וחומש אצבע וזו היא רביעית של תורה לעניין קידוש והבדלה ולנזיר ולכהן גדול קוצרו של דבר אמה על אמה ברום ארבעים ושלשה סאה חצי אמה על חצי אמה ברום חצי אמה עשרה קבין ארבעים לוג שש אצבעות על שש אצבעות ברום שש אצבעות שלשים ביצים שלשה

על שלשה ברום שבעה ביצים פחות רביע טול שלישתן עם אצבע נשארו שנים וחצי וטול שלישתן נשארו ביצה ושני שלישי והם אצבעים על אצבעים ברום שלשה והם ביצה ושני שלישי ביצה חשוב לביצה שלשים חלקים ועשרים לשני שלישי הרי חמשים קח עשורם נותרו ביצה ומחצה ומן שלשה אצבעות שלשים חלקים טול עישורם שלשה נשארו שנים על שנים ברום שנים וחצי וחומש. *Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibes*; quantulumcunque; crederem ex torculari? ideo dictum eſt ושכר; non dixi niſi ea quantitate ut inebriare poſſit. Et quantum erit ut poſſit inebriare? Quartarius quadraginta dierum, idoneus, qui libari poſſit ſuper altare. Si ita eſt, cur dictum eſt *vinum*, *vinum*? ad præmonendum de eo quantulumcunque, & ad præmonendum de eo ex torculari. Rabini noſtri dixerunt in fine *Peſachim*; (*a*) Quartarius legis eſt duorum digitorum ſuper duos digitos in altitudine duorum digitorum, & dimidii digiti, & quintæ partis digiti, & hic eſt quartarius. Logus eſt ovum cum dimidio (*mendum huc irrepſit*, *nam logus eſt ſex ovorum*, *ut ex traditione & contextu patebit*.) Unde probatur? Ex lavacro, ſcriptum eſt enim; ורחץ במים את כל בשרו, aquis, quæ totam carnem ſuam capiant. Et quantæ ſunt? (*b*) cubitus ſuper cubitum in altitudine trium cubitorum, quæ ſunt quadraginta Sata; conſtat, quod vas, quod contineat quadraginta ſata, erit cubiti ſuper cubitum in altitudine trium cubitorum juxta hominis ſtaturam. Et (*c*) quando dividatur in medium, comprehendet viginti ſata, & totum erit cubiti ſuper dimidio cubito (*in altitudine trium cubitorum*.) Et ſi præterea dividatur, comprehendet decem (pro עשרים legendum עשר) ſata; & erit vas dimidii cubiti ſuper dimidium cubitum (*in altitudine trium cubitorum*.) Hæc decem ſata ſunt ſexaginta Chabi; & ſi detrahantur ex ejus altitudine duo cubiti, & remaneat cubitus in altitudine, vas continebit viginti Chabos, qui ſunt tertia pars ſexaginta Chaborum; & ſi inſuper detrahatur ex ejus altitudine dimidius cubitus, continebit decem Chabos; cum ſtatuatur ad dimidium cubitum ſuper dimidium cubitum in altitudine dimidii cubiti, comprehendet decem Chabos, qui ſunt quadraginta logi. (*d*) Si vero vas ſit quarta pars dimidii cubiti ſuper dimidium cubitum, quod erit palmi & dimidii ſuper palmum & dimidium, quia cubitus conſtat ſex palmis, tunc continebit quartam partem quadraginta logorum, qui ſunt decem logi, qui ſunt ſexaginta ova; & ſi detrahatur ex ejus altitudine ex dimidio cubito, ut ſtatuatur ad altitudinem palmi & dimidii, comprehendet quinque logos, qui ſunt triginta ova; (*e*) & palmus cum dimidio conſtat ſex digitis, quia palmus eſt quatuor digitorum magnorum, *nempe pollicum*. Et quando capiatur quarta pars, ſex ſuper ſex, quæ erit trium digitorum ſuper tres digitos; continebitur in hoc vaſe quarta pars triginta ovorum, quæ ſunt ſeptem ova cum dimidio, & quando detrahatur ex ejus altitudine, & ſtatuatur ad tres, comprehendet quatuor ova, minus quarta parte ovi. Et ſi præterea ex longitudine vaſis detrahatur ejus tertia pars, nempe digitus, continebit duo ova cum dimidio, quia detrahitur ovum & quarta pars ovi. (*f*) Et ſi inſuper ex ejus latitudine, quæ eſt trium digitorum, detrahatur ejus tertia pars, nempe digitus, ut ſtatuatur ad duos digitos in altitudine trium, continebit vas ovum & duas tertias partes ovi (*non* ושני חלקי.) Quia ſunt duo ova cum dimidio, ſi dimidium detrahatur, reliqua erunt duo ova. Si ex uno detrahatur tertia pars ovi, reliquum erit ovum, & duæ tertiæ partes ovi. (*g*) Et ſi detrahatur ex altitudine trium digitorum decima pars (*i. e. tres decimæ partes trium digitorum*) & ab ovo & duabus tertiis partibus ovi decima pars detrahatur, reliqui erunt duo digiti ſuper duos digitos in altitudine duorum digitorum, & dimidii digiti & quintæ partis digiti magni, *nempe pollicis*. (*h*) Quomodo? Dividantur tres digiti in decem partes (*i. e. dividatur quiſque digitus in decem partes*) quæ ſunt triginta partes, detrahantur (*deeſt in textu* טול מהם) ex his tres decimæ partes, reliquæ erunt ſeptem & viginti partes digiti (male digiti ſed trium digitorum.) Et ex ſeptem & viginti, fiant ex viginti partibus tres digiti, & ex duabus digitus, & ex duabus quinta pars digiti magni (*depravatiſſimus eſt hic locus pro* עשה מן העשרים שלש אצבעות ומן השני אצבע ומן הב' חומש אצבע *legendum eſt* עשה מן העשרים אצבעים ומן חמש חצי אצבע ומן הב' חומש אצבע i. e. fiant ex viginti duo digiti, & ex quinque dimidium digiti, & ex duabus quinta pars digiti, *ut patebit inferius ex demonſtratione*) quia remanent ſeptem & viginti partes. (*i*) Sic fiat in ovo & in duabus tertiis partibus ovi. Quomodo? Dividatur ovum in triginta par-

partes, & duæ tertiæ partes in viginti, ecce quinquaginta partes, detrahatur ex his decima pars, nempe quinque partes, reliquæ erunt quinque & quadraginta partes, triginta partes sunt ovum, & quindecim partes dimidium: ** digitus cum dimidio; ecce ovum cum dimidio; & continebitur vase, quod sit duorum digitorum super duos digitos in altitudine duorum digitorum & dimidii digiti, & quintæ partis digiti; & hic erit quartarius legis pro sanctificatione, & separatione, & Nazyræo, & summo Sacerdote. (*k*) Sed res in compendium redigatur; cubitus supra cubitum in altitudine trium cubitorum, quadraginta sata; dimidium (*l*) cubiti super dimidium cubiti in altitudine dimidii cubiti, decem Chabi, quadraginta logi; (*m*) sex digiti super sex digitos in altitudine sex digitorum, triginta ova; (*n*) tres super tres in altitudine trium, quatuor (*male in textu* ז *sc. septem*) ova minus quarta parte; (*o*) detrahatur tertia pars, nempe digitus, reliqua erunt duo ova cum dimidio; (*p*) si detrahatur tertia pars, reliquum erit ovum & duæ tertiæ partes ovi; & sunt duo digiti super duos digitos in altitudine trium digitorum, & sunt ovum, & duæ tertiæ partes ovi. Computentur ovo triginta partes, & viginti duabus tertiis partibus, ecce quinquaginta; (*q*) detrahatur decima pars, reliquum erit ovum cum dimidio; & a tribus digitis, qui constant triginta partibus; (*r*) detrahantur tres decimæ partes, remanebunt duo super duos in altitudine duorum & dimidii, & quintæ partis.



fig·I fig·II fig·III fig·IV fig·V fig·VI fig·VII

Cubiti	Sata	Chabi	Logi	Ova	Partes
					1.
				1.	30.
			1.	6.	180.
		1.	4.	24.	720.
	1.	6.	24.	144.	4320.
3.	40.	240.	960.	5760.	172800.

(*a*) *Quartarius legis &c.* Vide Fig. I. Sit vas $\alpha\beta$ instar parallelepipedi quartarius legis, & habeat basim $\beta\epsilon$ quadratam efformatam a latere duorum digitorum $\epsilon\mu$ in suum æquale $\mu\beta$. Manifestum est quod hæc basis erit 4. digitorum quadratorum, cum duo super duo, aut duo in duo faciunt 4. Multiplicetur hæc basis in altitudinem $\beta\delta$ quæ etiam sit duorum digitorum, & erit productum 8. digitorum cubicorum, æquivalentium soliditati cubi $\delta\epsilon$. Verum ut habeatur totum solidum $\gamma\epsilon$, addenda est cubo $\delta\epsilon$ etiam portio $\gamma\nu$ efformata a basi $\beta\epsilon$ in altitudinem $\delta\gamma$ dimidii digiti plus $\frac{1}{5}$ digiti, quæ omnino æquivalet $\frac{7}{10}$ digiti, multiplicabitur basis 4. in hanc alti-

altitudinem $\frac{7}{10}$ & productum $\frac{28}{10}$. Erit tota ſoliditas, quæ addita cubo 8. dabit integrum parallelipipedum 7ˢ digitorum cubicorum 10 $\frac{8}{10}$; ita conſtabit, quod capacitas quartarii legis erit *duorum digitorum ſuper duos digitos in altitudine duorum digitorum, & dimidii digiti, & quintæ partis digiti*.

(*b*) *Cubitus ſuper cubitum in altitudine trium cubitorum*. Impoſſibile eſſet recte concipere artificium hujus computi, ſi aliqua non adhiberetur figura, qua facile demonſtretur. Ratio, quæ facillima viſa eſt, electa eſt; ideoque obſerventur figuræ II. III. IV. & quæ conſequuntur. In ſecunda exhibetur parallelepipedum efformatum *a cubito ſuper cubitum in altitudine trium cubitorum*; cum FH baſis quadrata unius cubiti HG in cubito GF multiplicata in altitudinem perpenidicularem FB trium cubitorum, dabit parallelepipedum BH efformatum ex tribus cubitis cubicis qui ſunt quadraginta Sata.

(*c*) *Et quando dividatur*. Si cum plano IM per medium dividatur ab alto ad imum hoc parallelepipedum quadraginta Satorum, ejus dimidium IH erit viginti Satorum, & habebit baſim cubiti ſuper dimidium cubitum: aut erit totum ſolidum IM *cubiti ſuper dimidium cubitum*; quia duo dimidii cubiti cubici ſtant ſuper dimidio cubito cubico; hinc fit, ut dictum ſolidum ſit trium dimidiorum cubitorum cubicorum. Pariter ſi cum plano OP per medium dividatur parallelepipedum IH, habebitur aliud parallelepipedum IP, quod eſt quarta pars totius ſolidi BH quadraginta Satorum, ideoque portio IP æquivalebit decem ſatis, quæ ſunt ſexaginta Chabi. Hoc parallelepipedum IP. habebit baſim dimidii cubiti in dimidium cubitum, & ejus altitudo erit trium cubitorum, ita ut ſi detrahantur ex ejus altitudine IL duo cubiti, reliquus fuerit cubitus SL altitudo parallelepipedi SP, tertia ſc. pars totius IP & conſequenter viginti Chaborum. Si præterea ſubtrahatur ab altitudine SL ejus dimidium SY, YP erit cubus efformatus ab latere dimidii cubiti, & continebit decem chabos, qui ſunt quadraginta logi.

(*d*) *Si vero vas ſit &c.* Educatur a figura II cubus YP, & dividatur in figura III a duobus planis *ab cd* in quatuor portiones æquales, cum conſtet, quod cum quodque latus hujus cubi ſit dimidii cubiti, aut trium palmorum, cum cubitus conſtet ſex palmis, quodlibet latus baſis, in quam cadunt perpendiculariter duo plana, quæ ſe interſecant ad angulos rectos, dividetur in duas partes æquales, quarum quælibet uti fP erit $\frac{3}{2}$ palmi, aut palmi & dimidii. Ergo quarta pars cubi Y P ita diviſi erit parvum parallelepipedum *cb* efformatum a baſi *fb* palmi & dimidii in palmum & dimidium, & in altitudinem dimidii cubiti, aut trium palmorum, & continebit decem logos, qui ſunt ſexaginta ova. Pariter ſi de ejus altitudine *fc* trium palmorum, ut in fig. IV. dimidium detrahatur, reliquus erit palmus cum dimidio, & habebitur cubus *bd*, qui continebit dimidium parallelepipedi *af* & comprehendet quinque logos, aut triginta ova.

(*e*) *Et palmus & dimidius conſtat ſex digitis*. Cum palmus conſtet quatuor digitis, altitudo aut latus hujus parvi cubi, quod conſtat palmo & dimidio, erit ſex digitorum. Verum cum quarta pars hujus parvi cubi eo modo diviſi, quo diviſus eſt cubus figuræ III. ſit parvum parallelepipedum *bi*, ideo efformatum erit a quadrato trium digitorum, quod eſt dimidium lateris cubi in altitudinem *be* ſex digitorum, quæ eſt latus integrum cubi, idcirco continebit menſuram $7\frac{1}{2}$ ovorum.

In figura V. conſpicitur hoc parvum parallepipedum $7\frac{1}{2}$ ovorum deſignatum *bi*, a cujus altitudine ſex digitorum ſi dimidium detrahatur, remanebit minimus cubus *Km*, cujus altitudo ad ſingula latera erit trium digitorum, & continebit menſuram $3\frac{3}{4}$ ovorum, ſive quatuor ovorum minus $\frac{1}{4}$. Cum igitur ejus longitudo *mn* ſit trium digitorum, ſi detrahatur digitus, duoque tantum digiti remaneant, ſervata eadem altitudine, habebitur minimum parallelepipedum, quod conſpicitur in fig. VI. æquale duabus tertiis partibus cubi *Km* fig. V. ideoque continebit menſuram $2\frac{1}{2}$ ovorum.

Cum hujuſmodi diviſionibus ac diminutionibus perventum ſit ad figuram tam parvam, ut in ea clare deſignari non poſſint, quæ declaranda ſunt; ideo convenit amplificare figuram VI. quæ eſt parvum parallelepipedum *ol*, & collocare in figura magis conſpicua ut phantaſiæ commodo, & adjumento eſſe poſſit, ſervatis tamen proportionibus, quibus ſolidum eſt ad alterum, & quævis pars diviſa a lavacro, aut propoſito parallelepipedo fig. II. eſt ad ipſum lavacrum; dum hujuſmodi proportiones, aut ſimiles relationes deducentur potius a menſura, & quantitate rationali laterum omologorum partium diviſarum, quam a figuris ſenſibilibus.

(*f*) *Et ſi inſuper detrahatur ex ejus latitudine*. Cum in fig. VII. amplificatum ſit parvum parallelepipedum fig. VI. erit ejus longitudo *lp* duorum digitorum, ejus latitudo *pr* trium digitorum, pariterque trium digitorum ejus altitudo *pq*, & ſi abſcindatur ab ejus latitudine *rp* per planum *us* quantitas digiti, remanebit parallelepipedum *up* latum duos digitos, longum duos digitos, & altum tres digitos, & hoc vas continebit menſuram ovi & $\frac{2}{3}$ non vero *ovum & duas partes* ovi, ut in textu, quod eruitur etiam ex probatione, quam affert autor ſui computi, & ab illis verbis; *reliquum erit ovum, & duæ tertiæ partes ovi*.

(*g*) *Et ſi detrahatur ab altitudine trium digitorum decima pars*, nempe tres decimæ partes, i. e. ſi detrahatur ab altitudine *pq* portio *qy* $\frac{3}{10}$ totius tertii digiti *qx*, vas, ſive parallelipepedum *yz* erit quartarius propoſitus, dum ejus capacitatem metietur productum duorum digitorum in duos digitos, in altitudinem duorum digitorum & dimidii digiti, & quintæ partis digiti, ſc. productum *lp* in *pſ* & hujus in altitudinem *py* efformatam a *px* = 2. digitis plus *xy* = $\frac{1}{2}$ digito plus $\frac{1}{5}$ digiti, quod facit $\frac{7}{10}$ digiti.

(*h*) *Quomodo*? Autor hoc loci illuſtrat, quod antea indicavit dicens; *detrahatur decima pars*. *Dividantur tres digiti in decem partes*; i. e. dividatur quiſque digitus in decem partes, quæ ſunt triginta partes; & hæc erit altitudo *pq*. Detrahantur $\frac{3}{10}$ partes; i. e. detrahantur tres decimæ partes, & remanebit altitudo *py* 27. partium. Et ex ſeptem & viginti partibus, ex viginti efformentur duo digiti, ex ſeptem reliquis, ex quinque dimidius digitus, & ex duabus reliquis quinta pars digiti.

(*i*) *Sic fiat in ovo & in duabus tertiis partibus ovi*. Cum ſupra demonſtratum ſit, quod id quod continetur in parallelipipedo *up* ſit menſura ovi & $\frac{2}{3}$ partium ovi, ut inveniatur quanta ſit hæc menſura in quartario *yz* deficiente a parallelipepedo ſola portione altitudinis *yq* = ad $\frac{3}{10}$ digiti; dividatur ovum in triginta partes; ergo $\frac{2}{3}$ partes ovi erunt viginti harum partium, & totum, ſc. ovum & duæ tertiæ partes erunt 50. harum partium. *Detrahatur ex his decima pars*, nempe detrahantur quinque partes decimales; *reliquæ erunt quinque & quadraginta, ex quibus triginta erunt ovum*, & quindecim partes $\frac{1}{2}$ ovi. *Ecce ovum cum dimidio, quod continebitur in vaſe, quod erit duorum digitorum ſuper duos &c.* Conſequentia recte convenit, ſed methodus ab autore occultata, hæc eſt. Cum contineat parallelepipedum *up* menſuram ovi & $\frac{2}{3}$ quæ ſunt $\frac{5}{3}$ ovi, cum ſit vas 8 + $\frac{28}{10}$ digitorum cubicorum, cum totum parallelepipedum *up* ſit duodecim hujuſmodi digitorum, fiet regula aurea uti 120 : 108 : : $\frac{5}{3}$: $1\frac{1}{2}$. *Ecce ovum & dimidium, quod continetur a vaſe duorum digitorum ſuper duos digitos in altitudine duorum digitorum & dimidii & quintæ partis digiti, & hic eſt quartarius legis pro Sanctificatione &c.*

** *Digitus cum dimidio*. Hoc loci autor his paucis verbis deſignat quandam proportionem par-

partium, & relationem hujusmodi, ut declaranda & illustranda videatur. Scribit enim, quod quindecim partes ex quinque & quadraginta ovi & dimidii sint digitus & dimidius. Hoc patet evidenter, quando consideretur, quod, quamvis trium digitorum altitudo divisa sit in 30. partes, & ovum & dimidium ab illa comprehensum in 50. tamen quod ab eo indicatur, & infertur, sit in omnimoda proportione. Etenim cum detrahendæ sint a tribus digitis $\frac{3}{10}$ digiti, ut habeatur quartarii mensura; si a 30. partibus, in quas divisi sunt tres digiti, detrahantur tres partes, hæ tres partes sunt in eadem proportione cum dictis 30. partibus, uti quinque partes ovi & dimidii ad 50. ideoque in eadem proportione erunt etiam residua 27. & 45. exprimentia relationem altitudinis trium digitorum cum contento ovi & dimidii. Si quisque digitus est 10. partium, & quodque ovum 30. partium, si fiat relatio partium ovi cum digitis, dicendum erit triginta partes ovi respondere tribus digitis, & consequenter etiam quindecim partes ovi, i. e. dimidium ovum respondere digito & dimidio, sic autor scribit. *Satis illustratus emendatusque est antiquissimus & celeberrimus locus* de mensuris Hebræorum.

(*k*) *Sed res in compendium redigatur; cubitus* --- 40. *Sata*. Hæc est II. Figura.

(*l*) *Dimidium cubiti super dimidium* --- 40. *Logi*. Hæc est III. Figura.

(*m*) *Sex digiti super sex digitos* --- 30. *Ova*; Hic est parvus cubus Fig. IV.

(*n*) *Tres super tres* ------ *Quatuor ova minus quarta parte ovi*. Hic est parvus cubus V. Figuræ.

(*o*) *Detrahatur tertia pars digiti; reliqua erunt duo ova cum dimidio*. Hoc est minimum parallelepipedum VI. Figuræ.

(*p*) *Si detrahatur tertia pars*, i. e. tertia pars latitudinis, *remanebit* --- Vide parallelepipedum VII. Fig.

(*q*) *Detrahatur decima pars*; i. e. detrahantur quinque partes decimales.

(*r*) *Detrahantur tres decimæ partes*; i. e. $\frac{3}{10}$ partes digiti.

Tosaphtha Kerithuth cap. I. שתויי יין פוסל בעבודה וחייב במיתה אי זהו שתויי יין כל ששתה רביעית יין בן ארבעים יום הימנו למעלה שתה מניתו יתיר מרביעית פטור שתה פחות מרביעית בן ארבע בן חמש חייב בין שמזגו ובין ששתאו חצאין רבי אליעזר אומר שתאו כולן כאחד חייב מזגו ושתאו או שתאו חצאין פטור רבי יהודה אומר על היין במיתה ועל המשכרין באזהרה. Si bibat vinum, reprobat ministerium, & reus est mortis; Qui est ille qui bibit vinum? Qui bibit quartarium quadraginta dierum, ultra quadraginta dies. Si bibat ex torculari plus quam quartarium, liber est; si bibat minus quartario de vino quatuor, aut quinque annorum, reus est; sive bibat aqua mixtum, sive bibat dimidium; R. Eliezer dicit; si bibat totum una vice, reus est, si aqua mixtam & bibat, si in duas partes divisum bibat, liber est. R. Jehuda dicit, propter vinum reus est mortis, pro ceteris, quæ inebriare possint præmonentur. Confirmantur hæc *Ezech.* XLIV. 21. ויין לא ישתו כל כהן בבואם אל החצר הפנימית *Et vinum non bibat omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.*

Synhedrium magnum præscrutabatur genus, & vitia sacerdotum, ut profani & vitiati ab altari arcerentur. *Babyl. Joma* 10. לשכת הגזית שם היתה סנהדרין של ישראל יושבת ודנה את הכהנים ומי שנמצא בו פסול היה לובש שחורים ומתעטף שחורים ויצא וילך לו שלא נמצא בו פסול היה לובש לבנים ומתעטף לבנים ונכנס ומשמש עם אחיו הכהנים. In conclavi cæsi lapidis erat Synhedrium Israel, & considebat judicans sacerdotes, qui profanus deprehendebatur, indutus & obvelatus vestibus nigris, egrediens abibat; In quo nullum deprehendebatur vitium, indutus & obvelatus vestibus albis, ingrediens ministrabat cum fratribus suis sacerdotibus. *Tosaphta Chagiga* cap. II. בלשכת הגזית ושם יושבין ובודקין יחסי כהונה ויחסי לויה כהן שנמצא בו פסול לובש שחורין ומתעטף שחורין יוצא והלך לו ושלא נמצא בו בו פסול לובש לבנים ומתעטף לבנים נכנס ומשמש עם אחיו הכהנים ויום טוב היו עושין שלא נמצאו פסול בזרעו של אהרן ומביא עשירית האפה משלו ועבודה בידו אף על פי שאין המשמר שלו. In conclave cæsi lapidis, ubi considebant, & perscrutabantur genealogias sacerdotii, & genealogias Levitarum; sacerdos, in quo vitium deprehenderetur, indutus, & obvelatus vestibus nigris egrediens abibat; si nullum deprehenderetur in eo vitium, indutus, & obvelatus vestibus albis, ingrediens ministrabat cum fratribus suis sacerdotibus, & illum diem festum agebant, quod vitium non esset deprehensum in semine Aharon, & adducebat decimam partem Ephæ de bonis suis, & offerebat manu sua, quamvis ejus classis eo die non ministraret. *Tosaphta Sanhedrin* cap. VII. בלשכת הגזית ושם יושבין ובודקין את יחסי כהונה ואת יחסי לויה כהן נמצא בו פסול לובש שחורין ומתעטף שחורין ושלא נמצא בו פסול לובש לבנים ומשמש עם אחיו כהנים מביא עשירית האיפה משלו ועבודה בידו אף על פי שאין המשמר שלו. In conclave cæsi lapidis, & ibi considebant & perscrutabantur genealogias sacerdotii, & genealogias Levitarum; sacerdos in quo vitium deprehendebatur, induebat & se obvelabat vestibus nigris; & in quo nullum deprehendebatur vitium, induebat vestes albas, & ministrabat cum fratribus suis sacerdotibus, & adducebat decimam partem Ephæ, & manu sua offerebat, quamvis ejus classis eo die non ministraret.

לו נאמנין. Si diceret: fui captiva, ſed ſum munda; & ſunt mihi teſtes, quod ego ſim munda; non dicunt; Expectamus, dum veniant teſtes, & permittant, ſed ſtatim illam permittunt; ſi poſtquam permiſſa ſit, advenerint teſtes, & dicant, captiva iſta fuit, non debet nubere; ſi dicant; captiva iſta fuit, & eſt immunda, quamvis habuiſſet filios, exibit; Si unus teſtis dicat; fuit captiva, & eſt immunda; & alter dicat; captiva iſta fuit, & eſt munda; Ecce iſta non nubet, & ſi nupſerit, non exibit. Si de duabus mulieribus, quæ captivæ fuerint, altera dicat; ego immunda ſum, & mea ſocia munda, fides habetur; ſi vero dicat; ego ſum munda, & mea ſocia eſt immunda; non illi fides habetur; Si vero dicat; ego & mea ſocia immundæ ſumus, ſed de ſe ipſa illi fides habetur, at de ſua ſocia nulla habetur fides; ſi dicat; ego & mea ſocia mundæ ſumus, fides illi habetur de ſocia, at nulla de ſeipſa fides habetur &c. Si duo viri captivi fuerint; alter dicat; hic meus ſocius eſt ſacerdos, & alter dicat, hic meus ſocius eſt ſacerdos, dantur illi dona; ſed reſpectu poſſeſſionis non habentur fide digni, donec ſint tres, ut duo de altero, totidemque de altero teſtimonium perhibeant. R. Jehuda dicit: non dantur illis dona, donec ſint tres, ut duo de altero, totidemque de altero teſtificentur. Faciunt adſcendere ad ſacerdotium, & ad ordinem Leviticum, & ad genus Iſraelitarum ex ore unius teſtis, at non faciunt deſcendere niſi ex ore duorum teſtium; R. Jehuda dicit; ſicut non faciunt deſcendere niſi ex ore duorum teſtium, ita pariter non faciunt adſcendere niſi ex ore duorum teſtium. Dicit R. Elieſer; quandonam? quo tempore repugnant; ſed quando non repugnant, faciunt adſcendere ex

ore

ore unius testis. Quænam est contradictio? Si dicerent quomodo talis adscendit ad sacerdotium, qui nunquam a diebus suis elevavit manus, & qui nunquam lavavit manus suas? Hæc non est contradictio: Si dicerent; iste est filius repudiatæ, & filius mulieris, quæ calcem exuit, Cuthæus, aut Nethinæus, aut spurius; hæc est contradictio. Rabi fecit adscendere ad sacerdotium ex ore unius testis; R. Jose fecit adscendere ad sacerdotium ex ore unius testis. Si per fraudem capta sit urbs; dicit R. Jose; hæc non est demonstratio; Cui contradictio aliqua sit, veniat & dicat. Raban Simeon ben Gamaliel dicit nomine R. Simeon ben Segen; faciunt adscendere ad sacerdotium in ore unius testis, & non solum ex ore unius testis, verum etiam ex ore mulieris, non quando veniat mulier in synhedrium, sed quando diceret, ut illi dentur Thrumæ. Duo sunt præsumtiones sacerdotii in terra Israelis, elevatio manuum, & partitio in area, & in Syria usque ad locum, quo perveniunt nuncii novilunii, obtinebat elevatio manuum, non vero partitio in area; & Babylonia erat sicut in Syria. R. Simeon ben Eliezer dicit; etiam Alexandriæ in principio, quia ibi erat synhedrium. Raban Simeon ben Gamalielis dicit, sicut thruma erat præsumtio sacerdoti in partitione areæ; at pars quæ dabatur in synhedrio non erat præsumtio sacerdotio. Omnes fides digni sunt, ut de illa testentur, vel filius, vel filia, illa una excepta, & marito, quia nemo fide dignus est, qui de seipso testetur. Dicit R. Zacharias ben Kezzab; per hoc templum, quod nunquam sua manus a mea remota est, a momento, quo ingressi sunt Ethnici Hierosolymam, & usque ad tempus, quo sunt egressi; tamen peculiare cubiculum illi attributum fuit, de suis bonis alebatur, neque cum ea nunquam fui, nisi adstantibus suis filiis. Fide dignus est, qui dicat; mihi dixit meus pater; hæc familia est immunda, & hæc familia est munda; quod comedimus de vase fructuum talis; Exi, & abi ad lavacrum pro tua Thruma; & quod pro tali adducerent thrumas, & decimas, fide digni sunt, ut illi dentur, sed ab his nulla potest confirmari præsumtio pro sacerdotio; aut si alii adducant, fide digni sunt.

Quamobrem summa cura & diligentia asservabantur tabulæ, ubi sacerdotum genealogiæ descriptæ erant teste *Josepho* contra *Apionem*. τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας. οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς, οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. τοῖς δὲ, τῶν εἰρημμένων ὅτι οὖν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρίστασθαι μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας. Judicium summæ hac in re accurationis maximum est. Etenim qui Pontifices apud nos fuere a duobus millibus annorum, nomine designati filii ex patribus reperiuntur in Laterculis. His vero, ubi eorum, quæ diximus, quid non fuerit observatum, interdictum est, ne ad altaria accedant, aut rem aliam sacram participent. Idem lib. XI. c. IV. ἐξεβλήθησαν δὲ καὶ ἐκ τῶν ἱερέων ἐκ τῆς τιμῆς, ἠγαμένοι γυναῖκας, ὧν οὔτ' αὐτοὶ τὸ γένος εἶχον εἰπεῖν, οὔτ' ἐν ταῖς γενεαλογίαις τῶν Λευιτῶν καὶ Ἱερέων εὑρέθησαν. Ejiciebantur ex honore sacerdotum quidam etiam, qui uxores ceperant, quorum nempe nec ipsi genus indicare potuere, nec in genealogiis Levitarum & sacerdotum sunt comperti. Et deinde: καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας, ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους. λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι καὶ εἴπου τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν Ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι, πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα, συγγράψαντες. πατρόθεν τοὔνομα τῶν γεναμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τινες οἱ μαρτυροῦντες. Atque hæc facimus non solum in Judæa ipsa, verum etiam ubicunque nostri generis cœtus reperitur simul, & cura habetur sacerdotibus legitima conjugiorum. De iis loquor, qui degunt in Ægypto & Babylone, & qui sunt alibi in terrarum orbe dispersi ex sacerdotum genere. Nam mittunt Hierosolymas, ut descriptum habeant ex domo paterna nomen tam liberorum, tam qui superiores erant, majorum, præter rei testes. Has tabulas ab Herode rege Antipatri filio fuisse combustas testatur *Saidus Batricides* Patriarcha Alexandrinus. אמר כתב אליהוד אלתו אעאר הא להם עצרא כי נשב קבאילהם וננשהם פאחרקהא באלנאר כלהא וכימא לא ידרי אחד מנהם מן אי שבט הו ולא מן הו אבוה. Cepit tabulas Judæorum, quibus recensebantur illorum cognationes, per familiarum & generum conjunctiones, contractæ, atque eas omnes igne combussit, adeo ut nemo cognosceret, quanam esset ex tribu, nec quisnam pater ejus fuisset. Qui in hujusmodi genealogiis non deprehendebatur, ab altari rejiciebatur, uti dictum est. *Esdræ* II. 61. ומבני הכהנים בני אביה בני הקוץ בני ברזלי אשר לקח מבנות ברזלי הגלעדי

הגלעדי אשה ויקרא על שמם אלה בקשו כתבם המתיחשים ולא נמצאו ויגאלו מן הכהנה ויאמר התרשתא להם אשר לא אכלו מקרש הקדשים עד עמוד כהן לאורים ולתומים. *Et de filiis ſacerdotum: filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, & vocatus eſt nomen eorum: Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ & non invenerunt, & ejecti ſunt de ſacerdotio: Et dixit Arthaſhata eis, ut non comederent de ſancto ſanctorum, donec ſurgeret ſacerdos ad Urim & Thummim.* Ubi *Raſchi*. אשר לקח אחד מבני ברזילי הגלעדי לקח אשה ויקרא על שמם והיה נקרא שמו של ברזילי על שמם לפי שהן לקחו מבנותיו אלה כהנים הללו המתיחסים שיהיה להם להתיחס באותו כתב ולא נמצא בתב יחוסן ויגאלו שהיו מגואלין ומגועלים שלא יעבודו עוד עם שאר הכהנים בעבור שלא נמצא כתב יחוסן התרשתא הוא נחמיה בן חנניה ואמרו רבותינו שנקרא שמו התרשתא שהתירו לו חכמים לשתות יין נסך של גוים על אשר היה משקה למלך מקדש הקדשים חטאות ואשמות כשאר כהנים עד עמוד כהן גדול כאדם האומר לחבירו עד ימות המשיח לא יעלה דבר זה ואיני יכול לפתור עד עמוד כהן לאורים ותומים בבית שני לפי שמצינו בפרק ראשון של יומא שהיה בית שני חסר מאורים ותומים. *Qui accepit.* Unuſquiſque de filiis Berzellai Galaaditis accepit uxorem, & eorum nomine vocavit, & vocatus fuit nomine Berzellai; על שמם: Quia acceperunt de ejus filiabus. אלה; Sacerdotes iſti de proſapia legitima nati erant, & poterant recenſeri in hac genealogia; *& non invenerunt ſcriptam genealogiam ſuam.* ויגאלו ſc. rejecti, & remoti ſunt, ne amplius miniſtrarent cum reliquis ſacerdotibus; quia non eſt inventa ſcripta eorum genealogia התרשתא. Hic erat Nehemia filius Chalchia; & dixerunt ſapientes noſtri, quod ejus nomen diceretur התרשתא, quia ſapientes illi permiſerunt bibere vinum libaminis gentilium, quod potandum præbebat regi. *De ſancto ſanctorum*: De ſacrificiis pro peccato, & pro delicto, ſicut reliqui ſacerdotes. *Donec ſurgeret ſacerdos &c.* Sicut homo, qui dicit ſocio ſuo; uſque ad diem Meſſiæ hæc res non revelabitur; & non poteſt explicari, donec ſurgat ſacerdos ad Urim & Thummim in domo ſecunda; quia invenimus in *Joma*; quod in domo ſecunda defuerint Urim & Thummim. *Nehem.* VII. 63. ומן הכהנים בני אביה בני הקוץ בני ברזלי אשר לקח מבנות ברזילי הגלעדי אשה ויקרא על שמם אלה בקשו כתבם המתיחסים ולא נמצא ויגאלו מן הכהונה ויאמר התרשתא להם אשר לא יאכלו מקרש הקדשים עד עמוד הכהן לאורים ותומים. *Et de ſacerdotibus filii Abi, filii Accos, filii Barzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, & vocatus nomine eorum. Hi quæſierunt ſcripturam ſuam in cenſu, & non invenerunt, & ejecti ſunt de ſacerdotio. Dixitque Atharſatha eis, ut non manducarent de ſancto ſanctorum, donec ſtaret ſacerdos ad Urim & Thummim.*

Hoc animadvertendum eſt non fuiſſe remotum ab altari, qui uxorem illegitimum duxiſſet, ſed filios qui ab his nuptiis naſcerentur. *Hieroſ. Sotah* 19. 2. כהנת מתחללת ואין כהן מתחלל דכתיב ולא יחלל זרעו בעמיו אין לי אלא זרע שהוא שתחלל היא עצמה מניין ודין הוא מה אם זרע שלא עבר עבירה הרי הוא מתחלל היא שעברה עבירה אינו דין שתחלל הוא עצמו יוכיח שעבר עבירה ואינו מתחלל לא אם אמרת באיש שאינו מתחלל בכל מקום תאמר באשה שהיא מתחללת בכל מקום הואיל והיא מתחללת בכל מקום דין הוא שתתחלל. Sacerdos fœmina profanatur, & ſacerdos non profanatur, ſcriptum eſt enim *Levit.* XXI. 14. *Et non profanabit ſemen ſuum in populo ſuo.* Non probo niſi de ſemine, quod profanatur; ipſamet unde probatur? & eſt argumentum; ſi ſemen quod non peccavit, profanatur, ipſa quæ peccavit, non erit æquum ut profanetur? Ipſemet probet, qui quamvis peccaverit, tamen non profanatur. Minime; ſi dixiſti de viro, qui nullo modo profanatur, dices de fœmina, qui ſemper profanatur, quandoquidem ipſa ſemper profanatur, æquum eſt, ut profanetur. *Sipbra* 47. 4. ולא יחלל זרעו אין לי אלא זרע שהוא מתחלל היא עצמה מניין ודין הוא ומה אם הזרע שלא עבר עבירה הרי הוא מתחלל היא שעברה עבירה אינו דין שיתחלל הוא עצמו יוכיח שעבר עבירה ואינו מתחלל לא אם אמרת באיש שאין מתחלל בכל מקום תאמר באשה שהיא מתחלל בכל מקום ואם נפשך לומר לא יחלל ולא יחלל אף מי שהיה כשר ונתחלל *Et non profanabit ſemen ſuum. Levit.* XXI. 14. Non probo niſi de ſemine, quod profanatur; ipſamet unde probatur? Et eſt argumentum; ſi ſemen, quod non peccavit, profanatur, ipſa peccavit non erit æquum ut profanetur? Ipſemet probat, qui quamvis peccaverit, tamen non profanatur. Minime: ſi dixiſti de viro qui nullo modo profanatur, dices de fœmina quæ ſemper profanatur? Si velles argumentari a minori ad majus; textus dicit; *Non*

pro-

profanabit, *non profanabit*. Illa etiam, quæ prius erat legitima, & profanatur.

Sacerdotes vero, qui extra templum Hierosolymitanum, aut Idolis sacrificia obtulerint, in perpetuum ab altari arcebantur, uti videre est *Ezech.* XLIV. 12. יען אשר ישרתו אתם לפני גלוליהם והיו לבית ישרא׳ למכשול עון כל כן נשאתי ידי עליהם נאם ארני יהוה ונשאו עונם ולא יגשו אׄי לכהן לי ולגשת על כל קרשי הקרשים ונשאו כלמתם ותועבותם אשר עשו ונתתי אותם שמרי משמרת הבית לכל עבדתו ולכל אשר יעשה לו. *Pro eo quod ministraverint illis in conspectu Idolorum suorum*, & *facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: idcirco levavi manum meam super eos; ait Dominus Deus*, & *portabunt iniquitatem suam*; *Et non appropinquabunt ad me*, *ut sacerdotio fungantur mihi*, *neque accedent ad omne sanctuarium meum juxta sancta sanctorum*, *sed portabunt confusionem suam*, & *scelera sua quæ fecerunt*: *Et dabo eos janitores domus in omni ministerio ejus*, & *in universis*, *quæ fient in ea*. *Tosaphtha Menacoth* cap. XIII. הכהנים ששמשו בבית חוניו או במקומות אחרים בשעה איסר הבמה אסור בשעת התר במה מותר שנאמר אך לא יעלו כהני במות על מזבח יהוה בירושלם כי אם אכלו מצות בתוך אחינו יכול אם אכלו מצות בתוך אחיהן יהיו אסורין אם לאו יהיו מותרין אמור מעתה בשרין להלק ופסולין לקרב כבעלי מומין. Si sacerdotes ministraverint in domo Chonionis, aut aliis in locis, tempore interdicti excelsi, vetitum est, tempore permissi excelsi, licitum est. Dictum est enim 2. *Reg.* XXIII. 9. *Veruntamen non adsecendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Hierusalem*, *sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum*. Crederem, quando simul cum fratribus suis comedissent fuisse interdictos, si minus, legitimos? Sed debes dicere; sunt legitimi ad dividendum cum aliis, sed illegitimi ad offerendum instar vitiatorum. *Raschi* ad l. c. 2. *Reg.* לא יעלו הכהנים שקטרו בבמות לעבודה זרה לא יעלו עוד לשרת אל מזבח יהוה כי אם אכלו מצות כלומר כי אם בדבר זה לא יצאו מכהונתם שמותרין לאכול בקרשים הרי הם כבעלי מומין חולקין ואוכלין אבל לא מקריבין אכלו מצות מנחות והו׳ הרין לכל הקרשים *Non adscendebant sacerdotes*, qui in excelsis obtulerunt suffitum Idololatriæ; non adscenderunt amplius ad ministrandum in altari Domini; *sed tantum comedebant azyma*; sc. in hoc tantum non sunt spoliati sacerdotio, quod illis permitteretur comedere de sanctitatibus ecce illi erant similes vitiatis; dividebant, & comedebant; sed non offerebant. *Comedebant azyma*; munera; & jus habebant in omnibus sanctitatibus. *Ralbag.* ibid. אך לא יעלו כהני הבמות רוצה לומר שהכהנים שעברו עבורה זרה לא יעלו אל מזבח יי׳ בירושלם להקריב אשה לי׳ אך יאכלו במצות המנחות חלקם וכמה שירמה להם עם אחיהם כאילו הם בעלי מומין. *Veruntamen non adscendebant sacerdores excelsorum*. Id est, sacerdotes, qui ministrarunt Idololatriæ; *non adscenderunt ad altare Domini in Hierusalem* ad offerendum ignitum Domino: *sed tantum comedebant azima*; munera, & quæ his erant similia cum fratribus suis, quasi essent vitiati. *Radak* ibid. כי אם אכלו מצות פירשו רז״ל הרי הם כבעלי מומין חולקין ואוכלין אבל לא מקרבין ומה שאומר מצות מנחות שהיו נאפות מצות והוא הרין לכל הקרשים. *Sed tantum comedebant azyma*. Exposuerunt sapientes nostri f. m.; ecce erant similes vitiatis, dividebant, & comedebant, sed non offerebant? ex quod dictum est מצות, exponitur, munera, quæ azyma coquebantur; & habebant jus in omnibus sanctitatibus. *Maimonides* de ingressu sanctuarii cap. IX. כל כהן שעבר עבודה זרה בין במזיד בין בשונג אף על פי שחזר בתשובה גמורה הרי זה לא ישמש במקרש לעולם שנאמר לא יגשו אלי לכהן לי אחד העובר אותה בשירות כגון שנעשה כומר לעבודה זרה או המשתחוה לה או המודה בה וקבלה עליו באלוה הרי זה פסול לעולם עבר והקריב אין קרבנו ריח ניחוח אף על פי שהיה בשונג בעת ששרת או שהשתחוה או שהודה אבל השוחט לעבודה זרה בשונג אם עבר והקריב קרבנו ריח ניחות ונתקבל שהרי לא שרת ולא נעשה כומר אלא שחט בלבד והוא שוגג ואף על פי כן לכתחילה לא יעבוד מי שעבר ועשה בית חוץ למקרש להקריב בו קרבנות לשם אינו כבית עבודה זרה ואף על פי כן כל כהן ששימש בבית כזה לא ישמש במקרש לעולם וכן כלים שנשתמש בהן שם לא ישתמשו בהן במקרש לעולם אלא נגנזו ויראה לי שאם עבר כהן ששמש בהן במקרש לא פסל. Omnis sacerdos, qui coluerit Idololatriam, sive prudens sive imprudens, quamvis perfecte pœnituerit, nunquam in perpetuum in sanctuario ministrabit; dictum est enim *Ezech.* XLIV. *Et non appropinquabunt ad me*, *ut sacerdotio fungantur mihi*; Qui illi ministraverit, ut si fuerit ejus sacrificulus, & qui illam adoraverit, & qui illam Deum sibi constituerit, erit in perpetuum temeratus. Si per nefas immolaverit, ejus sacrificium non erit odor suavitatis, quamvis fuerit imprudens

dens quo tempore ministraverit, aut adoraverit, aut confessus sit. Qui imprudens Idololatriæ mactaverit, si per nefas immolaverit, ejus sacrificium erit odor suavitatis, & acceptabitur; quia non ministravit Idololatriæ neque factus est sacrificulus, sed tantum mactavit, & id ipsum imprudens, quamvis ita sit, si res esset in integro, non operabitur. Si quis per nefas extra sanctuarium ædem fecisset, ut ibi offerret Deo sacrificia, quamvis hæc ædes non erat similis ædi Idololatriæ, tamen sacerdos, qui ministravit in hujusmodi æde, nunquam in perpetuum ministrabit in sanctuario. Similiter vasis, quibus in illa ministravit, non ministrabit in sanctuario, sed erunt abscondenda; At mihi videtur; quod sacerdos, qui in hujusmodi æde ministraverit, si ministraverit in sanctuario, sacrificia non temeraret.

Reliquum est ut de ætate aliquid dicamus, qua sacerdos immolaturus ad altare accedebat; Judæi omnes asserunt sacerdoti ante annum vigesimum ministerio suo fungi non licuisse. *Sipbra* 47. 4. וידבר יי׳ אל משה לאמר איש מזרעך לדורותם אשר יהיה בו מום לא יגש להקריב לחם אלהיו א״ר אלעזר ברבי יוסי הא תינוק פסול אע״פ שהוא תמים מאמתי עבודתו כשירה משיביא שתי שערות אבל אין אחיו הכהנים מקריבים אותו לעבודתו עד שיהיה בן עשרים שנה *Dixit quoque Dominus ad Mosen: Loquere ad Aharon: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam non offeret panem Deo suo.* Dicit R. Eliefer bar R. Jose; ecce puer illegitimus est, quamvis sit perfectus. Quandonam erit legitimum ejus ministerium? Quando eduxerit duos pilos; verum ejus fratres sacerdotes non admovent ad ministerium, donec habuerit viginti annos. *Babylon. Cholin* 24. 2. תנו רבנן איש מזרעך לדורותם מכאן א״ר אלעזר קטן פסול לעבודה ואפילו תם מאימתי כשר לעבודה משיביא שתי שערות אבל אחיו הכהנים אין מניחין אותו לעבוד עד שיהא בן עשרים. Tradunt sapientes ex eo quod legitur: *Homo ex semine tuo per familias suas*; Dicit R. Eliefer; puer illegitimus est ad ministerium, quamvis sit perfectus; Quandonam est legitimus ad ministerium? quando eduxerit duos pilos. Verum fratres ejus sacerdotes non permittunt eum ministrare, donec sit filius viginti annorum.

Legimus tamen apud *Josephum* lib. XV. cap. 2. Aristobulum Herode regnante decimum septimum agentem annum summo sacerdotio fuisse perfunctum: τὸ μειράκιον Ἀριστόβουλος, ἕβδομον ἐπὶ τοῖς δέκα γεγονὼς ἔτος, ἐπειδὴ κατὰ νόμον ἀνῆλθεν ἐπὶ τὸν βωμὸν συντελέσων τὰ θύματα, τόν τε κόσμον ἔχων τὸν τῶν ἀρχιερέων καὶ τὰ πρὸς τὴν θρησκείαν ἐπιτελῶν, κάλλει τε κάλλιστος, καὶ μεγέθει πλέον ἢ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὑπεράγων, τοῦ γε μὲν περὶ τοῦ γένους ἀξιώματος πλεῖστον ἐν τῇ μορφῇ διαφαίνων. ὁρμή τε τῷ πλήθει πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ἐγένετο, καὶ τῶν Ἀριστοβούλῳ τῷ πάππῳ πεπραγμένων ἐναργὴς μνήμη παρῆν. Adolescens Aristobulus, annum egressus decimum septimum, cum secundum legem adscenderet ad altare sacra operaturus, ac habitu pontificali indutus, atque ea, quæ functionis erant, rite perageret, eximia forma & statura, quam pro ætate procerior, maxime etiam in facie generis dignitatem præ se ferens, convertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputantis secum etiam avi Aristobuli memoria digna facinora. Quo primum die accedebat ad altare, de suis bonis offerebat decimam partem Ephæ; *Hierosol. Schekalim*. כשהכהן מתקרב תחילה לעבודה מביא עשרית שלו ועובדה בידו אחד כהן גדול ואחד כהן הדיוט שעבדו עד שלא הביאו עשירית האיפה שלהם עבודתם כשירה. Quando sacerdos primum accedebat ad ministerium, adducebat de suis bonis decimam partem Ephæ, & manu sua offerebat; Cum summus sacerdos, tum sacerdos vulgaris, quamvis de suis bonis non adduxerint decimam partem Ephæ, eorum ministerium est legitimum. *Sipbra* 17. 3. שאם היה כהן מתקרב תחילה לעבודה מביא עשירית האיפה משלו ועובדה בידו אחד כהן גדול ואחד כהן הדיוט שעבדו עד שלא הביא עשירית האיפה משלו עבודתם פסולה. Quo primum die accedebat sacerdos ad ministerium, de suis bonis adducebat decimam partem Ephæ; & manu sua offerebat; tam summus sacerdos, quam sacerdos vulgaris, qui ministraverint, & non attulerint decimam partem Ephæ, eorum ministerium est illegitimum. *Maimonides* de vasis sanctuarii cap. V. כשיגדיל הכהן ויעשה איש הרי הוא כשר לעבודה אבל אחיו הכהנים לא היו מניחין אותו לעבוד במקדש עד שיהיה בן עשרים שנה ואינו נכנס תחילה אלא בשעה שהלוים אומרין שירה אין הכהן עובד תחילה וכן כהן גדול אינו עובד תחילה עד שיביא עשירית האיפה משלו ועובדה בידו שנ׳ זה קרבן אהרן ובניו אשר יקריבו לה׳ ביום המשח אותו ואם עבר קודם שיביא עשירית האיפה וכן כהן גדול שעבר בכהנה גדולה קודם שיביא עשירית האפה עבודתו כשרה. Quando adolevit, & vir factus est sacerdos, est legitimus ad ministerium,

rium, sed fratres ejus sacerdotes non permittunt eum ministrare in sanctuario, donec sit filius viginti annorum, neque a principio ingrediebatur ad ministrandum, nisi quo tempore Levitæ recitant canticum. Tam sacerdos vulgaris, quam summus non ministrabat in sanctuario, nisi prius de suis bonis attulisset decimam partem Ephæ, & manu sua obtulisset; Dictum est enim *Levit.* VI. 20. *Hæc est oblatio Aharon, & filiorum ejus, quam offerre debeant Domino in die unctionis suæ;* Tamen sive sacerdos vulgaris ministrasset, antequam obtulisset decimam partem Ephæ, sive summus in summo sacerdotio ministrasset, antequam obtulisset decimam partem Ephæ, eorum ministerium erat legitimum.

Ne polluerentur sacrificia sacerdotes *Levit.* XXI. jubentur ne funeribus interessent *Levit.* XXI. ויאמר יהוה אל משה אמור אל הכהנים בני אהרן ואמרת אלהם לנפש לא יטמא בעמיו כי אם לשארו הקרב אליו לאמו ולאביו ולבנו ולבתו ולאחיו ולאחותו הבתולה הקרובה אליו אשר לא היתה לאיש לה יטמא לא יטמא בעל בעמיו להחלו לא יקרחה קרחה בראשם ופאת זקנם לא יגלחו ובבשרם לא ישרטו שרטת קדשים יהיו אלהיהם ולא יחללו שם אלהיהם כי את אשי יהוה לחם אלהיהם הם מקריבים והיו קדש. *Et dixit Dominus ad Mosen: Loquere ad sacerdotes filios Aharon, & dices ad eos. Pro anima non polluetur in populis suis; nisi pro consanguineo suo qui propinquus est ei, pro matre sua, & pro patre suo, & pro filio suo & pro filia sua, & pro fratre suo, & sorore sua virgine, quæ propinqua est ei, quæ non sit viro, polluetur: Non polluetur maritus in populis suis, ad se profanandum. Non facient calvitium in suo capite, & angulum barbæ suæ non radent, & in carne sua non incident incisuras; sancti erunt Deo suo, & non profanabunt nomen Dei sui, sacrificia ignita Domini panem Dei sui illi offerunt, & erunt sancti.* Targum Jonathan ואמר יי למשה אימר לכהניא בני אהרן דכוריא דיתפרשון מן סואב וכדנא תימר להון על בר נש דמית לא יסתאב בעמיה אלהן לאנתתא דקריבא לנפיה לאמיה ולאבוי ולבריה ולבריתיה ולאחוי ולאחתיה בתולתא דקריבא ליה ולא מארסא ודעד כדון לא הות מיבעלא לגבר לה יסתאב לא יסתאב בעלא לאיתתיה אלהן כד כשרה ליה ברם לקריבא דהינון עבדין עובדי עמיה יתחלל עליהון לא ירשמון בין עיניהון ולא רושם ברישיהון ואומנא דיקניהון לא יספרון ובבשריהון לא יחבלון חיבול קרישין יהון קדם אלההון ולא יספון ית שמא דאלההון ארום ית קורבניא דיי תקרובתא דאלההון הינון מקרבין ויהון קדישין בנפיהון. *Et dixit Dominus ad Mosen. Dic sacerdotibus filiis Aharon maribus, ut separent se a pollutiones, & sic dices illis: pro homine qui mortuus est, non contaminet se in populo suo; nisi pro muliere, quæ propinqua est corpori suo, pro matre sua, & patre suo, & filio suo, & filia sua, & fratre suo; & pro sorore sua virgine, quæ sibi cognata sit, nec erat adbuc desponsata, nec nupta viro, pro ea contaminare se poterit. Non polluat se maritus pro uxore sua nisi cum legitima illi fuerit, verum pro propinquo, quia ipsi faciunt opera populi sui, polluere se potest pro illis. Non adbibebunt notam inter oculos suos, signum signum in capite suo, & angulum barbæ suæ non radent, & in carne sua non incident incisionem. Sancti erunt coram Deo suo; neque profanabunt nomen Dei sui; nam oblationes Domini, oblationes Dei sui ipsi offerunt, erunt ergo sancti in corporibus suis.* Siphra 46. 7. ויאמר יהוה אל משה אמור אל הכהנים בני אהרן ואמרת אליהם לנפש לא יטמא בעמיו בני אהרן אין מיטמים למתים מטמות הן בנות אהרן למתים בני אהרן יכול חללים תלמוד לומר הכהנים יצאו חללים ומניין לרבות בעלי מומין תלמוד לומר בני אהרן אף הקטנים ואמרת אליהם לנפש לא יטמא בעמיו אין לי אלא המת ומניין לרבות את הדם תלמוד לומר לנפש ואומר כי הדם הוא הנפש מניין לרבות כל הטמאות הפורשות ממנו מן המת תלמוד לומר ואמרת אליהם לרבות את הטמאות הפורשות מן המת לנפש לא יטמא בעמיו בזמן שעמיו שם אינו מטמא מיטמא הוא למת מצוה כי אם לשארו הקרוב אליו אין שארו אלא אשתו שנאמר שאר אביך היא הקרוב לא את הארוסה אליו לא את הנרושה יאמר לאמו מה תלמוד לומר לאביו מה אמו שהיא מתחללת הרי הוא מטמא לה אביו שאינו מתחלל אינו דין שיטמא לו אילו כן הייתי אומר מה אמו בידוע אף אביו בידוע אביו חזקה מניין תלמוד לומר ולאביו או אילו נאמר לאביו ולא נאמר לאמו הייתי אומר מה אביו שהוא חזקה הרי הוא מטמא לו אמו ודאי אינו דין שיטמא לה אילו כן הייתי אומר מה אביו שאינו מתחלל אף אמו שאינה מתחללת אמו שנתחללה מניין תלמוד לומר ולאמו יאמר לבנו ולבתו מה תלמוד לומר לאמו ולאביו בנו ובתו שאינו חייב בכבודם הרי הוא מטמא להם אמו ואביו שהוא חייב בכבודם אינו דין שיטמא להם אילו כן הייתי אומר לבנו ולבתו יכול לבנו ולבתו הנפלים תלמוד לומר לאמו ולאביו מה אמו ואביו בני קיימא אף בנו ובתו בני קיימא יצאו בנו ובתו הנפלים שאינן בני

קיימא ומה תלמוד לומר לבנו ומה תלמוד לומר לבתו לפי שיש בבן מה שאין בבת ויש בבת מה שאין בבן הבן אביו חייב בו מצוות למולו ולפדותו ללמדו תורה וללמדו אומנות ולהשיאו אשה מה שאין כן בבת הבת אביה זכאי במציאתה במעשה ידיה ובהפר נדריה מה שאין כן בבן הא לפי מה שיש בבן מה שאין בבת בבת מה שאין בבן צריך לומר לבנו וצריך לומר בבתו יאמר לאחיו ולאחותו מה תלמוד לומר לבנו ולבתו באחיו ובאחותו שאינו חייב בהם מצוות הרי הוא מטמא להם בנו ובתו שהוא חייב בהם מצוות אינו דין שיהא מטמא להם אילו כן הייתי אומר לאחיו ולאחותו יכול לאחיו ולאחותו מאמו תלמוד לומר לבנו ולבתו מה בנו ובתו שהוא יורשו אף אחיו ואחותו שהוא יורשו יצאו אחיו ואחותו מאמו שאינו יורשו יאמר לאחיו מה תלמוד לומר לאחותו שאילו נאמר לאחיו ולא נאמר לאחותו הייתי אומר מה אחיו בין גדול בן קטן אף אחותו בין קטנה בין גדולה תלמוד לומר ולאחותו הבתולה הקטנה ולא הגדולה אילו נאמר לאחותו ולא נאמר לאחיו הייתי אומר מה אחותו שהיא קטנה ולא גדולה אף אחיו הקטן ולא הגדול תלמוד לומר ולאחיו בין גדול בין קטן ולאחותו הבתולה פרט לאנוסה ולמופתה או יכול שאני מוציא את מוכת עץ תלמוד לומר אשר לא היתה לאיש שהוויתה על ידי איש ולא שהוויתה בדבר אחר הקרובה לרבות את הארוסה אלא לרבות את הבוגרת לה יטמא מצוה לא רצה ליטמא מטמין אותו בעל כורחו ומעשה ביוסף הכהן שמתה אשתו ובערבי פסחים ולא רצה ליטמא לה ודחפוהו חכמים וטימאוהו על כורחו לה יטמא מטמא הוא על הודאי ואינו מטמא על הספק לה יטמא אינו מטמא לאחרים עמה שלא יאמר אדם הואיל ונטמאה אלקט עצמות פלוני בידי לה יטמא אינו מטמא על איבריה שאין אדם מטמא על אבר מן החי מאביו אבל מטמא הוא על עצם כשעורה מאביו רבי יוסי אומר אין אדם מטמא על עצם כשעורה מאביו מעשה ביוסף בן פכסס שעלת נומי על רגלו ובקש הרופא לחותכה אמר לו כשתנח בה כחוט הסערה הודיעני חתכה והניח בה כחוט הסערה והודיעו קרא לכהוניא בנו אמר לו חוניא בני עד כאן היתה חייב ליטפל בי מיכן ואילך צא לך שאין מטמא על אבר מן החי מאביו וכשבא דבר לפני חכמים אמרו על זה נאמר יש צדיק אובד בצדקו הצדיק אבד וצדקו עמו לא יטמא בעל בעמיו מה תלמוד לומר לפי שנאמר לאמו ולאביו ולבנו ולבתו ולאחיו ולאחותו מטמא להם בין פסולים בין כשרים יכול אף לאשתו יטמא בין כשירה בין פסולה תלמוד לומר לא יטמא בעל בעמיו יש בעל שמטמא ויש בעל שאין מטמא הא כיצד מטמא הוא לאשתו בשרה ואינו מטמא לאשתו פסולה בעמיו בזמן שעושים

כמעשה עמיו לא בזמן שפרשו מדרכי ציבור להחלו נהג מנהג בזה הרי הוא חולים יכול יהיו חולים לעולם תלמוד לומר בעמיו בזמן שהוא עמו הרי הוא חולים פירש הרי הוא בקדושתו לא יקרחו יכול על חמש קריחות לא יהיו חייב אלא אחת תלמוד לומר קרחה לחייב על כל קריחה וקריחה שלשה בראשם מה תלמוד לומר לפי שנאמר לא תתגודדו ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת שיכול אין לי חייבים אלא על בין העינים בלבד מניין לרבות את הראש תלמוד לומר בראשם לרבות את הראש יכול בכהנים שריבה בהם הכתוב מצוות יתירות חייבים על כל קרחה וקרחה ועל הראש כבין העינים אבל ישראל שלא ריבה בהם הכתוב מצוות יתירות לא יהיו חייבים אלא אחת ולא יהיו חייבים אלא בין העינים בלבד תלמוד לומר קרחה קרחה לגזירה שוה מה קרחה האמורה בכהנים על כל קרחה וקרחה ועל הראש כבין העינים אף קורחה האמורה בישראל חייבים על כל קרחה וקרחה ועל הראש כבין העינים ומה קרחה האמורה בישראל אין חייבים אלא על המת אף קרחה האמורה בכהנים לא יהיו חייבים אלא על המת ובבשרם לא ישרטו שרטת יכול על חמש סריטות יהיה חייב אלא אחת תלמוד לומר שרטת לחייב על כל סריטה וסריטה יכול הכהנים שריבה בהם הכתוב מצוות יתירות חייבים על כל סריטה וסריטה אבל ישראל שלא ריבה בהם הכתוב מצוות יתירות לא יהיו חייבים אלא אחת תלמוד לומר שרטת שרטת לגזירה שוה מה סריטה האמורה בכהנים חייבים על כל סריטה וסריטה ומה סריטה האמורה בישראל אינו חייבים אלא על המת אף סריטה האמורה בכהנים לא יהיו חייבים אלא על המת קדושים יהיו לאלהיהם על כרחם ולא יחללו את שם אלהיהם כי את אשי יי' לחם אלהיהם הם מקריבים והיו קודש להגיד מה גרם הם מקריבים לא תלוים והיו קודש לרבות בעלי מומים.

Dixit quoque Dominus ad Mosen : Loquere ad sacerdotes filios Aharon, & dices ad eos. *Pro anima non polluetur in populo suo.* Filii Aharon non polluentur mortuis; at filiæ Aharon possunt se polluere mortuis. *Filios Aharon;* crederem profanos? Idcirco dictum est: *sacerdotes;* excluduntur profani. Et unde probatur ad includendum vitiatos? Ex eo quod dictum est; *filios Aharon;* vel parvulos. *Et dices ad eos ; pro anima non polluetur in populo meo.* Non probo nisi pro mortuo; unde probatur ad includendum sanguinem? Ex eo quod dictum est; *anima.* Et dictum est; *sanguis ipse est anima.* Unde probatur ad includendum omnes immundities, quæ separantur ex mortuo? Ex eo quod dictum est. *Et dices ad eos* ; ad includendum omnes immundities qui se-

pa-

parantur a mortuo. *Pro anima non polluetur in populo suo;* quo tempore populus suus ibi sit, non polluetur; sed polluetur mortuo præcepti. *Nisi pro consanguineo suo, qui propinquus est ei;* Non est שארו nisi ejus uxor; dictum est enim ibid. cap. XVIII. *Quia propinqua patris tui est illa; propinquus;* non illa, quæ sibi desponsata sit: *Ei;* non repudiata. Cum dixerit; *pro matre sua;* quid dicendum erat: *pro patre suo?* Si pro matre sua, quæ potest profanari, polluitur; pro patre, qui non profanatur, non erit æquum ut polluatur? Si solum dixisset pro matre, ego dixissem pro matre, quæ certa est, etiam pro patre certo; unde probatur pro patre, qui præsumitur? Ex eo quod dictum est; *& pro patre suo.* Aut si dixisset *pro patre suo*, & non dixisset *pro matre sua*, ego dicerem, si pro patre, qui præsumitur, potest pollui, pro matre quæ certa est, non erit æquum ut polluatur? Si ita dixisset, ego dixissem; sicut pro patre, qui non profanatur, ita pariter pro matre, quæ non profanata sit; pro matre quæ profanata sit, unde probatur? Ex eo quod dictum est: *& pro matre sua.* Quod dicat; *pro filio suo, & pro filia sua;* cur dictum est, *pro matre sua, & pro patre suo?* Si pro filio suo, & filia sua, quos honorare non debet, polluitur; pro matre sua, & patre suo, quos honorare debet, non erit æquum ut polluatur? Si ita dixisset, ego dixissem *pro filio suo, & pro filia sua;* crederem pro filio suo, & pro filia sua abortivis? Idcirco dictum est: *pro matre sua, & pro patre suo;* sicut mater sua, & pater suus sunt subsistentes, ita pariter filius & filia sint subsistentes, excluduntur abortus, qui nunquam fuerunt subsistentes. Quid dicendum erat *pro filio suo?* Et quid dicendum erat *pro filia sua.* Quia deprehenditur in filio, quod non deprehenditur in filia; & deprehenditur in filia, quod non deprehenditur in filio. Pater tenetur pro filio ad præcepta, debet eum circumcidere, & redimere, & docere legem, & docere artificium, & illi uxorem dare, quod non deprehenditur in filia. In filia pater habet jus in labore manuum suarum in re ab ea inventa, & in solvendis ejus votis; quod non deprehenditur in filio; Ecce deprehenditur in filio, quod non deprehenditur in filia, & in filia, quod non deprehenditur in filio; ideoque dicendum erat: pro *filio suo*: pariterque dicendum erat: *pro filia sua.* Quod dicat: *pro fratre suo, & pro sorore sua;* quid dicendum erat *pro filio suo, & pro filia sua?* Si pro fratre suo & sorore sua pro quibus non obligatur ad præcepta, polluitur, pro filio suo, & filia sua, pro quibus obligatur ad præcepta, non erit æquum, ut polluatur? Si ita dixisset pro fratre suo, & sorore sua, ego crederem pro fratre suo, & sorore sua uterinis? Idcirco dictum est; *pro filio suo, & pro filia sua.* Sicut filius, & filia sunt illi, quorum est hæres, ita pariter frater & soror erunt illi, quorum est hæres. Excluduntur frater & soror uterini, quorum hæres esse non potest. Quod dicat *pro fratre suo*, quid dicendum erat *pro sorore sua?* quia si dixisset *pro fratre suo*, & non dixisset *pro sorore sua;* dixissem, sicut frater suus tam adultus, quam parvus, ita pariter soror sua tam adulta quam parva. Idcirco dictum est; *& pro sorore sua virgine;* sc. parva non adulta. Si autem dixisset *pro sorore sua*, & non dixisset *pro fratre suo;* ego dixissem, sicut ejus soror quando est parva, non adulta, ita pariter ejus frater quando est parvulus non adultus; Idcirco dictum est; *& pro fratre suo;* tam parvulo quam adulto. *Et pro sorore sua virgine;* excludit vi compressam, & seductam; crederem posse etiam excludere ligno percussam? Idcirco dictum est; *quæ non fuerit viro;* cui casus contigerit per manum viri, non alia de causa; *propinqua;* ad includendum illam, quæ desponsa sit; *sibi;* ad includendum majorennem; *pro illa polluetur;* est præceptum, si non voluerit se polluere, vel invitus polluetur. Narratur historia de Josepho sacerdote, cui cum mortua esset uxor in vigilia Paschali, nolebat se polluere, & coegerunt sapientes & invitum immundarunt. *Pro illa polluetur;* pro certa polluetur, at non polluetur pro dubia. *Pro illa polluetur;* at non polluetur pro aliis cum illa; ne dicat sacerdos, quandoquidem sum immundus, colligam ossa talis mea manu. *Non plluetur;* at non polluetur pro ejus membris; quia nemo potest se polluere pro membro vivo sui patris; at potest se polluere pro osse quantum est granum hordeaceum patris sui. R. Jose dicit; nemo potest se polluere osse, quantum est granum hordeaceum, patris sui. Narratur historia de Josepho ben Bacsas, cui adscendit verruca in pede, & voluit illam medicus incidere; illi dixit; quando pes reliquo corpori adhærebit quasi per filum capilli, mihi indica; incidit, & reliquit in eo quasi filum capilli,

li, & indicavit; Appellavit Chuniam ſuum filium; eique dixit; Chunia fili mi; hactenus tibi licet mihi adeſſe, ut mihi inſervias, hinc & ulterius abi, vade, quia tibi non licet te polluere pro membro vivo patris tui; Et quando hoc relatum eſt ſapientibus, dixerunt, de illo dictum eſt; *Juſtus perit in juſtitia ſua. Eccleſ.* VII. 16. Hic juſtus amittebat (pedem) & juſtitia erat cum eo. *Non polluetur maritus in populis ſuis.* Cur dictum eſt? quia dictum eſt; *pro matre ſua, pro patre ſuo, & pro filio ſuo, & pro filia ſua, & pro fratre ſuo, & pro ſorore ſua.* Ut pro illis pollui poſſit, ſive ſint legitimi, ſive illegitimi; Crederem etiam, quod poſſit ſe polluere pro uxore tam legitima, quam illegitima? Idcirco dictum eſt; *non polluetur maritus in populis ſuis*; eſt maritus, qui polluitur, & eſt maritus, qui non polluitur. Quomodo? Polluitur pro uxore legitima, at non polluitur pro uxore, quæ ſit illegitima. *In populis ſuis*; quo tempore faciunt opera ſuorum populorum; non quo tempore ſe removerunt ab inſtitutis cœtus. *Ad ſe profanadum.* Si juxta hanc conſuetudinem feciſſet, erant profani; crederem in perpetuum fuiſſe profanos? Idcirco dictum eſt; *In populis ſuis*; quo tempore erit cum ipſo, erit profanus; ſi ſe ſeparat, erit in ſua ſanctitate; *Non facient calvitium*; Crederem pro quinque calvitiis non fuiſſe reum niſi ſemel? Idcirco dictum eſt: קרחה *calvitium*; ut ſit reus pro ſingulis calvitiis. *In capite ſuo.* Cur dictum eſt? Quia dictum eſt *Deut.* XIV. 1. *Non incidetis, neque facietis calvitium inter oculos veſtros pro mortuo.* Crederem non fuiſſe reos, niſi inter oculos duntaxat? Unde probatur ad includendum caput? Ex eo quod dictum eſt *in capite ſuo.* Ad includendum caput. Crederem ſacerdotes, in quibus textus multiplicat multa præcepta, reos fuiſſe pro ſingulis calvitiis, ſed Iſraelitas, in quibus textus non multiplicat multa præcepta, non fuiſſe reos niſi ſemel, neque fuiſſe reos niſi inter oculos duntaxat? Idcirco dictum eſt קרחה קרחה *calvitium calvitium*: a pari; ſicut calvitium dictum in ſacerdotibus intelligendum eſt pro omnibus & ſingulis calvitiis, & tam in capite, quam inter oculos; ita pariter propter calvitium dictum in Iſraelitis rei ſunt pro omnibus & ſingulis calvitiis, & tam in capite quam inter oculos; Et ſicut in calvitio dicto in Iſraelitis non ſunt rei niſi pro calvitio ſuper mortuo, ita pariter in calvitio dicto in ſacerdotibus, non ſunt rei niſi pro calvitio ſuper mortuo. *Et in carne ſua inciſuras non facient*; Crederem pro quinque inciſuris non fuiſſe reos, niſi ſemel? Idcirco dictum eſt שרטת; ut ſit reus pro omnibus & ſingulis inciſuris; Crederem Iſraelitas, in quibus textus non multiplicat multa præcepta, non fuiſſe reos niſi ſemel? Idcirco dictum eſt שרטת שרטת; a pari. Sicut pro inciſura dicta in ſacerdotibus rei ſunt pro omnibus & ſingulis inciſuris, ita pariter pro inciſura dicta in Iſraelitis rei ſunt pro omnibus & ſingulis inciſuris; & ſicut pro inciſura dicta in Iſraelitis, non ſunt rei niſi pro inciſura ſuper mortuo, ita pariter pro inciſura dicta in ſacerdotibus non rei ſunt niſi pro inciſura ſuper mortuo. *Sancti erunt Deo ſuo*; vel inviti. *Et non profanabunt nomen Dei ſui; quia ſacrificia ignita Domini, panem Dei ſui illi offerunt, & erunt ſancti*; ad indicandum quænam ſit cauſa; *illi offerunt*; non Levitæ; *& erunt ſancti*; ad includendum vitiatos. Sacerdotibus interdicitur calvitium, quia magnum erat luctus argumentum; uti legitur *Iſai.* XXII. 12. *Et vocabit Dominus exercituum in die illo ad fletum, & ad planctum* ולקרחה *& ad calvitium, & cincturam ſacci. Jerem.* VII. 29. *Tonde comam tuam, & projice, & tolle ſuper loca edita lamentum &c.* & cap. XVI. 6. *Et morientur magni & parvi in terra hac non ſepelientur, neque plangent eos, neque incidetur, neque* יקרח *decalvabitur poſt eos.* Et *Ezech.* VII. 18. *Et accingent ſe ſaccis, & operiet eos formido, & ad omnes facies pudor, & in omnibus eorum capitibus* קרחה *calvitium. Amos* VIII. 10. *Et convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in lamentum, & adſcendere faciam ſuper omnes lumbos ſaccum, & ſuper omne caput* קרחה *calvitium. Mich.* I. 16. קרחי *decalva te ipſam* וגזי *& tonde temetipſam, ob filios deliciarum tuarum; dilata* קרחתך *calvitium tuum ſicut aquila.*

Mos obtinuit apud veteres, ut in funeribus tonderent capillos ſuos *Homer.* Iliad. ψ.

> Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκεί-
> ρατο χαίτην.
> Ante pyram aſſiſtens rutilantem
> præſecat ultro
> Cæſariem.

Et Odyſs. 4.

> Τῦτο νυ ϗ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βρο-
> τοῖσι,
> Κέρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ
> δάκρυ παρειῶν.

Hoc

Hoc ſolum quaſi munus reſtat miſeris mortalibus (in amicorum morte)
Tondereque comas, profundereque lachrymas egenis.

Apollonius in funere Jaſonis

—— ἐμοιρήσαντο δὲ χαίτας
Αὐτοὶ ὁμῶς κῦραι τε
—— Tum crines ſecuerunt
Ipſi ſimul & puellæ.

Euripides in Oreſt. verſ. 94.

Βέλῃ τάφον μοι πρὸς κασιγνήτης μολεῖν
Κόμης ἀπαρχὰς ϗ χοὰς φέρυς' ἐμάς;
Vis mihi ire ad ſororis tumulum,
Comæ ut primitias, & inferias feram meas?

Chariclæa apud *Heliodorum* Æthiopic. lib. VI. extincto Calaſiri vulſos e vertice crines libavit, dicens: ἐπιφέρω σοι χοὰς (ἐκ τῶν ἐμαυτῆς πλοκάμων) Affero tibi inferias, (ex ipſis meis capillis.) *Scholiaſtes* in *Electr. Sophoclis* verſ. 51. ἔθος ἦν τέμνειν τὰς κόμας ϗ ἐπιτιθέναι τῷ τάφῳ, ἵνα διὰ τῦτυ πένθυς ἵλεως αὐτοῖς ὁ νεκρὸς ᾖ. Moris erat ſecare crines, & imponere ſepulchro, ut per luctum illum mortuum iis benevolum, & propitium redderent. *Euſtathius* in *Homer.* Iliad. ψ. τὸ δε κείρεσθαι κόμην ἐπὶ νεκροῖς, ἔθιμον ὂν ϗ τοῖς πάλαι, ἣ ϗ αὐτὸ λύπης τὶ ἔνδειξις, καθὰ ϗ τὸ τίλλειν πενθητικῶς κεφαλῆς τρίχας. *Ovidius* Epiſt. II.

Non mihi te licuit lacrymis perfundere juſtis
In tua non tonſas ferre ſepulcra comas

Seneca in Hippol. Act. 5. ſcen. I.

Placemus umbras: capitis exuvias cape
Lacæroque frontis accipe abſciſſam comam.

Cointus Smyrnæus lib. III. in funere Achillis.

—— ἀμφὶ δὲ χαίτας
Μυρμιδόνες ἐκείραντο, νέκυν δ' ἐκάλυψαν ἄνακτος,
Καὶ δ' αὐτὴ Βρισηὶς, ἀκηχεμένη περὶ νεκρῷ
Κειραμένη πλοκάμυς τύματον πόρε δῶρον ἄνακτι.
—— Capillos autem
Myrmidones circumtondent, & cadaver regis cooperiunt.
Ipſa autem Briſeis dum defunctum mœret,
Detonſam ſibi cæſariem ultimum domino munus exhibet.

Apud *Statium* pater Archemori filio defuncto

- - - tergoque & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit, ſectiſque jacentis
Obnubit tenuia ora comis.

Herodotus de Scythis, lib. IV. qui in regum funere τῦ ὠτὸς ἀποτάμνονται, τρίχας περικείρονται, βραχίονας περιταμνονται &c. Aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia circumcidunt &c. Idem lib. IX. ubi de Perſis ob Maſiſtrii cædem præ luctu & ſeipſos & equos & jumenta tondentibus; quod factum etiam eſt ab Alexandro Magno, teſte *Plutarcho* in ejus vita, in morte Hephæſtionis. Vid. etiam *Curtius* lib. X. *Julius Firmius* lib. de error. prof. relig. refert de Ægyptiis Oſiridem plangentibus: Radunt capita, ut miſerandum caſum regis ſui turpitudine dehoneſtati defleant capitis, tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum reſerant cicatrices. *Svetonius* in Calig. cap. I. ſcribit, nunciata Caligulæ morte, *regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus*. Idem & Argivos mæroris cauſa præſtitiſſe, teſtatur *Herodotus* lib. I. cap. 82. *Theodoritus* in *Deut.* quæſt. 13. non ſolum capillos, ſed etiam barbam, & ſupercilia in funeribus fuiſſe abraſa ſcribit: τινὲς μὲν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὰς τῆς κεφαλῆς ἀπεκείροντο τρίχας, ϗ ταύτας προσέφερον τοῖς νεκροῖς. τινὲς δὲ τὰς τῶν γενείων ἄλλοι τὰς τῶν ὀφρύων. ταῦτα γίνεσθαι ὁ θεῖος ἀπηγόρευσε νόμος. Quidam extranearum gentium pilos capitis abradebant, & hos offerebant mortuis, alii pilos barbæ, alii ſuperciliorum. Lex Divina prohibuit iſta fieri.

Veteres pariter in luctu, & in funere ſuorum carnem lacerare legitur *Jerem.* XLI. 5. *Venerunt viri de Sichem & de Silo, & de Samaria, octoginta viri, raſa barba, laceri veſtibus, & incidentes ſeſe*. Et cap. XLVII. 5. *Venit calvitium ad Gaza, & ſucciſa eſt Aſkalon, & reſiduum vallis eorum, uſquequo* תתגודדי *incides te?* Et cap. XLVIII. 37. *Omne caput calvitiem contrahet, & omnis barba ſucciſa eſt, ſuper omnes manus* גדדות *inciſiones, & ſuper omnes lumbos ſaccus*. Et cap. 16. 6. *Et morientur magni, & parvi in iſta terra, non ſepelientur neque plangentur, & non ſe incidet quiſquam pro illis*. In quæ verba *S. Hieronymus*. Mos fuit apud veteres, & in quibuſdam permanet Judæorum uſque hodie, ut in luctibus incidant lacertos, & calvitium faciant.

Hujuſmodi conſuetudo lacerandi carnes uſitata fuit apud Ethnicos in luctu, & in ritibus ſepulcralibus. *Herodotus* de Scythis lib. IV. cap. 71. ἐπεὰν σφι ἀποθα-

θανῃ ὁ βασιλεὺς - - - τοῦ ὠτὸς ἀποτέμνονται τρίχας περικείρονται &c. Quum eorum rex decesserit - - - aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia concidunt, frontem, nasumque sauciant sinistram manum sagittis trajiciunt. *Plutarchus* de consolat. ad Apoll. τινὲς δὲ τῶν βαρβάρων καὶ μέρη τοῦ σώματος ἀποτέμνουσι, ῥῖνας, καὶ ὦτα, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καταικίζοντες, δοκοῦντές τι χαρίζεσθαι τοῖς τετελευτηκόσιν &c. Quidam vero barbarorum (*in funeribus*) etiam corpora sua, naribus, auribus, aliisve partibus amputandis fœdant: se nonnihil gratificari defunctis credentes, cum in hoc genere mediocritatem a natura constitutam excedunt. Apud Romanos quoque hujusmodi viguit insania. *Ovidius* lib. III. Trist. Eleg. 3.

> Parce tamen lacerare genas; nec scinde capillos:
> Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero:

Tibullus lib. I. Eleg. I.

> Tu manes ne lædes meos, sed parce solutis
> Crinibus, & teneris Delia, parce genis.

Apud LXX. istæ incisuræ ἐντομίδες appellantur: Sunt autem ἐντομίδες, teste *Hesychio* ξυσμαὶ ὄψεως γινόμεναι καὶ τοῖς λοιποῖς σώμασιν ἐντεμνόμεναι. τοιαῦτα εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς νεκροῖς αὐτῶν οἱ ἄπιστοι Scissuræ in vultu aliisque corporis partibus factæ: Nam hujusmodi laniatus facere consuevit pro defunctis infidelium natio. Hoc sanguine manibus satisfacere putabant, teste *Servio* ad Æneid. XII.

> - - - flavos Lavinia crines
> Et roseas laniata genas - - -

Moris fuit apud antiquos, ut ante rogos humanus sanguis effunderetur vel captivorum, vel gladiatorum; quorum si forte copia non fuisset; laniantes fœminæ genas suum effundebant cruorem, ut rogis illa imago restitueretur. Varro dicit mulieres in exequiis & luctu ideo solitas ora lacerare, ut ostenso sanguine inferis satisfacerent. Hinc anus illa apud Heliodorum Æthiopic. lib. VI. ut filio defuncto parentaret, *gladium attollens*, καὶ βραχίονα ἐντεμοῦσα *& brachium incidens*, *lauri surculo sanguine absterso*, *rogum filii sui conspergebat*. *Solon* teste *Plutarcho* in ejus vita τὰς ἀμυχὰς τῶν κοπτομένων ἐν ταφαῖς *lacerationes cutis*, *& comæ lugentium in funeribus* prohibuit. Et *Solonis* exemplo; *detestabile* illud *lugendi* genus (ita vocat *Cicero* Tuscul. lib. III.) *laceratio genarum* lege *duodecim tabularum*, his verbis interdicta est: *Mulieres genas ne radunto*. Ibi vero genas radere, *Festo* interprete, *est unguibus scindere*, *vel cruentare*. Et *Servius* l. c. Tamen (*inquit*) sciendum, cautum lege duodecim Tabularum, ne mulieres carperent faciem his verbis: Mulier faciem ne carpito.

Ethnici Deos suos invocantes carnes sibi incidebant, uti constat ex I. *Reg.* XVIII. 28. ubi agitur de Baalis sacerdotibus. *Clamabant voce magna*, *& incidebant se more suo*, *gladiolis*, *& lanceolis*, *donec sanguis effunderetur super se*. Et *Hos.* VII. 14. ὠλόλυζον ἐν ταῖς κοίταις, ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ κατετέμνοντο. *Sed ululabant in cubilibus suis*, *super tritico & vino dissecabantur*. Ubi *Theodoritus*: τὰς ἐθνικὰς τελετὰς ἐπετέλουν, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντες, ἐν τοῖς εἰδωλικοῖς ναοῖς τὰς καλουμένας ἐντομίδας τοῖς σφῶν αὐτῶν προσέφερον σώμασι. Gentilia sacra peregerunt, & bonorum meorum deliciis diffluentes, in idolorum templis, incisiones, quas vocant, corporibus suis admoverunt. *Minutius Felix*. Qui sanguine suo libat, & vulneribus suis supplicat, nec profanus melius esset, quam sic religiosus.

Præterea l. c. *Levit.* stigmata & figuras in carne incidi prohibentur, ubi dicitur כתבת קעקע *scripturam stigmatis*. *Philo* de Monarch. ἔνιοι τοσαύτῃ κέχρηνται μανίας ὑπερβολῇ, ὥστ' ἀναχώρησιν ἑαυτοῖς πρὸς μετάνοιαν ἀπολιπόντες, ἵενται πρὸς δουλείαν τῶν χειροκμήτων, γράμμασιν αὐτὴν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἐν χαρτιδίοις ὡς ἐπὶ τῶν ἀνδραπόδων, ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι καταστίζοντες, αὐτὴν σιδήρῳ πεπυρωμένῳ, πρὸς ἀνεξάλειπτον διαμονήν. οὐδὲ γὰρ χρόνῳ ταῦτα ἀμαυροῦνται. Non desunt quidam eo insaniæ prolapsi, ut ne receptum quidem ad pœnitentiam sibi reliquum faciant, ad cultum simulacrorum præcipites ruant; confirmantes eam *servitutem* literis non in chatula scriptis, sicut mos est mancipiorum, sed inustis ferro ignito, ne deleri queant postea. *Hieronymus* ad verba illa 2. *Paral.* XXXVI. 8. *Reliqua verborum Joachim*, *& abbominationum ejus*, *quas operatus est*, *& quæ inventa sunt in eo*, *continentur in libro Regum Judæ*, *& Israel*: hæc habet. Inter cetera mala quæ gessit, etiam hoc fecit in corpore suo, quod Dominus prohibuit; *Non facietis stigmata in corporibus vestris*, quæ postquam mortuus est, in corpore ejus inventa sunt. *Theodoritus* ad *Levit.* XIX. 28. Ἕλληνές τινα τοῦ σώματος μέλη βελόναις ἐκέντων, καὶ μέλαν ἐπέβαλλον, εἰς θεραπείαν τῶν Δαιμόνων. ταῦτα οὖν ὁ θεῖος νόμος ἀπαγορεύει. Græci aliquas corporis partes acubus compungebant, & atramentum immitte-

tebant, in reverentiam Dæmonum. Hæc igitur lex Divina interdicit. *Prudentius* de Coron. hymn. x.

> Has ferre pœnas cogitur gentilitas,
> Hac Dii coercent lege cultores suos:
> Sic Dæmon ipse ludit hos quos ceperit:
> Docet execrandas ferre contumelias,
> Tormenta inuri mandat infelicibus.

Sacrandi sacerdotes stigmatibus inurebantur teste eodem *Prudentio* ibid.

> Quid cum sacrandus accipit sphragitidas?
> Acus minutas ingerunt fornacibus:
> His membra pergunt urere; utque igniverint
> Quamcunque partem corporis fervens nota
> Stigmarit, hanc sic consecratam prædicant.

Lucianus de *Dea Syria* de ejus ministris. στίζονται δὲ πάντες, οἱ μὲν ἐς καρπὸς, οἱ δὲ ἐς αὐχένας. καὶ ἀπὸ τοῦ δε ἅπαντες Ασσύριοι στιγματοφορέουσι. Certis autem notis compunguntur omnes; alii quidem in vola manus, alii autem in cervice. Et inde est quod omnes Assyrii notis inscripti prodeant. Hæc stigmata veluti sacra post mortem aurea lamina tegebantur; *Prudentius* ibid.

> Functum deinde cum reliquit spiritus
> Et ad sepulcrum pompa fertur funeris
> Partes per ipsas imprimuntur bracteæ.
> Insignis auri lamina obducit cutem,
> Tegitur metallo, quod perustum est ignibus.

In manibus & fronte plerunque imprimebantur hæc stigmata. Illud *Isaiæ* XLIV. 5. *Hic scribet manu sua Domino*; LXX. sic transtulere: ἐπιγράψει τῇ χειρὶ αὐτοῦ, τοῦ Θεοῦ εἰμί: *Scribet in manu sua; Dei sum*. *Procopius* ad h. l. τὸ δὲ χειρὶ, λέγει, διὰ τὸ στίζειν ἴσως πολλοὺς ἐπὶ καρπῶν, ἢ σταυροῦ τὸ σημεῖον, ἢ τὴν Χριστοῦ προσηγορίαν. *In manu*, dicit propter impressas notas, quas aliqui sibi inurebant, aut in carpo manus, aut in brachio, signum crucis efformando, vel exprimendo literis nomen Christi. Ad hæc stigmata spectare videtur *S. Johannes Apocal.* XIII. 16. *Et fecit ut omnes characterem haberent in dextra manu sua, vel in frontibus*. Et cap. XIV. 1. ubi servi Dei describuntur *habentes nomen agni, & nomen patris ejus scriptum in frontibus eorum*. Servorum stigmata in fontibus, militum vero in manibus plerunque inurebantur. *Ausonius* in Pergamum.

> Ergo notas scripto tolerasti Pergame, vultu,
> Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Sed ſacerdos, qui pro illo deſignabatur, deſignabatur etiam veſpera. Dictum eſt; atqui hactenus oportebat ſortiri veſpera propter compoſitionem duorum ſegmentorum, quæ mane adducebantur a ſacerdote, qui deſignabatur ad decinerationem; pro quibus duo ſacerdotes veſpera deſignabantur; Neque ſolvitur quæſtio, quod fatentur, quod eorum cauſa veſpera ſortirentur; neque venit ad ſignificandum nobis, niſi quod in his miniſteriis, in quibus mane eſſet ſimilitudo, non ſortirentur; Si ita eſt, cur proxime opponit? Qua de cauſa? Putaſne a principio fuiſſe multas ſortes? Juxta mentem R. Jochanan nomine R. Simeonis ben Jochai pariter opponitur; quandoquidem ſortiebantur veſpera propter duo ligni ſegmenta; ſi ita eſt, plures erant ſortes; & dicendum eſt; quod iſti duo, qui decinerabant altare interius & candelabrum, comprehendantur in ſortitione ſacrificii jugis matutini; neque veſpera erant, qui deſtinarentur ad ſegmenta veſpertina: deprehenditur, quod non eſſet neceſſe, ut ſortirentur veſpera propter ſegmenta ad diſtinguendum ex noſtra ſententia; Sed videtur juxta mentem Rabi Jochanan manifeſtum eſſe, quod mane quoque ſortirentur de duobus ſegmentis veſpertinis; quoniam ea ſortitione, qua ſortiebantur pro ſacrificio jugi matutino, pariter inter veſperas putat fuiſſe ſortitos; tunc ſicut ita erat propter opus ſegmentorum inter veſperas, non fuit numerata in Miſna in ſorte ſecunda;

Eſt

Est qui dicit, quod non numeraverit nisi tredecim sacerdotes, qui designabantur in sorte secunda propter opus sacrificii jugis matutini; Verum qua de causa? putasne a principio pro omni ministerio vespertino iterum sortes projecisse? putasne, quod vespera pro illo sortirentur? Qua de causa pro illo mane sortiebantur? quia ex hac sortitione matutina nihil erat pro vespertina; & præterea juxta sensum Baraitha, ubi legitur, vespera pro illo sortiebantur, eruitur, quod vespera sortirentur; & si ita est, plures erant sortes &c. Legimus. R. Eliefer ben Jacob dicit; qui portabat membra &c. Legimus. Lectio est Misnæ *Tamid* cap. v. supra cap. I. opponitur traditio *Tamid* ad *Joma*; & discitur quod doctor *Joma* sit Rabi Simeon vir de Zepha, quia invenimus, quod opponat conclusionem absolutam *Tamid*; extat enim traditio R. Simeon de Zepha Misna in *Tamid*; non potest dici, quod R. Eliefer ben Jacob hic dissentiat ab traditione *Tamid*, qui docet in principio: sors quarta: Novi cum veteribus, qui portet membra de colle ad altare; & postea docetur; R. Eliefer ben Jacob dicit; qui portat membra &c. Hæc traditio *Joma* pariter dissentit ab eo quod dicitur in Misna; Similiter docet; Quarta sors: qui portet membra; & statuitur non juxta mentem Rabi Eliefer ben Jacob; & quamvis sit traditio in Misna juxta mentem R. Eliefer ben Jacob, qui docet, sacrificium juge a novem fuisse oblatum; & *Raschi* exponat, conclusionem esse juxta mentem R. Eliefer ben Jacob, tamen non videtur ita esse exponendum; si enim ita esset, ex *Gemara* posset opponi; sc. principium pertinere ad sapientes, & finem ad Rabi Eliefer ben Jacob; & juxta meam opinionem non pertinet principium ad sapientes, & finis ad R. Eliefer ben Jacob; & quod est a principio est principium: quia traditur; tredecim sacerdotes ad illud destinabantur; Non est oppositio; etenim juxta mentem sapientum erant quatuordecim cum illo, qui portabat membra de colle ad altare; si ita est, erit oppositio; principium & finis pertinebit ad R. Eliefer ben Jacob, & medium ad sapientes; & hoc adducitur ad variandum; extat enim traditio; vel ex mente sapientum non numerat nisi tredecim sacerdotes, qui designabantur in secunda sorte; sed qui portabat membra de colle ad altare, comprehendebatur in sorte quarta, ideoque multæ erat; Nihilominus est oppositio; principium pertinebit ad sapientes, & finis ad R. Eliefer ben Jacob, sicut exponitur; & videtur, quod sacrificium juge offerendum fuisset a novem, non esse conclusionem juxta mentem R. Eliefer ben Jacob, sed ea de causa, quod dicendum sit, non fuisse pauciores, neque plures: quod dicit non esse juxta mentem illius, qui dicit, quod non offerrent sacrificium juge pauciores novem, sed semper non erant decem, quia aliquando in adducendis membris de colle ad altare, destinabatur aliquis ex illis, qui destinati fuerunt ut portarent ad collem; sed pauciores novem non erant, & in festo non erant pauciores decem; & sic omnes; sed non est exponendum ex eo, quod non numeret nisi adductionem membrorum ad collem, quia pariter numerat situlam aquæ, & acerras, & segmenta; nihilominus potest dici, quod a principio non numeraverit adductionem tam membrorum, quam situlæ aquæ, & acerrarum, sed quod perfecerit adductionem membrorum a principio ad altare, idcirco non numeret, & primus videatur superfluus. In loco Divinitatis non fit juxta consuetudinem terræ; quamvis R. Eliefer ben Jacob doceat hoc non fuisse juxta consuetudinem terræ, tamen videtur fateri in eo quod dicitur de sacrificio jugi in vespera Paschali; mactabat Israelitas & accipiebat sacerdos, dabat socio suo, & socius suo socio &c. donec sacerdos offerebat ad altare, & adspergebat unam adspersionem contra fundamentum; & exponitur in Gemara ratio, sc. *In multitudine populi honor est regis. Prov.* XIV. 28. Illic non est dubitandum quin sit juxta morem terræ, quia quando dabat socio suo, non incedebat, sed iterum accipiebat, & porrigebat atque iterum accipiebat & porrigebat; quia propter multitudinem victimarum Paschalium omnes afferebant usque ad collem, & adducebant; & hoc certe non erat juxta consuetudinem terræ. Et si invenis doctorem, qui tradat fuisse quinque &c. Ego dicam, fortasse hic doctor erit, qui putat, quod iterum vespera sortirentur in sacrificio jugi vespertino; nunc erat quinque sortes; & dicendum est, quod est qui dicat, quod inveniatur doctor; Traditio: Quinque mane; pariter dicendum est, si putat iterum fuisse sortitos in sacrificio jugi vespertino, quamvis sortiti fuissent in sacrificio jugi matutino; si ita est, iterum quoque sortibeantur ad suffiendum inter vesperas, & sortes erant plures quinque. Hoc

non

non eſt juxta mentem R. Elieſer ben Jacob, neque juxta ſententiam R. Jehuda; hoc comprehenditur in omnibus libris; Sed *Raſchi* expungit, & legit, juxta mentem Rabi Jehuda, & explicat libros non juxta mentem R. Jehuda. Mihi videtur ita exponendum eſſe: At qui extat traditio: ſeptendecim erant; exponitur; ſingulo mane omnes ad minimum erant ſeptendecim; at non invenies, niſi numeraveris omnes ſacerdotes, qui deſignabantur in omnibus ſortibus, ſc. tredecim deſignabantur in ſacrificio jugi, & unus in decineratione, & alter, qui portaret membra de colle ad altare, & duo pro ſuffitu & thuribulo, ecce ſeptendecim, quod non eſt juxta mentem R. Elieſer ben Jacob, neque juxta ſententiam R. Jehuda; quia ſecundum mentem R. Elieſer ben Jacob detrahendus eſt unus, qui portabat membra de colle ad altare; & juxta mentem R. Jehuda detrahendus eſt unus pro thuribulo; & quod opponit *Raſchi*; qua de cauſa dicit; hoc non eſt juxta mentem R. Jehuda? hoc eſt, quod non ſortiretur pro thuribulo ſacerdos: & ſi ita eſt, erunt ſeptendecim; mihi videtur manifeſtum eſſe ex Gemara fuiſſe ſeptendecim, quod ſc. de illis dicat, qui deſignabantur per ſortem; hoc eſt quod dicit, adhuc multæ ſunt, ſc. excoriatio, & diſſectio, & adductio lignorum ad ſtruem; & quia hæc legitima ſunt per alienum, non numerat; ſed numerat mactantem; verum non numerat niſi illos, qui deſignabantur per ſortem; & in thuribulo juxta mentem R. Jehuda non erat ſors; conſequitur, ſicuti ſupra exponitur, & lectio, quæ eſt in libris eſt cap. ר״ח & non eſt opponendum ex eo quod ſupra dicit; ſi inveniatur doctorem, qui doceat quinque, quia ex Gemara non deprehenditur doctor, qui doceat quinque fuiſſe ſortes; & doctor, qui hoc loco tradit ſeptendecim fuiſſe ſacerdotes, docet quinque fuiſſe ſortes; dicendum eſt ſupra; adhuc ignoro, quid dicat Barajtha in hoc loco.

In Sabbatho, in quo recentes panes propoſitionis offerebantur, & veteres removebantur, octo ad reliquos ſacerdotes adjungebatur. *Menacboth* cap. XI. 7. ארבעה כהנים נכנסים שנים בידם שני סדרים ושנים בידם שני בזיכים וארבעה מקדימים לפניהם שנים ליטול שני סדרים ושנים ליטול שני בזיכים המכנסים עומדים בצפון ופניהם לדרום המוציאים עומדים בדרום ופניהם לצפון אלו מושכים ואלו מניחים וטפחו של זה כנגד טפחו של זה שנאמר לפני תמיד רבי יוסי אומר אפילו אלו נוטלים ואלו מניחים אף זו היתה תמיד יצאו ונתנו על השלחן של זהב שהיה באולם הקטירו הבזיכים והחלות מתחלקות לכהנים. Quatuor ſacerdotes intrabant, bini manu tenebant binos ordines panum, & bini duas acerras. Quatuor præibant ante hos, bini ad recipiendum duos panis ordines, & bini ad duas acerras recipiendas. Qui introducebant, ii ſtabant ad ſeptentrionem faciebus ipſorum ad meridiem converſis; qui educebant, ii ſtabant ad meridiem faciebus ad ſeptentrionem converſis. Hi detrahebant, & illi reponebant, pugillo unius e regione pugilli alterius, eo quod ſcriptum eſt *Exod.* XXXIII. 30. *Coram me ſemper*. R. Joſe dicit etſi hi removeant, & illi ponant; hoc etiam factum eſt in jugi ſacrificio. Exibant & ponebant ſuper menſam auream in veſtibulo. Incendebant acerras, & panes dividebant ſacerdotes. Hinc eruitur, quod in templo primo, ubi undecim erant menſæ, in Sabbatho præ reliquis diebus, in ordinandis removendiſque panibus propoſitionis, & acerris octo & octoginta ſacerdotes miniſtrarint. In noviluniis, ubi præter ſacrificia jugia offerebantur duo juvenci, unus aries, ſeptem agni, & hircus cum libaminibus ſuis plures, quam in ceteris diebus, miniſtrabant ſacerdotes; Vid. *Num.* XXVIII. 11. In tribus feſtis ſolennibus, in quibus quamplurima offerrebantur ſacrificia, omnes claſſes miniſtraſſe jam dictum eſt.

Nunc ſigillatim miniſteria quotidiana erunt illuſtranda. Præ ceteris decinerabatur altare exterius, & accendebatur ignis; uti dictum eſt. *Levit.* VI. 6. וידבר יהוה אל משה לאמר צו את אהרן ואת בניו לאמר זאת תורת העולה היא העלה על מוקדה על המזבח כל הלילה עד הבקר ואש המזבח תוקד בו ולבש הכהן מדו בד ומכנסי בד ילבש על בשרו והרים את הדשן אשר תאכל האש את העולה על המזבח ושמו אצל המזבח ופשט את בגדיו ולבש בגדים אחרים והוציא את הדשן אל מחוץ למחנה אל מקום טהור והאש על המזבח תוקד בו לא תכבה ובער עליה הכהן עצים בבקר בבקר וערך עליה העלה והקטיר עליה חלבי השלמים אש תמיד תוקד על המזבח לא תכבה. *Et locutus eſt Dominus ad Moſen; dicendo: Præcipe Aharon & filiis ejus dicendo: Hæc eſt lex holocauſti; illud eſt holocauſtum ſuper incendium ſuper altare tota nocte, uſque ad mane; & ignis altaris accendetur in illo. Et induet ſacerdos veſtem ſuam lineam. Feminalia linea induet ſuper carnem ſuam. Et removebit cinerem, quem fecit ignis abſumens holo-*

cau-

caustum super altare, & deponet prope altare; & exuet vestes suas, & induet vestes alias, & educet cinerem extra castra in locum purum; & ignis super altare accendetur in eo; non extinguetur; & accendet super illo sacerdos mane mane, & ordinabit super illo holocaustum, & adolebit super illo adipes pacificorum; Ignis perpetuus ardebit supet altare, non extinguetur. Targum Jonathan ומליל יי
עם משה למימר פקיד ית אהרן וית בנוי
למימר דא אורייתא דעלתא דאתיא
למכפרא על הירהורי ליבא היא עלתא
דמתעבדא בעלתא בטורא דסיני וקיימא
על אתר בית יקידתא על מדבח כל ליליא
עד צפרא ברם אישתא דמדבחא תהי
יוקדא ביה וילבוש כהנא לבושין דבוץ
ואוורקסין דבוץ ילבוש על בישריה ויפרוש
ית קיטמא דתיכול אישתא ית עלתא על
מדבחא ושויניה בצטר מדבחא וישלח ית
לבושוי וילבש לבושין חורנין ויהנפק ית
קיטמא למברא למשריתא לאתר דכי
ואישתא על מדבחא תהי יוקדא ביה לא
תיטפי וילפי עלה כהנא אעין בצפר בצפר
עד ארבע שעין דיומא ויסדר עלה עלתא
ויסוק עלה תרבי נכסת קודשיא אישתא
תדירא תהי יוקדא על מדבחא לא תטפי
Et locutus est Dominus cum Mose dicendo: Præcipe Aharon & filiis ejus dicendo. Hæc est lex holocausti; quod venit ad expiandum pro cogitationibus cordis: illud est holocaustum, quod factum est in holocaustum in montem Sinai, & permanet in foco super altare tota nocte usque ad matutinum tempus; verum ignis altaris erit accensus in eo: & induet sacerdos indumenta byssina, & subligacula byssina induet super carnem suam, & separabit cinerem quem fecit ignis absumens holocaustum super altare, & ponet ipsum in latere altaris: & exuet vestes suas, & induet vestes alias, & educet cinerem extra castra in locum mundum. Et ignis super altare erit ardens, non extinguetur, sed accendet super ipsum sacerdos ligna per singulos dies mane mane usque ad quatuor horas diei, & ordinabit super ipsum holocaustum, & incendet super eo adipes hostiæ sanctitatum. Ignis perpetuus erit ardens super altari non extinguetur.

Num. XXVIII. I. Præcipitur de sacrificio jugi matutino & vespertino.
וידבר יהוה אל משה לאמר צו את בני
ישראל ואמרת אליהם את קרבני לחמי
לאשי ריח נחחי תשמרו להקריב לי במועדו
ואמרת להם זה האשה אשר תקריבו
ליהוה כבשים בני שנה תמימים שנים ליום
עלה תמיד את הכבש אחד תעשה בבקר
ואת הכבש השני תעשה בין הערבים
ועשירית האיפה סלת למנחה בלולה בשמן
כתית רביעית ההין עלת תמיד העשויה
בהר סיני לריח ניחח אשה ליהוה ונסכו
רביעית ההין לכבש האחד בקדש הסך
נסך שכר ליהוה ואת הכבש השני תעשה
בין הערבים כמנחת הבקר וכנסכו תעשה
אשה ריח ניחח ליהוה. *Et loquutus est Dominus ad Mosen, dicendo; Præcipe filiis Israel & dices ad eos; oblationem meam, panem meum, ignitum meum odoris suavissimi offerte per tempora sua. Et dices ad eos; Hoc est ignitum, quod offeretis Domino, agnos anniculos, perfectos, duos singulis diebus pro jugi holocausto: Agnum unum facies mane, & agnum secundum facies inter vesperas, & decimam partem Ephæ similæ mixtam olei contusi quarta parte Hin. Holocaustum juge, uti factum est in Sinai in odorem suavitatis, ignitum Domino; & ejus libamen sit quartas pars Hin pro agno uno, in sancto libabitur sicera Domino; & agnum secundum facies inter vesperas, juxta munus matutinum, & juxta ejus libamen facies, ignitum in odorem suavitatis Domino. Targum Jonathan.* ומליל יהוה עם משה למימר פקיד
ית בני ישראל ותימר להון ית קורבני
לחים סדור פתורי ייכלון כהניא ומה
דאתון מקרבין על גב מדבחא לית רשו
לגבר דייכול מיניה הלא אישתא היא דאכלא
יתיה והוא מתקבל קדמי לריח רעוא עמי
בני ישראל הוו זהירין למקרבא יתיה
מאפרשות לשבתא קרבן קדמי בזמניה
ותימר להון דין סדר קרבניא די תקרבון
קדם יי אמרין בני שנה שלמין תרין ליומא
עלתא תדירא ית אימר חד תעביד בצפרא
למכפרא על חובי ליליא וית אימר תניין
תעביד ביני שמשתא למכפרא על חובי
יממא וחד מן עשרא בתלת סווין סמידא
דחינטיא למנחתא פתיכא בשחח זיתא
בתישא רבעות הינא עלת תדירא היכמא
דהות מקרבא על טורא דסיני מטול
לאתקבלא ברעוא קורבנא קדם יי וניסוכיה
רבעות הינא לאימר חד במאני בית
קודשיא ותנסך ניסוך חמר עתיק ואין לא
משכח חמר עתיק מייתי חמר בר ארבעין
יומין למנסכא קדם יי וית אימר תניין
תעביד ביני שמשתא הי כדורונא דצפרא יהי
בנסוכיה תעביד קרבן דמתקבל ברעוא קדם
יי. *Et loquutus est Dominus cum Mose dicendo: præcipe filiis Israel, & dices illis; oblationem meam, panem meum ordinationis mensæ meæ comedent sacerdotes; at quod vos offertis super altare meum, non potest vir comedere ipsum: annon ignis est, qui devorat ipsum, & recipitur coram me in odorem beneplaciti? popule mi, filii Israel, moniti estote ut offeratis ipsum & primitias per singula sabbatha in oblationem coram me in tempore suo. Et dices illis: hic est ordo oblationum, quas offeretis coram Domino agnos anniculos integros duos singulis die-*

diebus, pro jugi holocausto. Agnum unum facies mane pro expiatione peccatorum noctis, & agnum secundum facies inter vesperas ad expiandum pro peccatis diei; Et unum ex decem trium satorum similæ tritici in Mincha, mixtum cum olei olivæ contusi quarte parte Hin. Holocaustum juge, quemadmodum oblatum fuit in monte Sinai, ut recipiatur cum beneplacito oblatio coram Domino. Libatio vero ejus sit quarta pars Hin pro agno uno; in vasis domus sanctuarii libabitur libamine vini veteris; quod si non inveniatur vinum vetus, afferes vinum quadraginta dierum ad libandum coram Domino. Et agnum secundum facies inter duas vesperas; juxta munus matutinum & juxta libationem ejus facies oblationem, quæ recipiatur cum beneplacito coram Domino. Munera & libamina juxta varietatem ætatis, atque animantium variasse probatur ex l. c. *Num.* vers. 11. ובראשי חרשיכם תקריבו עלה ליהוה פרים בני בקר שנים ואיל אחד כבשים בני שנה שבעה תמימים ושלשה עשרנים סלת מנחה בלולה בשמן לפר אחד ושנים עשרונים סלת מנחה לאיל האחד ועשרן עשרון סלת מנחה בלולה בשמן לכבש האחד עלה ריח ניחח אשה ליהוה ונסכיהם חצי ההין יהיה לפר ושלישית ההין לאיל ורביעית ההין לכבש היין. *Et in Neomeniis vestris offeretis holocaustum Domino juvencos filios bovis duos, & arietem unum, & agnos anniculos septem perfectos, & tres decimas similæ munus mixtum oleo pro singulo bove, & duas decimas similæ munus mixtum oleo pro ariete uno, & singulas decimas similæ munus mixtum oleo pro agno uno, holocaustum odoris suavitatis, ignitum Domino; & libamina eorum, dimidium Hin erit pro bove, & tertia pars Hin pro ariete, & quarta pars Hin vini pro agno.* Ibid. cap. XV. ועשיתם אשה ליהוה עלה או זבח לפלא נדר או בנדבה או במעדיכם לעשות ריח ניחח ליהוה מן הבקר או מן הצאן והקריב המקריב קרבנו ליהוה מנחה סלת עשרן בלול ברבעית ההין שמן ויין לנסך רביעית ההין תעשה על העלה או לזבח לכבש האחד או לאיל תעשה מנחה סלת שני עשרנים בלולה בשמן שלישית ההין ויין לנסך שלשית ההין מקריב ריח ניחח ליהוה וכי תעשה בן בקר עלה או זבח לפלא נדר או שלמים ליהוה והקריב על בן הבקר מנחה סלת שלשה עשרונים בלול בשמן חצי ההין ויין תקריב לנסך הצי ההין אשה ריח ניחח ליהוה ככה יעשה לשור האחד או לאיל האחד או לשה בכבשים או בעזים כמספר אשר תעשו ככה תעשו לאחד כמספרם כל האזרח יעשה ככה את אלה להקריב אשה ריח ניחח ליהוה. *Et cum feceritis ignitum Domino, holocaustum, aut sacrificium, ad separandum votum, aut spontaneam oblationem, aut in solennitatibus vestris ad faciendum odorem suavitatis Domino, de bove aut ove. Et offerendo offeret sacrificium suum Domino munus similæ, decimam mixtam quarta parte Hin olei, & vini ad libandum quartam partem Hin, quam facies pro holocausto, aut sacrificio, pro agno uno aut pro ariete facies munus similæ duarum decimarum mixtum olei tertia parte Hin, & vini ad libandum tertia parte Hin in odorem suavitatis Domino. Et si facies filium bovis holocaustum, aut sacrificium, ad separandum votum, aut in pacifica Domino, & offeres pro filio bovis munus similæ trium decimarum mixtum olei dimidio Hin, & vini offeres ad libandum dimidium Hin, ignitum in odorem suavitatis Domino. Sic fiat pro bove uno, aut por ariete uno aut ove in agnis, aut in capris; juxta numerum, quem facietis, sic facietis singulis juxta eorum numerum. Omnis indigena sic faciet ista ad offerendum ignitum, odorem suavitatis Domino; Siphri* in h. l. 15. דבר אל בני ישראל כי תבואו אל ארץ מושבותיכם בא הכתוב ללמדך שלא נתחייבו ישראל בנסכים אלא מביאתן לארץ ואילך אחר ירושה הכתוב מדבר אתה אומר אחר ירושה וישיבה הכתוב מדבר או אינו מדבר אלא בכניסתם לארץ מיד תלמוד לומר כי תבואו אל הארץ אשר אני נותן לכם וירשתם אותה וישבתם בה הואיל ונאמרו ביאות בתורה סתם ופרט כאחת מהם שאינו אלא לאחר ירושה וישיבה ללמדך שבכל מקום שנאמר משבותיכם בארץ הכתוב מדבר אמר ליה רבי עקיבא לפי שהוא אומר שבת הוא ליהוה שומע אני בין בארץ בין בחוצה לארץ אמר לו רבי ישמעאל אין צריך מה מצות קלות נוהגות בחוצה לארץ ובארץ שבת חמורה אינו דין שתהא נוהגת בארץ ובחוצה לארץ אמר אחד מתלמידי רבי ישמעאל בא הכתוב ללמדך שלא נתחייב היחיד בנסכים אלא מביאתן לארץ רבי שמעון בן יוחי אומר בא הכתוב ללמדך על נסכים שיהו קריבים בבמה אבא חנין אומר משום רבי אליעזר למה נאמר לפי שהיה בדין הואיל ומצינו שריבה כלי בית עולמים מכלי אהל מועד כך ריבה נסכי בית עולמים מנסכי אהל מועד תלמוד לומר ועשיתם אשה ליהוה עולה או זבח מגיד הכתוב שאף על פי שריבה בית עולמים מכלי אהל מועד לא ריבה בנסכים ועשיתם אשה ליהוה שומע אני שכל הקרב לאישים יטען נסכים תלמוד לומר עולה אין לי אלא עולה מנין לרבות השלמים תלמוד לומר זבח משמע מביא אלו ומביא חטאת ואשם תלמוד לומר לפלא נדר או נדבה לא אמרתי אלא קדשי הבאים בנדר ובנדבה משמע מוציא אני את אילו ומוציא את עולה חובה הבאים ברגלים כשהוא אומר

אומר במועדיכם להביא את עולה חובה
הבאים ברגלים מביא את עולה חובה
הבאה ברגלים ומביא את חטאת חובה
הבאה ברגלים תלמוד לומר כי תעשה
בן בקר עולה או זבח בקר היה בכלל ויצא
מוצא מן הכלל ללמד על הכלל מה בן
בקר שהוא בא בנדר ובנדבה וטעון נסכים
כך כל הבא בנדר ובנדבה יטעון נסכים
יצאו חטאת ואשם שאין באין בנדר
ובנדבה שלא יטענו נסכים לעשות אשה
ריח ניחוח ליהוה מן הבקר או מן הצאן
למה נאמר לפי שהוא אומר ועשיתם
אשה עולה ליהוה עולה או זבח שומע אני
אף עולת העוף יטעון נסכים תלמוד לומר
מן הבקר או מן הצאן יצאת עולה העוף
שלא תטעון נסכים דברי רבי יאשיה רבי
יונתן אומר אין צריך שהרי כבר נאמר או
זבח מה זבח מין בהמה אף עולה מין
בהמה ומה תלמוד לומר לעשות ריח
ניחות ליהוה מן הבקר או מן הצאן לפי
שהוא אומר ועשיתם אשה ליהוה עולה
או זבח שאם אמר הרי עלי עלה ושלמים
שומע אני יביא משניהם כאחת תלמוד
לומר מן הבקר או מן הצאן מגיד שמביא
מזה בפני עצמו ומזה בפני עצמו או יביא
משניהם כאחת תלמוד לומר ואם מן
הצאן קרבנו והרי דברים קל וחומר ומה
עולה חמורה כשירה לבוא מן אחד פסח
הקל דין הוא שיכשר לבוא מין אחד הא
מה תלמוד לומר מן הכבשים ומן העזים
תקחו מזה בפני עצמו ומזה בפני עצמו
איסי בן עקביא אומר לעשות אשה ריח
ניחוח ליהוה מזה בפני עצמו ומזה בפני
עצמו אתה אומר מזה בפני עצמו ומזה
בפני עצמו או יביא משניהם כאחד אמרת
קל וחומר ומה כבשי עצרת שהם זקוקים
לבוא שנים כשרו לבוא מן אחד עולה
שאינה זקוקה לבוא שנים אינו דין שתיכשר
לבוא מין אחד תאמר בעולה שריבה
הכתוב על הבאתה לפיכך לא תיכשר לבוא
אלא מן שנים והרי שעירי יום הכפורים
יוכיחו שריבה הכתוב על הבאתה תכשר
לבוא מין אחד לא אם אמרת בשעירי
יום הכיפורים שומע אני שמיעט הכתוב
בהבאתה ואין באים בכל השנה לפיכך
כשרו לבוא מין אחד תאמר בעולה שריבה
הכתוב על הבאתה וכשירה לבוא בכל
השנה חטאת יוכיח שבאה בכל ימות
השנה וכשירה לבוא מין אחד והיא תוכיח
לעולה שאף על פי שריבה הכתוב על
הבאתה ובאה בכל ימות השנה שיתכשר
לבוא מין אחד לא אם אמרת בחטאת
שמיעט הכתוב על הבאתה ואינה באה
בנדר ובנדבה לפיכך לא תיכשר לבוא מין
אחד תאמר בעולה שריבה הכתוב על
הבאתה ובאה בנדר ובנדבה לפיכך לא
תיכשר לבוא אלא מין שנים הא מה
תלמוד לומר לעשות אשה ריח ניחוח
ליהוה מזה בפני עצמו ומזה בפני עצמו
והקריב המקריב מכל מקום והקריב המקריב
רבי נתן אומר זה בנה אב לכל המתנדב
במנחה שלא יפחות מעשרון ולוג שמן

והקריב המקריב קרבן ליהוה ויין לנסך
רביעית ההין שמן לבילה ויין לנסך תעשה
על העולה או לזבח למה נאמר לפי שהוא
אומר ועשית אשה ליהוה עולה או זבח
שאם אמר הרי עלי עולה הרי עלי מנחה הרי
עלי שלמים שומע אני יביא נסך אחד
לשנים תלמוד לומר יעשה על העולה או
לזבח מגיד שמביא לזה בפני עצמו ולזה
בפני עצמו אבא חנין אומר משום רבי
אליעזר למה נאמר לפי שהיה בדין ומה
אם במקום ששוה מעשר שור עולה
למעשה כבש עולה לא שוה לו בנסכים
מקום שלא שוה לו כבש עולה
למעשה כבש שלמים אינו דין שלא
ישוה לו בנסכים תלמוד לומר תעשה
על העולה או לזבח מגיד הכתוב
שאף על פי כן שלא שוה מעשה
כבש עולה למעשה כבש שלמים שישוה
לו בנסכים רבי נתן אומר תעשה על
העולה זו עולת מצורע לזבח זו חטאתו
או לזבח זו אשמו רבי יונתן אומר לכבש
האחד להביא עולת יולדת שתטעון נסכים
שלא שמענו בכל התורה כולה או אינו
מדבר אלא באיל כשהוא אומר או לאיל
תעשה מנחה הרי איל אמור ומה תלמוד
לומר לכבש האחד להביא את עולת יולדת
שתטעון נסכים שלא שמענו לא בכל
התורה כולה דבר אחר לכבש האחד להביא
את אחד עשר במעשר או לאיל תעשה
מנחה בא הכתוב לחלוק בין ניסכי כבש
לניסכי איל שהיה בדין בן בקר טעון
נסכים ובן הצאן טעון נסכים אם למדתי
שלא חלקה תורה בין נסכי עגל לניסכי
שור כך לא תחלוק בין נסכי כבש לנסכי
איל תלמוד לומר או לאיל תעשה מנחה
בא הכתוב לחלוק בין נסכי כבש לנסכי
איל אבא חנין אומר משום רבי אליעזר
למה נאמר שהיה בדין ומה אם במקום
שריבה בנסכים לא ריבה בין עגל לשור
מקום שמיעט בנסכים אינו דין שלא נדבה
בין כבש לאיל תלמוד לומר או לאיל
תעשה מנחה מגיד הכתוב שאף על פי
שמיעט בנסכים ריבה בין כבש לאיל דבר
אחר או לאיל תעשה להביא איל עולה
כו׳ תעשה מנחת סלת שני עשרונים למה
נאמר להביא שהיה בדין הואיל וכבש
העומר טעון שני עשרנות ואיל עולה טעון
שני עשרונות אם למדתי לכבש העומר
שאף על פי שכפל עשרונותיו לא כפל
נסכיו כן לאיל שאף על פי שכפל
עשרונותיו לא כפל נסכיו תלמוד לומר
לאיל תעשה מנחה ויין תקריב לנסך
שלישית ההין שמן לבילה ויי לניסוך תקריב
ריח ניחוח ליהוה נחת רוח לפני שאמרתי
ונעשה רצוני וכי תעשה בן בקר בן בקר
הוה בכלל ויצא מן הכלל ללמד על הכלל
ומה בן בקר שהוא בא בנדר ובנדבה
וטעון נסכים כך כל הבא בנדר ובנדבה
יטעון נסכים יצאו חטאת ואשם שאין
באים בנדר ובנדבה שלא יטענו נסכים
עולה או זבח למה נאמר לפי שהוא אומר
עשיתם אשה ליהוה עולה או זבח שאם
אמר

אמר הרי עלי עולה הרי עלי שלמים
שומע אני יביא נסך אחד לשניהם תלמוד
לומר עולה או זבח מגיד הכתוב שמביא
לזה בפני עצמו ולזה בפני עצמו או אפילו
אמר הרי עלי חמשה שוורים לשלמים
שומע אני יביא נסך אחד לכולם תלמוד
לומר עולה או זבח מגיד שמביא לכל
אחד ואחד בפני עצמו אבא חנין אומר
משום רבי אליעזר למה נאמר שהיה בדין
ומה אם במקום ששוה מעשה כבש עולה
למעשה שור עולה לא שוה לו בנסכים קל
וחומר שלא ישוה מעשה שור עולה
למעשה שור שלמים אינו דין שישוה לו
בנסכים תלמוד לומר עולה או זבח מגיד
הכתוב שאף על פי כן שלא שוה מעשה
שור עולה למעשה שור שלמים שוה לו
בנסכים וכי תעשה בן בקר והקריב על בן
הבקר ויין תקריב לנסך שמן לבילה ויין
לניסוך אשה ריח ניחוח ליהוה על גבי
ספלים אתה אומר על גבי ספלים או אינו
אלא על גבי האישים אם אמרת כן
נמצאת מכבה את האש והתורה אמרה
אש תמיד תוקד הא מה תלמוד לומר
אשה ליהוה ריח ניתוח ליהוה נחת רוח
לפני שאמרתי ונעשה רצוני ככה יעשה
לשור האחד מגיד הכתוב שלא חלקה
תורה בין נסכי עגל לנסכי שור שהיה
בדין בן צאן טעון נסכים ובן הבקר טעון
נסכים אם למדתי שחלקה תורה בין נסכי
כבש לנסכי איל כך תחלוק בין נסכי עגל
לנסכי שור תלמוד לומר ככה יעשה לשור
האחד מגיד שלא חלקה תורה בין 'נסכי
עגל לנסכי שור אבא חנין אומר משום
רבי אליעזר למה נאמר שהיה בדין ומה
אם במקום שמיעט בנסכים ריבה בין כבש
לאיל מקום שריבה בנסכים אינו דין שריבה
בין עגל לשור תלמוד לומר ככה יעשה
לשור האחד מגיד הכתוב שאף על פי
שריבה הכתוב לא ריבה בין עגל לשור
או לאיל האחד למה נאמר שהיה בדין
הואיל ומצינו ומה במקום שמיעט בנסכים
שחלקה תורה בין נסכי בני שנה לנסכי
בני שתים כך תחלוק לנסכי בני שתים
לנסכי בני שלש תלמוד לומר או לאיל
תעשה מנחה מגיד הכתוב שאף על פי
שחלקה תורה בין נסכי בני שנה לניסכי
בני שתים לא תחלוק בין נסכי בני שתים
לנסכי בני שלש או לשה בכשבים או
בעזים למה נאמר שהיה בדין הואיל
ומצינו שחלקה תורה בין נסכי כבש לנסכי
איל כך תחלוק בין נסכי כבשה לנסכי רחל
תלמוד לומר או לשה בכבשים או בעזים
או לשה בכשבים או בעזים למה נאמר
שהיה בדין הואיל ומצינו שחלקה תורה
בין נסכי כבשים לנסכי איל כך תחלוק
לניסכי נדי או לניסכי תייש תלמוד לומר
או בעזים מקיש גדול שבעזים קטן
שבכשבים מה זה שלשה לוגים אף זה
שלשה לוגים כמספר אשר תעשו אין לי
אלא אלו תמורותיהם מניין שנאמר כמספר
אשר תעשו שלא ימעיט או אם רצה
לרבות ירבה תלמוד לומר ככה יעשו

לאחד כמספרם דברי רבי יאשיה רבי יונתן
אומר אינו צריך שהרי כבר נאמר כל
האזרח יעשה ככה את אלה שלא ימעיט
ולא ירבה ומה תלמוד לומר כמספר אשר
תעשו יכול אם רצה לכפול יכפול תלמוד
לומר ככה תעשה לאחד כמספרם מיכן
אמרו מערבים נסכי פרים בנסכי פרים
נסכי אלים בניסכי אילים ניסכי כבשים
בניסכי כבשים של יחיד בשל ציבור של
יום בשל אמש אבל אין מערבים ניסכי
כבש בניסכי פרים ואילים מיכן אמרו
האומר הרי עלי יין דמשמע לוג אחד יביאו
שנים שנים יביאו שלשה שלשה יביא
ארבעה ארבע יביא חמשה חמשה יביא
ששה מיכן ואילך יביא כשם שהציבור
מביא חובה כך יחיד מתנדב חובה דבר
אחר ככה תעשו לאחד כמספרם להביא
את אחד עשר שבמעשר כל האזרח יעשה
ככה למה נאמר לפי שהוא אומר ומעוך
וכתות ,'ונתוק וכרות אלה אי אתה מקבל
אבל אתה מקבל מהם תמידים אחר שלמדנו
שהגוי מביא עולה זכיתי לדין כבתחילה
ישראל מביא עולה והגוי מביא עולה
אי מה ישראל מביא נסכים אף גוי
מביא נסכים תלמוד לומר כל האזרח יעשה
את אלה ישראל מביא נסכים ואין גוי מביא
נסכים מיכן אמרו גוי ששלח עולותיו ממדינ'
הים ולא שילח עמה נסכים יקרבו משל ציבור

Loquere ad filios Iſrael; Quando ingreſſi fueritis terram habitationis veſtræ; Venit textus ad te docendum, quod Iſraelitæ non fuerint obligati ad libamina, niſi poſt eorum ingreſſum in terram & in poſterum; poſt hæreditatem textus loquitur; tu dicis, quod textus non loquatur niſi poſt hæreditatem, & habitationem; at ego dicam, quod non loquatur niſi de eorum ingreſſu in terram ſtatium; idcirco dictum eſt *Deut.* XXVI. 1. *Cumque intraveritis terram, quam ego do vobis, & illam poſſederitis, & habitaveritis in illa.* Quandoquidem ſæpe memorantur ingreſſus in terram ſimpliciter; & de uno exprimitur, quod non ſit niſi poſt hæreditatem & habitationem, doceris, quod ubicunque dicitur, *quando ingreſſi fueritis*, de terra textus loquatur. Dixit illi R. Akiba, cur dictum eſt *Exod.* XXXV. 2. *Sabbathum Domino?* ego puto obſervandum eſſe tam in terra quam extra terram; Reſpondit illi R. Iſmael; non eſt neceſſe; ſicut præcepta levia obſervantur tam in terra quam extra terram, ſabbathum quod eſt præceptum grave, non erit æquum ut obſervetur tam in terra quam extra terram? Dixit quidam de diſcipulis R. Iſmaelis; venit textus ad te docendum, quod privatus non fuerit obligatus ad libamina niſi poſt ingreſſum in terram. Rabi Simeon ben Jochai dicit; venit textus ad te do-

docendum, quod libamina offerrentur in excelso. Aba Chanen dicit nomine R. Elieser, cur dictum est? Quia est argumentum; quoniam multiplicata sunt vasa domus seculorum præ vasis Tabernaculi conventus, ita pariter multiplicata sunt libamina domus seculorum præ libaminibus tabernaculi conventus. Idcirco dictum est; *& feceritis ignitum Domino, holocaustum, aut sacrificium;* Ostendit textus, quod multiplicata sint vasa domus seculorum præ vasis tabernaculi conventus, tamen non fuerint multiplicata libamina. *Et feceritis ignitum Domino;* Crederem, quod omne; quod ignitum Domino offerretur, teneretur libaminibus? Idcirco dictum est; *holocaustum*; non probo nisi pro holocausto, unde probatur ad includenda pacifica? Ex eo quod dictum est: *sacrificium*. Ex sensu literali crederem posse includere hæc, atque etiam includere sacrificium pro peccato, & pro delicto? Idcirco dictum est; *ad separandum votum, & oblationem spontaneam*. Non dico nisi de sanctitatibus, quæ ex voto aut sponte adducuntur, credam igitur hæc excludere, atque etiam excludere holocaustum ex debito, quæ afferuntur in solennitatibus? Idcirco dictum est: *In solennitatibus vestris*; ad includendum holocaustum ex debito, quod adducitur in solennitatibus, & includam sacrificium pro peccato ex debito, quod affertur in solennitatibus? Idcirco dictum est. *Quando facies filium bovis, holocaustum, aut sacrificium*; Bos erat in genere, & eductus est de genere ad docendum de toto genere; Sicut filius bovis, qui adducitur ex voto & sponte, tenetur libaminibus, ita pariter ea omnia, quæ afferuntur ex voto & sponte; excluditur sacrificium pro peccato & pro delicto, quod non affertur neque ex voto neque sponte, quod non teneatur libaminibus. *Ad faciendum ignitum, odorem suavitatis Domino, de bove, aut de ove.* Cur dictum est? quia dictum est: *Et feceritis ignitum, holocaustum Domino, aut sacrificium;* Crederem, quod holocaustum volucris teneretur libaminibus? Idcirco dictum est; *de bove, aut de ove;* excludatur holocaustum volucris, quod non tenetur libaminibus; verba Rabi Josiæ; R. Jochanan dicit; non est necesse; quia jam dictum est; *aut sacrificium*; sicut sacrificium ex pecore, ita pariter holocaustum ex pecore. Et cur dictum est; *ad faciendum odorem suavitatis Domino de bove aut de ove?* Quia dictum est; *Et feceritis ignitum Domino holocaustum, aut sacrificium.* Si enim quis dicat; ecce super me holocaustum & pacifica, crederem, quod ambo simul afferre deberet? Idcirco dictum est; *de bove aut de ove*. Ostendit, quod pro isto afferret seorsium, & pro isto afferret seorsim. Aut simul ambo afferet? Idcirco dictum est *Levit.* I. 10. *Aut si de ovibus sacrificium suum*; Ecce argumentum a minori ad majus; Si holocaustum, quod est sacrificium grave, erat legitimum, ut afferretur de una specie, sacrificium Paschale, quod est leve, erit æquum, ut sit legitimum ut afferatur ex una specie; Cur igitur dictum est *Exod.* XII. 5. *De agnis, aut de capris sumetis?* De una specie seorsim, & de altera seorsim. Issi ben Akabia dicit; *Ad faciendum ignitum, odorem suavitatis Domino*; ex una specie seorsim, & ex altera specie seorsim. Tu dicis ex una specie seorsim, & ex altera seorsim, aut de ambabus simul adducet? Dixisti? Est argumentum a minori ad majus; si agni festi hebdomadarum, qui duo esse debebant, legitimi erant, ut afferrentur ex una specie; holocaustum, quæ necessario non debebat afferri in duobus, non erit æquum, ut legitimum sit, ut afferri possit ex una specie? Minime. Si dixisti de agnis festi hebdomadarum, quorum adductio a textu minuitur, dices de holocasto, cujus adductio a textu multiplicatur? Idcirco non erit legitimum ut adducatur nisi ex duabus speciebus. At ecce hirci diei expiationum probent, quorum adductio multiplicatur ab textu, legitimi sunt, ut adducantur ex una specie; Minime; si dixisti de hircis diei expiationum, ego puto, quod eorum adductio minuatur ab textu, quia toto anno non afferebantur, dices de holocausto, cujus adductio multiplicatur ab textu, & legitimum erat, ut afferretur toto anno? Sacrificium pro peccato probet, quod afferrebatur cunctis anni diebus, & legitimum erat, ut afferretur ex una specie; ipsum probet pro holocausto, cujus adductio quamvis multiplicetur ab textu, & afferatur cunctis anni diebus, legitimum erit, ut adducatur ex una specie; Minime; si dixisti de sacrificio pro peccato, cujus adductio minuitur ab textu, eo quod non adducatur neque ex voto neque sponte, ideoque legitimum est, ut afferatur ex una specie, dices de holocausto, cujus adductio multiplicatur ab textu, & affertur ex voto & sponte, ideoque non erit legitimum ut afferatur, nisi ex duabus speciebus. Cur igitur dictum est;

est; *ad faciendum ignitum*, *odorem suavitatis Domino*? Ut adducatur ex una specie seorsim, & ex altera seorsim. *Et offerendo offeret*. Non probo nisi de viro, de muliere unde probatur? Ex eo quod dictum est; *& offerendo offeret*; semper. *Et offerendo offeret*. Rabi Nathan dicit; hæc est constitutio principio; qui voverit munus, non minuet de decima, & de logo olei. *Et offerendo offeret sacrificium suum Domino &c. & vinum ad libandum quartam partem Hin*; oleum ad commiscendum similam, & vinum ad libamen. *Facies super holocaustum*, *aut sacrificium*; cur dictum est? Quia dictum est; *Et facies ignitum Domino holocaustum*, *aut sacrificium*. Si quis enim dixisset; ecce super me holocaustum, ecce super me munus, ecce super me pacifica, crederem quod deberet afferre unum tantum libamen pro duobus? Idcirco dictum est; *facies super holocaustum*, *aut sacrificium*; ostendit, quod afferret unum seorsim, & alterum seorsim. Aba Chanen nomine R. Eliezer dicit; cur dictum est? Quia erat argumentum; si ubi æquiparatur operatio bovis holocausti operationi agni holocausti, non æquiparatur in libaminibus; ubi vero non æquiparatur operatio agni holocausti operationi agni pacificorum, non erit æquum, ut non æquiparetur in libaminibus? Idcirco dictum est; *Facies super holocaustum*, *aut sacrificium*; Ostendit textus, quod quamvis non æquiparetur operatio agni holocausti operationi agni pacificorum, tamen æquiparantur in libaminibus. R. Nathan dicit: *Facies super holocaustum*; Hoc est holocaustum leprosi. *Aut sacrificium*; Hoc est ejus sacrificium pro peccato; *aut sacrificium*; hoc est ejus sacrificium pro delicto; R. Jonathan dicit; *pro agno uno*; ad includendum holocaustum puerperæ, quod teneretur libaminibus; quia non audiveramus in tota lege. Alia expositio; *pro agno uno*; ad includendum undecimum in decima. *Aut pro ariete facies munus*. Venit textus ad discriminandum inter libamina agni & libamina arietis: Quia erat argumentum. Filius bovis tenetur libaminibus, & filius ovis tenetur libaminibus; si didici, quod lex nullum faciat discrimen inter libamina bovis & libamina vituli; ita pariter nullum erit discrimen inter libamina agni & libamina arietis. Idcirco dictum est. *Aut pro ariete facies munus*; Venit textus ad discriminandum inter libamina agni & libamina arietis. Aba Chanan nomine R. Eliezer dicit, cur dictum est? quia erat argumentum. Si ubi multiplicat in libaminibus, non multiplicat inter vitulum & bovem, ubi vero diminuit in libaminibus, non erit æquum ut non multiplicet inter agnum & arietem? Idcirco dictum est. *Aut pro ariete facies munus*. Ostendit textus, quod quamvis diminuat in libaminibus, tamen multiplicat inter agnum, & arietem. Alia expositio. *Aut pro ariete facies*: ad includendum arietem holocausti &c. *Facies munus similæ duarum decimarum*; Cur dictum est? Quia erat argumentum; Quoniam agnus manipuli requirebat duas decimas, & aries requirebat duas decimas; si didici de agno manipuli, quamvis ejus decimæ duplicentur, tamen ejus libamina non duplicantur; ita pariter dicam pro ariete, quod ejus libamina non duplicentur; Idcirco dictum est; *Et pro ariete facies munus*; *& vinum offeres ad libamen tertiam partem Hin*; Oleum ad commiscendum similam, & vinum ad libamen. *Offeres odorem suavitatis coram Domino*; odorem suavitatis coram me, qui dixi; & fiat voluntas mea. *Et quando facies filium bovis*. Filius bovis erat in genere, & eductus est de genere, ad docendum de genere; sicut filius bovis, qui afferebatur ex voto & sponte, tenebatur libaminibus; excluduntur sacrificium pro peccato, & sacrificium pro delicto, quæ non afferuntur neque ex voto neque sponte, ut non teneantur libaminibus. *Holocaustum aut sacrificium*; cur dictum est? quia dictum est; *Et feceritis ignitum Domino holocaustum aut sacrificium*: Si quis enim dicat; ecce super me holocaustum, ecce super me pacifica, crederem, quod adducere posset pro ambobus unum libamen? Idcirco dictum est; *holocaustum aut sacrificium*. Ostendit textus, quod afferret pro hoc seorsim, & pro illo seorsim. Aut dicam; si vel dicat; ecce super me quinque boves in pacifica, crederem, quod posset afferre unum libamen pro omnibus? Idcirco dictum est; *holocaustum aut sacrificium*. Ostendit textus, quod pro singulis seorsim afferret. Aba Chanan dicit nomine R. Eliezer; cur dictum est? quia erat argumentum. Si ubi æquiparatur operatio agni holocausti operationi bovis holocausti, non æquiparatur libamina, eo magis quia non æquiparatur operatio bovis holocausti operationi bovis pacificorum, non erit æquum ut æquiparetur in libaminibus. Idcirco dictum est; *holocaustum aut sacrificium*. Ostendit textus, quod quamvis non æqui-

æquiparetur operatio bovis holocausti operationi bovis pacificorum, tamen æquiparetur in libaminibus. *Et quando facies filium bovis; & offeres pro filio bovis; & vinum offeres pro filio bovis*. Oleum ad commiscendam similam, & vinum ad libamen; *ignitum, odorem suavitatis Domino*. Super pelvibus; tu dicis super pelvibus; Ego dicam super igne; Si ita dicis; deprehendetur, quod ita exstingueretur ignis; at lex dicit; *Ignis perpetuus accendetur*. Cur igitur dictum est; *ignitum Domino, odorem suavitatis Domino?* Odorem suavitatis coram me, qui dixi; & fiat voluntas mea. *Sic fiet pro bove uno*. Ostendit textus, quod lex non discriminet inter libamina vituli & libamina bovis. Quia erat argumentum; filius ovis tenetur libaminibus, & filius bovis tenetur libaminibus; si didici, quod discriminet lex inter libamina agni, & libamina arietis, sic erit discrimen inter libamina vituli, & libamina bovis. Idcirco dictum est: *Sic fiet pro bove uno*. Ostendit, quod non discriminet lex inter libamina vituli & libamina bovis. Aba Chanen dicit nomine R. Eliefer, cur dictum est? quia erat argumentum. Si ubi diminuit in libaminibus, multiplicat inter agnum & arietem, ubi multiplicat in libaminibus, non erit æquum, ut multiplicet inter vitulum & bovem? Idcirco dictum est: *Sic fiet pro bove uno*. Ostendit textus, quod quamvis multiplicet, tamen non multiplicat inter vitulum & bovem. *Aut pro ariete uno*; Cur dictum est? Quia erat argumentum; Quoniam invenimus; si ubi diminuit in libaminibus, discriminat lex inter libamina anniculi & libamina biennis, ita pariter discriminabit inter libamina biennis & libamina triennis. Idcirco dictum est; *Aut pro ariete uno facies munus*. Ostendit textus, quod quamvis discriminet lex inter libamina anniculi & libamina biennis, tamen non discriminat inter libamina biennis & libamina triennis. *Aut pro agno ovium, aut caprarum*; cur dictum est? quia erat argumentum; quia invenimus, quod discriminet lex inter libamina agni & libamina arietis, ita pariter discriminabit inter libamina agnæ & libamina ovis. Idcirco dictum est; *Aut pro agno ovium, aut caprarum*. Alia expositio. *Aut pro agno ovium, aut caprarum*; cur dictum est? Quia erat argumentum: Quoniam invenimus, quod discriminet lex inter libamina agnorum, & libamina arietis, ita quoque discriminabit inter libamina hoedi & libamina hirci. Idcirco dictum est. *Aut caprarum*. Æquiparatur maximus inter capras minimo inter oves. Sicut iste requirebat tres logos, ita pariter ille requirebat tres logos. *Juxta numerum quem facietis*. Non probo nisi de istis, de eorum commutatis unde probatur? Ex eo quod dictum est: *Juxta numerum quem facietis*. Aut dicam, si velit augere, augere possit? Idcirco dictum est: *Sic facietis pro uno juxta numerum eorum*. Verba R. Josia. R. Jochanan dicit; non est necesse; quia jam dictum est. *Omnis indigena sic faciet ista*: Ne minuat, & ne augeat. Cur igitur dictum est: *Juxta numerum quem facietis?* Crederem, si vellet duplicare, posset duplicare? Idcirco dictum est; *Sic facietis pro uno juxta numerum eorum*. Hinc dixerunt; possunt misceri libamina juvencorum cum libaminibus juvencorum, libamina arietum cum libaminibus arietum, libamina agnorum cum libaminibus agnorum, libamina privati cum libaminibus cœtus, libamina hujus diei cum libaminibus hesternis; sed non possunt misceri libamina agni cum libaminibus juvencorum, & arietum. Hinc dixerunt; si quis dicat; Ecce super me vinum; potest enim intelligi de uno logo, afferet duos; si duos, afferet tres; si tres, afferet quatuor; si quatuor, afferet quinque; si quinque, afferet sex; ab sex & ultra afferet; sicut cœtus affert ex debito, ita pariter privatus potest afferre ex oblatione spontanea. Alia expositio. *Sic facietis pro uno juxta numerum eorum*; ad includendum undecimum in decima. *Omnis indigena sic faciet*. Cur dictum est? quia dictum est *Levit.* XXII. 24. *Omne animal, quod vel contritis vel tusis, ablatisque testiculis est non offeretis*. Hæc tu non potes accipere, sed tu potes accipere pro sacrificiis jugibus. Postquam didicimus, quod gentilis possit afferre holocaustum, possum uti argumento sicut in principio. Israelita affert holocaustum, & gentilis affert holocaustum, sicut Israelita affert libamina, ita pariter gentilis afferet libamina. Idcirco dictum est: *Omnis indigena sic faciet ista*. Israelita afferebat libamina, at gentilis non afferebat libamina. Hinc dixerunt; si Gentilis misisset holocaustum suum ex provincia maritima, & cum eo non misisset libamina, offerebantur de bonis cœtus.

Duo simpula argentea in altari erant, in quorum alterum vinum, in alterum aqua fundebatur. *Tosaphta Succah* c. III.
שני ספלים של כסף היו בראשו של מזבח אחד

אחד של מים ואחד של יין מערבי של
מים למזרחי של יין עירה של מים בתוך
של יין או של יין בתוך של מים יצא
רבי יהודה אומר של סיד היו אלא שהיו
משחירין מפני היין ומנוקבין כמין שני
חוטמין דקין שבהן יורדין לסיוון שבנאו
משבנה שלמה את ההיכל הן יורדין לשית
ומבקעין אותו ונבלעין בתוכו שנאמר
בקודש הסך שעשה לו המקום שיבלע
בקרושה רבי יוסי אומר שית היה נקוב
לתהום שנאמר אשירה נא לידידי שירת
דודי לכרמי ונומר ויעזקהו ויסלקהו ויטעהו
שורק ויבן מגדל בתוכו זה היכל יקב חצב
בו זה מזבח וגם יקב חצב בו זה השית
רבי אלעזר ברבי צדוק אומר לול קטן היה
בין האולם ולמזבח למערבו של כבש ואחת
לששים שבעים שנה פרחי כהונה יורדין
לשם ומלקטין משם יין קרוש בעינולי דבלה
מעלין ושורפין אותו בקרושה שנאמר
בקרש הסך נסך כשם שניסוכו בקרושה
כך שריפתו בקרושה מאימתי מנסכין אותן
עם איברי תמיד שכבר היה מעשר
בביתושי אחד שניסך על רגליו ורגמוהו
כל העם באתרוגיהן ונפגמה קרנו של מזבח
ובטלה עבודה עד שהביא גוש אחד של
מלח ונתנו עליו כדי שלא יראה מזבח
פגום שכל מזבח שאין לו לא קרן ולא
יסוד פסול רבי יוסי ברבי יהודה אומר אף
הסובב ניסוך המים כל שבעה רבי יהודה
אומר כל שמנה אלא שרבי יהודה אומר
בלוג היה מנסך כל שמנה וחכמים אומרים
שלשת לוגין נמצאת אומרים המרבה
במים ממעיט בימים והמרבה בימים ממעט
במים מי החג חייבין עליהן משום פגול
נותר וטמא לפיכך אם לנו או שנטמאו
יצאו לבית השריפה אבל חבית וצלוחית
עצמן מועלין בהן מפני שהן גופן הקדש
אמר רבי עקיבא אמרה תורה הבא עומר
שערים בפסח שהיא פר' שעורים כדי
שתתברך עליה תבואה הבא חטים בכורים
בעצרת שהוא פרק אילן כדי שיתברכו
עליך פרות אילן הבא ניסוך המים בחג
כדי שיתברכו עליך גשמים ואומר והיה
אשר לא יעלה מאת משפחות הארץ
לירושה להשתחוות למלך יהוה צבאות
ולא עליהם יהיה הגשם ואם משפחת
מצרים לא תעלה לא באה ולא עליהם. Duo ſimpula argentea erant in vertice altaris, alterum aquæ, & vini alterum, occidentale erat aquæ, & vini orientale; Si aquas in vini ſimpulum, & vinum in aquæ ſimpulum fudiſſet, debito ſatisfaciebat. R. Jehuda dicit; ex calce facta erant, ſed propter vinum nigra facta erant; & erant perforata inſtar duarum narium tenuium, per quas deſcendebant in Scitin, quæ exſtruxerat Salomon, quando ædificavit templum; illa deſcendebant in Sitim, & ſindebant, & in ipſo abſorbebantur, ſicuti dictum eſt *Num.* xxviii. 7. *In ſanctitate libans.* Ædificavit locum, ut in ſanctitate abſorberentur. R. Joſe dicit; Scith erat perforatum, & deſcendebat ad abyſſum, ſicuti dictum eſt *Iſai.* v. 1. *Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei pro vinea mea &c. Et ſepivit eam, & effodit eam, & plantavit eam vineam Electam, & ædificavit turrim inter eam:* Hoc eſt templum. *Et torcular extruxit in ea.* Hoc eſt altare. *Atque etiam torcular extruxit in ea.* Hoc eſt Scith. R. Elieſer bar Sadoch dicit. Parvum foramen erat inter veſtibulum & altare ad occidentem collis; & quovis ſexageſimo, aut ſeptuageſimo anno juvenes ſacerdotii illuc deſcendebant, & colligebant vinum congelatum inſtar orbiculorum ficuum, & faciebant adſcendere, & comburebant in ſanctitate, ſicuti dictum eſt; *In ſanctitate libans libamen.* Sicut ejus libamen erat cum ſanctitate, ita pariter ejus combuſtio facienda erat cum ſanctitate. Quandonam libabant? libabant cum membris ſacrificii jugis; quia narratur de quodam Baithuſæo, qui libavit ſuper ſuos pedes, & univerſus populus illum lapidavit malis citreis; & fractum eſt cornu altaris, & intermiſſum eſt miniſterium, donec allatum eſt fruſtum ſalis, illique impoſitum eſt, ne deficiens altare appareret, quia altare, cui deeſt cornu, & fundamentum, illegitimum eſt. R. Joſe bar R. Jehuda dicit: vel ambitus. Libatio aquarum fiebat toto ſeptiduo; R. Jehuda dicit, toto octiduo, niſi quod R. Jehuda dicit, quod toto ſeptiduo uno logo libaret; at ſapientes dicunt, tribus logis; deprehenditur, qui multiplicat in aquis, diminuit in diebus, & qui multiplicat in diebus, minuit in aquis. Propter aquas ſolennitatis tabernaculorum rei erant nomine abhominandi, reſidui & immundi; idcirco ſi pernoctando eſſent immundatæ, efferebantur in domum combuſtionis; ſed propter vas & ſitulam prævaricabantur, ſi illis uſi fuiſſent, quia ipſa erant ſancta: Dicit R. Akiba; dicit lex; Affer manipulum hordeaceum in feſto Paſchali, quod eſt tempus hordeorum, ut proventus accipiat benedictionem. Affer frumenta & primitiva in feſto hebdomadarum, quia eſt tempus arborum, ut per ea tibi benedicantur fructus arborum. Affer libamen aquarum in feſto tabernaculorum, ut per eas tibi benedicantur pluviæ; Et dictum eſt *Zachar.* xiv. 17. *Et erit qui non adſcenderit de familiis terræ ad Hieruſalem, ut adoret Regem Dominum exercituum, non erit ſuper eum imber; quod etſi familia Ægypti non adſcen-*

ſcenderit, & non venerit, nec ſuper eos erit.

Ex I. *Sam.* VII. 6. conſtat aquam Deo libatam fuiſſe, ubi ſcriptum eſt. *Et congregaverunt se ad Mitzpam, ubi tranſientes aquam effuderunt coram Jehova, & jejunantes illo die dixerunt, peccavimus in Jehova.* De hoc loco *Joſephus* Antiquit. lib. VI. cap. 2. ἐν Μασφάτιν - - - ὑδρευσάμενοι τε, σπένδουσι τῷ Θεῷ, καὶ διανηστεύσαντες ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐπ' εὐχὰς τρέπονται. In Miſphatim - - - hauſta aqua libaverunt Deo, indicto unius diei jejunio publice ſupplicatum eſt. Confirmatur 2. *Sam.* XXIII. 16. *Perruperunt tres iſti potentes per caſtra Philiſtæorum, & hauſtam aquam e ciſterna Bethelem - - - attulerunt ad Davidem, qui noluit bibere eam, ſed eam Jehovæ* יסך *effudit.* De vino ſuper altare libato paſſim extant monimenta & præcepta in ſacra Scriptura; cum in pleriſque ſacrificiis libamina vini deprehenderentur.

Aquam & vinum ab Ethnicis Diis libatum fuiſſe paſſim extant monumenta: Ægyptios aquam libaſſe teſtatur *Porphyrius* de Abſtin. lib. IV. ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος, ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος. Cum Serapidis ſacrarium aperitur, cultus igne & aqua abſolvitur; hymnorum decantatore aquam libante, & ignem oſtendente. De Æthiopibus teſtatur *Eliodorus* Æthiopic. lib. 4. Κἀπειδὴ τοῦ λιβανωτοῦ λαβὼν ἐπέθυσα, καὶ ὕδατος ἔσπεισα &c. Poſtea vero accepto thure adolevi, & aqua libationes feci &c. De Romanis *Ovidius* Metamorph. lib. III.

> Sacra Jovi facturus erat, jubet ire miniſtros
> Et petere e vivis libandas fontibus aras.

Homerus Odyſs. M.

> Οὐδ' εἶχον μέθυ λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσιν,
> Ἀλλ' ὕδατι σπένδοντες ἐπώπτων ἔγκατα πάντα.
> Neque habebant vinum ad libandum ſuper incenſa ſacra,
> Sed aqua libantes aſſabant inteſtina omnia.

Sophocles Oedip. Col. v.

> Ἱερὰς ἐξ ἀενάου χοὰς
> Κρήνης ἐνεγκοῦ δι' ὁσίων χειρῶν θιγών
> Sacram undam ex perenni
> Fonte puris manibus affer

Virgilius Æneid. lib. VIII.

> Surgit & ætherei ſpectans orientia ſolis
> Lumina, rite cavis undam de flumine palmis
> Suſtulit.

Apollinis Delphici apud Æginetas teſte *Pindaro* Nem. ad 5. ſacra ὑδροφόρια dicebantur.

חלה מן הלחם תלמוד לומר והיה באכלכם מלחם הארץ בתרומת גורן כן תרימו אותה מה תרומת גורן אחת אף חלה אחת מה תרומת גורן מדמעת עולה באחד ומאה אף זו אם נפלה לתוך מאה מדמעת וחייבים בחומש אף תרומת חלה כיוצא בה דברי רבי יאשיה רבי יונתן אומר אתה מקישו לתרומת גורן סתומה אני אקישנו לתרומת מעשר המפורשת אמר לו ותינטל אחד מעשרה אמר לו תינטל אמר לו הרי הוא אומר כתרומת גורן כן תרימו אותה לתרומת גורן הקשתה ולא הקשתה לתרומת מעשר מראשית עריסותיכם למה נאמר לפי שהוא אומר ראשית עריסותיכם שומע אני את הראשונה שבעיסות תלמוד לומר מראשית עריסותיכם מקצתה ולא כולה מראשית עריסותיכם להביא לקט שכחה ופיאה שחייבים בחלה שהיה בדין ומה שאר הפרות שחייבים במעשר פטורים מן החלה לקט שכחה ופיאה שפטורים מן המעשר אינו דין שיהו פטורים מן החלה תלמוד לומר מראשית עריסותיכם להביא לקט שכחה ופיאה שחייבים בחלה ראשית עריסותיכם להביא שאר פירות שפטורים מן החלה שהיה בדין ומה לקט שכחה ופיאה שפטורים מן המעשר וחייבים בחלה שאר פירות שחייבים במעשר אינו דין שיהו חייבים בחלה תלמוד לומר לחם מה לחם האמור להלן מחמשת המינים אף לחם האמור כאן מחמשת המינים מראשית עריסותיכם שומע אני אף עיסת תרומה ועיסת מעשר שני במשמע תלמוד לומר חלה תרימו תרומה את שמורם קודש והשאר חולין ולא שזה וזה קודש אבל אמרו עיסת מעשר שיני בירושלם חייבת בחלה תתנו ליהוה תרומה למה נאמר לפי שהוא אומר חלה תרימו תרומה אבל לא שמענו שיעור חלה תתנו ליהוה תרומה עד שיהא בה כדי מתנה לכהן מיכן אתה אומר שיעור חלה של בעל הבית אחד מעשרים וארבעה ושל נחתום אחד מארבעים ושמונה לפי שהאיש עינו יפה והאשה עינו רעה וכשתפחות לא תפחות מארבעים ושמונה לכך נאמר תתנו ליהוה תרומה עד שיהא בה כדי תרומה לכהן ובזה כדי מתנה לכהן מיכן אמרו בעל הבית שעושה משתה לבניו אחד מעשרים וארבעה והאשה שהיא עושה ומוכרת בשוק אחד מארבעים ושמונה ניטמות מן ידה נוטלת אחד מעשרים וארבעה כדי שלא יהיה חוטא נשכר רבי שמעון בן יוחי אומר אפילו לא עלת אלא אחד מששים יצא ובלבד שלא יתכוין לדורותיכם להביא את עיסת שביעית שהיא חייבת בחלה שהיה בדין מה שאר פירות שחייבים במעשר ופטורים מן החלה עיסת שביעית שפטורה מן המעשר אינו דין שתהא פטורת בחלה והרי לקט שכחה ופיאה יוכיחו שפטורים מן המעשר וחייבים בחלה והן יוכיחו לעיסת שביעית שאף על פי שפטורה מן המעשר שתהיה חייבת בחלה לא אם אמרת בלקט שכחה ופיאה שמינם חייבת

במעשרות לפיכך חייבים בחלה תאמר בעיסת שביעית שמינן פטורים מן המעשרות לפיכך תהיה פטורה מן החלה תלמוד לומר לדורותיכם להביא את עיסת שביעית שתהא חייבת בחלה מיכן אמרו האוכל מעיסת שביעית עד שלא הורמה חלתה חייב מיתה. *Et locutus est Dominus ad Mosen dicens. Loquere filiis Israel; cum veneritis in terram, in quam ego vos duco* &c. R. Ismael dicit; discriminat textus hunc a reliquis adventibus legis; quia in ceteris dictum est; *quando veneritis in terram; & erit, quando adducet te Dominus*; At hic dictum est; *quando veneritis vos &c.* ut doceare, quod statim post ingressum in terram obligati fuerint ad placentam; *In quam ego vos duco*; Hinc dicis, quod fructus extra terram, qui introducuntur in terram, obligentur ad placentam, & ad decimam, si hinc illuc egrediantur, R. Eliesér obligat, & R. Akiba absolvit. R. Jehuda dicit, vel fructus extra terram, qui introducuntur in terram; R. Eliesér absolvit; uti dictum est; *& erit cum comedetis de pane terræ* &c. Cur dictum est? Quia dictum est; *de principio pastarum vestrarum*; ego crederem vel reliquos fructus comprehendi? Tu ita argumentaris; Dictum est hic *panis*, pariterque illic sc. *Deut.* XVI. 3. dictum est; *panis*; sicut panis ibi dictus comprehendit quinque species, ita pariter panis hoc loco dictus comprehendit quinque species, quæ sunt tritica, hordea, spelta, avena, & secale, excluduntur oryza, millium, papaver, & sesamum, quæ azyma fieri non possunt, neque fermentant nisi corrumpantur. *Separabitis separationem*; De ablatione magna textus agit, at ego dicam, quod non loquatur nisi de ablatione placentæ. Quando vero dicit; *Placentam separabitis separationem*. Ecce jam dicta est placenta. Quomodo ego explicabo; *separabitis separationem Domino?* Quod de ablatione magna textus loquatur; verba R. Josiæ. R. Jonathan dicit; Ex eo quod dictum est; *Et erit, cum comederis de pane terræ*; crederem comprehendi etiam farinas; Idcirco dictum est; *De principio pastarum vestrarum*; postquam subactæ sint; Hinc dixerunt; potest comedi accidentaliter de pasta, priusquam convoluta fuerit, si sit triticea, & obstructa, si sit hordeacea; si convolvisset, si sit triticea, & obstruxisset, si sit hordeacea, & de illa comedat, reus est mortis; quando indit aquam, separabit placentam, dummodo in ea sit quinquies quarta pars farinæ & amplius, ut sit ejus quan-

quantitas, quia de farina non potest separari placenta. Quænam intelligitur absolutio ejus operationis? quando crustam obduxerit in furno; verba Rabi Akiba; R. Jochanan ben Nuri dicit, donec convolvat, si sit triticea, & donec obstruat, si sit hordeacea; Si igitur non separaverit placentam de pasta, crederem non posse separari de pane? Idcirco dictum est; *& erit, quando comedetis de pane terræ; Juxta separationem areæ separabitis illam;* sicut separatio areæ est una, ita pariter placenta est una; sicut separatio areæ pro ejus commixtione interdicit, & adscendit in uno & centum, ita pariter hæc si cadat in centum, interdicit totum propter commixtionem; sicut pro separatione areæ tenetur quinta parte, ita pariter pro separatione decimæ; verba R. Josia. R. Jonathan; tu æquiparas separationi areæ, quæ explicata non est; at ego æquiparabo separationi decimæ, quæ explicata est, ut pars una ex decem separetur; Respondit illi, separetur; Textus dicit; *juxta separationem areæ ita separabitis illam*; separationi areæ æquiparatur, at non æquiparatur separationi decimæ. *De principio pastarum vestrarum*; Cur dictum est? Quia cum dicit de principio pastarum vestrarum, ego crederem primam pastarum? Idcirco dictum est; *de principio pastarum vestrarum*; ut sit pars pastæ, non tota. *De principio pastarum vestrarum*; ad includendum spicilegium, manipulum oblivione relictum, & angulum, ut obligentur ad placentam. Et est argumentum. Si reliqui fructus, qui obligantur ad decimam, liberantur a placenta, spicilegium, & manipulus oblivione relictus, & angulus, quæ liberantur a decima, non erit æquum ut liberentur a placenta? Idcirco dictum est; *de principio pastarum vestrarum*; ad includendum spicilegium, manipulum oblivione relictum, & angulum, ut obligentur ad placentam. *De principio pastarum vestrarum*; ad excludendos ceteros fructus, ut liberentur a placenta. Quia erat argumentum; si spicilegium, manipulus oblivione relictus, & angulus, qui liberantur a decima, obligantur ad placentam, ceteri fructus, qui obligantur ad decimam, non erit æquum, ut obligentur ad placentam? Idcirco dictum est; *de pane*; sicut panis alibi dictus includit quinque species, ita panis hic memoratus includit quinque species. *De principio pastarum vestrarum*; Ego crederem vel pastam separationis & pastam secundæ decimæ comprehendi? Idcirco dictum est; *Placentam separabitis separationem*; sc. de illa separatione, cujus separatum est sanctitas, & reliquum est profanum; non autem quod utrumque sit sanctitas; Hinc dixerunt, quod pasta secundæ decimæ Hierosolymis obligetur ad placentam. *Dabitis Domino separationem*; cur dictum est? Quia dictum est; *Separabitis separationem*. At nos nondum audivimus quantitatem placentæ. Idcirco dictum est; *Dabitis Domino separationem*; ut in ea sit satis, quod donari possit sacerdoti; Hinc tu dicis; Quantitas placentæ patris familias est una ex vigintiquatuor partibus, pistoris autem una ex octo & quadraginta partibus. Idcirco dictum est; *Dabitis Domino separationem*; Atque ita dixerunt; Si quis faciat convivium filiis suis, dabit pro placenta unam ex viginti quatuor partibus; & mulier, quæ faciat massam ad publice vendendum in foro, dabit unam ex octo & quadraginta partibus; quia vir est liberalior, & mulier avara, & quando velit minuere, non dabit minus una de octo & quadraginta partibus. Idcirco dictum est; *Dabitis Domino separationem*; ut satis sit de separatione sacerdoti; & hæc pars est sufficiens separatio sacerdoti. Si pasta mulieris polluta fuerit ex errore aut vi, dabit unam de octo & quadraginta, si vero polluta fuerit de industria, dabit unam de viginti quatuor partibus, ne lucretur peccator. R. Simeon ben Jochai dicit; si non separasset nisi unam de sexaginta partibus, satisfacit debito, dummodo ad illud non attendat. *In generationibus vestris*; Ad includendam pastam anni Sabbathici, ut obligetur ad placentam; Quia erat argumentum; Si ceteri fructus, qui obligantur ad decimam, liberantur a placenta, pasta anni Sabbathici, quæ liberatur a decima, non erit æquum, ut liberetur a placenta? At ecce spicilegium, & manipulus oblivione relictus & angulus probent, qui licet liberentur a decima, tamen obligantur ad placentam, & probent pro pasta anni Sabbathici, quæ licet libera sit a decima, tamen obligatur ad placentam. Non probat; si enim dixisti de spicilegio, de manipulo oblivione relicto, & angulo, eo quod eorum species aliqua obligatur ad decimam, idcirco obligantur ad placentam, dices de pasta anni Sabbathici, cujus species libera est a decima, eaque de causa libera erit a placenta? Idcirco dictum est; *in generationibus vestris*; ad includendam pastam

ſtam anni Sabbathici, ut obligetur ad placentam; Hinc dixerunt; qui comedit de paſta anni Sabbathici, priusquam ſeparetur ejus placenta, reus eſt mortis.

Primitias tonſuræ lanæ dandas fuiſſe ſacerdoti præcipitur *Deuter.* XVIII. 4. de qua *Siphri* 45. 4. וראשית הגז ולא ראשית השטף ראשית הגז פרט לטריפה ראשית הגז בין בארץ בין בחוצה לארץ צאנך ולא של אחרים מיכן אמרו הלוקח גז צאן של נכרי פטור מראשית הגז גז צאנו של חבירו אם שייר המוכר חייב ואם לאו הלוקח חייב שנאמר תתן לו שיהיה לו כדי מתנה מיכן אמרו כמה נותן לו משקל חמש סלעים ביהודה שהם עשר בגליל מלובן כדי לעשות ממנו בגד קטן שנאמר תתן לו שיהא בו כדי מתנה וכמה צאן יהיו לו ויהיה חייב בראשית הגז בית שמאי אומרים שתי רחילות שנאמר והיה ביום ההוא יחיה איש עגלת בקר ושתי צאן ובית הילל אומרים חמש שנאמר וחמש צאן עשויות רבי עקיבא אומר ראשית הגז שתים צאנך ארבע תתן לו הרי חמש. *Et principium tonſuræ*; non autem principium immerſionis; *principium tonſuræ*; Excludit diſcerptum, *principium tonſuræ*; tam in terra, quam extra terram. *Ovium tuarum*; non aliorum; Hinc dixerunt; qui emit tonſuram ovis gentilis, liber eſt a principio tonſuræ; ſi emat tonſionem ovis ſocii, ſi fuerit, tincta, venditor tenetur, ſi minus, emtor tenetur; dictum eſt enim; *Dabis illi*; ut ſit ſatis, quod dari poſſit ſacerdoti; Hinc dixerunt; quantum dabit? pondus quinque ſiclorum in Judæa, & decem in Galilæa; De albo, quantum ſatis ſit, ut confici poſſit parvum veſtimentum; Dictum eſt enim; *Dabis illi*; ut ſatis ſit pro dono; Quot erunt oves, quibus teneatur principio tonſuræ? Schola Schammai dicit, duas oves; dictum eſt enim *Iſai.* VII. 21. *Et erit in die illa; nutriet homo vitulam bovis, & duas oves*. Et ſchola Hillel dicit quinque; Dictum eſt enim; *& quinque oves coctas*. R. Akiba dicit; *principium tonſuræ;* ſunt duæ, *ſc. oves; ovium tuarum;* quatuor; *dabis illi*; ecce quinque.

Memorantur l. c. *Deuter.* armus maxillæ & venter, quos mactator donabat ſacerdoti; de quibus *Siphri* loc. cit. וזה משפט הכהנים מלמד שהמתנות יוצאות בדיינין יכול אף כל הקדשים יהיו חייבים במתנות ודין הוא ומה חולין שאינן חייבים בחזה ושוק חייבים במתנות קדשים שחייבים בחזה ושוק אינו דין שיהו חייבים במתנות תלמוד לומר וזה יהיה משפט הכהנים מאת העם ולא מאת אחרים ולא מאת אחיו הכהנים מאת זובחי הזבח פרט לטריפה מאת זובחי הזבח אין לי אלא בשעת זביחה בלבד מיכן אמרו גר שנתגייר והייתה לו פרה נשחטת עד שלא נתגייר פטור משנתגייר חייב ספק פטור והמוציא מחבירו עליו הראייה אם שור אם שה לרבות כלאים אם שור אם שה בין בארץ בין בחוצה לארץ והלא דין הוא חייב כאן וחייב בראשית הגז מה מצינו בראשית הגז נוהג בארץ ובחוצה לארץ אף מתנות נוהגות בארץ ובחוצה לארץ או כלך לדרך זו חייב כאן וחייב בתרומות ראשית מה תרומת ראשית אינו חייב אלא בארץ נראה למי דומה דנים דבר שאין תלוי בארץ ומקודש מדבר שאין תלוי בארץ ומקודש ואל תוכיח תרומת ראשית שהיא תלויה בארץ ומקודש או כלך לדרך זו דנים דבר שנוהג בין במרובה בין במועט ואל יוכיח ראשית הגז שאינו נוהג אלא במרובה תלמוד לומר אם שור אם שה בין בארץ בין בחוצה לארץ ונתן לכהן לכהן עצמו הזרוע זרוע של ימין ולחיים זה לחי התחתון והקבה כמשמעו רבי יהודה אומר דורשי רשומות היו אומר נתן לו זרוע תחת היד וכן הוא אומר ויקם מתוך העדה ויקח רומח בידו הלחיים תחת זו תפילה וכן הוא אומר ויעמד פינחס ויפלל קיבה תחת האשה אל קובתה *Et hoc erit judicium ſacerdotum*; ad docendum, quod dona egrediuntur in judicium; Crederem, quod omnes ſanctitates obligarentur ad dona? Et erat argumentum; Si profana, quæ non obligantur ad pectus, & femur, obligantur ad dona, ſanctitates, quæ obligantur ad pectus & femur, non erit æquum, ut obligentur ad dona? Idcirco dictum eſt; *Et hoc erit judicium ſacerdotum ex populo*; non vero ex aliis; non vero ex ejus fratribus ſacerdotibus: *Ex offerentibus ſacrificium*. Excludit diſcerptum; *Ex offerentibus ſacrificium*; Non probo niſi tempore ſacrificii duntaxat; Si proſelytus, qui fiat proſelytus, & habuerit vaccam, ſi mactetur antequam fiat proſelytus, liber eſt, ſi poſtquam factus ſit proſelytus, tenetur; ſi dubium ſit, an ſit liber; qui velit educere ab ſocio ſuo, illi incumbit probatio. *Sive bovem, ſive agnum*. Ad excludendum heterogenea; *Sive bovem, ſive agnum*; tam in terra, quam extra terram; At erat argumentum; Ipſe ad hoc obligatur, & obligatur ad principium tonſuræ. Quid invenimus in principio tonſuræ? quod obſervetur tam in terra, quam extra terram; ita pariter dona obſervanda erunt tam in terra quam extra terram. Aut hoc modo erit explicandum; Iſte ad hoc obligatur, & obligatur ad ſeparationes primitiarum, ſicut ad ſeparationem primitiarum non obligatur niſi in ter-

terra. Videamus cuinam sit similius; explicanda est res, quæ non pendet a terra, & ab sanctuario, ab re, quæ non pendeat a terra, & ab sanctuario; & non probet separatio primitiarum, quæ pendet a terra, & ab sanctuario. Aut hoc modo erit explicandum; demonstranda est res, quæ observatur tam in multo, quam in modico; & non probet principium tonsuræ, quæ non observatur nisi in multo. Idcirco dictum est; *Sive bovem, sive ovem*; tam in terra, quam extra terram; *& dabit sacerdoti*; ipsi sacerdoti; *armum*; armum dexterum; *& maxillas*; hæc est maxilla inferior; *& ventrem*; juxta sensum literalem. R. Jehuda dicit; expositores Biblici dicunt; Dabit illi armum infra manum; Ita enim dictum est *Num.* XXV. 7. *Surrexit de medio congregationis, & arripuit gladium manu sua*. Maxillæ infra conjunctionem. Et similiter dictum est. *Et surgens Phinees perfodit*. Venter inferior; *mulierem ad ventrem ejus*.

Sanctificari sibi jubet Deus omne primogenitum *Exod.* XIII. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel tam de hominibus, quam de jumentis; mea sunt enim omnia primogenita*. Causa hujus præcepti l. c. vers. 14. demonstratur. *Cumque interrogaverit te filius tuus cras, dicens; quid est hoc? Respondebis ei in manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo servitutis; Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum hominis usque ad primogenitum jumentorum; idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo*. Et *Num.* VIII. 17. *Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel tam ex hominibus, quam ex jumentis; ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi eos mihi*. De his jam supra dictum est, & uberrime alibi differetur.

De anathematis agitur *Levit.* XXVII. 29. ubi *Siphra* 59. 2. אך כל חרם אשר יחרם איש ליהוה מכל אשר לו ולא כל אשר לו מאדם לרבות עבדו ושפחתו הכנענים או אדם לרבות עבדו ושפחתו העבריה תלמוד לומר מאדם ולא כל אדם מבהמה ולא כל בהמה ומשדה אחזתו ולא כל שדה אחזתו יכולת אם החרים את ארם כולם יהו מוחרמים דברי רבי אליעזר תלמוד לומר אך אמר רבי אלעזר בן עזריה מניך לנבורה שאין אדם רשאי להחרים אדת נכסיו על אחרת כמה וכמה יהא אדם חייב לחיות חס על נכסיו לא ימכר לגזבר ולא יגאל לבעלים מה יעשה לו בשדה החרם לכהן תהיה אחוזתו או יכול אף על פי שפירש לשם תלמוד לומר הוא רבי יהודה בן בתירה אומר מניין שסתם חרמים לבדק הבית תלמוד לומר כל חרם קודש קדשים הוא ליהוה או יכול אף על פי שפירש לכהן תלמוד לומר הוא מניין שמחרים אדם את קודשי קדשיו תלמוד לומר כל חרם קדש קדשים יכול הכהנים והלוים יהיו מחרימים דברי רבי יהודה תלמוד לומר אך רבי שמעון אומר הכהנים אינן מחרימים שהחרמים שלהם הלוים מחרימים שאין חרמים שלהם רבי אומר נראים דברי רבי יהודה בקרקעות שנאמר כי אחזת עולם והיא להם ודברי רבי שמעון במטלטלים שאין חרמים שלהם. *Solum omne anathema, quod devoverit homo Domino, ex omni eo, quod suum est*; Non autem omne, quod suum erit; *ex homine*; ad includendum ejus servum, & servam Chananæos; aut dicam; *ex homine*; ad includendum ejus servum, & servam Hebræos. Idcirco dictum est; *ex homine*; non autem omnis homo; *ex bestia*; non autem omnis bestia; *& ex agro possessionis suæ*; non autem omnis ager possessionis suæ; Crederem, si quis devovert omnia, fuisse devota? verba R. Elieser; Idcirco dictum est *solum*. Rabi Eliefer ben Azaria dicit; Si homini non licet devovere Deo omnia bona sua, quanto magis homo curam habere debebit bonorum suorum. *Non vendetur*; quæstori. *Et non redimetur*; a dominis; quomodo faciet? *Sicut ager anathematis sacerdoti erit ejus possessio*. At crederem vel si expresse separaverit Deo? Idcirco dictum est; *illud*. R. Jehuda ben Bethira dicit; unde probatur, quod anathemata non expressa cedant instaurationi domus? Ex eo quod dictum est; *Omne anathema sanctitas sanctitatum illud Domino*. Crederem, vel si expresse separaverit sacerdoti? Idcirco dictum est; *illud*. Unde probatur, quod homo possit devovere suas sanctitates? Ex eo quod dictum est; *Anathema sanctitas*; Unde probatur, quod homo possit devovere suas sanctitates sanctitatum? Ex eo quod dictum est; *Anathema sanctitas sanctitatum*. Crederem, quod Sacerdotes & Levitæ possent devovere? verba R. Jehuda: Idcirco dictum est; *solum*. R. Simeon dicit; Sacerdotes non poterant devovere, quia anathemata ipsis cedebant; sed Levitæ poterant devovere, quia anathemata ipsis non cedebant. Rabi dicit; probabilia sunt verba R. Jehuda in fundis; quia dictum est; *Quia possessio perpetua illud erit ipsis*. Et proba-

babilia ſunt verba R. Simeonis in mobilibus, quorum anathemata ipſis non cedebant.

De agro poſſeſſionis *Levit.* loc. cit. verſ. 16. agitur, ubi *Siphra* 58. 4. משדה אחזתו אין לי אלא שדה אחזתו מאביו שדה אחזתו מאמו מניין תלמוד לומר יקדיש איש והיה ערכך לפי זרעו ולא לפי נידוליו זרע חומר שעורים בחמשים שקל כסף הרי זו גזירת מלך אחד המקדיש בחולת המחוז ואחד המקדיש בפרדיסות סוסטי נותן בזרע חומר שעורים בחמשים שקל כסף מניין שאין אדם רשאי להקדיש שדהו בשעת היובל ואם הקדישה תהא מקודשת תלמוד לומר אם משנה היובל יקדיש שדהו מה תלמוד לומר מניין אתה אומר היו שם נקעים עמוקים עשרה טפחים או סלעים גבוהים עשרה טפחים אין נמדדים עמה תלמוד לומר שדהו כערכך יקום נותן ארבעים ותשע סלעים וארבעים פונדיונות מה טיבו של פונדיון זה קולבון לפרוטרוט אחר היובל סמוך ליובל מופלג מן היובל מניין תלמוד לומר ואם אחר היובל יקדיש שדהו מה תלמוד לומר מנין אתה אומר היו שם נקעים פחותים מעשרה טפחים או סלעים נמוכים מעשרה טפחים הרי אילו נמדדין עמה תלמוד לומר שדהו מנין שאין מקדישים לפני היובל פחות משתי שנים ולא נואלים לאחר היובל פחות משנה תלמוד לומר וחשב לו הכהן את הכסף על פי השנים הנותרות מנין שאין מחשבים את החדשים להקדש אבל הקדש מחשב חדשים תלמוד לומר וחשב לו הכהן את הכסף על פי השנים הנותרות ומנין אם אמר הריני נותן דבר שנה בשנה אין שומעים לו את כולם כאחת תלמוד לומר וחשב לו הכהן את הכסף על פי השנים הנותרות שנים הוא מחשב ואין מחשב את היובל שלא יכנס בה כלום ונגרע מערכך אף מן ההקדש שאם אכלה ההקדש שנה או שתים לפני היובל או לא אכלה אלא שהיתה לפניו מנפה סלע ופונדיון בכל שנה ושנה ואם גאל יגאל לרבות את האשה ואם גאל יגאל לרבות את היורש שדה מה תלמוד לומר שיכול אין לי אלא המקדיש בית כור בעניין הזה הקדיש בית לתך בית סאה בית קב מניין תלמוד לומר השדה ויסף חמישית כסף ערכך עליו וקם לו אם נתן את הכסף הרי שלו ואם לאו אינה שלו ואם לא יגאל את השדה הבעלים ואם מכר את השדה הגזבר לאחר ולא לבנו או לאחר ולא לאח וכשהוא אומר ולאיש לרבות את האח ומה ראית לרבות את האח ומה ראית לרבות את הבן ולהוציא את האח אחר שריבה הכתוב מיעט מרבה אני את הבן שהוא קם תחת אביו ליעידה ולעבד עברי ומוציא אני את האח שאינו קם תחת אביו ליעידה ולעבד עברי לא יגאל עוד יכול לא יקחנה מיד הגזבר ותהיה לפניו כשדה מקנה תלמוד לומר לא יגאל עוד לכמורת שהיא אינה נגאלת לוקחה הוא מיד הגזבר ותהי לפניו כשדה מקנה והיה השדה בצאתו ביובל מגיד שהשדה קרוי לשון זכר בלשון קודש מה קורש אמור להלן אינו יוצא אלא בפדיון אף קורש האמור כאן לא יצא אלא בפדיון מלמד שהכהנים נכנסים לתוכה ונותנים את דמיה דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר נכנסים אבל לא נותנים רבי אלעזר אומר לא נכנסין ולא נותנים אלא נקראת שדה רטושים עד היובל השיני הגיע היובל השיני ולא נגאלה נקראת רטושי רטושים עד היובל השלישי לעולם אין הכהנים נכנסים לתוכה עד שינאלנה אחר כשדה החרם לכהן תהיה אחזתו מה תלמוד לומר מניין אתה אומר שדה שהיא יוצאה לכהנים ביובל ונגאלה אחד מן הכהנים והרי היא תחת ידו יכול יאמר הואיל והוא יוצא לכל אחי הכהנים ביובל הרי היא תחת ידי הרי היא שלי תלמוד לומר כשדה החרם לכהן תהיה אחזתו שדה אחזתו של כהן ושלו אין זו שלו אלא יוצא לכל אחיו הכהנים. *De agro poſſeſſionis tuæ.* Non probo niſi de agro poſſeſſionis ſuæ, qui erat ſui patris, de agro poſſeſſionis matris ſuæ unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *ſanctificaverit homo; & erit æſtimatio juxta ſemen ſuum*; non autem juxta ejus proventum. *Semen Chomer hordeorum in quinquaginta ſiclis argenti.* Hoc eſt decretum regis; ſive ſanctificet in ſuburbiis, ſive ſanctificet in hortis Sebaſte, dabit pro ſemine Chomer hordeorum quinquaginta ſiclos argenti; Unde probatur, quod nemini liceat ſanctificare agrum ſuum tempore Jubilæi, & ſi ſanctificaverit, erit ſanctificatus? Ex eo quod dictum eſt; *Si ab anno Jubilæi ſanctificaverit agrum ſuum; agrum ſuum* quid dicendum erat? Unde tu dicis, quod ſi in eo fuerint foſſæ profundæ decem palmos, aut ſaxa decem palmos eminentia, cum eo non debeant metiri? Ex eo quod dictum eſt; *agrum ſuum. Juxta æſtimationem confirmabitur.* Dabit novem & quadraginta ſiclos; & quadraginta Pondionoth, ſc. obolos. Qua de cauſa dabat Pondion? Hoc erat Collybium pro ſingulis prutis: *Poſt Jubilæum*; prope Jubilæum; procul Jubilæo unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *Et ſi poſt Jubilæum ſanctificaverit agrum ſuum; agrum ſuum*, quid dicendum erat? Unde probas, quod ſi ibi fuerint foſſæ, quæ non ſint profundæ decem palmos, aut ſaxa humiliora decem palmis, quod cum illo metiri debeant? Ex eo quod dictum eſt; *agrum ſuum*. Unde probatur, non poſſe ſanctificari ante Jubilæum minus biennio, neque poſſe redimi poſt Jubilæum minus

nus biennio? Ex eo quod dictum est; *& computabit illi sacerdos argentum juxta annos residuos;* Et unde probatur, quod non computentur menses sanctuario, sed sanctuario cedebant? Ex eo quod dictum est; *Et computabit illi sacerdos argentum juxta annos residuos;* Et unde probatur, quod siquis dicat; dabo pretium de anno in annum, illi non assentiantur, sed una vice totum dare debeat? Ex eo quod dictum est; *Et computabit illi sacerdos argentum juxta annos residuos; annos residuos* ille computat, sed non computat Jubilæum, de quo nulla in eo habetur ratio. *Et minuetur de æstimatione;* vel de sanctitate; si sanctuarium utilitatem percepisset de agro anno aut biennio ante Jubilæum, vel si non percepisset fructum, sed in ejus potestate fuisset, debet illi diminuere siclum, & pondion in singulos annos. *Et si redimendo redimet;* Ad includendam mulierem; *& si redimendo redimet;* ad includendum hæredem; *agrum;* crederem non posse includere nisi illum, qui sanctificet spatium Cor, juxta subjectum, de quo agitur? qui sanctificaverit spatium Letech, si dimidium Cor, spatium sati, spatium cabi? Idcirco dictum est; *agrum; & addet quintam partem argenti æstimationis, & confirmabitur illi;* Si dabit argentum, erit suus, si minus, non erit suus. *Si autem non redemerit agrum;* dominus; *& si vendiderit agrum;* quæstor; *alteri,* non autem filiis; aut dicam *alteri,* non autem fratri; quando autem dicit, *homini,* ad includendum fratrem; Quid vidisti, ut includeres fratrem, & excluderes filium? Postquam inclusit textus, excludit; Includam ego filium, quia est filius sicut pater, qui in locum patris succedit in desponsanda serva Hebræa, & in possidendo servo Hebræo; & excludam fratrem, qui non succedit in locum patris sui (*dicendum fratris sui*) in desponsanda serva Hebræa, & in possidendo servo Hebræo. *Non amplius redimetur;* Crederem non posse amplius emere a quæstore, & fuisse similem agro empto? Idcirco dictum est; *Non amplius redimetur;* in eo quo deprehenditur statu, *non redimetur;* sed potest emere a quæstore, & illi erit uti ager emptus. *Et erit ager ille in exitu Jubilæi;* Ostendit, quod ager genere masculino appelletur in lingua sancta; sicut sanctitas eo loco dicta, sc. vers. 14. non exit nisi redemtione; ita pariter sanctitas hic dicta non egreditur nisi redemtione; ad docendum, quod sacerdotes illuc ingrederentur, & ejus pretium præbebant; verba R. Jehuda; R. Simeon dicit, ingrediebantur, sed non dabant pretium. R. Eliezer dicit; neque ingrediebantur, neque dabant pretium; sed vocabatur ager desertus usque ad secundum Jubilæum, post secundum Jubilæum dicebatur desertus deserti usque ad tertium Jubilæum, nunquam sacerdotes in illum ingrediebantur, nisi ab aliquo fuisset redemtus; *Sicut ager anathematis sacerdoti erit ejus possessio;* Cur dictum est? Unde probatur, quod dicis, quod ager, qui cedit sacerdotibus in Jubilæo, & redimatur ab aliquo sacerdote, cum sit in ejus potestate, crederem, quod dicere possit, quandoquidem cessit omnibus fratribus meis sacerdotibus in Jubilæo, cum sit in mea potestate, est meus? Idcirco dictum est; *Sicut ager anathematis sacerdoti erit ejus possessio;* ager possessionis est sacerdotis, & est suus; sed non est suus, nisi cesserit omnibus fratribus suis sacerdotibus.

Demum numeratur inter dona sacerdotum rapina Proselyti, de qua *Num.* v. 8. ubi *Siphri* 2. 4. ואם אין לאיש גואל רבי ישמעאל אומר וכי יש לך אדם בישראל שאין לו גואל ומה תלמוד לומר ואם אין לאיש גואל בא הכתוב ולימד על הגוזל את הגר ונשבע לו ומת שישלם קרן וחומש לכהנים ואשם למזבח רבי נתן אומר ואם אין לאיש גואל אין לי אלא איש אשה מניין תלמוד לומר להשיב האשם אליו אבא חנין אומר משום רבי אליעזר בנגזל הכתוב מדבר או אינו מדבר אלא בגוזל תלמוד לומר והשיב את האשם אלא הא בנגזל הכתוב מדבר האשם המושב ליהוה לכהנים בכסף הכתוב מדבר אתה אומר בכסף הכתוב מדבר או אינו מדבר אלא באשם כשהוא אומר מלבד איל הכפורים אשר יכפר בו עליו הרי אשם אמור הא מה תלמוד לומר האשם המושב ליהוה בכסף הכתוב מכפר ליהוה לכהן קנאו השם ונתנו לכהנים באנשי משמר הכתוב מדבר או אינו מדבר אלא בכל כהן שירצה תלמוד לומר מלבד איל הכיפורים אשר יכפר בו עליו את שמכפרים בו עליו אילו הן אנשי משמר הרי שגוזל כהן יזכה בו והדין נותן אם זכה בשל אחרים לא יזכה בשל עצמו היה רבי נתן אומר בלשון אחרת אם דיבר שלא זכיתי בו עד שלא בא לתוך ידי משבא לתוך ידי דין הוא שלא יהא אחר זוכה ומוציאו מתחת ידי אמר לו לא אם אמרת בזה שאין לאחרים בו חלק תאמר בזה שיש בו לאחרים חלק הואיל ויש בו לאחרים חלק דין הוא שיצא מתחת ידו ויתחלק לאנשי משמר מלבד איל הכיפורים אשר יכפר בו עליו מניין אתה אומר בגוזל את הגר ונשבע לו והלך להביא

את

את הכסף ואת האשם ולא הספיק
להביא עד שמת שהיורשים פטורים
תלמוד לומר מלבד איל הכיפורים אשר
יכפר בו עליו כך היה רבי עקיבא שונה
עד שלא בא לזפרונה אבל מי שבא
לזפרונה אפילו נתן את הכסף
לאנשי משמר ואת היורשים פטורין אין
מוציאים מיד כהן וקורא אני עליו איש
אשר יתן לכהן לו יהיה והכהן אומר לו
הבא אשם והקרב והוא אומר האשם
המושב ליהוה לכהן את שצריך כפרה יצא
מת שכיפרה לו נפשו מלבד איל הכיפורים
מיכן אתה אומר נתן הכסף ליהויריב
ואשם לידעיה יצא וקורא אני עליו איש
אשר יתן לו לכהן לו יהיה תלמוד לומר
מלבד איל הכיפורים יחזיר ויבין אשם
אחר ויתננו לידעיה ויזכה יהויריב בשלו
Si non fuerit viro vindex. R. Iſmael dicit; Eſtne tibi vir in Iſraele, cui non ſit vindex? Cur igitur dictum eſt, *ſi non fuerit viro vindex?* Venit textus ad docendum de illo, qui rapuerit proſelyto, & juraverit illi, & moriatur, quod debeat ſolvere ultra ſortem quintam partem ſacerdotibus, & ſacrificium pro delicto altari. R. Nathan dicit; *& ſi non fuerit viro vindex;* Non probo niſi de viro, de muliere unde probatur? Ex eo quod dictum eſt; *ut reddat illi delictum ſuum*. Aba Chanen dicit nomine R. Elieſer; de furto textus loquitur, aut dicam, quod textus non agat niſi de raptore; *& reddet delictum ſuum*; de argento textus loquitur; tu dicis, quod de argento textus agat; at ego dicam, quod non agat niſi de ſacrificio pro delicto; Idcirco dictum eſt; *præter arietem expiationum quo expiabit pro ſe*; Ecce dictum eſt ſacrificium pro delicto; Cur igitur dictum eſt; *delictum quod reſtitutum eſt Domino?* De argento textus agit; *Domino*, *ſacerdoti*; aquirit Deus, & donat ſacerdoti; De viris claſſis miniſtrantis textus agit; & ego dicam, quod non agat niſi de quovis ſacerdote. Idcirco dictum eſt; *Præter arietem expiationum, quo expiabit pro ſe*. Qui expiant pro illo, ſunt viri claſſis miniſtrantis. Si quis rapuerit ſacerdoti, aquiret illud; & probatur argumento, ſi aquirebat id, quod aliorum erat, cur non aquiret, quod ſuum erat? R. Nathan alio modo explicabat; ſi aquirebam id, quod in meam manum nondum pervenerat, poſtquam in manum meam pervenit, non erit æquum ut alter non aquirat, & de manu mea educat? Reſpondit illi; minime; Si dixiſti de hoc, in quo alii non habent partem, dices de illo, in quo alii habent partem? Quoniam alii in eo habent partem, erit æquum ut de ejus poteſtate educatur, & dividatur viris claſſis miniſtrantis; *Præter arietem expiationum, quo expiabit pro ſe*; Unde probatur, quod dicis, ſi quis rapiat proſelyto, & juret, & priuſquam adducat argentum, & ſacrificium pro delicto, & moriatur, quod ejus hæredes liberi ſint? Ex eo quod dictum eſt; *Præter arietem expiationum, quo expiabit pro ſe*. Ita legebat R. Akiba, priuſquam perveniſſet ad Ziphrona, ſed poſtquam pervenerit ad Ziphrona, vel ſi dediſſet argentum viris claſſis miniſtrantis, & hæredes liberi erant, non educebatur de poteſtate ſacerdotis; Et ego hic lego: *Quod quiſque dederit ſacerdoti, ipſi erit;* Si ſacerdos illi dicat: affer ſacrificia pro delicto, & offer; ille, *ſc. hæres*, poteſt illi reſpondere. *Delictum quod reſtitutum eſt Domino, ſacerdoti*; pro illo qui indiget expiationis; Excluditur mortuus, quem ſua vita expiavit. *Præter arietem expiationum*; Hinc tu dicis, quod ſi dederit argentum Jehojarib, & delictum Jedahja, debito ſatisfaciat; & ego de hoc lego: *Quod quiſque dederit ſacerdoti, ipſi erit*; aut quamvis dediſſet delictum Jehojarib, & argentum Jedahja, ego lego: *Quod quiſque dederit ſacerdoti, ipſi erit*: Idcirco dictum eſt; *Præter arietem expiationum &c.* Afferet aliud delictum & dabit Jedahja, & Jehojarib acquiret ſuum. De his omnibus fit mentio *Ezech.* XLIV. 29. *Victimam pro peccato & pro relicto ipſi comedent, & omne votum in Iſrael ipſorum erit; & primitiva omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus, quæ offeruntur, ſacerdotum erunt, & primitiva ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti, ut reponat benedictionem domui tuæ*. Hæc omnia explicantur in *Peſiktha* 37. 3. עשרים וארבעה מתנות
כהונה הם וכולם ולבניו בכלל ופרט
וברית מלח ואלו הן עשר במקדש
וארבע בירושלם ועשר בגבולין עשרה
במקדש חטאת וחטאת העוף אשם
ודאי אשם תלוי וזבחי שלמי צבור ולוג
שמן של מצורע ומותר העומר ושתי
הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות
וארבעה בירושלם הבכורה והביכורים ומורם
מתודה ואיל נזיר ועורות קרשים ועשרה
בגבולין תרומה ותרומת מעשר וחלה
וראשית הגז ומתנות ופדיון הבן ופדיון
פטר חמור ושדה אחוזה ושדה חרמים
וגזל הגר חטאת כגון חטאת יולדת
וחטאת מצורע וחטאת נזיר ושאר חטאות
כגון האוכל חלב ודם בשוגג או מחלל את
השבת בשוגג על אחת מן המצות שחייבין
על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת כל
חטאת שניתן דמה בחוץ אבל חטאות
הפנימיות כגון פר ושעיר של יום הכיפורים

ושל כהן משיח ופר העלם דבר של צבור לשריפה הן עומרין חטאת העוף כיצד היה מולק אותו חותך השזרה ומפרקרת כולה ער שמגיע לושט או לקנה הגיע לושט או לקנה חותך סימן אחד או רובו ורוב בשר עמו ובעולה שנים או רוב שנים ומזה מרמה על קיר המזבח והבשר נאכל לכהנים אשם ודאי ואשם נזיר אשם מצורע אשם מעילות נפש כי תמעול מעל אשם שפחה חרופה שנאמר ואיש כי ישכב את אשה שכבת זרע והיא שפחה נחרפת לאיש והביא את אשמו מכל אלו מקריב את הרם ואת האימורים והנותר נאכל לכהנים לזכרים שנאמר זאת תורת האשם כל זכר בכהנים יאכל אותה אשם תלוי כגון שהיו לפניו שתי חתיכות אחת של חלב ואחרת של שומן ואכל אחרת מהן ואינו יורע אי זה מהן אכל זהו אשם תלוי מקריב את הדם והאימורין והבשר לכהנים זבחי שלמי צבור אלו כבשי עצרת שנאמר ושני כבשים בני שנה לשבעה שלמים הדם והאימורין נקטר והשאר לכהנים לוג שמן של מצורע מצורע שנתרפא מביא כבש אשם ולוג שמן עמו מזה ממנו שבע פעמים ונותן על בוהנות ידיו ורגליו של מצורע ועל תנוך אזנו והנותר מן הלוג נוטלו הכהן מותר העומר הנקרב בששה עשר בניסן קומץ ממנו מלא קומצו למזבח והנותר לכהנים שתי הלחם של עצרת חמץ ולחם הפנים מצה נאפים מערב שבת ונערכים בשבת ולשבת הבאה מביאין אחרים ונאכלין הראשונים שירי המנחות של מנחת מחבת ומנחת מרחשת וכן חלות וכן רקיקי מביאין לכהן וקומץ מלא קומצו למזבח והנותר נאכל לכהנים ארבעה בירושלם הבכור בכור בהמה טהורה בעדרו ואפילו לכהן היה מקריב חלבו ודמו במזבח והבשר נאכל לכהנים בירושלם כשהוא תם אבל בעל מום נאכל לכהן בכל מקום שירצה ואם רוצה להאכיל ממנו לישראל מותר הביכורים היה יורד לתוך שדהו ורשנו גמר הפרי מביאין בטנא ואם היה רחוק מירושלם מיכשן רתנן הקרובים מביאין תאנים וענבים והרחוקים מביאין גרוגרות וצמוקים וקורא מן הגדתי היום ער ושמחת בכל הטוב נאכלין לכהנים המורס מן התודה מי שהתנרב תודה סתם היה מביא כבש ומביא עשרים עשרונות עשרה חמץ ועשרה מצה שלשת מינין חלות ורקיקין ורבוכה הכל ארבעים חלות נותן מהן ארבעה לכהנים שנאמר והקריב ממנה אחד מכל קרבן ומן הכבש נותן חזה ושוק לכהנים והנותר מן החלות ומן הכבש נאכל לבעלים ומורס מאיל נזיר שסתם נזירות שלשים ובמלאת ימי נזרו מביא קרבן חלות ורקיקים ומבשל מן האיל ברוד שנאמר ולקח הכהן את הזרוע בשלה מן האיל וחלת מצה אחרת מן הסל ורקיק מצה אחד ומניחן על כפי הנזיר ומניח כהן ידו תחת יד בעלים ומניף ונאכלין לכהנים עם חזה ושוק של איל עורות קרשים עור העולה אשר הקריב לכהן לו יהיה וכן עורות תודה ושלמים

ומעשר ופסח עשרה בגבולין תרומה גרולה תרי ממאה תרומת מעשר אחד מעשרה שהירה הלוי נותן לכהן מעשר מן המעשר החלה הנפרשת מן העיסה משיעור ארבעים ושלשה ביצים וחומש ביצה ראשית גז צאנך תתן לו שיעור משקל חמש סלעים ביהודה שהם עשר בגליל המתנות שנאמר וזה יהיה משפט הכהנים מאת העם מאת זובחי הזבח פריון הבן שכל מי שנולד לו בן זכר מאשה בתולה ואף על פי שיש לו בנים חייב לפרותו כחמש סלעים שנאמר ופרוייו מבן חרש תפרה ולאחר שנטלן הכהן ורוצה להחזירם הרשות בירו פריון פטר רחם שנאמר ופטר חמור תפרה בשה ואם אינו פורהו עורפהו בקופיץ מאחוריו שנאמר ואם לא תפרה וערפתו ואחר שעורפו קוברו ולמה עורפו אמרו חכמים הוא רוצה לאבר ממון הכהן לפיכך יאבר ממונו שרה אחזה שהמקריש שרה אחזה שירש מאבותיו ורוצה לפרותה קודם היובל כל שרה שנזרעת כור שעורים היה פורה בחמשים שקל כסף ואם פחותה אם יתירה היה נותן לפי חשבון זה ואם עבר היובל ולא פרה נעשה לכהנים שרה חרמים שאם היה אחד מישראל אומר שרה זה יהיה בחרם שוב לא היה לו למכרה או לפרותה שנאמר כל חרם בישראל לך יהיה ונאמר כל חרם אשר יחרים איש ליהוה מכל אשר לו וגומר גזל הגר כגון שגזל ארם לגר ותבעו לרין ונשבע לו ומת הגר ואחר כך נורע לו שנשבע לשקר חייב להחזיר הגזל לכהן שנאמר ואם אין לאיש גואל להשיב האשם אליו האשם המושב ליהוה לכהן וגו׳ זה הממון כל אלו נאמרו בברית מלח שנאמר כל תרומות הקרשים אשר יקרישו בני ישראל וגו׳ ברית מלח עולם הוא בכלל שנאמר ואני הנה נתתי לך את משמרת תרומותי כלל המתנות פרט אלו המפורשות שכתבנו ארבעה ועשרים מתנות כהונה. Et viginti quatuor dona sacerdotii, & omnia data sunt Aharon, & filiis ejus generaliter & specialiter & in pactum salis; & ex his decem erant in sanctuario, & quatuor in Hierosolyma, & decem in terminis. Decem in sanctuario sunt sacrificium pro peccato, & sacrificium pro peccato volucris, sacrificium pro delicto certo, & sacrificium pro delicto dubio, & sacrificia pacifica cœtus, & logus olei leprosi, & residuum manipuli, & duo panes, & panis facierum, & reliquiæ munerum; & quatuor in Hierosolyma hæc sunt, primogenitum, & primitiva, & ablatum de sacrificio Eucharistico, & aries Nazyræi, & pelles sanctitatum; & decem in terminis hæc sunt, separatio, & separatio decimæ, & placenta, & principium tonsuræ, & dona, & redemtio filii, & redemtio aperturæ asini, & ager possessionis, & ager anathematum, & rapina proselyti; Et hæc est

eſt eorum explicatio; Sacrificium pro peccato, e. g. ſacrificium pro peccato puerperæ, & ſacrificium pro peccato Nazyræi, & reliqua ſacrificia pro peccato, e. g. ſi quis comederit adipem, & ſanguinem per ignorantiam, aut profanaverit Sabbathum per ignorantiam in aliquo præcepto, cujus cauſa, ſi per contumaciam peccaſſent, excidio, ſi per ignorantiam, ſacrificio pro peccato tenebantur; omne ſacrificium pro peccato, cujus ſanguis foris adſpergebatur; ſed ſacrificia pro peccato interiora, e. g. juvencus, & hircus diei expiationum, & juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus ignorantiæ cœtus, comburebantur. Sacrificium pro peccato volucris quomodo ungue ſecabat? ſecat ſpinam dorſi, & abrumpit totam, donec perveniat ad œſophagum aut ad cannam; quando pervenit ad œſophagum, aut ad cannam, ſecat ſignum unum, aut majorem ejus partem ſimul cum majore parte carnis; & in holocauſto ſecat duo ſigna, aut duorum majorem partem, & adſpergit de ejus ſanguine ſuper parietem altaris; & caro comeditur a ſacerdotibus; Sacrificium pro delicto certo, & ſacrificium pro delicto dubio, & ſacrificium pro delicto Leproſi, ſacrificium pro delicto prævaricationis; Dictum eſt *Levit.* V. *Anima quæ prævaricando prævaricata ſit*; ſacrificium pro delicto ancillæ deſponſatæ; dictum eſt enim *Levit.* XIX. 20. *Vir qui jacuerit cum fœmina concubitu ſeminis, & illa fuerit ancilla deſponſata viro, & afferet ſacrificium pro delicto ſuo*; Ex his omnibus offerebatur ſanguis, & adipes, & reſiduum comedebatur a ſacerdotibus maſculis; dictum eſt enim *Levit.* VII. 1. *Hæc eſt lex ſacrificii pro delicto &c. Omnis maſculis in ſacerdotibus comedet illud*. Sacrificium pro delicto dubio; e. g. Si adſint in ejus conſpectu duo fruſta, alterum adipis, & pinguedinis alterum, & de his comedat, & ignoret, quodnam ex his comederit; hoc eſt ſacrificium pro delicto dubio; offerebatur ſanguis, & adipes, & caro comedebatur a ſacerdotibus. Sacrificia pacifica cœtus; hi ſunt agni Pentecoſtes; dictum eſt enim *Levit.* XXIII. 19. *Et duos agnos anniculos in ſacrificium pacificorum*. Sanguis & adipes adolebantur, & reliquum comedebatur a ſacerdotibus. Logus olei leproſi; Leproſus poſtquam convaluerat, afferebat agnum in ſacrificium pro delicto, & cum eo logum olei; de illo adſpergebatur ſepties, & adſpergebatur ſuper pollices manus, & pedis leproſi, & ſuper cartilaginem ejus auriculæ, & reſiduum logi ſumebat ſacerdos. Reſiduum manipuli: Offerebatur die decima ſexta Niſan, plenus pugillus de eo ſumebatur, & offerebatur ſuper altare, & reſiduum dabatur ſacerdotibus. Duo panes Pentecoſtes fermentati, & panes facierum azymi coquebantur in vigilia Sabbathi, & ordinabantur in ſabbatho, & in altero ſabbatho adducebantur alii, & primi comedebantur; Reliquiæ munerum, ſc. muneris ſartaginis, & muneris craticulæ, pariterque placentæ, & lagana afferebantur ad ſacerdotem, & de illis plenum pugillum adolebat ſuper altare, & reſiduum comedebatur a ſacerdotibus. Quatuor in Hieroſolyma primogenitum, primogenitum beſtiæ mundæ in grege ſuo; de quo quamvis ſacerdos offerret adipem & ſanguinem in altari, caro comedebatur a ſacerdotibus Hieroſolymæ, quando erat perfectum; ſi eſſet vitiatum, ſacerdos poterat comedere, ubicunque vellet, & ſi illi libuerit, ut de illo comedat Iſraelita, licebat. Primitiva; Ille deſcendebat in agrum ſuum, & quando perfecta eſt ejus pinguedo, fructus afferebantur in caniſtro; ſi longe abeſſet ab Hieroſolyma, adducebat fructus ſiccos. Legimus enim: Propinquiores adducebant ficus, & uvas, & remotiores afferebant ficus ſiccas, & paſſas, & legebant ab verſ. 3. *Denuncio hodie Domino*. Uſque ad verba. *Et gaudebis in omnibus bonis*. Comedebantur a ſacerdotibus. Ablatum de ſacrificio Euchariſtico; ſi quis voverit ſacrificium Euchariſticum ſimpliciter, adducebat agnum, & quadraginta decimas, decem fermentatas, & decem azymas; placentas ex tribus ſpeciebus, lagana, & frixa; omnes erant quadraginta placentæ; de his dabat quatuor ſacerdotibus; dictum eſt eſt enim; *Et offeret ex eo unum de omni ſacrificio*; & de agno dabat pectus & femur ſacerdotibus, & reſidua de placentis; & ablatum de ariete Nazyræi; quia Nazyræatus ſimpliciter eſt triginta dierum; & perfectis diebus Nazyræatus ſui, adducebat oblationem placentarum, & laganorum; & armum coctum de ariete in aheno; dictum eſt enim *Num.* VI. 19. *Et accipiet ſacerdos armum coctum de ariete, & placentam azymam unam de caniſtro, & laganum azymum unum, & imponet manibus Nazyræi*. Et ſupponebat ſacerdos manus ſuas manibus dominorum, & ventilabat; & comedebantur a ſacerdotibus pariter armus, & femur arietis. Pelles ſanctitatum; Dictum eſt enim; *Pellis holocauſti, qui offert, ſacerdoti erit*; & ſimiliter

ter pelles sacrificii Eucharistici, & pacificorum, & decimi, & sacrificii Paschalis. Decem in terminis; Separatio magna; duæ partes ex centum. Separatio decimæ, una pars ex decem; quia Levita dabat sacerdoti decimam ex decima. Placentæ, quæ separatur ex pasta, mensura 43. ovorum, & quintæ partis ovi. *Principium tonsuræ ovium tuarum dabis illi*; mensura pondus quinque siclorum in Judæa, qui sunt decem in Galilæa. Dona; dictum est enim; *& hoc erit judicium sacerdotum ex populo, atque ex offerentibus sacrificium*. Redemtio filii; Si cui natus sit filius ex muliere virgine, quamvis alii sint illi filii, debet illum redimere quinque siclis; *Et redemtos ætate mensis redimes*; Postquam accepit sacerdos, si velit reddere, licet. Redemtio aperturæ asinæ; Dictum est enim; *& aperturam asinæ redimes ove*. Si nolit redimere, decollabitur securi ad partem posticam; Dictum est enim; *Si non redimet, decollabitur*; & post ejus decollationem sepelietur. Et qua de causa decollabatur? Dixerunt sapientes; Hic vult perdere opes sacerdotis, ideoque ejus opes perduntur. Ager possessionis; Si quis sanctificet agrum possessionis, quem hæreditavit a patre suo, & velit redimere ante Jubilæum, omnem agrum, cujus semen sit cor hordeorum, redimet quinquaginta siclis argenteis; si minus aut plus erit, dabit juxta hanc supputationem; & si præterierit tempus Jubilæi, & non redemerit, cedit sacerdotibus. Ager anathematum; si quis sit de Israele, qui dicat; Ager hic sit anathema; non emetur, neque redimetur amplius; Dictum est enim; *Omne anathema in Israel tibi erit*. Et similiter dictum est; *Omne anathema, quod devoverit homo Domino, ex omni, quod suum est &c.* Rapina proselyti, e. g. Si quis rapiat Proselyto, & statuatur in judicio, & illi juret, & moriatur proselytus, & posthæc innotuerit illi, quod falso juraverit, debet restituere furtum sacerdoti; Dictum est enim; *Et si non fuerit viro vindex, ut reddat delictum suum illi; Delictum quod restitutum est Domino, sacerdoti &c.* Hoc est argentum. Hæc omnia dicta sunt in pacto salis, in perpetuum, generaliter: dictum est enim: *Et ego ecce dedi tibi custodiam ablationum mearum*; Generale, & particularia explicata sunt in his, quæ descripsimus, viginti quatuor donis sacerdotii.

Ex his, quæ adhuc dicta sunt, constat octo fuisse data dono masculis sacerdotibus, quæ comedebantur in sanctuario, sc. sacrificium pro peccato, sacrificium pro delicto, sacrificia pacifica cœtus, residuum manipuli, reliquias munerum Israelitarum, duos panes, panem facierum, & logum olei leprosi; quinque Hierosolymis tam a maribus, quam a fœminis comedenda, sc. pectus & armum pacificorum, ablatum a sacrificio Eucharistico, & ab ariete Nazyræi, Pecudis puræ primogenitum, & primitiva; quinque in Judæa tantum observata, sc. primitias, primitias de decimis, placentam, primitias lanæ detonsæ, & agrum possessionis; quinque postrema ubique locorum, sc. donaria, pretium redemtionis filii primogeniti, primogenitum asini, rapinam Proselyti, & anathemata. Videatur *Maimonides Bicurim* cap. 1. & *Pesiktha* 37. 3.

Legitur 2. *Paral.* XXXI. 11. fuisse in templo exstructa horrea, in quibus primitiæ & decimæ asservarentur. *Præcepit igitur Ezechias, ut præpararent horrea in domo Domini; quod cum fecissent, intulerunt tam primitias, quam decimas, & quæcunque voverant fideliter &c. filius Jemna Levites, & janitor orientalis portæ, præpositus erat iis, quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque, & consecratis in sancta sanctorum; & sub cura ejus Eden, & Benjamin, Jesue, & Semejas, Amarias, & Sechnias in civitatibus sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes minoribus, atque majoribus; exceptis maribus ab annis tribus; cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quidquid per singulos dies conducebat in ministerio, atque observationibus juxta divisiones suas; Sacerdotibus per familias, & Levitis a vigesimo anno, & supra, per ordines & turmas suas, universæque multitudini tam uxoribus, quam liberis eorum utriusque sexus fideliter cibi de his, quæ sanctificata fuerant, præbebantur; sed & filiorum Aharon per agros & suburbana urbium singulorum dispositi erant viri, qui partes distribuerent universo sexui masculo de sacerdotibus, & Levitis*. Et *Nehem.* X. 37. *Et primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque & olei, afferemus sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient ex omnibus civitatibus operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aharon in decimis Levitarum, & Levitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domum thesauri; ad gazophylacium enim deportabunt filii Israel primitias fru-*

frumenti, *vini*, *&* *olei*. Et *Malach.* III. 10. *Inferte omnem decimam in horreum*.

CAPUT XII. De Levitis.

I. *De eorum consecratione*. II. *De eorum ministerio*. III. *De eorum redditibus*.

I. LEvitas loco primogenitorum Israelis Deo consecratos fuisse constat ex cap. III. וידבר יהוה אל משה לאמר ואני הנה לקחתי את הלוים מתוך בני ישראל תחת כל בכור פטר רחם מבני ישראל והיו לי הלוים כי לי כל בכור ביום הכתי כל בכור בארץ מצרים הקדשתי לי כל בכור בישראל מאדם עד בהמה לי יהיו אני יהוה. *Et locutus Dominus ad Mosen, dicens: ego ecce accepi Levitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito, quod aperit vulvam de filiis Israel, eruntque mihi Levitæ, quia mihi est omne primogenitum in die quo percussi omne primogenitum in terra Israel, sanctificavi mihi omne primogenitum in Israel ab homine, usque ad pecus; mihi erunt; ego Dominus*. Vide in hoc cap. vers. 44. cap. VIII. 16. *Raschi* ad l. c. ואני הנה לקחתי ואני מהיכן זכיתי בהן מתוך בני ישראל שיהיו ישראל שוכרין אותן לשירות שלי על ידי הבכורות זכיתי בהן ולקחתי מתמורתן לפי שהיתה העבודה בבכורות וכשחטאו בעגל נפסלו והלוים שלא עבדו עבודה זרה נבחרו תחתיהם. *Et ego ecce accepi*. At ego quando acquisivi illos de medio filiorum Israel, quod Israelitæ mercedem illis solvunt, ut mihi ministrent. Propter primogenitus illos acquisivi, & accepi eorum commutationem; quia ministerium a primogenitis peragebatur, & quando in vitulo peccarunt, depulsi sunt, & Levitæ, qui non servierunt Idololatriæ, in eorum locum electi sunt.

Electi sunt ex ceteris Israelitis, ut sacerdotibus ministrarent, sicuti dictum est l. c. vers. 5. וידבר יהוה אל משה לאמר הקרב את מטה לוי והעמדת אתו לפני אהרן הכהן ושרתו אתו ושמרו את משמרתו ואת משמרת בני ישראל לעבוד את עבדת המשכן ונתת את הלוים לאהרן ולבניו נתונם נתונם המה לי מאת בני ישראל. *Et locutus est Dominus ad Mosen, dicendo. Admove tribum Levi, & statue illam coram Aharon sacerdote, ut ministrent ei; & custodiant custodiam ejus, & custodiam congregationis coram tabernaculo conventus, ad ministrandum ministerium tabernaculi; & custodient omnia vasa tabernaculi conventus, & custodiam filiorum Israel; ad ministrandum ministerium tabernacali; & dabis Levitas Aharon, & filiis ejus, in donum sunt dati ipsi a filiis Israel:* ubi *Pesiktha* 57 2. ושמרו את כל כלי אהל מועד ואת משמרת בני ישראל לעבוד את עבדת המשכן וכן אמר למעלה לעבוד את עבדת המשכן חד בשירה וחד בהפשט וניתוח ונתת את הלוים לאהרן ולבנו נתונים נתונים חסר יו״ד מלמד שנמסרו כולם כאיש אחד ולמה שתי פעמים אחד למשכן ואחד לבית העולמים המה לו מאת בני ישראל שנכנסו לוים לעבוד את הקדש תחת כל בכור בבני ישראל. *Et custodiant omnia vasa tabernaculi conventus, & custodiam filiorum Israel ad ministrandum ministerium tabernaculi*. Dictum est etiam supra; *ad ministrandum ministerium tabernaculi*; semel in cantu; & secundo in excoriatione, & dissectione, sc. victimarum. *Et dabis Levitas Aharon, & filiis ejus, in donum sunt dati*, deest *Jod.*, ad docendum quod omnes quasi vir unus traditi sint; & cur dictum est bis? semel pro tabernaculo, & iterum pro domo seculorum; *ei a filiis Israel*; quod suffecti sint Levitæ ad ministerium sanctuarii pro omni primogenito filiorum Israel. *Raschi in* l. c. *Num.* ומהו השירות ושמרו את משמרתו לפי ששמירת המקדש עליו שלא יקרב זר כמו שנאמר אתה ובניך ובית אביך תשאו את עון המקדש והלוים הללו מסייעין אותם זו היא השירות ושמרו את משמרתו כל מנוי שאדם ממונה עליו ומוטל עליו לעשותו קרוי משמרת בכל המקרא ובלשון משנה וגו׳ והלא אין משמרתי ומשמרתך שוה וכן משמרות כהונה ולויה ואת משמרת בני ישראל שכלן היו זקוקים לצרכי המקדש אלא שהלוים באים תחתיהם בשליחותם לפיכך לוקחים בהם המעשרות בשכרן שנאמר שכר הוא לכם חלף עבודתכם נתונים המה לו לעזרת מאת בני ישראל כמו מתוך בני ישראל כלומר משאר כל העדה נבדלו לכך בגזרת המקום והוא נתנה לו שנאמר ואתנה את הלוים נתונים וגו׳ Et quænam sunt ministeria? Hæc quæ dicta sunt; & custodiant custodiam ejus, quia ministerium sanctuarii illis incumbebat, ne alienus accederet; dictum est enim *Num.* XVIII. 1. *Tu & filii tui, & domus patris tui portabitis delictum sanctuarii*; & Levitæ illis optitulalabantur; Hæc erant ministeria. Omnis præfectura, cui quis præficitur, & illi incumbit opus, vocatur custodia in universa scriptura, & in lingua Mischnæ &c. At ecce non est custodia mea custodiæ tuæ æqualis; atque ita custodiæ sacerdotii, & ordinis Levitici; *& custodiam filiorum Israel*; quia omnes cogebantur ad opus tabernaculi; sed

ſed pro illis Levitæ venerunt in ſuis legationibus, idcirco ab illis acceperunt in mercrdem decimas, dictum eſt enim *Num.* XVIII. 31. *Quia merces eſt vobis pro miniſteriis veſtris*. *Dati ſunt ei*; ad opem præſtandam; *A filiis Iſrael*; idem eſt ac *de medio filiorum Iſrael*; quaſi dicat; ex reliqua omni congregatione ſeparati ſunt; idcirco Dei decreto dati ſunt illi; dictum eſt enim: *& dedi Levitas in donum* &c.

parabitis etiam vos separationem Domino: R. Ismael dicit; Non est necesse; sicut placenta, quæ non observatur in omnibus fructibus, observatur tamen in fructibus sacerdotum, decima, quæ observatur in omnibus fructibus, non erit æquum ut observetur in omnibus fructibus sacerdotum? Quid dicendum erat; *Sic separabitis etiam vos ex omnibus decimis vestris?* Venit textus ad docendum de decima, quod in omnibus observetur. Issi ben Akiba dicit; si decima, quæ est levis, in omnibus observatur; separatio quæ est gravis, non erit æquum ut in omnibus observetur? Alia expositio: Si separatio, quæ non observatur in principio tonsuræ, in omnibus observatur, separatio, quæ est gravis, non erit æquum, ut in omnibus observetur? Issi ben Menachem dicit; si decima, quæ non venit nisi propter timorem, & propter doctrinam, observatur in omnibus, separatio, quæ est gravis, erit æquum ut in omnibus observetur. *Et dabitis ex eo separationem Domino Aharon sacerdoti*; Sicut Aharon, erat socius, *i. e. doctus*, ita pariter sacerdotibus, qui sint docti; Hinc dixerunt; non dabatur decima nisi docto. *Ex omnibus donis vestris separabitis separationem Domino, ex omni ejus optimo ex ejus sancto*. De separatione magna textus loquitur; aut non loquitur nisi de separatione decimæ; quando vero dicit; *Ex omnibus decimis vestris*; Ecce loquitur de separatione decimæ. Verum cur dictum est; *& separabitis separationem Domino*? De separatione magna textus loquitur; verba R. Josiæ. R. Jonathan dicit; quia dictum est *Deut.* XVIII. 4. *Principium frumenti tui, musti tui, & olei tui*; ex debito. Tu dicis ex debito; aut dicam ex arbitrio; Idcirco dictum est; *Separabitis omnem separationem Domini*; ex debito, non ex arbitrio; *Ex omni ejus optimo, ex ejus sancto*; quod si in illud cecidisset, sanctificabat; Hinc dixerunt; Separatio adscendit in uno & centum; Non probo nisi de separatione munda, de immunda unde probatur? Dixisti? argumento a minori ad majus; Si facit adscendere licitum, illicitum multo magis, ut fiat licitum. Rabi dicit; non est necesse; sed probatur alio argumento a minori ad majus; Si adscendit illicitum ex licito, ut fiat licitum, multo magis ex licito in licitum, ut fiat, licitum. Non probo nisi de separatione, quod adscendat; præputium (arborum) & heterogenea vineæ unde probantur? Memoratur hic *plenitudo*, pariterque illic, sc. *Deut.* XXII. 9. memoratur *plenitudo*; sicut illic adscendit; ita pariter hoc loco, sicut illic adscendit in uno & centum, ita pariter hoc loco. Dixisti? Ubi duplicat vetitum, duplicat etiam adscensionem, ubi vero non duplicat vetitum, non duplicabit adscensionem? Hinc dixerunt; separatio adscendit in uno & centum, præputium, & heterogeneum vineæ adscendit in uno & ducentum; *Et dices illis, quum separabitis vos ejus optimum ex eo, & æstimabitur Levitis, sicut proventus areæ, & sicut proventus torcularis*. Hæc est præmonitio synhedrio, quod non sinant separari nisi ex optimo. *Et æstimabitur Levitis*. Cur dictum est? Quia dictum est; *Et separabitis ex eo separationem Domini*. Crederem, quoniam appellat illam textus separationem, quod habeat sanctitatem perpetuam? Idcirco dictum est; *Et æstimabitur Levitis*. Sicut in separatione areæ separat separationem, & reliquum est profanum; ita pariter in decima prima separat separationem, & reliquum est profanum. *Et comedetis illam in omni loco*; vel in sepulcris; Et est argumentum; Quoniam separatio vocatur separatio, & decima prima vocatur separatio; si didici de separatione, quod non comedatur nisi in loco quodam mundo, ita pariter decima prima non comedetur nisi in loco mundo. Idcirco dictum est; *& comedetis in omni loco*; vel in sepulchris. *Vos & domus vestræ*; ad includendam filiam Israelitæ quæ sit desponsata Levitæ, ut ceteris permittere possit ejus comestionem; *Quia merces illa est vobis*; Si ministrat, accipiet, si non ministrat, non accipiet; Hinc dixerunt; Si Levita super se recipiat omne ministerium Levitici ordinis, excepto uno, non habet partem in ordine Levitico; *& non portabitis pro illa peccatum*; Unde probatur, quod dictum est; *& non portabitis pro illa peccatum*? Non probo nisi de Levita; Israelita, qui acceperit permissionem a Levita, unde probatur? Ex eo quod dictum est; *& non portabitis pro illa peccatum; Quum separabitis ejus optimum*; Cur dictum est? quia dictum est; *& separabitis ex eo separationem Domini, decimam ex decima*. Non probo nisi de separatione munda, de immunda unde probatur? Ex eo quod dictum est; *Quando separabitis ejus optimum ex eo*; Hæc est præmonitio sacerdotibus & Levitis; verba R. Jonathan; R. Josia dicit; *Sanctitates filiorum Israel non profanabitis, & non moriemini*. De separatione, & decima ali-

bi ſatis ſuperque agetur, quum tractatus *Gemaræ Hieroſolymitanæ*, *Toſaphtha*, & *Maimonidis* de primitiis & decimis nunc primum a nobis ex Hebraico Latine redditi edentur.

Num. XXV. 2. jubentur Iſraelitæ dare Levitis octo & quadraginta urbes, in quibus habitarent. צו את בני ישראל ונתנו ללוים מנחלת אחזתם ערים לשבת ומגרש לערים סביבתיהם תתנו ללוים והיו הערים להם לשבת ומגרשיהם יהיו לבהמתם ולרכשם ולכל חיתם ומגרשי הערים אשר תתנו ללוים מקיר העיר וחוצה אלף אמה סביב ומדתם מחוץ לעיר את פאת קדמה אלפים באמה ואת פאת נגב אלפים באמה ואת פאת ים אלפים באמה ואת פאת צפון אלפים באמה והעיר בתוך זה יהיה להם מגרשי הערים ואת הערים אשר תתנו ללוים את שש ערי המקלט אשר תתנו לנס שמה הרצח ועליהם תתנו ארבעים ושתים עיר כל הערים אשר תתנו ללוים ארבעים ושמנה עיר אתהן ואת מגרישיהן והערים אשר תתנו מאחזת בני ישראל מאת הרב תרבו ומאת המעט תמעיטו איש כפי נחלתו אשר ינחלו יתן מעריו ללוים. *Præcipe filiis Iſrael, & dabunt Levitis de hæreditate eorum poſſeſſionis civitates ad habitandum; & ſuburbana civitatibus per circuitum ipſarum dabitis Levitis. Et erunt civitaes illis ad habitandum, & ſuburbana eorum erunt pro beſtiis eorum, pro facultatibus eorum, & pro omni alimonto eorum. Et ſuburbia civitatum, quas dabitis Levitis, a muro civitatis forinſecus, mille cubitorum per circuitum erunt; & metiemini extra urbem latus orientis duo millia cubitorum, & ad plagam meridionalem duo millia cubitorum, & ad plagam occidentalem duo millia cubitorum, & ad plagam aquilonarem duo millia cubitorum; & civitas in medio; & iſta erunt illis ſuburbia civitatum; & civitatum quas dabitis Levitis ſex eorum civitates refugii, ut fugiat eo homicida; & præter has dabitis quadraginta & duas civitates. Omnes civitates quas dabitis Levitis, quadraginta octo civitates, illas, & eorum ſuburbia; & civitates, quas dabitis de poſſeſſione filiorum Iſrael ex multo multiplicabitis, & ex pauco diminuetis; unuſquiſque juxta hæreditatem ſuam, quam poſſidebit, dabit de civitatibus ejus Levitis.* Ubi *Peſiktha* 63. 3. צו את בני ישראל ונתנו ללוים מנחלת אחוזתם ערים לשבת כתב מקיר העיר וחוצה אלף אמה סביב ומדתם מחוץ לעיר את פאת קדמה אלפים אמה הא כיצד אלף אמה מגרש ואלפים שדות וכרמים דבר אחר אלף אמה סביב סיבוב העיר היתה מחוץ לקיר העיר אלף אמה וכן אמרו רבותינו ז״ל ערים הללו אין עושים לא ערים גדולים ולא ערים קטנים אלא בינוני׳ ואלפים היה להם מגרש לכל צד *Præcipe filiis Iſrael, & dabunt Levitis de hæreditate eorum poſſeſſionis civitates ad habitandum*. Scriptum eſt. *A muro civitatis forieſecus mille cubitorum per circuitum erunt; & metiemini extra urbem ad latus orientale duo millia cubitorum*. Quomodo? Mille cubitos pro ſuburbio, & duo millia pro agris & vineis. Alia expoſitio: *mille cubitorum per circuitum*; in circuitu civitatis erit ſpatium extra murum civitatis mille cubitorum, quia ita dixerunt ſapientes noſtri f. m. Iſtæ civitates non condebantur magnæ, neque parvæ, ſed mediocres; & ſuburbia erant illis ad ſingula latera duorum millium cubitorum. *Gemara Babyl.* ad cap. V. *Sotha* ומדתם מחוץ לעיר את פאת קדמה אלפים באמה וגו׳ ומקרא אחד אומר מקיר העיר וחוצה אלף אמה סביב אי אפשר לומר אלף אמה שכבר נאמר אלפים אמה ואי אפשר לומר אלפים אמה שכבר נאמר אלף אמה הא כיצד אלף אמה מגרש ואלפים אמה תחום שבת רבי אליעזר בנו של רבי יוסי הגלילי אומר אלף אמה מגרש ואלפים אמה שדות וכרמים. *Et metiemini extra civitatem ad latus orientale duo millia cubitorum*. Et alter textus dicit. *A muro civitatis extrinſecus mille cubitorum per circuitum erunt*. Non poteſt dici mille cubitos, quia dictum eſt duo millia cubitorum, neque poteſt dici duo millia cubitorum, quia dictum eſt mille cubitos. Quomodo? Mille cubiti pro ſuburbio, duo millia cubitorum ad terminum Sabbathicum. R. Elieſer ben R. Joſe Galilæi dicit: Mille cubiti de ſuburbio, & duo millia cubitorum de agris & vineis. Vide *Joſ.* XXI. ubi ſitus, nomina, & numerus urbium Leviticarum deprehenduntur.



DANIELIS PFEFFINGERI
DISSERTATIO
DE NETHINÆIS.

§. I.

DE] *Nethinæorum*, itaque cœtu acturis dispiciendum est, unde *appellationem* sortiantur, & *Originem*, cujus fuerint *religionis*, ad quod *officii* genus deputati, de eorum *statu*, *connubiis*, *&* *habitationis loco*. Nethinæi *Hebraice* vocantur הנתינים *Esr*. II. 43. 58. 70. VII. 7. VIII. 20. *Nehem*. III. 26. 31. VII. 46. 60. 73. X. 28. KI. 3. 21. bis 1. *Chron*. IX. 2. הנתונים *Esr*. VIII. 17. juxta τὸ כתיב *Esr*. VIII. 20. נתינים sine He Emphatico. *Chaldaice* semel occurrit Esr. VII. 24. נתיניא in statu emphatico. *Septuaginta Interpretes* habent Ναθινὶμ *Esr*. II. 43. 58. 70. *Esr*. VII; 7. 24. VIII. 20. *Neh*. III. 26. 31. VII. 46. 60. 73. X. 28. Ἀθινεὶμ Esr. *VIII*. 17. Ναθιναῖοι *Neh*. XI. 3. οἱ δεδομένοι 1. *Par*. IX. 2. voce participialiter accepta, Quomodo *Neh*. XI. 21. ubi in textu authentico bis legitur, expresserint, non patet, cum versiculi duo integri 20. & 21. in versione Græca omissi sint. Putabam editionis Amstælodamensis duntaxat παρόραμα vel Typographi vel Correctoris fuisse. Sed Codex *Anglicanus juxta Exemplar Vaticanum Romæ editum accuratissime &* ceu titulus præ se fert, *ad amussim Londini* 1653. recusus, tam in textu quam Scholiis sub finem annexis, & *Argentoratensis*, curante Vuolphio Cephalæo 1526. publicatus in eodem cubant errore, τοῖς ἐλλειπτικοῖς annumerando, de quibus *Calovius* monuit *Diatriba Undecima Critici Sacri Biblici* §. 49. p. 581. *Hieronymus Quæst. seu traditionibus Hebraicis in Paralip*. Tom. III. Oper. fol. 167. a. ad 1. Par. IX. 2. Latine habet *Nathinnei*. *Vulgata Nathinæi*. *Tremellio-Juniana Nethinæi* cum *Schmidiana*. Præter 1. *Chron*. *IX*. 2. *&* *Neh*. VII. 60. ubi *Nethinim* legitur. *Lutheri* versio Germanica, ut & *Belgica* ubique retiuuit *Nethinim*. *Joh. Dietenbergeri* similiter, excepto *Esr*. VIII. 17. ibi enim transtulit *den Nathineern*. *Anglica*. *The Nethinims*. *Italica Diodati Netinei*. *Gallica Genevensium Nethiniens*.

§. II. Vox vero נתינים est formæ mixtæ. Chaldaicæ; ob jod medianum, Hebraicæ; ob mem finale, quod enim Hebræi in Paul dicunt נתון, Chaldæi in Peil enunciant נתין, & Pluralis absolutus Chaldaice regulariter haberet נתינין. radix est נתן *dedit*, *constituit*, *permisit*, *sivit*, unde quilibet animadvertit, ratione formationis significationem vocis נתינים passivam esse, *dati*, *donati*, *constituti*, *permissi*. Licet enim,

sicut in Lingua Græca præterita quædam passiva active, ac si in media διαθέσει essent posita, accipiuntur, ceu *Leusdenius Philologo suo Hebræo-Græco Generali Dissertat.* X. *Quæst.* 13. p. 82. e phreasi *Actor.* VIII. 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. *quod recepisset Samaria verbum Dei*, & *Glassius* præter hunc ex *Actor.* XIII. 7. ἐκτεταλται *mandavit*. *Act.* XVII. 7. ὑποδέδεκται *suscepit*. *Act.* XXIII. 1. πεπολίτευμαι *conversatus sum. Rom.* VI. 21. ἐπήγγελται *promisit:* aliisque III. *Philol. Sacræ, tract.* III. de Verbo, *Canone* XXIV. p. m. 598. probat; ita in Lingua Hebræa verba Niphal activam quandoque significationem sortiantur, prout ex נשבע *juravit Gen.* XXIV. 7. נלחם *pugnavit Jud.* XI. 25. נשען *incubuit*, *innixus fuit &c.* apud eundem *Glassium.* l. o. can. XXV. p. 601. videre est, perperam tamen his inductus exemplis nostrum נתינם active interpretareris. Sunt enim allata ut plurimum in verbis activum usum non agnoscentibus, & quæ in passivo deponentium naturam induunt. נתן vero in activo significatu frequentissime adhibetur, & participium præteritum Paul tam in singulari נתון 2. Chron. l. 12. Nehem. XIII. 11. quam in plurali נתונים Numer. III. 9. VII. 16. 19. XVIII. 6. Deutr. XXVIII. 32. passive vertendum est & vertitur. Hinc apud Danielem & Esram peculiaris illa præteriti passivi forma Peil, Paraphrastis Chaldæis ignota, ad analogiam Hebræorum Paul, unde ortum trahit, nunquam per verbum actionem denotans exponitur, id quod subjunctis locorum exemplis confirmaremus, nisi operam *Buxtorffius Gramm. Syro-Chald.* l. I. c. 7. p. 59. *Joh. Gaspar Myricæus*, l. 1. *Gramm. Syro-Chald.* p. 57. *Andreas Sennertus Chaldaismi & Syriasmi* cap. 4. p. 36. *Henricus Opitius* in דקדוק לישניא של כשראין ורבנן seu *Chaldaismo Targumico-Rabbinico* C. V. Reg. XXIV. p. 74. cum aliis jam pridem occupassent.

§. III. Hoc ut monerem, varia interpretum expositio in causa fuit. Quidam etenim eorum formationis passive significatum expressuri verterunt נתינים per *datos*, *donatos aut ordinatos*, *positos*, *constitutos*, ut *B. Hieronymus Quæst. seu Tradit. Hebr. in Paral.* T. III. Oper. fol. 167. a. & *Brentius* noster *commentar. in Jos.* c. 9. fol. 59. *Philippus Henricus Friedlibius*, *Theol. Exeget.* T. I. ad *Esr.* II. 43. fol. 509. b. *Biblia Belgica*. ad Esr. II. 43. & VIII. *gegebene*. *Lundius* Operis in præfatione citati l. 4. c. 7. §. 3. fol. 758. *gegebene oder geschenkte*. *Drusius* ad Joh. IX. 27. T. I. Crit. Sacr. fol. 1658. *Vatablus Tom.* II. *Criticor. Sacror.* ad *Esr.* II. 43. f. 284. *Guilielmus Estius*, *Annotat. in præcipua ac difficiliora Sacræ scr. loca.* ad *Esr.* II. 42. p. 278. Alii per *deditios vel adscriptitios*, cum *Luca Osiandro* ad Esr. II. 43. fol. 7. Edit. in IVto. *Job. Christophor. VVagenseil in Sota.* p. 143. & 568. *Masio Annot. ad Jos.* c. IX. v. 26. 27. *Tom.* I. *Criticor. Sacror.* fol. 1650. *Junio & Tremellio* ad Jos. IX. 21. *Petro Cunæo* l. II. *de Rep. Hebr.* c. 11. p. m. 225. *Bertramo*, *de Republ. Hebræor.* c. XV. p. m. 277. *Job. Seldeno de Jure Nat. & Gent. juxta discipl. Hebræor.* c. l.V. c. 14. p. 647. alij per *dedicatos & suppositos* Expositionem Italicam *Diodati sequentes ad* 1. *Chron.* IX. 2. *Netinei* ita commentantis: *la parola significa, persone dedicate e sottoposte a qualche servigio*.

§. IV. Hic vero notandum est, voces passivam significationem habentes a nonnullis adhiberi sed non eodem sensu. ut *a Johanne Forstero Augustano*, *SS. Theol. Doctore ac Hebraic. L. Professore in Academia VVittebergensi* factum est. Hic enim in *Dictionario suo Hebraico*, Basileæ 1564. impresso fol. 532. sub radice נתן vocem נתינים passive quidem interpretatur per *donatos*, sed neque Nostros Nethjnæos intelligit, neque significationem passivam assignat, quam assignaverunt reliqui. Locus ejus integer ita habet: נתינים *Ego fratres arbitror initio Regis, qui non succedebant in regno, sed quibus donationes dabantur, ita dictos esse, q. d. donatos, & habitaverunt ceu custodes in munitione Ophel, ne in arcem David a seditiosis fieret irruptio. Deinde autem post reges, & reditum ex Babylone alii ita quoque sunt appellati, qui sacerdotibus necessaria suppeditarent, a dando seu porrigendo nomen habentes, quorum fit mentio Esdræ 2. Nathinei filii Zicha. Et iterum: Omnes Nathinei & filii servorum Salomonis trecenti & nonaginta duo: & cap. 8. & dedi eis mandatum ad Iddo principem in Casiphia, & ad fratres ejus Nathineos in Casiphia. Nehe. 3. Nathinei autem habitabant in Ophel.* Circa quam Forsteri commentationem non uno adnotamento opus est, sed suis quoque locis reservando. Hic monuisse sufficiat; Forsterum, qui in Operis titulo gloriatur, Dictionarium suum, *non ex Rabbinorum commentis, nec Nostratium Doctorum stulta imitatione descriptum, sed ex ipsis thesauris sacrorum* Bi-

Bibliorum, *&* *eorundem accurata locorum collatione depromptum*, *cum Phrasibus Scripturæ Veteris & Novi Testamenti diligenter annotatis*, difficili admodum studio adpositam τῷ נתינים significationem *ex ipsis Thesauris sacrorum Bibliorum*, *& eorundem accurata locorum collatione* probaturum esse, adduximus supra Loca Scripturæ, ubi נתון נתונים, ad quæ κατ᾽ ἀναλογίαν vox נתינים examinanda venit, nullibi vero ea attulerunt mente, ac si *ipsis* de quibus sermo est, *aliquid datum esset*: *τῷ donatus vel donari Latinorum* sensum Forsteri quidem non derogabimus, cum *Cicero*. l. II. de Legibus c. 16. dicat: *Vir nemo bonus ab improbis se donari vult*; sed derogamus voci נתינים; non diffitemur insuper, Apanagii, quod indigitat Forsterus, originem vetustissimam esse, & a Jure Consultis eam e Patriarcharum Regumque Hebræorum Historia *vi Genes.* XXV. 2. 3. deduci, sicut a *Joh. Melchiore Hofmeistero in dissertat. Inaugurali de Jure Apanagii Argentinæ 1670.* ventilata præstitum est. Per quosdam נתינים vero Apanagiatos intelligi Regum filios nullo literarum sacrarum suffragio sed sola opinione sua confirmat Forsterus, quam inferius examinandi nobis occasio erit Nethinæorum Originem iuvestigaturis.

§. V. Observamus præterea juxta Forsteri sententiam, vocabulum נתינים *activa* quoque significatione indui dum scribit. *Deinde autem post reges & reditum ex Babylone alii quoque ita sunt appellati*, *qui Sacerdotibus necessaria suppeditarent*, *dando seu porrigendo nomen habentes*. Verum enim vero perpetuus præteriti passivi Peil usus hoc non admittit, quod etiam *Joh. Piscatoris Scholio* ad 1. Chron. IX. 2. opponendum est. *Nethinæi*, *id est*, *dedititii: nempe Gibeonitæ*, *qui se dediderunt Israelitis ad perpetua servitia*. Nec non Glossæ *Gallorum Genevensium* ad Esr. II. 43. des Nethiniens: *comme qui diroit personnes qui s' estans rendues a la merci de quelcun ont este asservies pour tousjours*. *Et Samueli Bocharto*, qui in eandem sententiam putat l. II. Phaleg. cap. 1. p. 77. Nethinæos i. e. dedititios esse appellatos, *quod se sponte dedidissent*. *Nethinæi* dedititii vocantur נתינים, quia *dati*, *dediti* vel *ordinati* sunt a Josua & post a Davide, ut mox ostendemus, non vero ideo quia se dediderunt. Sed neque *Theodoreti* locum præteribimus, qui *Tom.* I. *Oper. Quæst.* in l. *Paralip. Editionis Lutetianæ* fol. 364. D. conspicitur. εὗρον ἐν τῇ τῶν ἑβραικῶν ὀνομάτων ἑρμηνείᾳ τοῦτο δηλοῦν τὸ ὄνομα (Ναθιναίους putat) δόσιν ιαὼ, τουτέστι τοῦ ὄντος Θεοῦ. *Inveni in Hebraicorum nominum interpretatione*, *nomen hoc significare donum jao*, *hoc est Dei qui est*. Hebræorum Lingua a נתן derivat substantiva מתן, מתנה, & מתת quæ *donum* denotant. Sed nullum quod a *Nun* incipit. Forte Chaldaica voce נתיניא persuasus interpres ille *Esr.* VII. 24. quis vero vel leviter duntaxat Chaldaismi cognitione tinctus, נתיניא status emphatici formam esse nescit? Si ex יה Nomine divino composita vox esset, He haberet in fine cum puncto Mappik notatum, ut in ידידיה 2. Sam. XII. 25. quod licet quandoque exidat, nunquam tamen τὸ יה *He* cum *Aleph* permutat.

§. VI. Quæritur vero hic, *qua occasione Nethinæi sic dicti sint*? Interpretes communiter provocant ad locum *Jehoschuæ* c. IX. 27. ויתנם יהושע ביום ההוא *dedit*, *inquam*, *eos Jehoschua in die hoc*, *vel Esræ* VIII. 20. ומן הנתינים שנתן דוד והשרים לעברת הלוים *at de Nethinæis*, *quos dedit David & Principes ad ministerium Levitarum*, appellatione a נתן deprompta, quia *dati constituti*, *ordinati* vel *confirmati sunt* ad peragendum ministerium suum. Locum priorem respexisse videtur *B. Hieronymus* in Quæst. seu Tradit. Hebraicis in l. Paral. ad Cap. IX. 2. Tom. III. Oper. fol. m. 167. a. sic scribens: *Natinæi* i. e. *donati*, *sunt enim Gabaonitæ*, *eo quod ad serviendum dati sunt ad Templum Domini a Josue*. & *Codex MS. EZ. Hechaiim in Hilchot Nidda* a. 10. apud *VVagenseil in Sota p.* 145. הגבעונים נקראו נתינים על שם שנתנם יהושע חוטבי עצים ושואבי מים *Gibeonitæ dicti fuere Nethinæi*, *nam Josua dedit eos ad findenda ligna hauriendamque aquam*. Nec abludit *Buxtorfius* in Lexico Chaldaico-Talmudico-Rabinico fol. 1409. *Quia illic* (Jos. IX. 27.) *dicitur* ויתנם, *idcirco vocati fuerunt* נתינים *Nethinim*, *q. d. Dati*, *constituti ad certa munia*, *Additij*, *Adjuncti*, cum *Calovio* in Bibl. Illustrt. ad Jos. IX. 27. *posteriorem*, qui Esr. VIII. 20. habetur, *Carolus Sigonius*, de Republ. Hebræor. l. V. c. 7. p. m. 499. *utrumque*, *Nicolaus Serarius* Soc. J. Theologus comment. in Jos. cap. IX. Quæst. XX. fol. 216. & *Joh. Steph. Menochius* de Rep. Hebræor. L. II. c. 4. fol. 118. quæst. 10. Plures in cujusque sententiæ suffragia adducere valeremus, nisi supervacaneum foret, cum derivandi ratio utrobique fundata sit, illic in futuro con-

converso ויתנם hic in præterito שנתן

§. VII. Diversa vero a priori Quæstio emergit, *a quo tempore Nethinæi cœperint sic dici?* nonnulli *ad Jehoschuæ tempora* denominationis initium referunt, quam Sententiam allegatus modo *Serarius* l. c. Masio assignat. *Masius*, inquiens, *& rem & nomen jam inde a temporibus Josue fuisse mavult*: quod etiam videtur *Menochio.* l. c. *sunt qui existiment, & nomen & obsequium a tempore Josuæ cæpisse, quibus consentit Masius*. Sed *Masius* Tom. I. *Crit. Sacror.* Annot. ad Jos. IX. 26. 27. fol. Edit. Francof. 1650. mentem suam aliter explicat his verbis: *Lignatores aquatoresque isti sunt* posteris temporibus *tanquam peculiari appellatione dicti* נתינים *Nathinæi a verbo* נתן, *quasi dedititios dicas, & cætui atque aræ Dei mancipatos*. Vides Originalem Nethinæorum appellationem, non ad Tempora Josuæ sed illo posteriora a Masio referri: quæ subjiciuntur a Masio, non quæstionem de *primo nominis* Nethinæorum *Usu* concernunt, sed *utrum Gabaonitæ fuerint Nethinæi*: de qua mox dicturi sumus. *Alii* autem Denominationis principium *temporibus Davidis* attribuunt, institutione officii Josuæ relicta: cum *Sigonio* l. c. *David*, dicente, *auctor fuit novi nominis non officii, ac pro Gabaonitis Nathinæos vocavit, ut apparet ex primo Edræ cap. IIX.* (v. 20.) *de Nathinæis, quos dederat David & principes ad ministeria Levitarum*: & *Samuel* Bochartus Rhotomagensis in suo Phaleg, seu parte priore Geographiæ sacræ l. 2. c. 1. pag. 77. confidenter scribit: *Davidem Gabaonitas mutato nomine* נתינים *Nethinæos i. e. dedititios appellasse*. confer. *Drusium* Annotaa. ad Jos. IX. 23. & 27. Tom. I. *Critic. Sacror.* fol. 1658. Celeberrimi nominis Judæus *Rabbi Aben Esra* utramque sententiam conjungit, comment. ad Esr. II. 43. הנתינים הם ראשי נבעון וכנותיה ויהושע נתנה לבית אלהיו על כן נקראו נתינים אף על פי שנאמר אחרי כן ומן הנתינים שנתן דוד והשרים לעבודות הלוים כי הטעם קיים הנתינה או נקראו מן היום ההוא נתינים כי מקודם היו נקראים גבעונים *Nethinæi sunt capita* (Principes vel Duces) *Gabaonis & filiarum* (vicorum) *ejus, & Jehoschua dedit* (eos) *Domui Dei sui, propterea vocati sunt* נתינים *quamvis postea dicatur:* (VIII. 20.) *at de Nethinæis, quos dedit David & principes ad ministeria Levitarum, quia sensus est,* (quod David) *confirmaverit dationem* (a Jehoschua factam) *vel vocantur a die hoc* תנינים *Nethinæi, quia olim dicti fuerunt Gabaonitæ*; confer. *Valentinum Schindlerum*, in Lexico Pentaglotto fol. 1184. sub rad. נתן.

§. VIII. *Bonaventura Cornelius Bertramus* Nethinæorum nomen *ad tempora David posteriora* refert. de Republ. Judaica cap. XV. p. 276. &277. *Præter Levitas ad Tabernaculi munera adhibebantur Gabaonitæ reliqui ex clade Saulis, qui cum pauciores essent, quam qui sufficerent ad Ædis Sacræ ministerium, abhibiti sunt ad illud præter eos quidam a Davide, ut hoc diserte exprimitur Hezræ* 8. 20. *& postea a Salomone, quo nomine & servi Salomonis appellantur, qui omnes cum reliqui Gabaonitæ, tum illi, qui a Davide & a Salomone traditi fuerant, Nethinæi dicti sunt, quasi dedititii. Quæ* circa hunc Bertrami locum notari speciatim possent, nondum afferam: de controversia vero, quo præcise tempore Nethinæi nomen suum fuerint nacti, cum Menochius fateatur *rem in utramque partem obscuram esse*, hæc accipe. Qui *pro tempore Josuano* militant, valde premuntur, si 2. Sam. XXI. caput illis obvertatur, quippe quod vers. 1. 2. bis. 3. 4. 9. memorat Gabaonitas, per quos Nethinæos intelligi libenter concedimus, sed non sub Nethinæorum nomine, si Gabaonitæ a temporibus Josuæ Nethinæi vocari cœpissent, haud dubie in allato Samuelis loco id factum fuisset. Non tamen solido propterea nituntur fundamento, qui primam vocis originem loco Esdræ VIII. 20. ideo superstruunt, quia legitur ibi: ומן הנתינים שנתן דוד cum formula ista *nominis impositi tempus non præcise denotet*. Si quis consequentiæ nostræ fallaciam objiciat: *Nethinæi hoc nomine Samuelis loco non vocantur, ergo nomen nondum habuerunt*, probationis onus sibi imponet, quo præstito, victoriæ palmam cum applausu concedemus. Hoc enim sacrarum Literarum monumenta consulentes pro comperto habebunt: *Quemadmodum Nethinæi post Templi Salomonei erectionem non amplius vocati sunt Gibeonitæ, ita ante Templi erectionem tempore Tentorii Conventus Gabaonitæ non vocati sunt Nethinæi*. ita ut tutissima eorum videatur esse assertio, qui nominis Nethinæorum impositionem *ad tempora post Davidica* referunt.

§. IX. Nunc vero ad palmariæ Quæstionis examen progredimur, *ex qua sc. Gente Nethinæorum origo deducenda sit*: intimatum quidem sed non nisi per aliorum occasionem est, Nethinæos esse Gabaonitas, sed operæ pretium erit,

rem

rem paulo prolixius tractare ex instituto. Si quis cap. XXI. post. Samuel. evolverit, Davidis tempore, grvissima licet calde a Saule fuerint afflicti, Gabaonitas superfuisse, nullus dubitabit; neque ulla nos obligat ratio, ut posteros eorum internecioni datos fuisse statuamus, cum reiteratam juramenti a Jehoschua ceterisque populi principibus facti violationem multo gravioribus suppliciis vindicasset Judex supremus, ac per famem triennalem Davidis ævo vindicavit. Gabaonitæ itaque cum reliquo Israelitarum cœtu in Captivitatem Babylonicam abducti, & ex ea elapso septuaginta annorum termino ad pristinas stationes reversi sunt, qui vero habitatorum abeuntium atque redeuntium ordinem collato I. Chron. IX. 2. cum Esræ II. 2. 36. 40. 43. XII. 7. 24. & Nehem. VII. 7. 39. 43. 46. X. 29. pensitaverit, perspiciet *Nethinæos locum Gabaonitarum occupare*. Unde hoc argumentum enascitur. *Quicunque loco Gabaonitis debito ab Auctore I. Paral. Esra insuper & Nehemia recensetur, illi sunt Gabaonitæ. Atqui Nethinæi loco Gabaonitis debito ab Auctore I. Paral. Esra & Nehemia recensentur. E. Nethinæi sunt Gabaonitæ.*

§. X. Secundum assertionis fundamentum vocis נתינים *Etymologia* subministrat a נתן descendens, quæ tam Jos. IX. vers. 27. ויתנם quam Esr. VIII. 20. ומן הנתינים שנתן דויד habetur. E. per Nethinæos Esræ Gabaonitæ Josuani intelliguntur; *excipis*: iis qui Nethinæos pro Gabaonitis venditant, locum Esræ obesse potius quam prodesse; cum *David eos dedisse* dicatur. Ergo Nethinæi Davidici non sunt Gabaonitæ Josuani; respondeo: hunc nodum diversimode a Scripturæ Sacræ Interpretibus resolvi; quidam cum Sigonio L. V. c. 7. p. 499. Davidi dationem *novi Nominis* נתינים duntaxat, *non vero officii* transcribendam esse censent, quæ Josuæ salva manet; quam opinionem *Serarius* comment. in Jos. C. IX. Qu. XX. pag. 216. & *Masius* Annot. in Jos. IX. 26. 27. R. Schelomoni Jarchio, vulgo Raschi dicto, quoque attribuunt. Sed Raschi ad Esr. VIII. 20. ומן הנתינים nihil quam hoc habet: ומן העברים נתינים שנתן דוד המלך ושרי ישראל עלו עמהם *& de servis Nethinæis, quos dedit David Rex & Principes Israelis ascenderunt cum ipsis*; apud *Aben Esram* vero comment. in Esr. II. 43. quæ Duum Viri isti intendunt, leguntur. נקראו מן היום ההוא נתינים כי מקודם היו נקראים גבעונים *vocantur* (Esr. VIII. 20.) *a tempore hoc* נתינים *Nethinæi, qui antiquitus vocati fuerunt Gabaonitæ*. Quæ distinctio inter impositionem nominis & officii neque necessaria est, neque e phrasi Esræ sufficienter probatur; dicimus itaque נתן apud Esram VIII. 20. denotare *dationem confirmatam*; juxta priorem *Aben Esræ* explicationem קיים הנתינה quod David dationem olim a Jehoschua factam *confirmaverit: & certo ordine modoque præscriptam*; quod Masio l. c. *videtur maxime verisimile. Esdram nempe ideo Davidis tanquam Auctoris mentionem facere, quia hic plerasque omnium servitiorum & munerum rationes filio suo Salomoni sub extremum vitæ actum* certo ordine modoque præscripserat, *quæ observari atque effici in sacra æde, postquam ea foret exædificata, voluisset; ut est in Paralipomenis* l. I. c. 23. *scriptum*: In quem sensum *Giovanni Diodati* ad Esr. VIII. 20. notat: *negli Spartimenti de' ministri sacri I. chron. 24 e. 25. e. 26. non è fatta alcuna mentione de' Nethinei: ma convien credere che David confermò, e regolò di nuovo ciò che anticamente era stato ordinato intorno a loro. Jos. IX. 21. (27.)* conferantur *Genevenses Galli* ad Esr. VIII. 20. *Junium & Tremellium* ad eundem locum; addo dationem Jehoschuæ *decreto publico a Davide quodammodo limitatam fuisse*; quod e locorum collatione videre est. Illic enim *Jos.* IX. 27. dicitur: ויתנם יהושע ביום ההוא חטבי עצים ושאבי מים לעדה ולמזבח יהוה עד היום הזה אל המקום אשר יבחר *dedit, inquam, eos Jehoschua in die hoc, cæsores lignorum, & haurientes aquas* congregationi (vers. 21. לכל העדה toti congregationi) imprimis altari Jehovæ, *usque ad diem hunc, ad locum quem electurus esset*; hic vero Esr. VIII. 20. ומן הנתינים שנתן דויד והשרים לעבדת הלוים *at de Nethinæis, quos dedit David & Principes ad ministerium Levitarum*; de quo Nethinæorum officio inferius plura monendi occasio erit.

§. XI. *Tertium argumentum*, quo Nethinæos ad Gabaonitarum gentem originem suam referre asseritur, *catholicus* fere tam Judæorum quam Christianorum *Interpretum consensus* præbet: quem ut novitatis cujusdam curiosæ studio allecti hic deferamus, nondum solida persuasit ratio. Ita namque *Glossator Talmudicus* Seder III. נשים Masseches l. יבמות nominata פרק שמיני sive capite octavo fol. עח b. in margine sinistro sub medium fere ad vocem נתינים גבעונים מתני' שנתניירו בערמה בימי יהושע ונתנה עבדים לחוטבי עצים ושואבי מים

Ne-

Nethinæi sunt Gabaonitæ, qui proselyti facti sunt astu temporibus Jehoschuæ, & constituti servi, ut finderent ligna & haurirent aquas: & *Aben-Esra* comment. ad Esr. II. 43. הנתינים הם ראשי גבעון ובנותיה *Nethinei sunt Capita Gabaonis* (Principes sive duces) *& filiarum* (vicorum) *ejus*: quibus, ut supra vidimus, Codex Ms. *Ez Hechajim* in Hilchot Nidda Cap. X. apud Joh. Christoph. VVagenseil *in Sota* suffragatur, p. 143. Inter *Christianos* eminet *B. Hieronymus* in Quæst. ad I. Paral. cap. IX. 2. Tom. III. Oper. fol. m. 167. a. *e Nostratibus* Nethinæos pro Gabaonitis habent, *D. Joh. Brentius* comment. in Jos. IX. fol. 59. *Calov.* Bibl. illustrat. ad Jos. IX. 21. fol. 671. & 27. fol. 672. *Friedlieb.* Theol. Exeget. seu Observat. Biblicis ad Esr. II. 43. Tom. I. fol. 509. b. *Joh. Lundius* in opere laudato. Die alten jüdischen Heiligthümer. l. IV. Cap. 7. fol. 758. *Joh. Saubertus* F. de Sacerdotio Hebræorum C. XI. p. 662. *Valent. Schindlerus* Lex. Pentaglot. fol. 1184. *Lucas Osiander* ad Esr. II. 43. Tom. III. p. 7. *VVagenseil* in Sota p. 568. *D. Michael VValther* Harmonia Biblica ad Esr. VIII. 20. Edit. Norimb. fol. 283. *e Romano-Catholicis*: *Guilielmus Estius* Annotat in Præcipua ac difficiliora S. S. loca: ad Esr. II. 42. & 54. p. 278. b. *Nicolaus de Lyra* ad 1. Paralip. IX. 2. *Andreas Masius* Annot. ad Jos. IX. 26. 27. fol. 1650. *Menochbius* de Rep. Hebræor. lib. II. cap. 4. Qu. X. fol. 118. *Gaspar Sanctius* comment. ad Esr. II. 58. fol. 43. b. *Nic. Serarius*, comment. in Jos. C. IX. Quæst. XX. fol. 215. & 216. *Carolus Sigonius*, de Republ. Heb. Lib. V. cap. 7. p. Edit. Joh. Nicolai in 4to. 499. *Franciscus Vatablus*, Literarum Hebraicarum post initium Sec. XV. in Academia Paris. Professor Annot. ad Esr. II. 43. Tom. II. Criticor. Sacror. fol. 284. *Joh. Baptista Villalpandus* Cordubensis Tom. III. Apparatus Urbis ac Templi Hierosolymit. parte I. libr. II. cap. 7. fol. 85. a. & Libr. III. Cap. 23. fol. 207. b. *Josephus de Voisin* Burdegalens. observat. ad Raymundi Martini Ordinis Prædicator. Pugionem Fidei adversus Mauros & Judæos: ad Cap. XIII. parte III. Dist. III. p. 639. *Netinæi* fol. Edit. Carpzov. 824. *e Reformatorum classe consentiunt Belgæ* notis versionis suæ ad Jos. IX. 27. 1. Paral. IX. 2. & Esr. II. 43. *Bonaventura Cornelius Bertramus* de Republ. Hebræor. cap. XV. p. 277. *Petrus Cunæus* de Republ. Hebræor. l. II. cap. XI. p. m. 225. *Giovanni Diodati* notis ad Versionem Italicam 1. Chron. IX. 2. Esr. VIII. 20. *Joh. Drusius* SS. Liter. in Academia Franekerana Interpres Annot. ad Jos. IX. 27. Tom. I. Crit. Sacror. fol. 1658. *Genevenses Galli*, nota marginali ad Jos. IX. 23. Esdr. II. 43. Neth. VII. 46. *Junius & Tremellius*: ad Joseph. IX. 21. *Chonradus Pellicanus* Rubeaquensis commentar. ad Jos. IX. 24. *Joh. Piscator*, scholio ad 1. chron. IX. 2. & Esr. II. 43. *Johannes Seldenus* de Jure N. & G. juxta Disciplin. Hebræorum l. V. cap. 4. fol. 647. neque *Hugo Grotius* diversum sentit ad 1. Paral. IX. 2.

§. XII. Circa hunc vero Autorum numerum probe notandum est, non omnes unius esse census, quidam enim eorum Nethinæorum originem *non nisi ex Gibeonitarum progenie* deducunt. Sed non desunt, qui *ab aliis Gentibus descendentes* hoc quoque insigniri nomine existimant. Unde *Serarius*, l. c. fol. 216. scribit: *imo e subactis subditisque Gentibus, alios quosdam iisdem ministeriis adjunxisse Davidem certum est: præsertim cum Gabaonitarum plures interemisset Saul* 2. *Reg.* 21. *ut innuit Abulensis ibidem quæst.* 12. & *P. Cunæus*: l. c. p. 225. *Quemadmodum Levitæ Sacerdotibus ministrabant, ita ipsis Levitis dati alii sunt, qui lignatum aquatumque mitterentur. Ii primum Gibeonitæ erant, quos maximus populi ductor Josua in bello servaverat. Mox Davidis Salomonisque tempore alii ex victis Gentibus accessere, atque uno nomine omnes appellati Nethinæi sunt, quasi dedititios aut adscriptitios dixeris*; quo SS. loco id afferant, non dicunt. Sed Bertramus l. c. dicit: *hoc diserte exprimi Hezræ VIII.* 20. Verum agere actum non opus est, superior loci hujus explicatio diversos ab iis, qui ex Gabaonitarum sanguine progeniti sunt, Nethinæos nullos admittit, neque evincet Bertramus *Salomonis servos Nethinæos fuisse tantum*; cum id clare 1. Reg. IX. 20. 21. refellatur; confer *Estium* ad Esdr. II. 54. *& Piscatorem* ad Esr. II. 55.

§. XIII. Gibeonitæ autem nomen ferebant a גבעון *Gibbon*, juxt. LXX. Interpretes γαβαών; quorum ut & *Vulgatæ Versionis* pronunciationem, *Novatorum* ut vocat, *qui Hodierna Hebræorum puncta, quam 70. Interpretes, Latinumque textum, & explanatores cum receptissimo usu omnes, mirantur magis*, pronunciationi sine ratione præfert *Nicolaus Serarius* comment. in Jos. C. IX. Quæst. I. fol. 198. גבעון dicitur a גבעות *collibus*; quia urbs erat montana, juxta Adrichomium in Monte Silo sita. Un-

Unde Scriptura במה אשר בנבעון meminit. 1. Paral. XVI. 39. 2. Paralip. l. 3. 13. fuit diversa a נבעת שאול *Gibea Benjaminis* 1. Sam. XIII. 2. quæ etiam vocatur נבעת בנימין *Gibea Saulis* 1. Sam. XV. 34. & 2. Sam. XXI. 6. juxta *Abarbanel* ad 1. Sam. XV. 34. fol. קיא b. וכר שאחרי ששסק שמואל את אנג הלך אל ביתו הרמתה ושאול עלה אל ביתו שהיה בנבעת שאול והיא נבעת בנימין שזכר למעלה *memorat, quod Schemuel, postquam dissecuisset Agagum, iverit ad domum suam, Ramam versus, & Saul adscenderit ad domum suam, quæ fuit Gibea Saulis, & hæc est Gibea Benjamin, de qua supra mentionem fecit*. Et *D. Seb. Schmid.* Comment. ad 1. Sam. X. 5. Quæst. VII. fol. 301. *Rabbi Binjamin* de quo in Jouchasin sive Chronico Abrahami Zacouthi fol. edit. Cracov. 131. notante Constantino l'Empereur ab Oppyck. dissertat. ad Lectorem hæc leguntur: רבי בנימין בעל המסעות נפטר שנת תתקלנ המאור הנרול אשר זרח שמשו לכל ישראל *Rabbi Binjamin, qui multum peregrinatus est, obiit anno 933. sive a Nato Christo 1173. magnum illud luminare, cujus sol toti Israeli exortus fuit.*) in Itinerario suo fol. 40. dicit: עיר נבעון הנרולה *magnam urbem Gibeon* suo ævo dictam fuisse נראן דוד *Garan Davidis*; ejus descriptionem habemus Josuæ X. 2. quod fuerit עיר נרולה כאחת ערי הממלכה *urbs magna sicut una urbium regni* & נרולה וכל אנשיה *major quam Aja*. מן העי נברים *omnesque viri ejus fortes* habuit sub se *Kephirah*, & *Beeroth*, & *Kirjathjearim* Jos. IX. 17. assignata postmodum tribui Benjamin. Jos. XVIII. 21. 25. inter urbes Sacerdotales cum suburbiis suis relata dicitur Jos. XXI. 17. Tentorium conventus in Gibeonis excelso fuit tempore Davidis. 1. Paralip. XVI. 39. XXI. 29. & Salomonis 2. Paral. l. 3. 13. *de situ Gibeonis Josephus* περὶ ἁλώσεως sive Bello judaico l. II. c. 37. fol. m. 818. refert: χῶρον γαβαὼ καλούμενον fuisse ἀπέχοντα τῶν ἱεροσολύμων πεντήκοντα σαδίοις *locum, qui Gibeon vocatur, ab Hierosolymis distare quinquaginta stadiis*; & L. V. Ἰουδαικῆς Ἀρχαιολ. Cap. I. fol. m. 138. recensentur γαβαωνῖται κατοικοῦντες ἔγγιστα τοῖς ἱεροσολύμοις. *Gibeonitæ proxime Hierosolymas habitavisse. Benjamin Tudelensis in* citatis mod. מסעות p. m. 40. scribit: ומשם שלש פרסאו׳ לירושלם ab hac (Gibeone) *distant Hierosolyma tribus parasangis*; quæ miliarium Italicorum sex cum dimidio, Germanicorum vero non duo integra conficiunt. *Eusebius Pamphil.* apud Hieronym. de Locis Hebraicis Tom. III. Operum fol. m. 185. D. hæc habet: *Gabaon, unde Gabaonitæ supplices venerunt ad Jesum, erat olim Metropolis civitas & regalis Æveorum, ceciditque in sortem tribus Benjamin: & nunc ostenditur villa eodem nomine in quarto milliario Bethelis contra orientalem plagam, juxta Rama & Rennon, ubi Salomon hostiis immolatis, divinum meruit Oraculum, fuit autem & ipsa separata Levitis*. Sed *Bonfrerius* observat, non recte *in quarto milliario Bethelis & quidem contra orientalem plagam* situm dici, quum potius occidentalis ei fuerit. Si Gibeon Betheli esset orientalis, legatio non potuisset quasi a longinquo institui; quia Jehoschua in parte Bethelis Orientali versabatur Jerico. Hai &c. Ceterum Gibeonitæ erant *Chivvæorum coloni; vide Jos.* XI. 19. a Chivvi filio Canaan descendentium. Gen. X. 15. 16. 17. de qua Generatione legi meretur *Samuel Bochartus* in Phaleg l. IV. cap. 35. & 36. fol. 342. seq. prolixe; ubi discrimen quoque observat העוים & חוים qui passim ab Hebræis confunduntur; cum tam nomine quam sede differant. Jos. XI. 3. Deutr. II. 23. breviter *D. Calov.* Comment. in Genes. C. X. 15. fol. 758.

§. XIV. Ex quibus constare putamus *Nethinæos Origine Gentiles* atque adeo ex Israelitarum semine progenitos non fuisse. Hinc *B. Theodoreto* quam de Nethinæis Qu. in 1. Par. 9. fol. 364. Tom. I. Oper. C. D. fovet sententiam defendendam relinquimus. Ναθιναίους δὲ οἶμαι καλεῖσθαι τοὺς ἱεροδούλους ὀνομαζομένους. πολλοὶ γὰρ ἑαυτοὺς ἀφιέρουν εἰς τὰς τῶν ἱερέων καὶ λευιτῶν ὑπουργίας· ἐχρῆν γὰρ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων φυλῶν καὶ ὑδροφορεῖν, καὶ ξυλοκοπεῖν, καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα ἐργάζεσθαι. Εἰ γὰρ τοὺς Γαβαωνίτους, ἀλλοφύλους ὄντας, Ἰησοῦς ὁ πανεύφημος ἐκέλευσεν ὑδροφόρους εἶναι τῆς σκηνῆς, καὶ ξυλοκόπους, πολλῷ μᾶλλον Ἰσραηλίταις ἡ τοιαύτη πρόσφορος ἦν λειτουργία. *Nathinæos autem opinor appellari eos qui hieroduli dicuntur, i. e. sacrorum servi. Multi enim se ipsos consecrabant ad ministeria Sacerdotum & Levitarum. Oportebat enim etiam eos qui erant ex aliis tribubus & aquam ferre & ligna scindere, & quæcunque sunt hujusmodi alia operari. Nam si Gabaonitas qui erant alienigenæ, jussit omnibus laudibus prosequendus Jesus esse aquæ bajulos Tabernaculi, & ligna scindere; multo magis Israelitis conveniebat tale ministerium*. Ubi Nathinæos *non e Levitica* duntaxat sed *& aliis tribubus* provenisse autumat Theodoretus, Gabaonitisque con-

contradiſtinguit. Quid de *Fœrſteri* opinione quoſdam Nethinæorum *initio fratres Regis fuiſſe*, venditantis, adeoque Origine Iſraelitas, cenſendum ſit, jam ſupra indicium factum eſt, nullo probationis ſolidæ fundamento aſſertum niti.

§. XV. Sed quid, ſi Eſr. VIII. 17. objiciatur. ואוצאה אותם על ארו הראש בכספיא המקום ואשימה בפיהם רברים לרבר אל ארו אחיו הנתונים בכספיא המקום להביא לנו משרתים לבית אלהינו *Præcepique eis ad Idonem, Caput in Caſiphia loco: ac poſui in os eorum verba, ad loquendum ad Iddonem, (&) fratrem ejus, Nethinæos, in Caſiphja loco, ad adducendum nobis miniſtros pro domo Dei noſtri*: ex quo ita quis poſſet argumentari: *nulli Levitarum Præſides fuerunt origine Gentiles*: minorem firmare videntur verba textus לרבר אל ארו אחיו הנתונים בכספיא המקום & commentarius *Aben Eſræ.* ad l. c. חסר ויו והנכון אל ארו ואחיו שהם נתונים ויש אומרים כי אחיו שם איש אחי ארו או קרובו *deeſt Vav*; *& ſenſus eſt, ad Iddonem & fratrem ejus qui ſunt Nethinæi, & ſunt qui dicant, quod* אחיו *ſit nomen viri fratris Iddonis vel propinqui ejus*. Iddonem vero illum textus vocat הראש Caput Levitarum ſcilicet, & legati ab Eſdra ad Iddonem eo fine mittebantur, ut hujus juſſu Levitæ in comitatu deficientes verſ. 15. adventarent, quod etiam, ut e verſ. 18. videmus, factum eſt; dico: minorem firmiter non probari, ſive τὸ כתיב ſequaris ſive τὸ קרי juxta τὸ כתיב *Rabbi Schelomo Jarchi* haud incommode ſcribit ad verba textus ואשימה בפיהם שמתי בפיהם רברים לרבר בשליחותי אל ארו ואחיו שהם נתונים ומיושבי בכספיא להביא לנו משרתים לעבוד בבית המקדש *poſui in os eorum verba ad loquendum in legatione mea ad Iddonem & Achivum, qui ſunt poſiti & collocati in Caſiphia, ad adducendum nobis miniſtros ut ſerviant in domo Sanctuarii*: id quod *Ludovico de Dieu* Animadverſ. ad Eſdr. VIII. 17. p. m. 241. *expeditiſſimum videtur*. Licet non neceſſe ſit cum Raſchi per אחיו intelligere שם ארם Nomen viri, de quo vide *Glaſſ.* l. IV. Phil. S. tract. 3. obſervat. 17. p.m. 1002. & ſic per נתונים Nethinæi non indigitantur. Si τὸ קרי præfertur: הנתינים neque ſic *Lud. de Dieu* Nethinæos ſignificare contendit: cum hoc formæ Chaldaicæ, illud Hebraicæ ſit ſignificationes ejuſdem, quod ipſi innuere videtur Raſchi כמו הנתונים τὸ הנתינים ועל כן נכתב בויו *idem eſt. ac* הנתינים *ideoque ſcribitur per Vav*. Sed poſito intelligi *Nethinæos*, non tamen ſequitur Iddonem fratremque ejus e Nethinæorum numero fuiſſe, cum particula ו æquali commoditate τῷ הנתינים poſſit præfigi, ac præfixum fuit τῷ אחיו Eſdram ſcilicet miſiſſe legatos ut loquerentur *ad Iddonem & fratrem ejus* pro adducendis Levitis, quod impletum eſt verſ. 17. & 19. *& ad Nethinæos*, pro adducendis Nethinæis, de quibus verſ. 20. indicar, ducentos & viginti veniſſe. Nam & illi præfectos ſuos habuere ceu Neh. XI. 21. cernimus: confer *verſionem Junii & Tremellii*, nec *non Belgicam* ad h. l. cum *gloſſa marginali Genevenſium*.

§. XVI. Nunc, *cujus fuerint Religionis* Nethinæi, diſpiciendum eſt. *Magni nominis* Vir, Gabaonitas poſt initam cum Joſua pactionem, Idololatricos Gentiles vocat, unde Eccleſiam Dei ſectis hæreſibusque jam olim obſcuratam fuiſſe probare conatur. Sed nobis modeſte diſſenſum noſtrum fateri licebit, Nethinæos *ſacrorum Judaicorum Proſelytos* fuiſſe ſtatuentibus. Προσήλυτος ſive a tertia præter. paſſivi προσήλυται, ſeu a præt. medio προσήλυθα verbi προσέρχομαι advenio, accedo, derivetur, ſignificat *advenam, adventitium*: qui definiente *Joh. Leuſden.* in Philologo Hebræ-mixto differt. 21. p. 142. *primitus ex Gentiliſmo, vel poſtea etiam ex Chriſtianiſmo ad Judaiſmum convertebatur; vel qui domicilii vel artis mechanicæ diſcendæ aut exercendæ ergo ad Judæos accedebat*: accuratius forte ſic: qui *ſive Religionis ſive domicilii aut artis cauſa ad Judæos veniebat*. Hebræis vocatur גר *alienigena*, *peregrinus*. & מתגייר a גור peregrinari. Chaldæis גיורא. Unde *LXX. Interpretes* γειώρας adhibuere *Exod.* XII. 19. Eſai. XIV. 1. qua voce *Euſebius Pamphili* quoque uſus eſt, *Hiſtor. Eccleſ.* l. I. fol. Edit. Valeſ. 23. B. οἰόμενος (ἡρώδης) εὐγενὴς ἀναφανῆναι, τῷ μηδὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατελάρχας, ἢ προσηλύτους, τούς τε καλουμένους γειώρας τοὺς ἐπιμίκτους. (Herodes) *ratus ſe tum demum nobilem viſum iri, cum nemo eſſet qui ex publicis monumentis originem generis ſui, vel ad Patriarchas, vel ad proſelytos, vel ad permixtos Iſraelitis peregrinos, qui* γειώραι *dicuntur, poſſet referre*. Ita *Henricus Valeſius* interpretatur, quaſi γειώρας a προσηλύτους diverſum quid indicaret, prout in Notis ſuis fol. 14. & 15. explicat. Verum ſi particula τε apud Euſeb. poſt τοὺς accipiatur παραπληρωματικῶς, ut ſæpe Scriptores Græci accipere

pere ſolent, προσήλυτοι erunt γειῶραι. neque LXX. *Interpretes* alio quam qui Hebræorum גר vel Chaldæorum גיורא reſponderet, ſenſu vocabulum iſtud adhibuere: hinc commode *B. Theodoretus* Quæſt. in Exod. XXIV. T. I. Oper. Edit. Pariſ. fol. 91. ſcribit. γειώραν γὰρ τὸν προσήλυτον ἐκάλεσε. *Gioram enim advenam appellavit*. & *Heſychius* in Lex. fo. 212. commode quoad hæc. γειώρας, γείτονας ἐξ ἀλλογένους καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτους: incommode vero quoad ſequentia. ἢ τοὺς περὶ τὴν γῆν διαπονουμένους. Græcorum enim γεωργὸς quod agricolam denotat a Chaldaico Idiomate גיורא γειώρα multum diſtat: & *Ludov. Thomaſinus* in Gloſſario Univerſ. Hebraico fol. 229. C. γειώρα τῶν ſeptuaginta a גור derivat, non vero γεωργός.

§. XVII. Verum enim vero Judæorum Proſelyti *non erant cenſus ejuſdem*. Quidam enim dicebantur *proſeyti Juſtitiæ*. גרי צדק & juxta *Rabbi Levi* Exod. 24. גרי בני ברית *peregrini filii fœderis*, & in *Avoda Sacra* c. 4. גרים גרורים *proſelyti tracti*, αὐτόματοι qui ſponte ſua legem Moſis receperunt, inde *juſtitiam & ſalutem* exſpectantes. Hi *tribus ceremoniis* in Judæorum ſocietatem recipiebantur. במילה *circumciſione*. טבילה *baptiſmo* & קרבן *ſacrificio*: juxta traditionem *Rabbi Moſis Maimonidis* (qui docente *D. Seb. Schmidio* in Epiſtola ad D. Jacobum Wellerum Editioni tractatuum Talmudicorum Schabbas & Erubhin præmiſſa, tantæ apud Judæos ubique autoritatis fuit, ut ſimilis illi vix reperiatur) Judæi Cordubenſis in *Jad chaſaka* הלכות איסורי ביאה Cap. XIII. ab init. Tom. J. fol. שלו fac. a. בשלשה דברים נכנסו ישראל לברית במילה וטבילה וקרבן *tribus rebus ingrediuntur Iſraelitæ in fœdus circumciſione, baptiſmo, & oblatione*: & paucis interjectis: וכן לדורות כשירצה הגוי ליכנס לברית ולהסתופף תחת כנפי השכינה ויקבל עליו עול תורה צריך מילה וטבילה והרצאת קרבן ואם נקבה היא טבילה וקרבן שנאמר ככם כגר מה אתם במילה וטבילה והרצאת קרבן אף הגר לדורות במילה וטבילה והרצאת קרבן ומה קרבן הגר עולת בהמה או שתי תורים או שני בני יונה ושניהן עולה ובזמן הזה שאין שם קרבן צריך מילה וטבילה וכשיבנה בית המקדש יביא קרבן *eodem modo in generationibus* (ceteris comparatum eſt) *quando voluerit Gentilis ingredi fœdus & hoſpitari ſub alis præſentiæ divinæ, & ſuſceperit in ſe jugum legis, opus eſt circumciſione, baptiſmo, & Korban: Si fœmina eſt, baptiſmo & Korban. quia dicitur*: (Num. XV. 15.) quales vos talis peregrinus. *quod vos eſtis per circumciſionem & baptiſmum & oblationem, etiam proſelytus eſt ſecundum generationes per circumciſionem, & per baptiſmum & oblationem. Sed quid Korban* (oblatio) *proſelyti? eſt Holocauſtum jumenti vel duorum turturum vel duorum pullorum columbæ, & ambo iſti* (par alterutrius) *eſt holocauſtum* (unum) *& hoc tempore, quo non datur Korban, opus eſt circumciſione & baptiſmo, quado vero ædificata fuerit domus Sanctuarii, offeret Korban*: plura adderem ex eodem Maimonide de prævio Proſelytorum juſtitiæ *examine*, de *privilegiis*, *tempore* quo recipi conſueverint aliisque niſi chartæ parcendum eſſet: qui opere hoc raro & pretioſo deſtituitur, ſitim ſatiabit lectione Diſp. XIV. *Paul. Slevogti* in Illuſtri Salana Prof. P. *de proſelytis Judæorum* ad Math. XXIII. 15. vel *Joan. Leuſden*. Diſſert. XXI. Philol. Hebr. Mixti, & *Johannis Seldeni* de J. N. & G. l. II. c. 2. p. 135. & ſeq. vel *Buxtorffii* in Lex Talm. fol. 407. & *Job. Druſii* de Sectis Judaicis l. 2. fol. 101. ſeq.

§. XIIX. *Secunda Proſelytorum claſſis* erat גרי תושב *Proſelytorum inquilinorum*, cujus appellationis rationem dat *Maimonides* in הלכות איסורי ביאה Cap. XIV. fol. שלז fac. b. ולמה נקרא שמו תושב לפי שמותר לנו להושיבו בינינו בארץ ישראל *& quare vocatur nomen ejus inquilinus? quia licet nobis ut eum habitare faciamus inter nos in terra Iſraelis*, vocantur etiam חסידי אומות העולם *pii Gentites Seculi*, *vel* גרי שער *proſelyti portæ* ex Deutr. XXIV. 21. hi præeunte *Hottingero* Theſauro Philol. l. I. c. 1. ſect. III. p. 19. vel ſola abſtinebant Idololatria, vel ſeptem Noachidarum præcepta *Buxtorfio* fol. 409. Lex Talm. e Tractatu Talmudico Sanedrin recenſita obſervabant, de quibus pro inſtituti ſui ratione egit DN. *D. Zentgravius* noſter *de Origine Juris Nat.* art. 9. §. 38. p. 199. & *de Origine Jur. Gent.* art. 1. §. 36. p. 53. 54. Notandus hic *Schindlerus* eſt, qui in Lexico Pentaglotto fol. 1530. rad צוה lit. *D.* ſcribit hæc præcepta Noachica *proſelytis illis, qui legem recipere & circumcidi volebant* impoſita fuiſſe, *nolentibus* enim circumcidi dabantur non volentibus. Veſtigia hujus proſelytorum diſtinctionis e ſacro codice accerſit *R. D. Kimchius* in Libro Radicum voce גור. הוא הנכרי הגר בארץ ישראל שקבל עליו שלא לעבוד עבודה זרה וכן ונמכר לגר תושב וכן כל גר שהזכירה תורה שהוא גר בארץ ישראל הוא שקבל עליו שלא לעבוד עבודה זרה ויש מהם שנתגייר מכל ושנתיחד והוא הגר

הגר שהזהירה תורה על ענין המצו׳ כמו האזרח והגר ולגר ולאזרח הארץ והגר הגר בתוככם לא יאכל דם *ille alienigena eſt proſelytus* (inquilinus) *in terra Iſraelis, qui in ſe ſuſcepit* (præceptum) *quod nec ſerviturus ſit Idololatriæ* ; *&* *ſic* (loquitur Moſes Lev. XXV. 47.) ita ut vendatur peregrino (*aut*) inquilino; *& hujuſmodi proſelytus eſt omnis ille, de quo lex meminit, quod tanquam peregrinus in terra Iſraelis ſuſceperit in ſe, ſe nec ſerviturum eſſe Idololatriæ, datur vero ex illis* (alius quoque) *qui proſelytus factus eſt & adjunctus ex omni* (qui legem univerſam in ſe ſuſcepit) *& hic ille proſelytus eſt, de quo lex mentionem facit juxta ſenſum præceptorum* ; (eam ſc. proſelytis obſervandam eſſe.) *e. gr.* (Levit. XVI. 29.) incola & peregrinus. (Numer. IX. 14.) tam peregrino quam indigenæ terræ. (Lev. XVII. 12. (peregrinus etiam peregrinans in medio veſtri non comedet ſanguinem. *Rabbi Schelemo Jarchi* ad *Deut.* XXIV. 14. *Non opprimes mercenarium pauperem & egenum de fratribus tuis*, או מגרך אשר בארצך בשעריך *aut de peregrino qui in terra tua, in portis tuis*, ita commentatur : מגרך זה גר צדק בשעריך זה גר תושב האוכל נבלו׳ de perigrino tuo : *hic eſt proſelytus juſtitiæ* ; in portis tuis: *hic eſt proſelytus inquilinus comedens morticinia*.

§. XIX. *Tertius Proſelytorum ordo* complectebatur שכירים *Mercenarios*; qui inter inquilinos & Gentiles cenſentur eſſe medii. Exod. XII. 45. תושב & שכיר diſtinguntur. Ubi *Rabbi Schelomo Jarchi* ad תושב notat. זה גר תושב *hic eſt proſelytus inquilinus*; ad שכיר vero : זה הגוי *hic eſt Gentilis*. Sed *R. Levi Barzelonita* aliam Mercenarii definitionem tradit libr. Chin. p. 17. שכיר הוא גר שמל ולא טבל שכן פירשו חכמים *Mercenarius proſelytus eſt circumciſus quidem, ſed non baptizatus: ſic enim interpretantur Sapientes* (Rabbini noſtri) in qua quid deſideret *Leuſdenius*, videatur ipſius diſſert. XXI. Philol. Hebr-mixt. p. 148. *Hottingerus* Theſ. Phil. p. 19. intelligit *mercenarios aut mechanicos peregrinos*, die fremden Handwercks-Geſellen qui ſtudio experientiæ ducti cum Judæis juxta leges præſcriptas verſabantur. Inſtituti noſtri non eſt, e Rabbinorum atque Philologorum commentariis de proſelytis Judæorum plura afferre; adeat qui velit præter ſupra citatos *e noſtratibus* D. *Gerhard*. Harmon. Evangel. parte II. Cap. CLVIII. p. 118. *Pfeiffer* Antiq. Hebr. C. I. p. 1. & ſeq. *Chriſt. Gerſon* Talmud l. I. cap. 33. *VVilhelm. Schickard.* in משפט המלך ſeu *de jure regio Hebræorum* cap. V. edit. Argent. p. 126. *e Romano-Catholicis* : *Raymundi Martini* Pugionem fidei fol. edit. Carpzov. 173. 177. 355. 457. cum *Joſeph. de Voiſin* animadverſionibus ; *e Reformatis : Joh. Chriſtophorum Cartvvrightum* Eboracenſem, in Electis Targumico-Rabbinicis ſive Annotat. ad Exod. Londini 1653. excuſis. Cap. XII. 19. p. 131. *Joh. Ligthfoot.* horis Hebraicis & Talmudicis edit. Carpzov. ad Matth. III. 6. p. 222. *Joh. Henricum Heidegger.* de Libertate Chriſtiana a Lege cibaria veteri. Cap. VII. p. 82. 83. & ſeq.

§. XX. Quæritur ergo hic: *ad quam Proſelytorum claſſem Nethinæi referendi ſint?* reſpondemus, ut ordini ſecundo *inquilinorum* ſive גרי תושב accenſeamus, omiſſis aliis obſtat *Traditio R. Moſis Maimonidis*, qui in ſupra citato opere *Jad Chaſaka* Tom. II. Hilcoth. בירת בחירה Cap. VII. fol. תנר fac. b. linea ultima meminit: ואין נותנין בתוכה מקום לגר תושב *non concedunt in medio* (urbe Hieroſolyma) *locum* (habitandi) *Proſelyto domicilii*. Nethinæos autem, Hieroſolymis domicilia quoque ſua conſtituiſſe notum faciemus; *neque tanquam Mercenarios*, qui artis duntaxat cujuſdam Mechanicæ addiſcendæ gratia patriam reliquerant, in Judæa habitaſſe, officii ratio mox proponenda oſtendet. Supereſt ergo *ut Proſelytis juſtitiæ* annumeremus Gabaonitas, licet non omnibus forte gaviſi fuerint bonorum temporalium privilegiis. Fatentur ſiquidem *Joſ.* IX. 9. ſe veniſſe: *propter nomen Jehovæ Dei Jehoſchuæ*; quid hoc aliud eſt, quam propter religionem ceremoniaſque Judæorum, & cultum univerſum ſuſcipiendum ſe veniſſe? vide Annotat. *D. Sebaſt. Schmid.* ad Gen. IV. 26. ad quod divinitus fama fuerunt excitati; nam pergunt : *quia audivimus famam ejus, ſcilicet omnia, quæ fecit in Ægypto :* verſ. 10. *omnia etiam quæ fecit duobus Regibus Emoræis, qui trans Jordanem* (erant) *Sichoni, Regi Cheſchboni, & Ogo Regi Baſchanis, qui in Aſtharoth* audiverant mirandam Jordanis trajectionem, mœniumque Hierichuntinorum ruinam; quibus aliiſque manu quaſi ad verum Dei Miraculorum iſtorum auctoris cultum ducebantur : *& qui conſervaſſet* eos Jehoſchua? niſi, abjurata Gentilis Idolomaniæ ſuperſtitione, ſanam religionem fuiſſent amplexi, cum non latuerit Principem optimum, quam ſevere Cananæorum extinctionem, ne ſeducerent Iſraelitas, demandaverit Deus Moſi *Exod.* XXIII. 32. 33. XXXIV. 12.

13.

13. 14. 15. *Deut.* VII. 2. 3. de qua re *Dn. D. Zentgravius* noster Differt. Academica *de Josua Hebræorum Principe* prout ubique solet, gravissimum tulit judicium. §. 18. p. 20. *Nobis divinam quoad Gentes has dispositionem intuentibus certum est, simplicem deditionem, juramento seposito, istas non fuisse ab internecione servaturam, nisi simul idololatriam, & scelerum consuetudinem una deponerent. Unde licet Josua & primores populi incaute ut loquitur Sandersonus juraverint, attamen cum religionem veram sint amplexi, devotos exitio non amplius esse colligere potuerunt, & quod ex materiæ incapacitate hoc nomine non esset illicitum, ratum illud & servandum esse censuerunt*; confer. *D. Calov.* Bibl. Illustrat. ad Jos. IX. 18. fol. 671. Imprimis vero *Augustinum* Tom. IV. Oper. Quæst. super Josua libr. VI. Quæst. 13. & 14. fol. Edit. Froben. 204. 205. Et hujus fidei suæ Timorisque erga Deum luculentum specimen edidere, cum non ad privatam vindictam sed *tantum iram Dei expiandam*, pro intempestiva suorum cœde a Saule illata, *septem viros de filiis ejus Jehovæ suspendendos exposcerent*; ceu 2. Sam. XXI. 6. videmus; ad quem locum B. D. *Seb. Schmidius* noster fol. 951. *Sed unde, inquis, tanta Gibeonitis pietas atque sapientia? Resp. Gibeonitæ non erant religione Gentiles, sed in religione vera bene instituti: nam ministrabant sacris Jehova, hauriendo aquas & cædendo ligna, quod Idololatris nunquam concessum fuisset, versabanturque semper cum Sacerdotibus, a quibus sine dubio probe eruditi sunt.*

§. XXI. Quæris porro: *num Gibeonitæ fuerint circumcisi?* respondeo: e modo dictis facile conjici, eos sanctissimo religionis Judaicæ sacramento circumcisione scilicet initiatos fuisse: quoniam *ad sacra Israelitica admitti cupiebant*; id quod nemini nisi circumciso licitum fuit, ceu Exod. XII. 40. docemur; hinc nunquam satis celebratus *D. Seb. Schmidius* tractat de circumcis. part. II. c. 7. p. 479. *Israelitæ*, inquit, *circumcidi debebant sub comminationis periculo:* (Gen. XVII. 14.) *Si masculus præputiatus fuerit carnem præputii sui, exscindetur anima illa e populis. At proselytus maledictioni non subjacebat, propter circumcisionem non usurpatam: nisi contra præceptum divinum accederet ad sacra populi Israelitici non circumcisus*; ceterum de Gibeonitarum Religione legi meretur *Serarius* comment. in Jos. quæst. 7. fol. 205. seq. & *Cosmas Magallianus* Bracharensis e Soc. J. Theologus comment. in Jos. C. IX. fol. 326. ubi *cultui veri Dei adscriptos esse* dicit. *Nicol. de Lyra*; qui 1. Par. IX. 2. *Eos ad Judaismum conversos fuisse pronunciat. Masius*, (aliter quam Serario videbatur sub init. quæst. 7.) *fidem sanctam, puramque religionem* Gibeonitis attribuens. Tom. I. Crit. Sacror. Annot. ad Jos. fol. 1649. *Pelicanus* comment. in Jos. fol. XI. b. *fideles* vocat. *Georgius Hornius* annot. ad Sulpicii Severi Presbyteri Historiam Sacr. l. 1. p. 118. *Gabaonitas suscepisse circumcisionem & Judaismum*; & *Brentius* noster comment. in Jos. fol. 58. *religionem veram agnovisse* testantur. Si consideremus porro, Nethinæos in officio suo sacro *a Davide fuisse confirmatos; peculiares urbes occupasse*, quis non a Gentilismi fecibus immunes pronunciabit? neque Sacerdotalis ordinis ceteri *ad immunitatis regiæ Societatem* admisissent Nethinæos, nisi eadem quoque religione fuissent imbuti; memorabilis in hanc rem *Esræ* VII. 24. locus est, quo Persarum Rex Artachschaschtha Sacerdotibus, Levitis, Cantoribus, Janitoribus, *Nethinæis* & ministris domus Dei hujus *canonem, tributum, & vectigal imponi vetuisse legitur. Rabbi Schlomo Jarchi* Esræ verba chaldaica sic *παραφράζει*. ולכם אנו מודיעים אשר כל הכהנים והלוים המשוררים והשוערים והנתינין שהם חוטבי עצים ושואבי מים למזבח ועובדים בבית זה של הקב״ה לא ישלוט אדם עליהם להשליך עליהם מס וכסף גלגלות אלא יהיו בני חורין מעבודת המלך. *Porro vobis nos notum facientes sumus, quod in omnes Sacerdotes, Levitas, Cantores, Janitores & Nethinæos, qui sunt findentes ligna & haurientes aquam pro Altari, Ministrosque in Domo hac Sancti Benedicti illius non dominetur ullus hominum, ut imponat illis tributum, vel argentum Capitationis, sed sint filii liberi a servitio Regis.* Hinc Rabbini quoque, ubi Judæi rerum potiebantur, ejusmodi privilegia sibi arrogabant; prout *Buxtorffius* refert Synagog. Judaic. Cap. 46. p. 672. an vero *Bellarminus* exemptionem Clericorum ceu jure divino positivo legitimam convenienter ex hoc Esræ loco afferat, videatur *Danielis Chamieri* Delphinatis Panstratiæ Catholicæ supplementum Tom. IV. l. 4. cap. XI. §. 6. 7. fol. m. 169. b.

§. XXII. Quæritur nunc *quodnam munus gesserint Nethinæi? quibus officia sua præstiterint?* & *quamdiu?* a munere militari remotam Nethinæorum functionem fuisse quilibet cui Scripturæ loca

curæ sunt facile contra Fœrsteri Lexicon fol. 532. animadvertet; cum Regum fratres Apanagiatos Nethinæorum nomine ullibi venire neutiquam possit probari; neque illos tanquam Arcis Ophelicæ Custodes seditiosis pacis publicæ turbatoribus fuisse oppositos. Altera quoque muneris Nethinæorum posteriorum descriptio, quam Fœrsterus loco citato attulit, justo videtur esse latior. *Deinde* autem (*inquiens*) *post Reges & reditum ex Babylone alii ita quoque sunt appellati, qui sacerdotibus necessaria suppeditarent, a dando seu porrigendo nomen habentes*; taceo activam nominis derivationem supra eliminatam esse; posset præterea alicui cum *Cosma Magaliano* comment. in Jos. C. IX. sect. II. vers. 20. & 21. fol. 325. in mentem venire, quasi quodam *Parochorum* officio functi fuerint Nethinæi, non illorum quidem, qui alio vocabulo παράνυμφοι & Νυμφευταὶ, πάροχοι vero vocantur monente *Guil. Budæo* comment. Ling. Græc. fol. 1223. παρὰ τὸ παροχεῖσθαι καὶ συνοχεῖσθαι τοῖς Νυμφίοις καὶ ταῖς Νύμφαις; h. e. *eodem vehiculo vehi*; de quibus *Julius Pollux* Onomast. l. III. c. 3. §. 4. fol. Edit. Seber. 137. 43. ὁ δὲ καλούμενος παρανύμφιος, νυμφευτὴς ὀνομάζεται καὶ πάροχος; & *Suidas in* πάροχ: πάροχος ὁ ἀναβαίνων εἰς τὸ ἅρμα τὸ ζεῦγος. πάροχοι λέγονται καὶ οἱ παράνυμφοι, παρὰ τὸ παροχεῖσθαι τοῖς Νυμφίοις. ἐπ' ὀχήματος γὰρ τὰς Νύμφας ἦγον. *Parochus est is proprie, qui conscendit in currum bijugum. Parochi etiam vocabantur Paranymphi, quia juxta sponsam sedebant. Sponsas enim in curru vehebant*; nec non *Hesychius* in Νυμφαγωγός fol. 671. καλεῖται γὰρ πάροχος τῶν φίλων τις ὃς ἐπὶ τῷ ὀχήματι ἅμα τῇ Νύμφῃ καὶ τῷ Νυμφίῳ ὀχούμενος οἷον παράνυμφος: *dicitur enim Parochus amicorum aliquis, qui in curru una cum sponsa & sponso vehitur instar paranymphi*. Neque etiam eorum, quorum meminit *Horatius Flaccus* l. II. Sermon. Satyr. Eclog. VIII. vers. 35.

- - - - vertere pallor
Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres
Potores:

cum Nasidienus ipse convivator qui cœnam præbuit intelligatur; de quo confer. *commentatorem veterem*, qui cum *Jacobi Cruquii* Messenii Litterarum apud Brugenses Professoris enarrationibus & *Jani Dousæ* Nordovicis commentariolo prodiit Lugd. Bat. in Quarto 1597. & *Christophorum Landinum* comment. in Q. Horat. fol. 988. ad l. c. *Sed eorum*, de quibus *Horatius* lib. I. serm. Satyr. Eclog. v. sive ὁδοιπορικῷ vers. 45. inquit:

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & parochi, *quæ debent ligna salemque*.

horum enim cura fuit, legatis publice missis vel peregrinis ligna & salem præbere aliaque necessaria juxta *Helenium Acronem* comment. ad Horat. fol. 312. & *Christoph. Landinum* fol. 954. qui parochos hos ἀπὸ τοῦ παρέχειν derivant. Verum enim vero Parochi illi vel Xenoparochi hospitibus multa præter ligna salemque necessaria alia suppeditare tenebantur. Nethinæi vero nostri sive Gabaonitæ ex decreto Jehoschuæ Principumque *lignis cædendis*, & *hauriendis aquis* duntaxat destinati erant; ceu *Jos.* IX. 21. 23. 27. ostendit phrasis חטבי עצים ושאבי מים, quam LXX. Interpretes permutarunt cum ξυλοκόποι καὶ ὑδροφόροι; quod officii genus circa sacra olim apud Romanos a Victimariis præstitum fuisse *e Rosini Antiquitatibus* conspicies l. III. c. 30. voce VICTIMARII fol. 316. ceterum aquam portare servile fuit; hinc *Athenæus*. ὁ Ἐπειὸς ὑδροφόρει τοῖς Ἀτρείδαις ὡς καὶ Στησίχορός φησιν· ᾤκτειρε γὰρ αὐτὸν ὕδωρ δεὶ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσι. Et facile est cogitatu multum sudoris atque molestiæ Nethinæos *vilioris obsequio ministerii*, ut cum *Divo Ambrosio* Mediolanensium præsule l. III. Offic. c. X. sub finem loquar, devoravisse.

§. XXIII. *Quibus* vero officia exhibuerint Nethinæi, non omnibus convenit. *Buxtorffius* in Lex. Talmud. fol. 149. putat Nethinæos *a Jehosua in Castris toti populi adjunctos. A Davide deinceps in ministerium Levitarum consecratos fuisse*, cui adde *Joh. Saubertum* de sacerdotio Hebræorum C. XI. fol. 662. & *Sulpicium Severum* Presbyterum. Histor. Sacr. l. I. p. 118. qui eo fine *Josephum* (l. V. Antiq. Jud. Cap. I. f. m. 139.] eos δημοσίους appellasse censet *Sanctes Pagninus* Lucensis in suo אוצר לשון הקודש fol. 1526. in genere notat, quod נתינים ceciderint ligna & hauserint aquas *filiis Israel*. *Schindlerus* in Lexic. *toti cœtui quamdiu fuit in castris ante terræ divisionem, domui Dei templo exstructo* Nethinæorum servitia assignat, *cœtui atque aræ Dei mancipatos* vocat *Masius* ad Jos. IX. 26. 27. T. I. Crit. Sacror. fol. 1650. *cum Drusio* fol. 1658. conferatur *L. Osiander* ad Jos. IX. 23. fol. 41. *Rabbi Moses Gerundensis* existimat, eos *cuilibet e populo* serviisse etiam *post terræ partitionem*. Alii cum *B. Hieronymo* Quæst. seu

ſeu Tradit. Hebr. in 1. Paralip. IX. 2. Tom. III. Oper. fol. 167. *Brentio* comment. in Joſ. C. IX. fol. 59. *Fridlib.* Theol. Exeget. ad Eſr. II. 43. fol. 509. *Calov.* ad Joſ. IX. *VVagenſeil* in Sota fel. 45. *Menochio* de Rep. Hebr. fol. 118. *Sanctio* ad Eſdr. 58. fol. 43. *Eſtio* ad Eſr II. 42. 54. fol. 278. b. *Vatabl.* ad Eſr. II. 43. Tom. II. Crit. Sacror. fol. 284. &c. Nethinæorum officia Negotiis tantummodo ſacris attribuunt.

§. XXIV. Hic maxime conſultum erit locutiones SS. ad animum revocare. *Joſ.* IX. 21. dicitur· יחיו ויהיו חטבי עצים ושאבי מים לכל העדה *Vivant, ſed facti* (tamen) *ſunt cæſores lignorum & haurientes aquas toti congregationi*, & v. 23. ועתה ארורים אתם ולא יכרת מכם עבד וחטבי עצים ושואבי מים לבית אלהי *quapropter maledicti vos* (eritis) *ita ut non exſcindatur ex vobis ſervus & cæſores lignorum haurientes aquas Domui Dei mei*, qui Nethinæorum officia rebus duntaxat ſacris admetiuntur, dicunt per לכל העדה v. 21. nihil aliud intelligi quam לבית אלהי verſ. 23. & עדה non denotare univerſam populi multitudinem, *ſed conventum ſacrum vel Eccleſiaſticum*. Si Etymologiam Radicis יעד conſideremus, עדה ſignificat iſtiuſmodi cœtum, *qui certo & præfixo quodam tempore convenit ad certam aliquam rem ſolenni ritu & publica autoritate conſtituendam*: in quo etiam juxta *Eduardi Leigk* Equitis & Aulę Magdalenæ Oxonii Ppæpoſiti Crit. Sacr. fol. 166. a קהל differt, *quod hoc congregationem hominum non habentem certum tempus nec locum indictum* denotet. Sed conventus iſte non præciſe *negotiorum ſacrorum tractationem* includit, populus ad res ſeculares expediendas conveniens etiam dicitur עדה prout *B. D. Geierus* obſervat comment. in Pſalm. CXI. v. 1. fol. Edit. poſt 2083. prioris vero in quarto 727. adde *D. Seb. Schmidium* noſtrum comment. ad Jerem. VI. 18. p. 231. imo accipitur *pro promiſcua populi multitudine*. Unde *Luth.* ſæpe tranſtulit *gemeine Volk. Leute* quid vero hic loci denotet verſus 27. Cap. IX. indicat. ויתנם יהושע ביום ההוא חטבי עצים ושואבי מים לעדה ולמזבח יהוה עד היום הזה אל המקום אשר יבחר *dedit inquam eos Jehoſchua in die hoc, cæſores lignorum & haurientes aquas congregationi; inprimis altari Jehovæ, uſque ad diem hunc ad locum quem electurus eſſet*: לעדה ולמזבח, ubi vox prior habet accentum diſtinctivum Athnach, qui impedit quominus vox poſterior ἐξηγητικῶς accipiatur, *quaſi congregatio idem eſſet ac altare*. deſignat itaque particula Vav in voce ולמזבח diſtinctum quid a priori לעדה ad minimum *quoad Excellentiam*, ſicut *Verſio Schmidiana* indicat per vocabulum *inprimis*, quo ſenſu occurrit *Joſ.* C. II. 1. לכו ראו את הארץ ואת יריחו *ite videte terram inprimis Jerichuntem*. & vocula καὶ *Marc.* XVI. 7. εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ *dicite diſcipulis ejus & Petro* i. e. inprimis Petro, in quem locum egregie commentatus eſt *Theophil.* Bulgariæ Archi-Epiſcopus fol. Edit. Pariſ. 289. A. B. τὸν Πέτρον χωρίζει ἀπὸ τῶν μαθητῶν, ὡς κορυφαῖον κατ' ἐξοχὴν αὐτὸν ὀνομάζων ἐκτὸς ἐκείνων. ἢ ἐπειδὴ ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, ἐὰν ἦλθον καὶ εἶπον αἱ γυναῖκες, ὅτι προσετάγημεν εἰπεῖν τοῖς μαθηταῖς. εἶπεν ἂν ὁ Πέτρος. ἐγὼ ἠρνησάμην. λοιπὸν μαθητὴς αὐτοῦ οὐκ εἰμί. ἀπέβαλον οὖν ἐμέ. ἐβδελύξατό με, τούτου οὖν ἕνεκεν προστίθησι τὸ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ἵνα μὴ σκανδαλισθῇ ὁ Πέτρος, ὡς αὐτὸς μὴ λόγου ἀξιωθεὶς διὰ ἀρνησάμενος. καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ συντάττεσθαι τοῖς μαθηταῖς ἄξιος ὤν. *Petrum ab aliis diſcipulis ut præcipuum ſegregat, ac ab hoc excellentiam nominat illum præ aliis, vel quia negaverat Petrus ſi veniſſent, mulieres & dixiſſent, quod præceptum eſſet eis ut annunciarent diſcipulis, dixiſſet Petrus. Ego negavi eum, jam non ſum illius Diſcipulus, abjecit igitur me, abominatus eſt me. Illius igitur gratia apponit & Petro, ut ne offendatur Petrus tanquam ipſius non ſit habita ratio, utpote qui negarit, & propterea indignus ſit, qui aliis diſcipulis connumeretur*, adhibeatur quoque Canon. III. libr. III. tract. 7. *Philologiæ Glaſſianæ* p. m. 903. edit. vero veteris 589. primaria itaque Gibeonitarum vel Nethinæorum functio circa miniſterirm rerum ſacrarum, Altaris ſc. ſive ſacrificiorum verſabatur, ad quod poſtmodum ſolenni Davidis edicto Eſr. VIII. 20. ſolitarie fuerunt auctorati. Edicto vero Joſuano ad minimum per tempus aliquod dum in Caſtris vivebat, populo univerſo ſervitia ſua ligna cædendo ac hauriendo aquam exhibere tenebantur.

§. XXV. *Atqui ob feſtum ξυλοφορείων multum laboris forte Nethinæis decedebat*, in iſto enim ſecundum *Joſep.* L. II. de Bello Judaico Cap. XXX. fol. 82. B. πᾶσιν ἔθος ὕλην τῷ βωμῷ προσφέρειν, ὅπως μή ποτε τροφὴ τῷ πυρὶ λίποιτο, διαμένει γὰρ ἄσβεστον ἀεί. *mos eſt omnibus materiam ad altare congerere, ne unquam eſca deficiat igni, ſemper enim inextinguibilis perſeverat.* Hoc feſtum olim habe-

bebatur die 22. Menſis Eccleſiaſtici quinti ſive politici Undecimi אב dicti quaſi *pater* a fœcunditate & pubertate vel etiam a præſtantia & exceſſu caloris, prout Excell. Dom. *Julius Reicheltus* noſter diſſert. Academica *de Aſtronomia Hebræorum inprimis autem Biblica 1660. 29.* Mart. ſub *præſidio Scheidiano* ſolenniter defenſa p. 27. §. explicuit. Unde etiam menſis ille Julio noſtro fere reſpondens (referente *R. Jacob filio R. Aſcher* in magnæ autoritatis libro ארבע טורים *Arba Turim* ſive *quatuor ordines* appellato, parte prima אירח חיים *Orach chaiim*, *Via vitæ*. excuſ. venetiis apud Bomberg. anno 282. i. e. 1522.) מלך nomen accepit, quia ſcilicet in eo erant cædentes ligna ad oblationem, menſes etenim feſtum diem complectentes מלכים *Reges* vocabantur Feſti hujus origo a quibuſdam ad tempora Nehemiæ refertur, cum enim novum cum Deo fœdus inirent Judæi, dixerunt Nehem. X. 34. & juxta Clod. 35. והגורלות הפלנו על קרבן העצים הכהנים הלוים להביא לבית אלהינו לבית אבתינו לעתים מזמנים שנה בשנה לבער על מזבח יהוה אלהינו ככתוב בתורה *ſorteſque jecimus ſuper oblatione lignorum, Sacerdotes, Levitæ, & populus, ad adducendum domum Dei noſtri, juxta domos patrum noſtrorum ad tempora deſtinata, ſingulis annis: ad acccendendum ſuper altari Jehovæ Dei noſtri ſecundum quod ſcriptum* (eſt) *in lege* (Lev. VI. 5.) ubi LXX. Interpretes על קרבן העצים verterunt per περὶ κλήρυ ξυλοφορείας. *Cum igitur lignorum ferundorum die, ligna omnes ferrent*, quærit *Serarius* quæſt. XVIII. fol. 214. *ubi erant & quid agebant Gabaonitæ? An ſponte his lignariam ſervitutem ademit populus? an ob valde imminutum eorum a Saule numerum 2. Reg. 21. An ob majorem quandam & abundantiorem illati eis detrimenti compenſationem? An ea populi religio ac pietas fuit, ut præclarum ducerent, ſibique ipſis ultro depoſcerent, ad Dei venerationem & publicam altaris liturgiam vile alioquin & contemptum calonum munus? An vero potius populus, prout cuique ſors obtigerat, aut eum ſtimulabat devotio: ligna e ſuis aut Sylvis aut ſylvarum portionibus deſignabat, aut ex alienis coemebat, quæ Deo tunc, ſtantia quidem & nondum cæſa offerret, ea vero Gabaonitæ poſtea cæderent, & ad Templum deportarent? Sic enim & populi mos & Gabaonitarum obſequium cohærent optime*, verum non optime cohærent, mos enim populi fuit *convehere* ligna vel *comportare* non *deſtinare* tantum, dicimus itaque: Laborioſam Nethinæorum functionem feſto ξυλοφορείας *quadantenus imminutam fuiſſe non tamen ceſſaſſe prorſus*, cum Joſephus memoret πᾶσιν ἔθος εἶναι προσφέρειν ὕλην *omnibus mos eſt ligna conferre*. E. etiam Nethinæis, *deinde* Feſtum ξυλοφορείων *æterno igni alendo* deſtinatum erat, uti ex citato Lev. VI. 5. patet. Sed major multo imo incredibilis lignorum copia pro tot ſacrificiorum myriadibus requirebatur, *tertio*, in feſtivitate populus licet congeſſerit ligna ad templum, Nethinæorum tamen fuit ea *in atrium interius & ad templi culinas deferre*, *quarto*, Nethinæorum officium non tantum in portandis lignis, ſed & *hauriendis afferendiſque aquis conſiſtebat*, conſerantur *Menochius* de Republ. Hebrær. l. II. c. 4. fol. 119. & *Calov.* Bibl. Illuſtrat. ad Joſ. IX. 21. fol. 672. a.

§. XXXI. Quæritur inſuper, *an Nethinæorum ſervitus ceſſaverit ob Piſcinam probaticam* vulgo dictam & *fontem perennis aquæ?* reſpondetur de duobus locis diſtincte agendum eſſe, de lacu iſto *Piſcina probatica* appellato agitur Joh. V. 2. quem *Theophylactus* comment. in Joh. fol. 623. ſic legit. ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα ἡ ἐπιλεγομένη ἑβραϊστὶ Βηθσαϊδά, πέντε στοὰς ἔχουσα. *Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina: quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinque porticus habens*, rationem appellationis reddit hanc: προβατικὴ δὲ ἐλέγετο ἡ κολυμβήθρα, διότι τὰ πρὸς θυσίαν πρόβατα ἐκεῖ συνήγετο, καὶ τὰ ἔγκατα αὐτῶν ἐπλύνοντο ἐκεῖ *probatica autem dicebatur piſcina, eo quod oves illic ad ſacrificium congregabantur, & inteſtina eorum abluebantur*. Codex vero Pariſienſis *a Roberto Stephano* παλαιοτάτοις ἑκκαίδεκα αὐτογράφοις ὡς οἷον ἐπιμελέστατα *cum vetuſtiſſimis ſedecim ſcriptis exemplaribus, quanta maxima potuit cura & diligentia*, ut præfatio habet, collatus emiſſuſque ita profert: ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα ἡ ἐπιλεγομένη ἑβραϊστὶ Βηθεσδά, πέντε στοὰς ἔχουσα: quam lectionem B. Dn. *D. Seb. Schmidius* noſter ſecutus ſic vertit. *Eſt autem in Hieroſolymis juxta Probaticam* (ovilem) *lacus, quæ cognominatur Hebraice Betheſda* (h. e. domus miſericordiæ) *quinque Stoas habens*, ita ut probatica & κολυμβήθρα diſtinguatur. & per probaticam intelligatur porta Hieroſolymitana Hebraice שער הצאן *porta Gregis*. a *Sept. Interpr.* πύλη προβατικὴ Neh. III. 132. dicta ἀπὸ τῶν Προβάτων ab ovibus, *vel quod prope eam forum & ſtabula ovium inprimis in uſum*

ſa-

ſacrificiorum fuerunt, juxta *D. Seb. Schmid.* Paraphr. in Joh. p. 49. vel quia oves immolandæ per eam adducebantur Templo vicinam, aut oves emittebantur in paſtum, ut *Maldonatus* opinatur comment. in Joh. C. V. 2. fol. 280. a. & quamvis alii aliter legant, prout apud citatum modo *Maldonatum* S. J. Theologum comment. in Joh. fol. 279. videre eſt, varietque vox altera, dum vel בית אשדא *Bethesda domus effuſſionis*, vel בית עדרא *Bethſedra*, *domus Gregis*, vel juxta Syrum Paraphraſtem, quod a Luth. & Schmidio præfertur, בית חסדא *domus miſericordiæ ſive Benignitatis*, habeant, de quo legi meretur *D. Polycarpus Lyſerus* Harmon. Evangel. Cap. XLV. fol. m. 164. & 195. nos id tantum animadvertimus, juxta omnium, quorum ſcripta conſulere datum erat, autorum ſententiam hic κολυμβήθραν etiam *aquarum receptaculum* quoddam denotare *ſive locum a natantibus abluentibusque frequentatum* ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod idem eſt ac νέω, νήχομαι, nato, abluo, in quem ſenſum *Paraphraſtes Syrus* tranſtulit *Joh.* V. 2. דוכתא חדא דמעמודיתו *duchto chedo demamuditho*, *locum quendam ablutionis*, ab עמד dictum, quod apud Arabes Syrosque *tingere* ſignificat, *baptizare*, prout coujugata a *Mart. Troſtio* Lex. Syriaco f. 489. allata teſtantur. Unde (cum *Petrus Comeſtor* Hiſtor. Evang. cap. 81. ſcribat: *Nathinæos lavare hoſtias ſolitos in piſcina hac*, item in libro 3. Reg. cap. 19. *Nathinæi prius lavabant membra hoſtiarum in piſcina probatica, & lota tradebant ſacerdotibus*, nec diſſimilia legantur apud *Borchardum* 1. parte cap. 7. §. 43. & *Adricomium* in deſcriptione Jeruſalem §. 62. teſte *Sebaſtiano Barradio* Oliſiponenſi Soc. J. Doctore Theologo & in Eborenſi Academia quondam Sacr. lit. Profeſſore, commentar. in Concord. & Hiſtor. Evangel. libr. II. Cap. I. fol. 358. b. licet alii cum *Abulenſi* 3. Reg. 7. quæſt. 15. negent Hoſtiarum ablutionem ad Nethinæos pertinuiſſe *Hieronymi* forte autoritate moti, qui Tom. III. Oper. *de locis Hebraicis* ſub finem literæ B. fol. 181. a. dicit: *Bethſda, piſcina in Hieruſalem quæ vocabatur* προβατική *& a nobis interpretari poteſt pecualis, hæc quinque quondam porticus habuit, oſtenduntur que gemini lacus, quorum unus hybernis pluviis adimpleri ſolet, alter mirum in modum rubens, quaſi cruentis aquis, antiqui in ſe operis ſigna teſtatur, nam hoſtias in eo lavari a Sacerdotibus ſolitas ferunt, unde &* *nomen accepit*,) quæreret aliquis? *Num Nethinæorum opera vel pro hoſtiis abluendis vel pro aquis afferendis opus fuerit ob lacus iſtius propinquitatem ad radices montis Morijæ ſiti? & annon ideo ceſſaverit potius eorum miniſterium?*

§. XXVII. Alterum dubium *e fonte perennis aquæ* ſubnaſcitur, cujus mentio fit apud *C. Corn. Tacitum* Hiſtor. V. 12. 1. circa deſcriptionem Hieroſolymæ, qui utrum idem cum κρήνη Ἀρχιερέως *fonte ſummi Sacerdotis*, de quo agit *Euſebius Pamphili* Præparat. Evangel. l. IX. Cap. 37. fol. m. 453. divinando aſſequi non poſſum, a priori, quem eodem Cap. refert ex Philone *Euſebius* diverſus eſſe facile judicatur, cum ille *fons perennis aquæ* vocetur a Tacito, hic vero dicatur ἐν μὲν τῷ χειμῶνι ξηραίνεσθαι, ἐν δὲ τῷ θέρει πληροῦσθαι. *hyeme areſcere, ac rurſum æſtate ubertim fluere*, hinc eadem emergit quæſtio, *an non Nethinæi ob fontem iſtum perennis aquę ab aquę portandę officio fuerint liberati?* reſpondemus: Tacitum fontem hunc non in Templo collocare, at circa deſcriptionem urbis Hieroſolymitanæ, ejus duntaxat memoriam inire. Sacra Scriptura ad minimum ejuſmodi fontem tacet. Sed ponamus in Templi vicinia fuiſſe fontem, quis non intelligit? plus tantum commodi vel minus moleſtiæ, Nethinæos ex propinquitate tam lacus iſtius Piſcina Probatica vel Bethſda dicti, quam fontis perennis aquæ, non vero plenariam a labore omni vacationem habuiſſe; maxima quippe aquarum copia ad implendas Conchas, ad pavimenta quoque & Templi macella eluenda requirebatur: quarum apparatus in bajulos iſtos ſacros redundabat.

§. XXVIII. *Quamdiu Nethinæorum ſervitus duraverit*, in Scriptura Sacra præciſe definitum non eſt; ex ultimo Cap. IX. Joſuani verſu videtur *ultra Templi Hieroſolymitani deſtructionem officium eorum extendendum non eſſe*: illud enim per המקום אשר יבחר *locum quem* (Deus) *electurus eſſet*, intelligi ex 2. Chron. VII. 12. inclareſcere arbitror, ubi Jehova Schelomoni Regi apparens noctu dixit de Templo Hieroſolymitano loquens: בחרתי במקום הזה לי לבית זבח *Elegi locum hunc mihi in domum ſacrificii*. Atqui, obvertis, *ad Ambroſii uſque ætatem* continuata Nethinæorum functio eſt; quippe qui lib. III. offic. c. 10. ſub finem p. edit. Bœcler. 392. inquit. *Mulctavit eos* (Gibeonitas Joſua) *vilioris obſequio miniſterii, clementior ſententia, ſed diuturnior; manet enim of-*

ficiis pœna veteris aſtutiæ hæreditario in hunc diem miniſterio deputata. Ambroſius autem electus ex Inſubriæ & Liguriæ Præſide Epiſcopus Mediolanenſis notante *B. D. Bebelio* Avunculo meo Tom. I. Sec. IV. Antiq. Eccleſ. p. 11. circa annum Chriſti 374. floruiſſe, Vita vero juxta Baronii calculum 357. functus fuiſſe putatur; de quo confer elegantem tractationem *Eliæ du Pin* Doctoris Sorbonici, Regiique in Academia Pariſienſi Profeſſoris; *dans ſa nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques* partie II. du Tome ſecond des Auteurs du quatrieme Siecle de l'Egliſe p. edit. Pariſ. in 8. 739. inprimis, quæ notis habetur p. 870. Verum Phraſis Ambroſiana *in hunc diem* ſcriptum potius Joſuanum κατὰ μίμησιν quam tempus quo vivebat Pater, reſpicere videtur; adde *Serarium* ad Joſ. IX. Quæſt. 15. p. 212. ſub finem.

§. XXIX. Ceterum *quo gradu honoris æſtimati olim fuerint Nethinæi, e Rabbi Moſe Ben Maimon* diſces הלכות מתנות עניים Hilcoth Mithnoth Ainiim cap. 8. ſub finem Tom. II. Oper. fol תכה fac. a. היו לפנינו עניים הרבה או שבוים הרבה ואין בכיס כדי לפרנס או כדי לכסות או כדי לפדות את כולן מקדימין את הכהן ללוי ולוי לישראל וישראל לחלל וחלל לשתוקי ושתוקי לאסופי ואסופי לממזר וממזר לנתין ונתין לגר שהנתין גדול עמנו בקדושה וגר קודם לעבד משוחרר לפי שהיה בכלל ארור וג *ſi verſantur coram nobis pauperes multi, vel captivi multi, & non eſt in loculo* (quod ſufficiat) *ſive ad nutriendum ſive ad veſtiendum vel ad liberandum omnes, præferunt Sacerdotem Levitæ, & Levitam Iſraelitæ, & Iſraelitam profano, & profanum ex incerto patre nato, ex incerto patre natum expoſito, expoſitum Mamſeri* (e turpi coitu progenito) *Mamſerem Nethinæo, & Nethinæum proſelyto, Nethinæus enim magni fit apud nos ob ſanctitatem; & proſelytus prior eſt ſervo manumiſſo, quia hic fuit prorſus maledictus*; niſi ad finem properaremus, adderentur plura *ex Horajoth Jeruſchalmi* fol. 48. col. 2. cui vero libri copia non eſt, inſpiciat textum Talmudicum apud *VVagenſeil* in Sota p. 568. & 569. *cum Verſione Lightfootiana* Horis Hebraic. in Evangel. Matth. Cap. XXIII. verſ. 14. p. edit. Carpzov. 429. conferat etiam *Selden.* de Jure Nat. & Gent. L. VI. cap. 19. p. 819. *Lundiumque* lib. IV. cap. 7. de Gibeonitidis §. 8. fol. 759. a.

§. XXX. Circa *Nethinæorum connubia* quæritur, *utrum illi cum veris Iſraelitis matrimonio jungi potuerint?* pro negativa Rabbini duo decreta afferunt, temporarium alterum a Jehoſchua, alterum vero perpetuum a Davide promulgatum; ceu patet e *Moſe Maimonide* Hilcoth איסורי ביאה Cap. XII. ſub finem fol. שלו fac. a. Tom. I. Oper. יהושע גזר עליהם שיהיו אסורים לבא בקהל אחד זכרי' ואחד נקבות ולא אסר אותם אלא בזמן שיש מקדש שנאמר והוטבי עצים ושואבי מים לבית אלהי תלה הרחקתם במקדש והם הנקראים נתינים לפי שנתנם לעבודת המקדש באדוד ונזר עליהם שלא יכנסו בקהל לעולם ואפילו בזמן שאין מקדש וכן מפורש בעזרא ומן הנתינים שנתן דוד והשרים לעבודת הלוים הא למדת שלא תלה אותם במקדש *Jehoſchua decrevit ſuper eos* (Gibeonitas) *ut vetarentur introire in cœtum* (per matrimonium) *tam mares quam fœminæ. Sed non prohibuit eis* (matrimonia) *niſi tempore Sanctuarii; quia dicitur* (Joſ. IX. 23.) & cæſores lignorum & haurientes aquas domui Dei mei, *ſuſpendit elongationem eorum a Sanctuario; & vocantur* נתינים *quia dedit eos ad ſervitia ſanctuarii; venit David & decrevit ſuper eos, ne introirent in cœtum in æternum etiam eo tempore quo non futurum eſſet Sanctuarium, & ſic exponitur in Eſra.* (VIII. 20.) At de Nethinæis quos dedit David & Principes ad miniſterium Levitarum. *Ecce diſcis quod non ſuſpenderit eos a templo.* (interdictum Templi exiſtentiam non involvere) quibus paria leguntur in codice MS. *Ez Hechaiim in Hilchot Nidda* C. X. apud *VVagenſeil* in Sota fol. 145. Hæc Rabbinorum placita, cum Sacræ Scripturæ neutiquam adverſentur, in controverſiam non vocabimus, inprimis quia ex cap. 21. poſt. Samuelis conſtat, Gibeonitas tempore Davidis *peculiarem adhuc nationem conſtituiſſe*, quod in promiſcue matrimonia contrahendi licentia fieri non potuiſſet; rationem vero impugno, cujus intuitu Doctores Talmudici, ceu præter allegatos modo *Maimonidis & Ez chajim* commentarios Ipſa Maſſechet l. Jebammoth C. 8. Seder III. Naſchim fol. עה fac. b. teſtatur, id aſſerant; *ob crudelitatem ſcilicet illam*, qua haud aliter quam ſeptem filiorum Saulis ſuſpendio placari poterant Gibeonitæ. Hos enim *non crudelitatis cujuſdam ſed zeli pii* pro obtinenda iræ divinæ expiatione *ſtimulo* impulſos ſuſpendium ſeptem filiorum Saulis poſtulaſſe, prout ſupra *e B. D. Schmidio* noſtro comment. ad 2. Sam. XXI. 4. 5. 6. p. 951. probavimus, haud dubie ſapientiſſimum religioſiſſimumque Principem Davidem minime latuit; qui

ita-

itaque causa hæc ad condendam de matrimonio cum Israelitis non ineundo prohibitionem illum movisset? nec majorem applausum meretur inaudita *Jacobi Boulduc* de Ecclesf. ante legem l. 1. c. 5. sententia; qua *Josephum S. Mariæ Sponsum e Nethinæorum Gente* prodiisse affirmat apud *Selden.* de J. N. & G. lib. V. cap. 14. p. 647. quid *Matthæi* Cap. I. vers. 1. & 16. magis contrarium? ubi Genealogia Josephi e stirpe Abrahami atque Davidis deducitur; & *Matth.* I. 20. ab Angelo vocatur Ἰωσὴφ ὑὸς Δαβὶδ *filius Davidis*; & *Luc.* II. 4. memoratur fuisse ἐξ οἴκου καὶ Πατριᾶς Δαβὶδ: *ex domo & familia Davidis*. Abrahamum vero & Davidem e Nethinæorum sive Gibeonitarum stirpe generatos fuisse nemini unquam vel per somnium in mentem venit.

§. XXXI. Nunc etiam videndum est, *quo loco habitaverint Nethinæi?* Ostendimus supra primariam Gibeonitarum functionem in præstandis officiis sacris constitisse. Tentorium vero Conventus primum in castris *Galgalæis* Jos. IV. 19. per 14. annos juxta *l'Empereur* ad Middot & *Buxtorff.* c. 20. hist. Arcæ fœderis, postea *Schilunte* Jos. XIIX. 1. toto tempore Judicum 1. Sam. IV. 3. per aliquot secula, uti apud Lundium videre est L. I. C. 39. fol. 122. deinde *Nobe* 1. Sam. XXI. 2. 7. tum *Gabaone* 2. Chron. l. 3. ætate Samuelis, Saulis atque Davidis usque ad annum undecimum Salomonis. 1. Reg. VI. 37. 38. quod nonaginta ferre annos conficit, erigebatur, putant itaque nonnulli Gabaonitas cum Tentorio conventus habitandi quoque locum commutasse, donec Templum Hierosolymis erigeretur. Sed tantam hominum multitudinem, quantam complectebatur Gabaon cum urbibus suis, in unum oppidum imo in ipsam Hierosolymam præter inquilinos compingi potuisse, jure quis dubitaret. Hinc *Abulensis* quæst. 44. 45. 46. apud *Serarium* Quæst. XVI. comment. in Cap. IX. fol. 213. Gabaonitas in antiquis suis urbibus relictos & pervices ad obsequii sui functionem in loco Altaris obeundam profectos esse contendit. Sed *obstat* Jos. XIIX. 25. ubi Gabaon in tribum Benjamin cecidisse memoratur, & Cap. XXI. 17. urbem postea sacerdotalem factam fuisse legimus, verum *ante terræ divisionem* Gabaonitas fœdere jam inito urbes suas adhuc occupasse ex bello patet, quo Rex Hierosolymæ Adonizedek ceterorum Regum Emoræorum obibus fretus Gabaonem oppugnatum venit, cujus incolis Josua vi fœderis auxilio proficiscens hostes magna clade affecit, uti Cap. X. Josuæ luculenter prodit, *post terræ divisionem* vero Gabaonitas sive Nethinæos cum Sacerdotibus Levitisque suas urbes habuisse ex 1. Paral. IX. 2. Esr. II. 70. Nehem. VII. 73. XI. 3. constare putamus. Non pauci quoque *Hierosolymis* in loco *Ophel* dicto, ubi *Nethinæorum domus* fuerat Templo propinqua habitaverunt, ceu Nehem. III. 26. & XI. 21. patet.

§. XXXII. De hoc *Ophel* Nethinæorum habitationis loco peculiari capite VII. *Villapandus* egit Apparatu Urbis ac Templi parte I. libr. II. fol. 83. Sed confuse & dubitanter, imo sæpius præter veritatem. Statim in principio capitis scribit: *eam vocem Hebraicam esse in confesso est apud omnes; neque valde obsurum est a* עפל *ghaphal, hebraica radice deduci* עפל *ghophel quæ sine dubio locum significat obscurum, nebulosum*. Lingua hebræa caret radice עפל *ghaphal*, & עפל per ע cum אפל per א confunditur, quod etiam *a Chaldæo* factum, qui 2. Reg. V. 24. verba textus ויבא אל העפל transtulit ועל לאתר כסי & *venit ad locum absconditum*, & a LXXII. *Græcis Interpretibus*, dum pro עפל *Michæ* IV. 8. αὐχμώδης posuere, quam *Cornel. a Lapide* comment. ad loc. Michæ fol. 455. quadrupliciter vertit: *primo caliginosus & opacus, secundo squalens, quæ duo habet S. Hieronymus; tertio aridus, quarto sitiens vel siticulosus, quæ enim arida sunt, sunt pariter squalentia, siticulosa & opaca*, confer. *Hieronym.* ad Esaj. XXXII. 14. עפל בחן Tom. V. Oper. fol. 115. C. & postea lit. E. dicit Villapandus: *omnes convenire voce hac significari locum obscurum & tenebrosum*, quod falsum est fol. 85. lit. E. hæc habet: *quare dicendum omnino videtur, Ophel locum fuisse, seu pagum humilem, & deservientium templo Nathinæorum habitationem, ad orientale templi latus in radice montis Moria juxta torrentem Cedron, qui locus, Ophel, hoc est, obscurus dicebatur, quod illi templum immensæ celsitudinis immineret*. Cap. XXIII. parte 1. libr. III. fol. 207. ex Ophel *ergastulum* facit Villapandus, *quare cum servos audiamus Gabaonitas (qui iidem Nathinæi dicebantur) ad aquæ & lignorum comportationem destinatos, eorumque propriam habitationem Ophelem fuisse; si conjiciamus ea quæ a Justo Lipsio (libr. 2. Elect. c. 15.) de egrastulis erudite satis collecta sunt, egrastuli quoddam genus Ophelem fuisse facile intelligemus, recipimus enim quam ipse adfert, ergastuli defi-*

definitionem & etymon. Ergastulum τόπος ἐν ᾧ δεσμῶται ἐργάζονται locus in quo vincti operantur & fol. 208. *nulla alia in re a Romanorum ergastulis Ophelem diversum fuisse cognoscemus quam quod illis vincti, Ophele tantummodo inclusi detinerentur. Joannes Forsterus* pro solita autoritate Dictionar. fol. 612. vocem עפל exponit, quod fuerit *locus intra scopulos seu montes angustus, transitus seu meatus arctus, per quem contendere oportet. Et quia ejusmodi loca apta erant, quibus hostium incursiones arcerentur, turres seu arces superextruebant, ut in his collocarent presidia. Greci ejusmodi loca πύλας, Latini fauces, Itali & post eos Germani clausas appellarunt.* hinc *Foorsterus* e Ntthinæis præsidiarios milites constituit qui Regis fratres fuerunt, fol. 532. ad vocem נתינים. *Adricomius* apud *Cornel. a Lapide* comment. ad Mich. IV. 8. fol. 454. b. Ophel Nethinæorum sic describit. *Ophel quam Josephus Ophlam nominat* (l. 6. de bello Judaico cap. IV. in Græco-latino vero VI. fol. 913.) *erat turris enormi altitudine quasi nubi caput inseres; atque arx munita firmo muro cincta, templo propinqua; extra murum tamen, qui habitationem Sacerdotum claudebat, in hujus muro Joathan rex multa construxit: atque Manasses eousque urbis muros reparavit, in hac habitabant Nathinæi, in hanc fugiens Manahem tyrannus captus est, & occisus, hanc tandem Titi milites combusserunt*, pro loco edito, turri, vel munimento militant quoque *Interpretes Hebræi*, sic enim *Kimchi* in ספר השרשים sive *libro Radicum* ad locum *Esaj.* XXXII. 14. עפל ובחן & *Michæ* IV. 8. עפל בת ציון & 2. *Chron.* XXXIII. 14. וסבב לעפל ויגביה מאד & 2. *Chron.* XXVII. 3. ובחמרת העפל בנה לרב notat. מקום גבוה ומבצר *locus altus & munitio* & ad 2. Reg. V. 24. ויבא אל העפל ויקח מידם ויפקד בבית *verum cum venit in Ophel, sumsit e manu eorum, ac reposuit in domo*, hæc haber: פירוש למקום גבוה הר או גבעה חוץ לעיר והפקיד בבית שהיה שם הכסף וחליפות השמלות *exponitur: ad locum editum; montem vel collem extra urbem, & reposuit in domo quæ fuit ibi argentum & mutationes vestium*, adde comment. in h. l. Et Rabbi *David Kimchium* ad Es. XXXII. 14. & *Rabbi Levi Ben Gerschom* cum *Abarbanele* ad 2. Reg. V. 24. מגדלים גבוהים וחזקים יהיו עופל ובחן *turres excelsæ fortesque fuerunt*, & ad *Michę* IV. 8. כי עופל כמו מגדל quia vox עופל idem est ac מגדל turris, allegato Esajæ loco, confer *Aben-Esram* ad Es. XXXII. 14. מקום שהיה גבוה עופל מגזרת ויעפילו *Ophel fuit locus excelsus ex significatione* vocis ויעפילו, quæ habetur *Num.* XIV. 44. & ad *Nehem.* III. 26. Ophel exponit מבצר גבוה *munitionem excelsam. Rabbi Schelomo Jarchi* ad Neh. l. c. Ophel pro *vico sive platea* habet, sic commentans: הנתינים היו יושבים באותו מחוז והיו בונים אותו מחוז שלהם שהיה סמוך לחומה עד נגב שער המים של צד המזרח *Nethinęi habitaverunt in isto vico & ędificaverunt istum vicum suum, qui conjunctus erat muro e regione portę aquarum versus latus orientale.*

§. XXXIII. En Lector benevole varias tam Christianorum quam Judæorum Interpretum expositiones, nostram paucis tradituri sumus. Vocem Hebraicam עפל *locum elatum, montem sive clivum* denotare patet ex Esj. XXXII. 14. ubi cum בחן specula tanquam σύστοιχόν τι conjungitur, verba præterea inde derivata notant *elationem moralem, superbiam*, unde videmus modo Aben-Esram in loci Esajani explicatione significationem עפל ex conjugata voce ויעפילו depromere *Num. XIV.* 44. quam B. D. *Seb. Schmidius* noster transtulit: *nihilominus erexerunt se.* & Habac. II. 4. עפלה *idem* vertit *efferet se*, & עפל *per clivum* Nehem. III. 26. 27. & commentar. in libr. 2. Reg. V. 24. p. 188. cum *Buxtorfio & Ludovico Thomassino* Oratorii Presbytero in Glossario Universali Hebraico, in quo ad Hebraicæ Linguæ fontes Linguæ & dialecti fere omnes examinantur, fol. 729. voce עפל *duo vero clivi* speciatim hoc nomine עפל in S. S. indigitantur, *alter in conterminis Israelis & Syrię*, ad quem Gechasi servus Elischæ a Naamane Exercitus Syriaci principe dona accepit 2. Reg. V. 24. *alter Hierosolymis*, de quo nunc agimus, in quo Nethinæi habitaverunt. Locum hunc muros habuisse excelsasque substructiones cum ex *Nehem.* III. 27. ubi חמת העפל *muri collis* Ophel dicti mentio fit tum ex 2. Chron. XXVII. 3. & XXXIII. 14. clarescit, *de Situ* Ophel Nethinæorum sedis affirmat scriptura illum *ad portam aquarum versus ortum turrim exeuntem* protensum fuisse. Nehem. III. 26. e regione portæ מפקד Miphkad vers. 31. quæ *Judicii & custodię* dicebatur, sicut peculiari capite 23. docet *Villapandus* Apparatu Urbis ac Templi parte I. de Urbe l. 3. fol. 206. 207. 208. quoniam vero vir eruditus *Jacobus Gussetius Blœsensis Professor in A-*

ca-

cademia Provinciali Groningę & Ommelandiæ SS. Theologiam, Philosophiam & Hellenismum docens, in commentariis Linguæ Hebraicæ Amstęlod. & Ultrai. hoc anno publicatis fol. 625. commode observavit: Adrichomium & Amstęlodamenses Bibliorum Magnorum Gallicorum editores, quos jam imitantur quidam Romano-Catholici Galli, in horum locorum tabulis valde discrepare, circa accuratiorem situs Ophel descriptionem nihil temeritatis admittemus. Si verę, ut titulus habet, Hierosolymæ veteris imagini a Joh. Baptista Villapando collato studio cum Hieronymo Prado delineatę, & de amplificatione atque urbis ruina primę partis apparatus Libri secundi Capiti I. de civitate David p. 73. prefixę fides haberi meretur; Nethinęorum sedes Ophel dicta non procul fuit a Templo, quod ex officii consideratione facilius conceditur quam autoritate *Versionis Vulgatę*, quę Nehem. III. 27. loco ועד חמת העפל posuit *usque ad murum templi*, Villapandi licet clypeo non destituatur parte I. de Urbe libr. II. cap. 7. fol. 84. b. Qui vero sive pro pago obscuro humilique, sive pro ergastulo, sive castello presidiario, aliisque dimicant, de sententię Patronis sibi prospicere poterunt.

IN-

INDEX
CAPITUM OPUSCULORUM,
Quæ in hoc volumine continentur.